
LIBRARY OF CONGRESS
00002376581

# RHETORES LATINI

## MINORES.

EX CODICIBUS MAXIMAM PARTEM PRIMUM ADHIBITIS

EMENDABAT

CAROLUS HALM.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
A. MDCCCLXIII.

PA6138
.R5
1863

TRANSFER
2
JAN 1 1945
Serial Record Division
The Library of Congress
Copy

LIPSIAE TYPIS B. G. TEUBNERI.

FRIDERICO RITSCHELIO

FAMILIARISSIMO SUO

D.

CAROLUS HALM.

# PRAEFATIO.

Corpus rhetorum Latinorum posteriorum bis editum est, primum hoc titulo: Antiqui Rhetores Latini. Omnia ex codd. manusc. emendatiora vel auctiora. Ex bibliotheca Francisci Pithoei IC. Parisiis apud Ambrosium Drouart. CIↃ.IↃ.XCIX. Qui fuerint illi codices mss. qui in hac cura adhibiti feruntur in praefatione frustra quaeras; nam in ea nihil quod ad rem pertineat legitur nisi haec verba paulo obscuriora: *Hoc de Romana facundia simpliciter ac vere proloquar, doctiss. virum Franciscum Pithoeum IC. otio nec otioso varios Rhetoricae Latinae scriptores cum vetustissimis et optimis codicibus diligentissime olim collatos auctiores aut emendatiores locis innumeris reddidisse; atque Sulpitium Victorem Aemari Ranconeti Praesidis ampliss. cura recognitum ab V. C. Nicolao Fabro habuisse: sed et nuperis vindemialibus feriis, ut bono publico excuderentur, recensuisse. At oscitantes Typographorum operae comtissimos et emendatissimos auctores mendis non paucis inquinaverunt. Imo Pithoeana quoque autographa inter illos deposita, malum, strangulata sunt: ut inde tibi multa toto hoc opere dispersa flagitia exhiberi minime potuerint. Habe tamen quidquid est, praestare nihil volo: noxa solutum non esse palam recte pronuntio.* At quamquam qui haec scripsit confirmat a Pithoeo hos artium scriptores ex codicibus vetustissimis non solum emendatiores sed etiam auctiores redditos esse, tamen nos quidem eius rei ne vestigium quidem reperire potuimus. Multa illa quidem in editione Pithoeana novata sunt, sed, nisi fallimur, omnia ex coniectura, non ope librorum meliorum: unde factum est ut pauci quidem loci recte emendarentur, sed plures etiam magis depravarentur: quo cum accessisset ut in toto negotio notabili neglegentia versaretur, qui illam editionem curaverunt his scriptoribus magis nocuisse quam profuisse existimandi sunt. Hoc eo magis dolendum erat, quod Claudius Capperonnerius, qui accuratissima veteris artis oratoriae peritia instructus rhetores Latinos commentario perpetuo illustrandos susceperat, in verbis recensendis nulla alia editione quam Pithoeana usus est. Processerat enarratio usque ad Prisciani praeexercitamina, cum opus optimo et consilio et successu institutum praematura auctoris morte interruptum est. Curam nondum absoluti edendi susceperat Phil. Christ. Rangius, qui ipse quoque decessit antequam volumen typis plene expressum esset: sic factum est ut quinque postremi rhetores sine commentario in lucem ederentur. Rangius non multa mutasse aut de suo addidisse videtur, sed

in adnotationibus subiectis ex editionibus veteribus haud paucas scripturas protulit illis longe meliores quae in editione Pithoeana circumferuntur, sed librum manu scriptum ne ille quidem ullum adhibuit. Hanc provinciam explere nobis propositum erat contigitque ut libros et aetate et pretio conspicuos nanciscemur, quorum ope plerosque horum scriptorum ita emendare licuit ut quasi novi appareant.

Sed antequam quid in singulis scriptoribus a nobis effectum sit paucis indicemus, consentaneum videtur ex codicibus, qui quidem in notitiam nostram pervenerunt, tres significare, qui quasi primarii inter eos, qui scripta rhetorica continent, existimandi sunt. Horum unus est ille Parisinus num. 7530, ad grammaticos emendandos fere princeps, quem Fr. A. Eckstеinus in Anecdotis Parisinis rhetoricis (Halis Saxonum a. 1852) ex Henrici Keilii schedis descripsit. Is liber saeculo octavo litteris longobardicis scriptus inde a fol. 221 — 265 haec scripta rhetorica continet: Schemata dianoeas quae ad rhetores pertinent, quae Ecksteinus l. cit. vulgavit, carmen de figuris a Quicheratio primum editum, Fortunatiani artem rhetoricam, additis in fine duobus capitibus de historia et de epistolis, quae ipsi primum in lucem (num. XX) protulimus, Emporii tractatus quattuor qui exstant, quibus adiecta sunt excerpta inedita (v. num. XX), denique praeexercitamina Prisciani grammatici sive potius Hermogenis a Prisciano latine versa. Horum librorum lectiones Eduardus Woelfflin in meum usum exscripsit idque diligentissime, ut ex locis, quos Parisiis iterum inspiciendos curavimus, compertum est.

Alter est codex antiquissimus olim Coloniensis, nunc Darmstadtiensis, qui in catalogo Hartzheimiano numero 166 signatus est. Is liber saeculo VII. exaratus praeter Censorini librum de die natali et Augustini de dialectica haec scripta rhetorica continet: Fortunatiani artem rhetoricam, cui adiecta sunt quasi nova eiusdem scriptoris capita quae de Aurelii Augustini rhetorica supersunt, et Victorini explanationes in Ciceronis de inventione libros, quarum inter primum et secundum librum tractatus inserti sunt de adtributis personae et negotio, qui vulgo ad calcem Victorini leguntur. Hos omnes libros diligenter excussit Guilelmus Crecelius lectionesque a se enotatas mihi donavit; postea ipse codicem primarium iterum contuli, cum intercedente ministerio rebus ecclesiasticis et scholasticis in Bavaria praeposito Monachium transmissus esset.

Tertius codex inter rhetoricos conspicuus fuerat Spirensis nunc deperditus, raritate librorum quos habuerat praeter alios insignis. Ex eo editio Basileensis defluxit, quae hunc titulum prae se fert: Veterum aliquot de arte Rhetorica traditiones, de tropis in primis et schematis verborum et sententiarum non aspernanda me hercle opuscula, nunc primum in lucem edita. In inclyta Basilea an. M. D. XXI. Insunt praeter Aurelii Augustini de musica libellum et Aphthonii praeexercitamenta ab Io. Maria Catanaeo in latinum transversa haec opuscula rhetorica: Rutilii Lupi de figuris sententiarum et elocutionis libri II. Rhomani (sic) Aquilae de nominibus figu-

rarum et exemplis liber. Iulii Rufiniani de figuris sententiarum et elocutionis liber I. Sulpitii Victoris oratoriarum institutionum praecepta ad M. Silonem. Auctoris incerti de Rhetorica liber. Emporii Rhetoris de Ethopoeia ac loco communi liber. Unde haec descripta sint, his verbis docet Ioannes Frobenius: *Nacti nuper exemplar quoddam, vetustum quidem illud, sed deprauatum adeo, ut nemo a tam prodigiosis mendis, ut de industria potuerint inculcatae uideri, satis ex dignitate potuerit uendicare. Ne quam tamen iuuandi occasionem subterfugisse uideremur, Rhetores aliquot Latinos typis cudendos desumpsimus, ut studioso saltem meliora quaerendi ansam praeberemus. Quod si quid hinc capies commodi lector, totum uelim illud Dn. Beato Rhenano acceptum feras. Qui hunc codicem ex Spirensi bibliotheca obliteratum alioqui, uelut ab inferis in uitam reduxit. Tuum erit candide lector, quicquid est nostrae industriae, boni consulere. Nos tibi quod potuimus, conatu non defuimus: nec coepti admodum nos poenitet, si quicquam ex nostro labore emolumenti ad te redierit: quod futurum haud dubie confido.* Cum Sulpitii Victoris institutiones oratoriae, quae praeter Fortunatiani et Augustini artes maximam auctoritatem habent, et Rufiniani libelli in nullo adhuc alio codice manu scripto quam in Spirensi inventa sint, operae pretium est scire, qua fide quae Beatus Rhenanus ex eo descripserat repetita sint. Hoc quidem inde satis certe definiri potest, quod felici quodam casu Rutilii quoque Lupi et Aquilae Romani libelli in codice Spirensi scripti fuerunt: quorum scripturas si cum codicum Italicorum, in quibus iidem libri hodie leguntur, contuleris, fere apparet codicem Spirensem in editione Basileensi ita fideliter expressum esse, ut quasi pro certo affirmes praeter duos locos Rutilii Lupi, ad quos coniecturae in margine adscriptae sunt, nihil prorsus mutatum esse, id quod lectionum quoque qualitate ipsa apparet; nam ne apertissima quidem orationis vitia, quae cuivis vel mediocriter sermonis Latini perito emendare facile erat, correcta deprehenduntur.

Sed ut ad singulos libros accedamus, in Rutilio Lupo et Aquila Romano nobis non contigit ut meliores libros nancisceremur quam qui iam Ruhnkenio praesto fuerunt; nam codex Vindobonensis antea nondum cognitus simillimus est eius, ex quo editio Veneta a. 1519 expressa est. Ad Rutilium Lupum aliquot optimas emendationes Mauritius Haupt nobiscum communicavit; nonnulla a sodalibus seminarii Monacensis, cum libellum superiore anno explicandum proponebamus, sollerter correcta sunt. In Rufiniano autem, de quo iam supra dictum est, non sine aliquo fructu editionem Basileensem iterum excussimus. In Aquila quoque nonnullas lectiones accuratius indicare licuit quam factum est a Ruhnkenio.

Carmen de figuris lexeos, de quo emendando Hermannum Sauppium et H. L. Ahrensium praeter ceteros optime meruisse inter literatos homines satis constat, in nostra editione tribus versibus auctum prodit, quos L. Delisle ex apographo veteris Parisini a Sirmondo eo tempore facto, quo codicis schedae nondum decurtatae erant (v. Mommsen in

*Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* 1845 p. 82), publicavit. Ne nunc quidem post tot eruditorum conatus omnes versus ad integritatem redacti sunt; quae ipsi in paucis novare conati sumus, ea speramus fore ut non temere excogitata videantur.

Quae in nostro exemplo sequuntur schemata dianoeas ab Ecksteino ex eodem Parisino edita (nam par erat scriptores de figuris non disiungere) pauca scitu digna continent. Nos omisimus quae inde a §. 47 ex Quintiliano et Isidoro ad verbum exscripta leguntur; duo brevia capita extrema de genere laudativo rectius visum est in capite XX cum aliis ineditis ex eodem Parisino coniungere.

In Fortunatiani rhetorica iam priusquam lectiones Parisini n. 7530 et Darmstadtiensis nacti essemus haud pauca menda ex duobus Monacensibus, altero olim Frisingensi, altero Ratisbonensi Emmeramo correxeramus, in quorum utroque pariter atque in libro Darmstadtiensi particula bonae frugis plena, quae sola ex Augustini rhetorica ad aetatem nostram pervenit, nullo auctoris nomine praescripto, quasi pars esset ipsius Fortunatiani, adnexa est. Sed plane insperatum subsidium, nova librorum recensione iam fere perfecta, ex codice Bernensi num. 363, saeculo VIII. scripto, accessit, quem postquam comperimus gravissima labe, quam liber tertius una scheda transposita traxerat (v. ad pag. 130, 27), aeque ac Parisinum vacuum esse, non praetermittendum esse statim cognovimus. Ut librum pretiosissimum accepimus, primo aspectu vix dignus videbatur qui diligentius excuteretur; nam multas partes easque aliquot ampliores partim plane omissas, partim in breviorem formam redactas repperimus. Sed codice accuratius inspecto mox cognovimus, quantum usum ad Fortunatiani libros emendandos praeberet; vidimus enim technica verba Graeca fere omnia vitiis usitatis libera, haud pauca verba, quae in reliquis notis codicibus desiderantur, expleta (cf. inpr. cap. 1 libri II), universam denique verborum recensionem tanta bonitate praestantem, ut in iis locis, in quibus ex duabus familiis Parisini et Darmstadtiensis alterutra sola emendatam scripturam exhibet, Bernensis fere semper cum meliore parte conspiret. Idem liber Augustini quoque rhetoricam habet eadem scripturae bonitate et mirum tractatum Clodiani cuiusdam, quod idem nomen in subscriptione quoque libri II Fortunatiani (v. adnot. ad p. 102), qui pariter ac Victorinus polyonymus quidam videtur fuisse, in Bernensi apparet. Huius tractatus apographum a se factum mihi misit H. Usener, qui idem lectiones Augustini rhetoricae in meum usum diligentissime exscripsit.

Quod Victorinus, scriptor taedii plenus, postquam inter scholiastas Tullianos ab Orellio et Baitero collectos receptus est, typis hoc saeculo iterum repetendus erat, fere deplorandum videbatur, sed rationes librariorum honestissimorum hoc flagitabant, ut in novo corpore nulla pars desideraretur, quae semel in Pithoeanum et Capperonnerianum receptum esset. Tanto magis curandum erat, ut scriptor non multum profuturus mendis gravissimis, quibus adhuc foedatus iacuerat — nam Orelli pauca emenda-

verat, quaedam, cum unum codicem recentissimum, Basileensem, adhibuisset, etiam corruperat — tandem perpurgaretur. Nos in eo recensendo tribus antiquis libris usi sumus, Bambergensi saeculo XI scripto, Monacensi, olim Frisingensi, saec. X exarato, qui cum multas lectiones optimas exhibeat, tamen iam manum emendatricem sive potius corruptricem expertus est, denique optimum omnium, Darmstadtiensem, qui in haud paucis locis, si lectiones primae manus sequaris, solus veras scripturas servavit et interpolationibus, quae in hos libros, cum medio quod vocant aevo assiduo lectitarentur, iam pridem invaserunt, fere plane integer est; conferas, ut unum saltem locum insignem adscribam, lectionum diversitatem ad p. 172, 28. Sed quamquam priores editores melioribus libris caruerant, sive potius, ut rectius dicam, in tanta copia antiquissimorum codicum, in quibus hi commentarii scripti exstant, tales sibi comparare neglexerant, tamen, si paulo diligentius in opere suo versati essent, etiam sine codicum mss. ope aliqua saltem rectius constituere poterant; haud pauci enim loci propterea omni sensu cassa legebantur, quod verba Ciceronis sive lemmata cum commentario confusa erant. In hac quoque parte Capperonnerius reliquis diligentius versatus est, sed ipse quoque multa intacta reliquit, quae omnia in adnotatione critica indicare operae pretium non est visum. Quam necessaria fuerit eius rei attentio, cognoscas, si exempli causa verba pag. 297 v. 19 — 23 nunc recte divisa cum priore confusione comparaveris. Ceterum cum in lemmatis quoque multa correcta sint, nunc denique Victorini explanationibus ad Ciceronis de inventione libros emendandos, quos nondum sano iudicio recensitos esse mihi quidem exploratum est, recte uti licebit.

Tractatus de attributis personae et negotio, qui vulgo ad calcem libri II Victorini leguntur, alii auctori incerti nominis adscribendos esse rati a Victorino plane seiunximus. Nam ut mittam parum probabile videri eundem scriptorem bis de eadem re et in enarratione perpetua (pag. 213—231) et propria commentatione egisse, tanta est inter utrumque tractatum orationis diversitas, ut maior vix cogitari possit. Victorini enim sermo simplex est atque apertus, alterius scriptoris contortus et ita obscurus, ut in compluribus locis aegre intellegas quid dicere voluerit. Quo accedit quod in codice Bambergensi hi tractatus alia manu in fine secundi libri scripti sunt, in Darmstadtiensi autem et Frisingensi inter primum et secundum librum interiecti leguntur, itaque in Darmstadtiensi, ut subscriptio ad Victorinum pertinens praecedat, unde conicias eos ibi ob materiae similitudinem additos esse, quod idem saepius in libris rhetoricis et grammaticis factum esse invenimus, ut scripta a diversis auctoribus profecta nulla nominum distinctione in unum locum coniungerentur.

Sulpitii Victoris institutiones oratorias in solo codice Spirensi nunc amisso ad aetatem nostram pervenisse iam supra diximus. Tamen ad hunc quoque scriptorem emendandum subsidium praesto erat omni exspectatione maius, editio Basileensis, ex cod. Spirensi cum omnibus vitiis quibus sca-

tebat diligenter expressa. Ab hoc uno rei criticae fundamento in editione Pithoeana ita discessum est, ut ne sagacissimus quidem criticus sola eius ope verborum contextum ad integritatem revocare possit. Nam haud paucae optimae lectiones temere mutatae, multae corruptae inscienter correctae, verba denique complura atque etiam tota commata plane omissa sunt (cf. ad p. 316, 32. 320, 3. 326, 31. 335, 7. 341, 4. 6), sive neglegentia operarum sive quod Ranconetus leviter depravata corrigere nesciens quae non intellexerat abicere quam aliis emendanda relinquere maluerat. Multa utique in hoc scriptore coniectura sananda, sed via ac ratione agenti non ingentes difficultates superandae erant: quo in negotio laudabilem mihi operam praestitit Iosephus Stanger, quondam sodalis seminarii philologici Monacensis, cui ingenii exercendi causa scriptorem admodum corruptum emendandum tradideram. Atque complura scite emendavit quae in meo exemplo nondum correcta erant.

In compendio artis rhetoricae, quod Iulii Severiani nomen fert, hoc singulare accidit, ut is qui a. 1584 id primum sibi in lucem edere visus est, Lucas Fruterius, nesciret eundem libellum iam bis typis exscriptum fuisse. Quod secundus editor, Sixtus a Popma, idem ignoraverat, eo nomine excusandum erat, quod libellum in codice suo non integro alio nomine, Cornelii Celsi, inscriptum invenerat. Habemus igitur huius scriptoris, aeque ac Rutilii Lupi et Aquilae Romani (v. Ruhnkenii praef. p. XIX), tres editiones principes, quae ex tribus inter se multum diversis codicibus expressae sunt. Horum optimum praesto fuisse Caelio Secundo Curioni, editori vere primo, deterrimum Fruterio, ex cuius editione Pithoeana fere expressa est, facile cognovimus duobus codicibus Monacensibus adhibitis, quorum longe melior a Petro Crinito exeunte saeculo quinto decimo ex codice aliquo Italico descriptus est. Sed casu felici contigit, ut postea copia fieret codicis vetustissimi adhuc plane ignoti. Cum enim a Rulando, bibliothecae Wirzeburgensis praefecto, peterem ut codicem Isidori ab Oeggio in chorographia Wirzeburgensi Vol. I, p. 472 descriptum mihi mitteret, is mihi rescripsit in codice nullas partes Isidori, cuius falsum nomen tegumentum solum prae se ferret, exstare, sed alia scripta maximam partem rhetorica et dialectica, in cuius rei fidem novam codicis descriptionem a se iam multis ante annis factam mecum communicavit. Gratiora erant quae nova adferebantur quam quae frustra quaesiveram. Continet enim codex vetustate sua conspicuus — nam eius aetas ad saeculum octavum accedit — Cassiodorii rerum humanarum institutiones, praecepta artis rhetoricae a Iulio Severiano collecta, denique particulam de dialecticis locis, quae excerpta est ex libro secundo Boetii de differentiis topicis p. 866—870 ed. Basileensis. His subsidiis instructis nobis res facilis erat Severiani compendium ab omnibus fere vitiis quibus laborabat perpurgare.

Iulii Victoris artem rhetoricam Angelo Mai ex codice Vaticano Ottoboniano saeculo XII scripto a. 1823 primum Romae in lucem edidit.

In qua compilatione cum maior pars ex Ciceronis et Quintiliani libris petita sit, scriptor vix dignus videretur qui e tenebris erueretur, nisi aliquot capita haberet ex artigraphis hausta, quorum scripta interciderunt. Liber ad intellegendum non adeo difficilis multis adhuc vitiis foedatus fuerat; nam Angelo Mai emendationem contextus verborum valde corrupti vix attigit, nec multo diligentior erat Io. Casp. Orelli, cum scriptorem praepropere in scholiastis Tullianis typis repetendum curaret: quamquam in eo emendando non tam ingenio opus erat quam accurata fontium inspectione, ex quibus rhetor sua hauserat. Sed optime de scriptore meruit Leonhardus Spengel, artis rhetoricae in paucis peritus, qui in Actorum societatis Graecae volumine priore complures locos ad sanitatem suam restituit, nonnullos Meisterus quoque in quaestionibus Quintilianeis a. 1860 editis attigit. Qui loci corrupti relicti erant, eos ipsi quantum potuimus emendare conati sumus ac tantum nobis profecisse videmur, ut iam non supersint nisi pauci loci magnis difficultatibus impediti. Ceterum cum Victoris liber ad crisin Quintiliani recte instituendam magnae sit auctoritatis, in locis, quorum scriptura in Quintiliano dubia est, lectiones primae manus codicis primarii Bambergensis in adnotationibus subiciendas existimavimus. Cur autem duos Boetii tractatus rhetoricos, quos idem Ang. Mai primum, ut sibi videbatur, in Classicorum auctorum e Vaticanis codd. editorum tomo III, p. 317 sqq. vulgavit, in nostrum corpus non receperimus, ex eo cognoscas quod nuper in Musei rhenani philol. vol. XVIII, p. 463 monuimus.

In Martiano Capella recensendo duo homines docti operam collocarunt, alter, quamquam adulescentulus ad scriptorem tumido dicendi genere intellectu admodum difficilem accessit, et ingenio et doctrina ad talem operam satis instructus, sed bonorum librorum copia destitutus, alter in conquirendis codicibus mss. haud indiligens, sed, cum philologus non esset, copiis a se paratis nescius utendi. Si Hugo Grotius, a quo septimo decimo aetatis suae anno Capellam editum esse paene miraculi instar videtur, librorum ab U. F. Koppio nostra aetate congestorum copiam habuisset, hodie Capellae libri non tot difficultatibus impediti legerentur: nunc vero verborum recensio quasi ab initio instituenda est. Cum tamen nostri muneris non esset nisi unum librum ad codicum fidem recensere, non id egimus ut largiorem apparatum criticum compararemus, contenti in parte a nobis edenda verborum contextum pristinae formae magis adpropinquare quam adhuc factum erat. Qua in re nos egregie adiuvit F. Eyssenhardtii liberalitas, qui exemplum suum editionis Koppianae, ad cuius margines lectiones codicum Carlsruhensis, olim Reichenauensis, et Darmstadtiensis descripserat et aliquot suas emendationes praeclaras adnotaverat, mecum communicavit. Ipse codicem Ratisbonensem Emmeramum, antiquum illum quidem, sed iam valde interpolationibus corruptum, et Bambergensem, Reichenauensis simillimum omniumque, qui adhuc cogniti sunt, longe optimum, excussimus. Ex hoc uno complures quinti libri

locos altis tenebris obrutos nobis certe emendare licuit, libere tamen profitemur nobis non contigisse, ut omnes huius libri nodos expediremus.

Brevissimum Cassiodorii compendium artis rhetoricae, quod partem conficit eius institutionum rerum humanarum, ad fidem duorum librorum antiquissimorum, Wirzeburgensis, de quo iam supra pag. X dictum est, et Bambergensis religiose redegimus. Bambergensem accurate descripsit Frid. Haase in libello sic inscripto: S. Georgii Florentii Gregorii Turonensis episcopi liber ineditus de cursu stellarum (Vratislaviae 1853. 4⁰). Insunt in codice praeter hunc libellum Cassiodorii institutionum divinarum et humanarum rerum libri duo, addito in fine epilogo, quem Angelo Mai in Class. auct. tomo III, p. 350 sqq. primum ex codice Vaticano publicavit, Isidori liber de natura rerum (cf. Gustavi Beckeri editionem), denique carmen de eclipsi lunae, quod exstat in appendice Isidori ab Arevalio editi vol. VII, p. 183 sqq. In duobus codicibus pervetustis, quos in verbis recensendis secuti sumus, Cassiodorii liber de rhetorica ab his verbis incipit: *Rhetorica dicitur ἀπὸ τοῦ ῥητορεύειν, id est copia deductae locutionis influere. Ars autem rhetorica est, sicut magistri tradunt saecularium literarum, bene dicendi scientia in civilibus quaestionibus.* Diversum est principium libelli in editionibus vulgatis; nam praeposita sunt tredecim brevia capita, quorum extremum est de amphibologia, de qua scilicet rhetor aliquis prius tractaturus erat, quam quid esset ars rhetorica exposuisset; deinde cum duae partes conglutinarentur, verum exordium, quod modo adscripsimus, paulo aliter verbis comprehensum est. Garetius in praefatione Cassiodorii a se editi codices, in quibus illa capita insunt, reliquis pleniores esse iudicavit, sed graviter in ea re falsus est, ut omnes editores, qui illum centonem Cassiodorii rhetoricae praeposuerunt. Nemo enim sensisse videtur, unde haec particula inculcata sit. Nihil est aliud nisi gnomologia locorum rhetoricorum, qui omnes praeter duos, qui unde desumpti essent indagando non invenimus, ad verbum ex Quintiliani institutione oratoria exscripti itaque excerpti sunt, ut ordo librorum Quintilianorum servaretur. Hanc partem ad Cassiodorium non pertinere ex ipsa forma externa intellegas, qua haec excerpta in codice Bernensi num. 212 saec. X scripto, cuius notitiam debeo Useneri officiositati, leguntur. In hoc enim post grammaticam Cassiodorii, quae in haec verba desinit: *quas recte tantum aristotelis orationis adseruit* (sic), qui finis est capitis I p. 529 extr. ed. Garet., haec scripta sunt: *Reliqua qui uoluerit in alio quaerat uolumine. Nam ego descriptor ad potiora discurrens reliquorum oblitus sum aut fors neglexi.* Tum sequuntur nonnulla schemata grammatica, deinde excerpta nostra rhetorica nullo titulo praemisso, ut partem grammaticae praecedentis explere videantur, sed tribus initio aucta, quae nunc primum ad calcem veri Cassiodorii, ad quam haec excerpta in cura nostra relegavimus, in lucem prodeunt. Haec eadem in aliis quoque libris exstare nobis quidem verisimillimum videtur, sed ob eam causam ab editoribus abiecta sunt, quod absurdum videbatur compendium

artis rhetoricae a talibus sententiis incipere. In fine denique horum excerptorum haec in Bernensi litteris grandioribus scripta sunt: *Incipit in nomine patris et filii et spiritus sancti. Nunc ad artis rhetoricae diuisiones diffinitionesque ueniamus quae sicut extensa atque copiosa est ita a multis et claris scriptoribus tractata dilatatur. De rhetorica. Rhetorica dicitur* etc. Seclusimus hanc particulam ab excerptis; nam satis apparet haec adiecta esse, ut transitus a parte addita ad veram Cassiodorii rhetoricam pararetur. In editionibus prioribus (cf. ed. Capper. p. 369) praeter haec quaedam de genere demonstrativo adiecta exstant, quae iam Garetius ex melioribus suis libris sustulit. Hoc praeterea monendum est ne Isidorum quidem, qui totum fere librum Cassiodorii in secundum Originum recepit, partis falso praepositae ullam notitiam habuisse.

Isidori opus encyclopaedicum a Faustino Arevalo Romano e codicibus vetustis optimae notae editum esse inter harum rerum peritos satis constat. Eandem operam adgressus Fr. Gul. Otto, cum nesciret haud paucos Isidori codices exstare vetustissimos et paene ad auctoris aetatem accedentes (cf. Areval. I, p. 439) et iam decimo saeculo scriptos vehementer interpolatos esse, ex recentissimis libris Wolfenbuttelanis novam videlicet verborum recensionem parare conatus optimas lectiones ab Arevalo restitutas rursus abiecit totumque verborum contextum mirum in modum depravavit. Nos, cum tantum exigua pars ampli operis repetenda esset, satis habuimus veterem Frisingensem nono saeculo scriptum et, in qua parte hic deest, Benedictoburanum, aetate paulo inferiorem, excussisse: quorum librorum auctoritate cum pleraeque Arevali lectiones confirmarentur, in paucis locis ab eius recensione nobis discedendum erat.

Ne in Albino quidem — nam hoc nomen ex nostris libris restituendum putavimus — priorum laboribus contenti esse poteramus, quamquam abbati Frobenio, qui Alcuini opera a. 1777 Ratisbonae edidit, eius rei otium nobis facere licuerat. Is enim eosdem tres codices perbonos saeculo VIIII scriptos, quorum nobis copia erat, iam usurpaverat, sed pauca ex iis emendare ausus est, plura haud dubie emendaturus, si unde Albinus artis suae praecepta hauserat cognitum habuisset. Nunc vero vel praestantissimas lectiones, quas tres Monacenses cum optimis libris Tullianis conspirantes exhibent, aut plane neglexit aut in margines relegavit. En insigne documentum, quam utilitatem praebeant libri vel emendatissime scripti, si in manus hominum artis criticae factitandae plane ignarorum inciderint. Non nititur autem Albini compilatio nisi duobus veterum scriptis, Ciceronis libris de inventione et Iulii Victoris rhetorica aut eius rhetoris arte, ex quo Victor, qui nihil proprii habet, capita de reliquis oratoris officii partibus descripsit. Ex uno tamen loco Victoris, brevi capite 19 de dispositione (cf. Alb. c. 36 nostrae edit.), conicias non alium auctorem Albino ob oculos fuisse quam ipsum Victorem.

Technicis, qui totam artem oratoriam exposuerunt, subiunximus eos scriptores, qui in singulis artis partibus tractandis versati sunt. Ac primo

quidem loco posuimus Prisciani praeexercitamina sive potius Hermogenis a Prisciano versa: quae cum nuper Henricus Keil in secundo volumine Prisciani edidisset, satis habuimus unius libri primarii, Parisini num. 7530, lectiones adferre, quas ex diligentissima Woelfflini collatione paulo accuratius reddere licuit quam factum est a Keilio. Ne autem fides nostris relationibus denegaretur, in omnibus locis, in quibus propter silentium alterius collatoris de vera Parisini scriptura aliqua dubitatio nobis suborta est, codicem iterum inspiciendum curavimus.

In partibus ab Emporio tractatis verborum contextus in edit. Pithoeana et Capperonneriana ex Basileensi a. 1521 sive secundum codicem Spirensem deperditum expressus, sed in hoc quoque scriptore compluribus locis neglegentia editoris Parisini corruptus est. Nobis ope codicis Parisini n. 7530 plane novam recensionem dare licuit, in quo cum alii permulti loci recte scripti, tum lacuna initio praecepti de genere deliberativo plene expleta est.

Quae sequuntur excerpta Rufini de numeris oratoriis parum emendata apud Gaisfordium in Scriptoribus lat. rei metricae (Oxonii 1837) p. 388 sqq. leguntur, quamquam Io. Casp. Orelli iam quattuor ante annis illam Rufini partem, quae ad rem rhetoricam spectat, ex antiquo codice Einsiedlensi in Scholiastarum Ciceronis vol. I, p. 183 sqq. bene emendaverat. Eandem verborum recensionem exhibent duo Parisini num. 7496 et 7501, quarum lectiones Henricus Keil exscripsit mecumque qua est in me familiaritate communicavit, et vetus codex Tegernseensis num. 375, nunc Monacensis lat. n. 18375, quem ipsi excussimus. Sed cum Keilius totum Rufinum in grammaticorum Latinorum corpore editurus sit, lectionum diversitates textui subicere noluimus.

Breves tractatus incerti auctoris sive potius incertorum — nam non unius videntur —, quos in capite XX coniunximus, uno excepto, quem iam Ecksteinus in anecdotis Parisinis edidit, nos primi ex codice Parisino n. 7530 publicavimus. His subiecimus perparvum libellum ex vetere Bernensi num. 363 ab Usenero descriptum, qui hunc titulum prae se fert speciosiorem: 'Ars rhetorica Clodiani de statibus', nec tamen ea habet, quae ex hac praescriptione exspectes. Nam de statibus ipsis perpauca tradita sunt; maiorem libelli partem conficit expositio de loco in Aristotelis praedicamentis: quam ubi primum legi, ex Boetii in eundem librum commentario expressum conieceram, sed libro evoluto ibi res aliter expositas inveni. Sequitur denique in opusculo Bernensi brevis disputatio moralis. Quas partes diversas si respexeris, varia esse excerpta ex diversis scriptoribus facile conicias iisque ob eam causam Clodiani nomen praepositum, quod prima particula ex Clodiani, quisquis ille fuit, de statibus libro desumta erat.

Proximum caput de attributis personis et negotiis aegre ab animo impetravimus, ut post Pithoeum et Capperonnierum iterum inprimendum curaremus; haec enim particula fere ad verbum e Ciceronis primo de in-

ventione libro excerpta est. In corpus rhetorum Latinorum ex editione Basileensi a nobis supra descripta recepta est.

Praeterea in schedis meis amplum commentarium Grillii ad Ciceronis de inventione libros ex codice Bambergensi saec. XI descriptum habebam, cuius partem postea in codice quoque Frisingensi, num. 206, nunc Monacensi lat. n. 6406, Bambergensi, ut videtur, vetustiore, in quo tamen nomen auctoris non indicatum est, inveni. Eiusdem commentarii pars exigua exstat etiam in codice Bruxellensi num. 5350, ut ex initio, quod in catalogo (*v. Inventaire des Manuscripts de l'ancienne bibliothèque royale des ducs de Bourgogne* p. 107) adlatum est, facile erat cognitu, et cum partem mihi describendam curassem, plane confirmatum est. In codice Frisingensi, in quo varii libelli diversis temporibus scripti uno volumine comprehensi sunt, unus fasciculus solus sedecim foliis constans tantum Grillii habet, quantum in codicis Bambergensis folio primo usque ad vigesimum nonum legitur; quae hic praeterea in tredecim foliis sequentibus habet, in eo solo servata sunt. Sed ne ipse quidem Bambergensis integer est; immo si totum commentarium ab auctore ad finem perductum esse statuas, non superest nisi pars exigua, ut quae tantum usque ad paragraphum 22 primi libri Ciceronis pertineat. Ne hanc quidem sustinui totam publicare, cum Grillius loquacitate cum Victorino certet et plane aliena commentario suo immiscuerit, sed satis habui paucos locos ceteris memorabiliores elegisse, extremam tamen partem, in qua auctor de orationis exordio agit, totam repetivi, quoniam in hac multi loci ex Ciceronis orationibus citati sunt. Cum autem Grillius eas quoque orationes Tullianas, quae temporum iniuria interciderunt, habuisse videatur, utique magno opere dolendum est, quod nondum integrum eius commenti exemplum inventum est. Fortunatianum ob oculos habuisse videtur, sed quos alios artium scriptores secutus sit, ex parte superstite non cognoscitur; nam eos fere veterum scriptorum locos in exemplis adfert, qui a nullo alio rhetore citantur.

Agmen claudit in nostra editione Bedae liber de schematibus et tropis sacrae scripturae, quem nisi operis suscepti ratio flagitasset, ut ne quid, quod semel in corpus rhetorum receptum erat, praetermitteretur, libenter abiecissem. Operae tamen pretium visum est, aeque atque in Albino fecimus, alio exemplo luculento ostendere, quot vitiis foedati permulti libri patrum quos vocant ecclesiae adhuc circumferantur. Ne Giles quidem Anglus, qui duodecim voluminibus, ingenti pretio quo constant non dignis, omnia Bedae scripta edidit, ullum codicem manu scriptum ad nostrum libellum adhibuit, sed veteres eius interpolationes propagavit, quamquam labor purgandi non ita difficilis erat, si quis quid in libris mss. scriptum exstaret scrutari vellet. Mihi in eo recensendo ad manus erant duo codices pervetusti Monacenses et Bambergensis ille, in quo scripti sunt Prisciani institutionum sedecim libri priores; v. Hertzii praef. ad. Prisc. I, p. XII.

In indice rerum et verborum, in quo conficiendo multum laboris consumpsimus, hoc egimus, ut verba technica, quae non ab ipsis artium scriptoribus suis quaeque locis, quos index indicat, illustrata sunt, quantum potuimus explicaremus, qua in operis parte Capperonnerii commentario solidae doctrinae pleno egregie adiuti sumus.

Reliquum est ut bibliothecarum praefectis, qui codicibus suppeditandis de opere longi laboris bene meruerunt, amicis doctis, qui libros manu scriptos in usum meum aut totos contulerunt aut singulorum locorum causa inspexerunt, praeter ceteros autem collegae coniunctissimo, Gulielmo Christ, qui in plagulis corrigendis me adiuvans haud paucos locos obscurissimos, quos ipse emendare nequiveram, feliciter sanavit, debitas gratias agam quam maximas.

Scripsi Monachii ipsis Calendis Septembribus a. MDCCCLXIII.

Carolus Halm.

# SCRIPTORES DE FIGURIS

## SENTENTIARUM ET ELOCUTIONIS.

---

RUTILIUS LUPUS. AQUILA ROMANUS. IULIUS RUFINIANUS. CARMEN INCERTI DE FIGURIS. AUCTOR INCERTUS DE SCHEMATIS DIANOEAS.

I.

# P. RUTILII LUPI

## SCHEMATA LEXEOS.

---

*A* = codex Mediceus saec. XIV.
*B* = codex Mediceus saec. XV.
*Ri* = cod. Riccardianus saec. XV continens lib. I §§. 1—9. His copiis usus est Ruhnkenius, v. Praef. p. XIX.
*V* = codex Vindobonensis lat. 179 (= CCXVIII in catal. Endlicheri).
*C* = codices noti sive *ABRiV*. Eodem signo usi sumus, ubi editiones *a b* cum codd. manuscriptis conspirant.
*a* = ed. Veneta Aldina a. 1523.
*b* = ed. Basileensis a. 1521. Has duas editiones post Ruhnkenium iterum excussimus.
*x* = lectiones in margine exempli ed. Basileensis adscriptae, quod Ruhnkenius ab Abr. Gronovio accepit.
*J* = Frid. Iacob. Cf. eius edit. Lubecae 1837.
*R* = Ruhnkenius.
*S* = Herm. Sauppe; cf. Fragm. oratorum Atticorum ab eo collecta in ed. Turicensi.
*St* = Robertus Stephanus.

---

## LIBER PRIMUS.

1. *Προσαπόδοσις*. Hoc schema duobus modis fieri et tractari potest. Nam sententiis duabus aut pluribus propositis sua cuique ratio vel posterius reddetur vel statim sub unaquaque sententia subiungetur. Qui-

---

P. Rutilii Lupi schemata dianoeas ex Graeco uorsa Gorgia *C*, *sed om. V* dianoeas; P. Rutilii Lupi de figuris sententiarum liber prior. Ex Graeco Gorgia uorsus *b*, Publii Rutilii Lupi de figuris sententiarum et elocutionum liber I. *a. Ruhnkenius auctorem ipsum hunc titulum libro suo fecisse censet:* P. Rutilii Lupi schemata dianoeas et lexeos ex Graecis Gorgiae versa, *quae sententia sic accipienda videtur ut libellum non integrum aetatem tulisse statuas; cum enim in duobus qui supersunt libris non fere nisi verborum figurae tractentur, hi quidem potius* 'schemata lexeos' *inscribendi sunt. Cf. Gustavi Dzialas quaestiones Rutil.* (*Vratisl.* 1860) *p. 29 sqq.* 1 Prosapodosis *edd. recentt. At Graeca figurarum nomina a Rutilio praescripta esse, ex variis scripturae vitiis, quae ex V afferemus, facile apparebit.* 3 reddatur *V*

p. 1. 2 ed. Capper.

bus posterius ratio subinfertur, huius modi sunt. Demosthenis: Non enim pari ratione Philippus atque nos adversis rebus medetur, sed ille usque eo nititur, quoad restituat atque exsuperet: nos contra statim vinci meditamur. Ille enim pro laude sicut pro patria proeliatur: nobis autem, si nihil accidit mali, satis ac nimium boni videtur. Cum singulis sententiis statim ratio subiungitur, hoc exemplo. Demetrii Phalerei: Nam quod beneficium tempore et cupienti datur, gratum est; utilitas enim ac voluntas accipiendi honorem dantis facit ampliorem. At quod sero et non desideranti datur, ingratum est; amisso enim tempore utilitatis cadit accipiendi cupiditas.

2. *Συναθροισμός.* Hoc et singulis verbis et plurium verborum coniunctione fieri potest. Singulis verbis hoc modo. Cleocharis: Sed cum ad supplicium sumendum se confirmaret, multa simul eum revocabant: officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio, quae singula proprias ei cogitationes ad remorandum subiciebant. Item Democharis: Nam quis haec simul universa perpeti possit, timorem, morbum, senectutem, contumeliam, inopiam, vim? quarum quaevis una res per|se satis est gravis ad deficiendum. Sed in coniunctione plurium verborum huius modi est. Lycurgi: Nemo enim nocens sine summo maerore est, iudices, sed multa simul eum perturbant: quod adest, sollicitudinis plenum, quod futurum est, formidolosum, lex paratum supplicium ostentans, vitia ex vitiis coacta, occasionem arguendi maleficii captans inimicus: quae cotidiano vehementer eius animum excruciant.

3. *Παρονομασία.* Hoc aut addenda aut demenda aut mutanda aut porrigenda aut contrahenda litera aut syllaba fieri consuevit. Id est huius modi: Non enim decet hominem genere nobilem *ingenio mobilem* videri. Nam cum omnibus hominibus, tum maxime maximo cuique inconstantia turpitudini est. Item. At huius sceleratissimi opera, qui fuit lucus religiosissimus, nunc

---

1 Fragm. oratt. Attic. ed. Sauppe p. 256. 7 Fr. or. p. 345. 17 Fr. or. . 342 21 ib. p. 272. 31 Cic. fragm. inc. p. 578 ed. I Orell. p. 346 Klotz.

---

1 subinfertur *ab:* subinferetur *C* demosthenes *Vb* 2 adversis *x*: diversis *C* 3 quoad res restituat *R* (nititur ut resistat *Maehly*) 4 Hos *b* 5 accedit *C*, *corr. in A. m.* 2 6 minimum *C*, *corr. in A m.* 2 7 demetri phaleri *V*, Demetrii Falerei *b* 9 voluntas accipientis *malebat R* dati *b* facit *ab*: facis *C* 10 desideranti *b*: desideranti dari *Ca* 12 sinathrismo *Vb* 13 Cleocharis *a*: Clechari *CRi*, Clearchi *b* 16 ei *St*: esse *C* ad remorandum *b*: ad remouendum *Ca* 17 demecharis *V* 20 ad deficiendum *R*: ad efficiendum *Cb*, ad officiendum *b* 21 s. s. moerore et terrore est *coni. R* 24 contracta *Frotscher* 25 cottidiana *b* 27 paranomasia *Cb*, *Παρωννμία a* 29 ingenio mobilem *add. x* 31 at *R*: ad *C* 32 sceleratissima *A* qui fuit locus religiosissimus nimirum *C mance; supplevit R ex Charisio IV, p. 282 Keil et ex Diomede II p. 446 K.* lucus *cod. Monac. Diomedis et R*: locus *rell.*

p. 2. 3 C.

erit locus desertissimus; nimirum quoniam traditam sibi publicorum custodiam sacrorum non honori, sed oneri esse existimavit.

4. *Παραδιαστολή*. Hoc schema plures *res* aut duas, quae videntur unam vim habere, disiungit et quantum distent docet, suam cuique propriam sententiam subiungendo. Hyperidis: Nam cum ceterorum opinionem fallere conaris, tu tete frustraris. Non enim probas te pro astuto sapientem [intellegi], pro confidente fortem, pro inliberali diligentem rei familiaris, pro malivolo severum. Nullum est enim vitium, quo virtutis laude gloriari possis. Hoc idem schema solet illustrius fieri, cum ratio proposito subiungitur. Id est huius modi: Quapropter noli te saepius parcum appellare, cum sis avarus. Nam qui parcus est, utitur eo quod satis est: tu contra propter avaritiam, quo plus habes, magis eges. Ita non tam diligentiae fructus quam inopiae miseria sequitur.

5. *Ἀνάκλασις*. Hoc schema fieri solet, cum id quod ab altero dictum est, non in eam mentem quae intellegitur, sed in aliam aut contrariam accipitur. Huius modi est vulgare illud Proculeianum. Proculeius cum filium suum moneret et hortaretur, audacter ex bonis ipsius sumptum faceret, quas in res vellet atque opus esset, nec tum denique speraret libertatem licentiamque utendi futuram, cum pater decessisset, cui vivo patre promisce omnia licerent, filius respondit, non esse se opus saepe eadem oratione moneri, nec se patris mortem expectare. Cui Proculeius pater subiecit, 'immo oro' inquit 'meam mortem exspectes, nec properes moliri ut velocius | moriar'.

6. *Ἀντιμεταβολή*. *** respondisse dicitur: Si aut qui sapiunt

---

6 Fr. oratt. p. 283. 19 cf. Quinctil. 9, 3, 68. 26 Plat. de rep. V p. 473 D.

---

1 erit *Charis. et Diom.*: est *R nescimus qua de causa* quoniam *R*: quom (cum *V*) *Cb*, quam *a* 2 publicorum *om. V.* honori sed oneri *St*: honoris sed oneris *C* 4 plures res *S*: res *om. C* (plures aut duas res *St*, duas aut plures res *R*) 5 distent *b*: distant *Aa*, distans *BRiV* 6 Yperidu *V* 7 tete] te re *V* 8 intelligenti *R*; *nos* intellegi *auctore Mor. Hauptio inclusimus*; *cf. Quintil. IX, 3, 65:* cum te pro astuto sapientem appellas *etc.* 9 malenolo *b* 10 quo ut virtutis laude *malim* 12 noli (*vel* nolito) *R:* nolo *C* parcum parcum *Ca* 16 consequitur *b* 17 *Ἀνανάκλασις praefert Capperonier, ut est in Quintil. 9, 3, 38* 19 accipitur *Kellerbauer:* excipitur *C* 19 sqq. *Totum exemplum Proculeianum R ex Quintil. IX, 3, 68 inculcatum putat* 20 ipsius sumtum faceret *St:* ipsi sumere tam facere *C*, ipsi sumeret tum faceret *b*, ipsius sumeret ac faceret *a* 21 nec tum *St:* et tum *C* 22 cui] cum *V* 23 promisce *R:* promisse *C* filium *V* respondit *St:* respondisset *C* se *om. B m. 2;* se non esse opus saepe *St* 23 proculeus *V* 25 subiecit *St:* sufficit *C* immo oro *St:* immo uero *C; cf. Quintil. IX, 3, 68 et Auct. inc. de fig. v. 15* meam *Haase:* ne meam *C*, ut meam *St* (immo vero, inquit, velim ut *Gesner*, immo vero, i., tu *Walch emend. Liv. p. 104*)

27 *Ἀντιμεταβολή*] *nomen figurae ex carmine de fig., cuius auctor eodem exemplo Theophrasti v. 17 usus est, nos addidimus. Ceterum lacunam, quae hic est in libris, Car. Schoepferus (Adnott. critt. ad Velleium Pat. Quedlinburgi 1837) ex vetusta quadam membrana se supplevisse finxit, qua fraude complures homines et docti*

p. 3 C.

imperare, aut qui imperant sapere discant. Item Theophrastus dicitur dixisse: prudentis esse officium, amicitiam probatam appetere, non, appetitam probare. Item Aristoteles dicitur dixisse: eius esse vitam beatissimam, cuius et fortunae sapientia et sapientiae fortuna suppeditet.

7. *Ἐπιβολή.* Hoc schema dupliciter fieri consuevit, cum pluribus et diversis sententiis aut unum et idem verbum singulis praeponitur, aut varietas verborum, quae tamen eandem vim inter se habent. Ab uno verbo saepius quae proficiscuntur, sunt huius modi. Lycurgi: Nam cum iuventus concitata temere arma caperet et quietos Thessalos manu lacessere conaretur, ego senatum coegi auctoritate sua comprimere adulescentium violentiam, ego quaestoribus interminatus sum ne sumptum stipendio praeberent, ego armamentario patefacto restiti atque efferri arma prohibui. Itaque unius opera mea non concitatum bellum non necessarium scitis. Item Hegesiae: Miseremini mei, iudices, quem coniurata tanta vis inimicorum oppugnat: miseremini solitudinis, cui ne in summo quidem tempore [periculi] liberos adhibere ad communem calamitatem deprecandam licitum est: miseremini senectutis, quae me etiam sine ceteris malis graviter defatigat. Varietas verborum, quae eandem vim habet, huius modi est. Demosthenis: Dolui, Athenienses, ubi illum clandestinum hostem impune intra murum vidi vagari: aegre tuli, quod omnium vestri facilitatem unius fallacia tentatam intellexi: commovit me, quod in accipienda iniuria plerosque laetitiam ostentantes cognovi.

8. *Ἐπιφορά.* Inter hoc schema et superius hoc interest, quod in superiore unum verbum pluribus sententiis anteponitur, in hoc autem omnium

---

1 cf. Plut. de frat. amor. p. 482, B. Cic. de amic. §. 85. 9 Fr. or. Att. p. 273. 22 Fr. or. p 256.

---

*et prudentes decepti sunt, sed eam tam firmis argumentis Frid. Haase in disput. de fragmentis Rutilio Lupo a Schoepfero suppositis (Vratislaviae* 1856. 4°) *convicit, ut operae pretium non esse videatur istius hominis commentum hic repetere.* p. 5. 27 *Sententiam imperfectam St sic explevit:* Plato interrogatus, qui (*immo* quo pacto) res publica beata fieret, respondisse dicitur *etc.* 2 probatam *b:* approbatam *Ca* (approbatam — — approbare *J*) 3 non *delebat R, at v. Walchii emend. Liv. p. 79* dicitur *om. V* 7 diuisis *b* et idem *A corr. et Gesner:* aut idem *C* 8 habent *Caussinus:* habeat *C*, habeant *J* 9 saepiusque *Ab*, saepiusque quae *V* 11 ego *Scheibe (Z. f. d. Alterthumsw.* 1845, *p.* 209): iure ego *Cb*, iure ergo *a. Possis cogitare* iure *ex* quir. (*sive* quirites) *corruptum esse, quae appellatio saepius in codd. Rutilii (cf. in hac ipsa §. v. 22 et II, 18 et 19) in locum verae* Athenienses *cessit; verisimilius tamen est illud* iure *ex mera dittographia inter litteras* tur e *ortum esse* 15 unius] utiuis *V* compressum, non concitatum *St* 16 Egesiae *Vb* 17 m'serimini solit. *V* 18 periculi *cum R inclusimus* 19 deprecandam *R:* decernendam *C*, declinandam, defendendam, depellendam *alii* 21 habent *malebat J* 22 demostenes *V* Athenienses *R:* quirites *C*, viri Athenienses *St* ibi illum *a* 24 omnium vestri: dominii (domini *Vb*) uestri (nostri *A pr. m.*) *C*, omnium vestrum *St*

p. 3. 4 C.

sententiarum unum atque idem novissimum verbum. Sosicratis: Non enim alius quis est, cuius opera in has difficultates inciderimus, sed initio ad bellum suscipiendum nos primum impulit Philippus, deinde in ipso belli labore ac periculo desereruit nos Philippus, novissime nunc calamitati nostrae proinde atque culpae succensuit idem Philippus.

9. *Κοινότης.* Hoc duorum superiorum schematum coniunctionem habet, quod et ab uno verbo omnes sententiae incipiunt et in uno novissimo acquiescunt. | Stratoclis: Quaeritis novam rationem administrandae rei publicae. At reperire *ea* meliorem, quam a maioribus accepistis, non potestis. Quaeritis maximis sumptibus faciendis. quo modo ne tributa conferatis. At consiliis consumptas aerarii opes, quas cupitis augere, * * non potestis. Quaeritis, quem ad modum scelere contaminatis hominibus parcatis. At ignoscendo nocentibus innocentium salutem custodire non potestis.

10. *Πολύπτωτον.* Hoc schema solet complures sententias, alio atque alio modo ut pronuntientur, efferre. Cleocharis: Nam vehementer admiror, Lacedaemonii, si praeter hunc quemquam existimatis esse, cui ob hos casus iure succensere debeatis. Hic est enim, qui vobis exploratam spem victoriae est pollicitus. Hunc vos non solum in consilio dando ceteris anteposuistis, sed etiam in conficiendo negotio principem praefecistis. Huic omnium vestrum fortunas universi commisistis. Ab hoc igitur uno pristinae pollicitationis rerumque gestarum *rationem* reposcere debetis. Item Charisii: Pater hic tuus nunc denique est, ut egestatem tuam debere alere videatur? Patrem nunc appellas, quem prius egentem auxilio tuo ut alienum deseruisti? Patris tui filius es ad potiundas opes, cuius ad senectutem violandam crudelissimus hostis fuisti? Nimirum nullo consilio filios procreamus; nam maiorem partem ex illis doloris et contumeliae capimus.

---

9 Fr. or. p. 342.

---

1 *malim* idem est 2 inciderim *b* 3 initio] invitos *coni. R probabiliter* uos *Va (item infra).* ‘*Libri veteres fluctuant inter* nos *et* vos’. *Ruhnk.* 5 nouissimae *AB, ut videtur* nunc] huic *R malebat* proinde *b: om. Ca* 6 aeque atque *R in adnot.* successit *b* 7 Kiones *V* 8 novissimo *A:* novissime *BVab* 9 Stratocleus *V* 10 ea *addidi, nisi malis* meliorem quam eam quam *etc.* 12 quomodo tributa ne *St*, quo ne tributa *a* at *a:* a *Cb* consumptas *scripsimus:* captas *C*, captis *R* (*immo debebat* capiendis), fractas *J*, raptas *Maehly* 14 non potestis *C:* servare non pot. *Haase (Allgem. Lit. Ztg. v. Halle* 1844, *num.* 216), tueri non p. *S*, *fort.* reparare non pot. 18 modo] casu *Maehly* 19 existimatis esse *x et St:* existimatus esset *C* 20 ob hos casus *R:* ob has causas *C* 21 nobis imploratam *C*, vobis exploratae *coni. R* 22 praeposuistis *b* 23 fecistis *x* 24 vestrum *V* (?) *b:* nostrum *ABa* universas *Meiser* 25 uno *om. V* 26 rationem *add. St* Charisius *V* 29 patris tui *codd. Quintil. IX, 3, 36:* patri tu *codd. Rutilii* 31 nullo] nunc *B* 32 dolores et contumelias *Meiser*

p. 4. 5 C.

11. *Ἐπανάληψις.* Hoc schema fieri solet, cum id quod dictum semel est, quo gravius sit, iteratur. Id interdum fit uno verbo, interdum plurium verborum coniunctione. Verbum sic iteratur. Pytheae: Quid contra tot res tamque evidentes dicere potes, Demosthenes? Cognitum enim est, *te* rem publicam venalem habuisse, cognitum est. Item Hegesiae: Sed instigabat multitudinis animum ad bellum inferendum concitatus iracundia furor: furor, inquam, non ratio, sine qua nihil umquam populus ex sententia gessit. Sed plurium verborum iteratio est huius modi: At ego in his aerumnis amicis sum spoliatus omnibus; *amicis, inquam, spoliatus sum omnibus*, iudices; qui non quod me odissent, sed quod inimicorum factionem pertimuissent, me in malis deseruerunt.

12. *Διαφορά.* Hoc schema *est*, cum verbum iteratum aliam sententiam significat, ac significavit primo dictum. Id est huius modi: Hunc tu, frater eiusdem sanguinis particeps, in hac fortuna deserere potuisti, cuius aerumnae quemvis etiam extrarium hominem, modo hominem, commovere possent? Item in Enni versu:

Mulierem: quid potius dicam aut verius quam mulierem? |

13. *Ἐπιπλοκή.* In hoc ex prima sententia secunda oritur, ex secunda tertia, atque ita deinceps complures. Nam quem ad modum catenam multi inter se circuli coniuncti vinciunt, sic huius schematis utilitatem complures sententiae inter se conexae continent. Lysiae: Constat igitur, iudices, Simonem domo sua, ab suis diis penatibus vi cum summa iniuria esse exturbatum. Nam Chaeremenes cum hominibus armatis ad eum venit. Cum venisset, sine ulla religione domum eius expugnavit: expugnata vi domo familiam abstraxit: abstractam tormentis omnibus excruciavit: cruciatam vinxit: vinctam in publicum proiecit, credo, ne suum maleficium tacitum lateret, sed cum praetereuntes prostratam familiam viderent, et ab his rem gestam audirent, simul et

3 Fr. or. p. 311. 18 Ennii fr. ed. Vahlen p. 97. 23 Fr. or. Att. p. 212.

1 Epanalempsis *V* 3 unum verbum *vel* verbum unum *malim* Pythiae *C* 4 iamque *BVb* dicere potes. DEMOSTENIS. Cognitum *A pr. m. et a* 5 te *add. St* cognitum est] cognitam *Va* 9 eius modi *Va* 10 amicis, inquam, spol. sum omnibus *nos addidimus; cf. Auct. ad Herenn.* 4, 28, 38 12 pertimescunt *J malebat* 14 est *R: om. C* 15 dictum *St:* dictum est *C* 17 erumpnae *V* quemvis etiam extrarium *Excerpta Gronoviana:* quamuis enim extrariorum *Cb*, quemuis extrariorum *a*, quemvis exterorum hominum *St* 18 in Enni versu *nos secundum Meinekium:* universum *C*, Enni versus *Meineke* (*cf. Tragg. Lat. reliq. ed. Ribbeck p. 59*), *qui haec aliena manu e margine illata esse suspicatur;* inveni versam mulierem *Haase l. c.*, vir versus in mulierem *Maehly. Cf. Eurip. fragm. in Stob. floril. 73, 20, num. 670 ed. Nauck.* 20 secunda (*ante* oritur) *om. V* 21 catena $AB^1$, catenae *b* 22 utilitates *b* 23 continent *a:* continentur *Cb* 24 a suis *a* uis *a* 2 Cheremenes *C*, *em. Caussinus* cum omnibus *b* 28 abstraxit *St:* abstrahit *C* 29 vinctam *om. V* credo, ne *Stanger*: praedo ne *Ca*, praedonem *b* 31 ab hiis *V*

p. 5. 6 C.

oculis et auribus scelus illius usurparent. Item Lycurgi: Haut mihi mirum videtur, quod tam excelsum boni gradum homo summi laboris escenderit. Nam cui praesto est strenua voluntas, industrius sit necesse est: industriam vero scientia consequitur: ex scientia copia et facultas ingenii nascitur, ex qua facultate verae et stabilis felicitas laudis oritur. Neque enim temere diligens studium virtutis fructus fortunae fallit.

14. *Πολυσύνδετον.* Hoc schema efficitur, cum sententiae multorum articulorum convenienti copia continentur. Pytheae: Ille hunc pone constrictum trahebat, hic autem vociferabatur. Concursus vero non mediocris, cum tantum non omnes opitulari vellent, sed nemo auderet. Neque ibi magistratus aderat nec circumspicientes, quo potissimum confugeremus, reperiebamus, sed uno tempore nos et praesens et futurum malum perturbabat. Nam praesens tempus acerbitatis erat plenum, reliquum vero timoris. Item Dinarchi: Partim nostri silebant, partim autem ingentem clamorem excitabant. At hi socii, praeclara nostra auxilia, neutrum poterant; neque enim constanti silentio neque forti clamore strenui quid agere conabantur. Huc accedebat ignavus turbae strepitus, qui nihil eorum mentes ad virtutem erigebat.

15. *Διάλυσις.* Hoc schema contrarium est superiori. Nam demptis| omnibus articulis sententiae divisae pronuntiantur. Daphnidis: Quid autem me convenit facere, Byzantii? Subire publicae causae iudicium, magno nomini adversariorum fortiter resistere, non vereri periculum, diligenter † posteritatis crescere, non minas extimescere, constanter in causa pro vobis perseverare. Omnia feci, vestrum commune commodum spectans. Tamen non desunt, qui ex tantis meis officiis aliquid velint vituperare. Item Lysiae: Omnibus in rebus suam confidentiam

---

1 Fr. or. p. 273. 10 ib. p. 312. 17 ib. p. 339. 24 ib. p. 212.

---

1 et *ante* auribus *om. V* haut *R* (*sed* haud): at *C*, at mihi non mirum *S* 2 boni] honoris *R haud scio an recte* 3 escenderit *R:* excederit *C* strenua *S:* tua C, sua *St*, summa *Bake*, studii *J* 4 industria sit *R* 6 verae et stabilis *J* (*sed hic* vera *servans):* uera et facile *C*, vere et facile *R*, verae et solidae *Bardili*, verae facile (*vel sine* facile) *Frotscher*, verae et placitae *S* 7 temere *a:* tenere *Cb* 9 Polysyndeton *Gesner:* polisindeton *V*, Polysyntheton *vulgo. Cf. Quintil.* IX, 3, 51 10 copia *C:* copula *x; at cf. Haase l. c. pag.* 382 pithiue *V*, Pythiae *a* pone *J:* poena *C*, catena *R* 12 tantum non *Haase*: tamen C omnes *ab:* omnis *C* 13 ibi] enim *J* 15 tempere *V* 17 Dinarchi *Capp. et R:* Diarchi *Ca*, Diarchae *b* 20 strenui *J*: strenue *C* quid agere *St*: quid (quod *V*) agerent *C* 21 turbae *Capp.*: tubae *C* 22 erigebat *J. F. Heusinger*: exigebat *Ca*, exigebant *b* 24 Daphnidis *a*: Daphnis *Cb* 26 molimini *R*, numero *Bardili*, conamini *Frotscher* 27 posteritatis crescere *C*: posteritati consulere *Toup*, protervitatem compescere *J*, diligentem pro veritatis causa esse *Haase, ipse tentavi:* diligenter pro veritate disserere 29 omnia fieri *BV* 31 summam *Stanger*

p. 6 C.

ostentabat. Debitum petebamus: non dissolvebat. Minabamur: contemnebat. Lex nihil valebat, magistratus neglegebat. Venit hoc tandem nobis novissime tempus ulciscendi.

16. *Μετάνοια.* Hoc schema fieri solet, cum ipse se, qui loquitur, reprehendit, et id quod prius dixit, posteriori sententia commutat, ita uti facit Demosthenes: Nunc, quoniam de me, ut volui, cognostis, iudicium per ipsius vitam constituam tandem opus est. Parentes appellat, quos scitis non ignotos fuisse, sed huius modi, ut omnes eos exsecrarentur. Sed hic bonus vir grandis natu atque sero, sero loquor? immo vero nuper atque his paucis diebus simul et Atheniensis et eloquens est factus. Item: At hic omnium sceleratissimus, novo more atque exemplo alieni facinoris vindex, ipse confidentissime non criminibus, sed armis reum lacessere conatus, conatus? nimium remisse loquor. Nam qui tantam caedem perfecerit, huius modi inceptum dumtaxat arguere, paene maleficii largitionem est facere.

17. *Παρένθεσις.* Cum in continenti sententia aliquid interponitur, quod neque eius sit sententiae neque omnino alienum ab ea sententia, tum denique hoc schema efficitur, sed periculose ponitur; nam aut mire ineptum aut vehementer iucundum auribus accidere consuevit. Demosthenis: Nos scilicet omnes, ut fit fere, repentino nuntio perturbati obstupuimus. Adimantus autem solus — nam est homo cum vehemens in re publica, tum oris satis liberi — magno clamore efflagitabat, ut senatus haberetur et, prout tempus postulabat, celeriter quod opus esset constitueretur. Eiusdem: *Vix hostem* audieram appropinquare, cum statim magistratum certiorem feci — vos, dii immortales, quorum in templo gestum, testificor —: illi neglexerunt et rem tantam differre maluerunt, cum interea subito portas hostis obsedit.

18. *Μερισμός.* Hoc schema singulas res separatim disponendo et suum cuique proprium tribuendo magnam efficere utilitatem et inlustrem

---

6 Dem. de cor. §. 130. 11 Dem. fr. p. 256 Sauppe. 20 ib. p. 256. 26 ib. p. 256.

---

1 mineabamur *V* 2 negligebatur *a* 3 tandem *scripsi:* tamen *C* 4 Metanoia *V* se *b*: *om. Ca* 5 posteriore *a* 7 vitam *R*: uitia *C* tandem opus est *scripsi:* nam dum opus est *C* (nam non opus est parentes appellare *Maehly*) 8 huiusmodi ut *a*: ut huiusmodi *Cb* 9 eos *J*: hos *C* hic *b*: hoc *Cb* 10 sero sero *a*: serio sero *Cb* loquar *ab* his *a*: hic *Cb* 14 lacessere *Ab*: facessere *BVa* conatus *semel V* 15 huius modi inceptum *C*: huiusmodi incepti *St*, hunc incepti *x*, huius inceptum *R*, eius huiusmodi inceptum *J*, huius deinde inceptum *S* 16 maleficii *a*: malefici *Cb* 19 denique] idemque *V* ineptum *b*: inceptum *Ca* 20 accidere *R*: accedere *C* demosthenes *Va* 21 ut sit *V* 23 cum *nos*: multum *C*, ille cum *S* tum oris satis liberi *J*: commodi satis liber (liberi *A*) *C* 26 vix hostem *addidimus: om. C*, vixdum audieram *J*, audieram appropinquare tumultum *Jacobs (Exercitt. critt. II, 15)* cum *b*: tum *Ca* 27 quorum est *St; ipse malim* gestumst 31 seperatim *V* 32 utilitatem efficere *V* inlustrem facere rem *Christ*

p. 7 C.

consuevit. Lycurgi: Cuius omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimae: oculi ad petulantem lasciviam, manus ad rapinam, venter ad aviditatem, membra, quae non possumus honeste appellare, ad omne genus corruptelae, pedes ad fugam, prorsus ut aut ex hoc vitia aut ipse ex vitiis ortus videatur. Item Aristotelis: Alexandro enim Macedoni neque in deliberando consilium neque in proeliando virtus neque in beneficio benignitas deerat, sed dumtaxat in supplicio crudelitas. Nam cum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimus: cum autem confligendum esset cum hostibus, fortissimus: cum vero praemium dignis tribuendum, liberalissimus: at cum animadvertendum, clementissimus.

19. *Παρομολογία.* Hoc fit, cum aliquot res adversario concedimus, deinde aliquid inferimus, quod aut maius sit quam superiora, aut etiam omnia quae posuimus infirmet. Hyperidis: Sume hoc ab iudicibus nostra voluntate, neminem illi propiorem cognatum quam te fuisse: concedimus officia tua in illum nonnulla exstitisse: stipendia vos una fecisse aliquamdiu nemo negat. Sed quid contra testamentum dicis, in quo scriptus hic est? Item eiusdem: Quid a me saepius his verbis de meo officio requiris? Scripsisti ut servis libertas daretur? Scripsi ne liberi servitutem experirentur. Scripsisti ut exules restituerentur? Scripsi ut ne quis exilio adficeretur. Leges igitur, quae prohibebant haec, nonne neglegebas? Non poteram *aliter*, propterea quod literis earum arma Macedonum opposita obficiebant.

20. *Ἀναγκαῖον.* Hoc schema tunc prodest atque omnis eius utilitas in eo est, cum volumus ostendere necessitudinem aut naturae aut temporis aut alicuius personae, quem ad modum fecit Myron: Amicus meus fuit Chremonides et opinione omnium magis familiaris, et pro salute eius quaecumque potui feci. Sed posteaquam maior vis legis nostrum auxilium ab illius periculo removit, calamitatis ac luctus eius particeps eram. Nam opitulandi facultas

---

1 Fr. or. Att. p. 273. 6 ib. p. 306. ib. p. 305. 19 ib. p. 281.

---

3 membra *R*: uirilis naturae membra *C* non *a*: *om. Cb* possimus *V* 4 pedes *Stanger*: pes *C*; *cf. Auct. de schemat. v.* 86. 6 Aristoteles *V*, Aristobuli *Classen* 7 *malim* in benefaciendo *et deinde* in supplicio sumendo benignitas *Cb*: dignitas *a* 13 aliquot res adversario *ab*: aliquo tres (aliquas res *A corr.*) aduersarios *C* 15 Hyperidus *V* *fort.* hoc a nobis summa n. vol. ab *om. V*, a *a* 17 fuisse, concedimus. Officia *ante Haaseum interpungebatur* nonnulla in illum *b* 19 scriptus non est *A pr. m.* 20 meo *St*: medio *C* 21 daretur *St*: detur *C* scripsi ne *R*: scripsisti ne *C* 23 scripsi ut *R*: scripsisti ut *C* ex alio *b* 24 nonne neglegebas *nos*: non negl. *C*, neglegebas? *S*, nonne legebas *R* aliter *add. S* 25 obficiebant *R*: obsistebant *C* 27 Ανακειον *V*, Anaecaeon *b* scema V 29 fecit *om. V* miron *AV* 30 chremonides *b*: Cremonides *Ca*, Chaeremonides *St*

p. 7. 8 C.

omnis erepta iam fuerat. Item Democharis: Nihil enim valebat assidua pro fratre ac misericors deprecatio, cum iudicaret tyrannus, cuius crudelitas omnem naturae necessitudinem exstinguebat.

21. *Ἠθοποιία.* Lysiae: Rure rediens, iudices, homo maior natu, magno calore, vix sufferens viae molestiam, tamen his verbis egomet me consolor: Fer fortiter demum laborem: iam brevi domum venies exspectatus; excipiet te defatigatum diligens atque amans uxor; ea sedulo ac blande praeministrando detrahet languorem, et simul seniles nutriendo recuperabit vires. Haec me in itinere cogitatio prope confectum confirmabat. Postea vero, cum domum veni, nihil earum rerum inveni, sed potius bellum intestinum ab uxore contra me comparatum. Item Demosthenis: At, me dius Fidius, iudices, ego sic arbitrabar: filium ad parentem dissoluto vultu venturum, lacrimis patrium sinum oppleturum, supplicem precario obsecraturum, blanditia sua quod petisset a patris mollitie impetraturum. Sed hic longe aliter: hic incredibili confidentia armatus ad patrem advolavit sicut hostis, atque initium sermonis cum iurgio sumpsit. |

## LIBER SECUNDUS.

1. *Μετάβασις.* Hoc duobus modis fieri solet. Ex quibus unum genus est eius modi, cum ab ea sententia, quam proposuimus, convertimus ad aliquam personam aut rem [aut fortunam] et tamquam praesentem appellamus, ita uti fecit Myron. Haec mulier nuper fuit locuples, potens, in amore atque deliciis necessariorum; ornatus eius

1 Fr. or. p. 342. 5 ib. p. 213. 14 ib. p. 256.

5 Ethopoyia *C*, Ethologia *b*. *Definitio schematis intercidit* lysiu *V* 6 calore *b*: clamore *Ca* molestum *A* 7 consulor *V* fer *St*: ferri *C* demum *om. V*, extremum *R*, durum *Maehly; cf. Handii Tursell.* II, 259 8 venies *St*: ueniens *C* 10 detrahet *a*: detrahit *Cb* recreabit *vel* reparabit *R*, recuperabis *Mailley; at v. Haase l. c.* p. 384 11 cogitatio *St*: recogitatio *C; adhaesit* re *ex* itinere 14 Demosthenes *Vb* 15 soluto *R malebat* 16 patrium suum sinum *V* precario *J*: precari *C* 18 aliter *S*: aliter atque *C*, aliter; namque *St*, aliter atque putaram *J*.

21 P. Rutilii Lupi schemata lexeos de libro secundo *AB*, Schemata Lexeos. De libro II. *V*, P. Rutili Lupi de figuris elocutionis liber posterior *b* 23 convertimur *St; ipse malim:* convertimus orationem 24 ut fortunam *St; nos* aut fortunam *cum J ut glossema (cf. p. 13, v. 3) inclusimus* appellemus *V* 25 uti *Gesner:* ut is *C; fort.* ut his miron *V* 26 potens *Ab*: et potens *BVa* ornatus ei ex opibus *J*

p. 8 C.

opibus abundabat; magnus ancillarum [quae sequebantur] comitatus; ** appellabatur. Nunc contra subito et gravi casu adflicta vix mediocris ancillulae dignitatem retinet. O fortuna, quam vehementer te rerum varietas oblectat, et quam magno odio est tibi beatae vitae perpetuus et constans fructus! Alterum genus est, cum ab alia re ad id quod demonstrare instituimus orationem atque actionem nostram revocamus. Demosthenis: Sed nimirum inopinans incidi in causam temporis huius alienam, de qua posterius [huic] dicendum. Quapropter ad illud quod paullo prius agendum revertor.

2. *Ἀλλοίωσις.* In hoc schemate divisio et separatio est personarum aut rerum, et demonstratio quantum intersit. Hegesiae: Diversa studia adulescentium animum adverteramus, tametsi fratres erant, uno atque eodem sanguine orti. Alter in studio laudis versabatur et industriae *ac* virtutis viam gloriosam, sed laboriosam sequebatur: alter in augenda pecunia occupatus et habendi cupiditate depravatus summas divitias summam virtutem existimabat. Hic nimirum magis erat laboriosus, qui laborem condendi, non utendi causa suscipiebat. Item Hyperidis: Non enim simile est vivere in aequa civitate, ubi ius legibus valeat, et devenire sub unius [tyranni] imperium, ubi singularis libido dominetur. Sed necesse est aut legibus fretum meminisse libertatis, aut unius potestati traditum quotidianam commentari servitutem.

3. *Δικαιολογία.* Hoc fieri solet, cum aequitatem causae quam maxime brevi sententia complectimur. Id est huius modi: Quod si me reprehendis, cum homo adulescens lapsus sim, vehementer erras, qui quod † naturae valeat id in uno arbitraris vindicandum,

---

7 Dem. de cor. §. 42. 19 Fr. or. Att. p. 282.

---

1 quae *Aab*: quo *BV*; magnus ancillarum quae sequebantur comitatus (*om.* appellabatur) *Wowerius ad Petronium c. 17;* manus ancillarum sequebantur (*om. reliquis*) *R;* m. anc. quae sequebantur, comitatus; a cunctis, qui obviam essent facti, comiter appellabatur *J*; *nos* quae sequebantur *inclusimus; lacunam quae deinde exstat, Meiserus melius quam Iacobus fecerat, sic explet:* ab omnibus beata appellabatur 6 genus est, cum ab alia re ad id, quod d. instituimus, orationem atque act. n. revocamus *scripsi praeeunte St*: genus (genus est *b*) id quod d. instituimus cum (cum ad *b*) aliam rem et orationem atque act. (actionem atque orationem *b*) n. reuocamus *C* 7 Demosthenes *Vab* 9 huic *del. St*, hic *R*, fuerit *Sauppe (epist. crit. ad Hermannum p. 164); requiri videtur* erit *aut* aptiore erit loco (= *μᾶλλον ἁρμόσει λέγειν*) 10 agebam *J*; *si quid mutandum est, malim* agendum est *vel* ag. sumsi 11 Alioeosis *V* seperatio *V* 12 autem et rerum *b* 13 aduertamus *a* 14 in stadio *R cum Pricaeo ad Apul. Apol. p. 203* 15 industriae ac virtutis viam *R* (*sed hic* virtutisque): industria uirtutis uitam *C*, industrie virtutis viam *Maehly* 16 agenda *V* 19 condendi laborem *V* causa *videtur glossema* Hyperidu *V* 21 valeat *a*: uallat *Cb*, vallatur *St*; *ipse malim:* ubi ius sit legibus vallatum tyranni *nos inclusimus* 22 dominatur *St* 24 quotidiano *R* commentari *St*: commentare *C* 25 Dikeologia *V* hoc schema *St* 26 eiusmodi *Va* 28 qui quod *(hic et infra) R*: quicquid *C* naturae ualeat *C*: naturae placet *R*, naturae valeat in-

p. 8. 9 C.

acerbusque *et* iniquus es, qui quod aequaliter omnibus putes ignoscendum, uni imputas. | Item Lysiae: Nam ego huic, iudices, quicquid ad superius tempus attinet, nihil succenseo; nihil enim deliquisse cognovi. Sed in hoc novissimo facto cum plenum malitiae perfidiaeque invenirem, merito reprehendere atque odisse coepi. Quaeritis fortasse, quid acciderit causae, quam ob rem eundem et laudem et vituperem? Quod idem commutata voluntate non est, qui fuerat, neque idem nunc de se audire debet, quod prius consuerat, cum sine noxa se gerebat. Non arbitratus es igitur, rursus eum reversurum officio atque amicum tibi futurum? Quo modo? quem sciam, tantum facinus in me admisisse, ut in reliquum tempus neque beneficio locum neque benivolentiae spem relinqueret?

4. *Πρόληψις.* Hoc est, cum id, quod in adversarii causa aut in iudicis opinione esse aut fore arbitramur contrarium nobis, praeoccupamus dicere et cum ratione dissolvere. Demosthenis: Atqui ego illum, iudices, arbitror Lycurgum laudatorem producturum, scilicet qui sit testis eius pudori ac probitati. Sed ego Lycurgum vobis praesentibus hoc unum interrogabo, velitne se similem esse illius factis et moribus? Quod si negarit, satis factum vobis esse de veritate nostra debebit. Lysiae: Hac oratione saepius apud me utebatur et orabat ut suarum aerumnarum misererer, inopiae subvenirem. Quid multa? commotus humanitus precibus deprecanti quod petebat dedi, solus soli, quo minus nota calamitas hominis esset. Sed ne inparatus venisse videatur, iam se negabit accepisse, et flens vobis supplicabit ut se a calumniatoribus eripiatis. Vos autem cum *sic* se agentem videritis, facitote ut et illius et mei memineritis.

5. *Ὁρισμός.* Hoc fit, cum definimus aliquam rem nostrae causae ad utilitatem, neque tamen contra communem opinionem. Id est huius modi: Nam virtutis labor vera voluptatis exercitatio est. Sed

---

2 Fr. or. Att. p. 213. 16 ib. p. 256. 21 ib. p. 213.

---

stituto *J*, naturâ valet aetas *Haase*, naturae vi valeat *Maehly; ipse tentavi:* naturae vis lapsa est, id in uno p. 13, 28 id] et *C* in uno] in iuvene *R* uindicanda *C* 1 et *add. St* omnibus *St*: ab omnibus *C* putes *om. A* 2 imputas *St*: imputans *C* lisiu *V* 7 vituperationem *BV* 8 idem *om. V* 9 censuerat *V* 10 est *b* 11 ad officium *St* quem sciam *Ab*: quemnam *BVa* 12 ut in *b*: in *om. Ca* 13 officio *b* 14 Prolempsis *Vb* cum *om. V* 16 Demosthenes *V* atqui *b*: atque *Ca* 18 qui *St*: quis *C* 20 illius *om. V* 21 uestra *b* Lysias *V* 23 inopiaeque *St* humanitus *R*: humanitis *Vb*, humanitatis (*corr. in* humanitate) *AB*, humanis *a* 24 deprecanti *b et A pr. m.:* deprecantis $A^2BVa$ 25 ne inparatus v. videatur *scripsi:* imparatus u. uidebatur *b*, ut (ne *V*) paratus u. uidebatur *C*, ut paratus u. uideatur *a*; ut paratus v. videtur *R* 26 negavit *C pr. m. et b* 28 sic *add. R* 30 diffinimus *Va* 31 eiusmodi *Va* 32 exercitio *b*

p. 9. 10 C.

fieri solet hoc schema nonnumquam ratione supposita, et tum denique magis illustratur, ita ut fecit * * Dives avarus in villa aedem deiecit Fortunae. Crimen arguitur temeritate illius, quae tam locupletis copias dederit ei, qui odisset uti.

6. *Προσωποποιία.* Hoc fit, cum personas in rebus constituimus, quae sine personis sunt, aut eorum hominum, qui fuerunt, tamquam vivorum et praesentium actionem sermonemve deformamus. Id est huius modi:

Nam crudelita|tis mater avaritiast, pater furor:
Haec facinori iuncta odium parit; inde exitium nascitur.

Hoc genere usi sunt poetae, qui fabulas scripserunt, in prologis. Nam humana figura produxerunt personas, quae in veritate artis et voluntatis sunt, non personae. Alterum genus est, ita ut fecit Hyperides, cum de adulescente impudico diceret: Quid si tandem iudice *natura* hanc causam ageremus, quae ita divisit *virilem et* muliebrem personam, ut suum cuique opus atque officium distribueret, *et* ego hunc ostenderem muliebri ritu esse suo corpore abusum: nonne vehementissime admiraretur, si quisquam non gratissimum munus arbitraretur virum se natum, sed depravato naturae beneficio in mulierem convertere properasse? Item Charisii: Existimate, quaeso, rem publicam hic adesse et pro vestra libertate supplicem vobis accidere, simul liberos vestros, matres familias amplexam tenere, parentes vestros aetate confectos ad se applicare, redigere vos in memoriam, qualem se a maioribus acceperitis, obsecrare *pro* sacris ac delubris deorum immortalium, pro parentum monumentis, pro vobis ipsis et salute vestra: haec si praesens agat, ut dixi, res publica, quid animi estis habituri, quaero.

---

2 fort. Dinarchi, ut Ruhnkenius coniecit. 13 Fr. or. p. 306.

---

1 solet *om. V* et *om. St* 2 illustratur, ita ut fecit Dinarchus *R, cui exemplum ipsum mutilum nec nisi meliorum codd. ope redintegrandum videtur;* illustratur ita: Furtum fecit dives avarus *J, probante Sauppio p. 339* in uilla enim aedem *V* deiecit *scripsi:* fecit *C*; *apparet quam facile lectio* aedēdeiecit (= καθεῖλε) *in* aedē fecit *abire potuerit* 3 crimen augetur *malebat R* 4 locupletis *Cb*: locupletes *a* ei ut qui *V* 5 Prosopopiia *V* 6 sunt] fiunt *b* 7 ac sermonem *b*, sermonemque *exc. Gron.* 8 Nam — — nascitur *Mor. Haupt:* nam cum crudelitatis mater est avaritia est (et *a*) pater furor huic facinori coniuncta parit odium inde item nascitur exitium *C*; Nam crud. mater est avaritia, et pater furor. Haec facinori coniuncta parit odium: inde autem nascitur exitium *R* 14 tandem *Sauppio vix sanum videtur* iudice natura *x*: iudices (*vel* iud.) *C*; *an* natura iudice (*sine* tandem)? 15 quae *x*: atque *Vb*, atqui *ABa* virilem et *add. R*, virilemque *add. Pithoeus* personam] naturam *J ex vitio, ut videtur, operarum* 16 et *add. Rigaltius ad Phaedr.* IV, 14, 1; et hunc ostenderemus *malebat R* 17 muliebri ritu esse s. c. abusum *St*: tui liberi ritu esse s. c. ad lusum *C* 19 sed *a*: se *Cb* 20 convertere se properasset *St* Charisius *Va* 22 vobis] genibus *R malebat* accidere *Gesner:* accedere *C* simul *R*: simul et *C* 23 et matres fam. *R* familiam *V* uestros *b*: nostros *Ca* 24 vobis *x* 25 pro (*ante* sacris) *a*: *om. Cb* 27 agat *J*: agit *C*, ageret — — essetis habituri *St*

p. 10 11 C

7. *Χαρακτηρισμός.* Quem ad modum pictor coloribus figuras describit, sic orator hoc schemate aut vitia aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat. Lyconis: Quid in hoc arbitrer bonae spei reliquum residere, qui omne vitae tempus una ac despicatissima consuetudine producit? Nam simul atque ex prioris diei nimia cibi ac vini satietate, vix, meridiano tempore, plenus crapulaest experrectus, primum oculis mero madidis, humore obcaecatis, visco gravidis, lucem constanter intueri non potest; deinde confectis viribus, utpote cuius venae non sanguine sed vino sunt repletae, se ipse erigere non valet; tandem duobus innixus, languidus, qui cubando sit defatigatus, tunicatus, sine pallio, soleatus, praeligato palliolo frigus a capite defendens, flexa cervice, summissis genibus, colore exsangui, protinus ex cubiculari lectulo excita|tus in triclinium trahitur. Ibi praesto sunt quotidiani pauci eodem studio excitati convivae. Hic vero princeps paulum illud, reliquum quod habet mentis ac sensus, poculis extrudere [ex ea] festinat; bibendo provocat, lacessit, *si*, sicut in proelio, hostium quam plurimos superarit atque adflixerit, amplissimam sibi victoriam partam existimans. Interea procedit simul et illudendo tempus et potando; oculi vinum lacrimantes caligant, ebriosum ipsi vix ebrii cognoscunt. Alius sine causa iurgio proximum lacessit; alius somno deditus vi cogitur vigilare, alius rixari parat; alium turbas vitantem ac domum reverti cupientem retinet ianitor, pulsat, exire prohibet, domini interdictum demonstrans. Interea alium contumeliose extra ianuam eiectum vacillantem puer sustentat ac ducit pallium per lutum trahentem. Novissime solus in tri-

---

1 Characterismos *a*: Chresterismos *b*, Chrecterismos (Crecterismos) *C*; *cf. Quintil. IX, 3, 99* 2 vitia *Casaubonus*: uitas *C* 3 Lyconis *a*: Lyconi *Cb* 4 despicatissima *scripsi:* desperatissima *C* 5 prioris diei *J. F. Heusinger:* prioribus diei *C* 6 vix *St*: via *C* 7 crapulaest *scripsi*: crapula est *C* exporrectus *V* mero marcidis *malebat R* 8 visco *Casp. Barth et Gesner:* uisu *C*, vino *Càsaubonus* 10 sint *Gesner* 12 sine palleo *A* praeligato palliolo *J*: prae (pro *V*) lectulo palliolo (pallido *V*) *C*, (soleatus ut e lectulo *Casaub.*, soleatus super lectulo *Barth*, soleatus betaceo *alia Iacobi coni.)* 13 floxa *B*, *unde R* laxa 15 tricliuium *et* 28 tricliuio *V* praesti *V* pauci] nec pauci *R*, parasiti eodemque *Fr. Iacobs (Comment. ad Anthol. gr.* III, p. III, 231); e nausea *J*, fuci *M. Haupt (coll. Verg. Georg. 4, 244 et Hesiodi Opp. et D. 302 sqq. Theog. 595). Haase librorum lectionem interpretando tueri conatus est l. c. p. 385, idem tamen tentans* paulatim; *possit etiam in illo* pauci *genetivus a* convivae *pendens latere, velut* asoti 16 paululum *V* 17 mentis ac sensus *exc. Gron. et St*: menti ac sensu *Cb*, menti ac sensui *a* ex ea *del. St*, ex capite *Haase*, enixe *Maehly* 18 revocat $B^1$ si *addidi* sicut in proelio hostium *R*: sicut in hostium proelio *C* 19 superarit atque afflixerit *St*: superarat (superaret *V*) atque afflixerat (affixerat *BVa*, adfixerat *b*) *C* 20 partam *R*: paratam *C* 21 et illudendo tempus et potando *Haase:* et illud tempus et potio *C* (procedit ad temulentiam usque potatio *Maehly*) 23 aliud somno *A*, alius somnio *b* 26 domini interdictum *x*: domum interdictum *Ab*, domum interdictam *BVa* interea *J*: inter *Ab*, item *BVa*, interim *St* 27 electum *b* vacillanter *AB*

p. 11. 12 C.

clinio relictus non prius poculum ex manibus emittit, quam somnus oppressit bibentem, ac dissolutis artubus ipsum poculum suapte natura dormienti excidit.

8. *Βραχυλογία.* Hoc fieri solet, cum orator brevitate sententiae praecedit auditoris exspectationem. Lysiae: Quaeres a me, quo iure obtinere possim? Quo iure? Mihi Polyaenus reliquit, praetor dedit possessionem; leges me defendunt: ad te non pertinent; hi veritatem sequantur. Item eiusdem: Sed vos aequum est voluntatem dispicere. Nam consilio valuit, fortuna lapsus est: homo fuit; fatetur: concedendum non omnia posse *hominem;* hoc enim deorum est proprium.

9. *Συνοικείωσις.* Hoc schema docet diversas res coniungere et communi opinioni cum ratione adversari, et habet magnam vim vel ex laude vitium vel ex vitio laudem exprimendi. Hyperidis: Nam hominis avari atque asoti unum atque idem vitium est. Uterque enim nescit uti, atque utrique pecunia dedecori est. Quare merito utrique pari poena adficiuntur, quos pariter non decet habere. Item Lysiae: Quapropter prodigam in multos largitionem abstinentiae testimonium ne credideris; multo enim confidentius hoc genus hominum furatur. Nam quo magis eget ad sumptum ambitionis, audacius facit rapinam, ut hinc ipsi ambitioni copia suppeditare possit. Item Demosthenes, cum ei quidam obiecisset, matre Scytha natum, respondit: Non miraris igitur, quod Scytha matre et barbara natus tam bonus et clemens evaserit? Item eiusdem: At ego hunc propterea malum esse existimo, quia nimium se gerit severum. Namque ex hominibus humanitatem ac misericordiam tollere maximum signum malitiae videtur. Ego contra deos precor, ne umquam huius

---

5 Fr. or. p. 202. 8 ibid. p. 213. 14 ib. p. 306. 18 ib. p. 213 22 ib. p. 257. 25 ib. p. 256.

---

2 artibus *V* 4 *Βραχυλογία a et Rhenanus in marg. b (Quintil. IX, 3, 99 et Auct. de schem. v. 46):* Brachyapa *AB*, Brachiara *V*, Brachyepia *b* 5 Lysiu *V* Quaeris *J* 6 possum *V* possim? Quo iure? Mihi *S*: possim? Quo iure mihi *Madvig* (*Opuscc.* II, 359) *et Haase;* possim, quo iure .. possessionem? *antea interpungebatur* Polyaenus *a*: Polienus *vel* Polyenus *Cb* 7 pertinet *malebat Haase* 8 sequantur *C*: sequuntur *Gesner, nisi potius* sequentur, *ut J quoque voluit, scribendum est* vos *b*: nos *Ca* 9 dispicere *AB corr.*: despicere $A^1B^1Vab$ voluit *b*; *at v. Auct. de schem. v. 47* 10 concedendum esse *V* non omnia $A^2BVa$: nomina *A pr. m. et b*, hominem non omnia *S* 11 hominem *hic addidi* (*in Philologi* III, p. 162): concedendum homini non omnia posse *Valckenaer* 12 Synoeciosis *b*: Syncikeuosis *C*, *Συσκεύασις a* diversas *om. V* 13 opinione *C (etiam b, de qua Ruhnk. erravit)* 14 hipocridu *V* 15 atque asotinum atque *V* 18 Lysiu *V* prodigam *x*: pergam *C* 19 ne *Barth:* non *C* 20 maius *Vb* 21 hinc *Barth*: huic *C* 22 copia *om. V* Demosthenis *C* 23 schytta *V* 24 matre et *J*: matre *C*, Scytha matre [barbara] *(vel* Scytha matre barbarus) natus *R*, [Scytha] matre barbara n. *Frotscher* 25 euaserat *b*, evaserim *coni. Capp.* 26 severe *St* 27 atque miseric. *Va* 28 contra] cunctos *J* ne unquam *S*: namque (nanque *Va*) *C*, ne quem *Gesner*, numquam *R* eiusmodi *b*

p. 12 C.

modi civem habeamus, qui ad supplicium sumendum in omnes partes sit inexorabilis.

10. *Ἀπορία.* Hoc schema efficitur, cum quaerimus, quid aut quem ad modum pro rei dignitate dicamus, nec reperire nos ostendimus. Lysiae: Nec iam rationem invenimus, qua flecti posse speremus. Ita nos omnibus modis tentatos acerba ac nimia tua facultas adfligit. Item Hegesiae: Non haec est, ut vulgari verbo appellatur, calamitas. Quid igitur? Quod proprium *nomen* imponam, nescio, nisi illud unum, tantam esse aerumnae magnitudinem, ut omnem fortunae superbissimam crudelitatem ingens miseria superarit.

11. *Παρασιώπησις.* Hoc est, cum aliquid nos reticere dicimus, et tamen tacitum intellegitur. Et hoc utendum est, cum aut notam rem esse auditoribus arbitramur, aut suspicionem excitare maiorem reticendo possumus. Lycurgi: In praesentia, iudices, iniussu populi quae improbissime gesserit, reticebo: de falsis eius literis, quas ad senatum miserit, nihil dicam: quae illi saepe interminati sitis, omittam. Nam et haec vobis nota sunt, et quae novissime multo indigniora commisit, quam primum cognoscenda. Hyperidis: Cogis me iniuriae tuae causam proferre? Nihil agis; non dicam: sed ipsum tempus eam patefaciet.

12. *Παρόμοιον.* Hoc schema et homoeoteleuton et homoeoptoton fere non multum inter se distant. Tamen quid intersit, et ex unius cuiusque supposita sententia cognoscere poteris, et multo diligentius ex Graeco Gorgiae libro, ubi pluribus unius cuiusque ratio redditur. Sed hoc paromoeon verborum efficit similitudinem, ita uti hoc est: Nam disputandi aut suadendi est aliud idoneum tempus: cum quidem adversarius armatus praesto est, resistendum est huic non verbis, sed armis.

13. *Ὁμοιόπτωτον.* Hoc in duobus verbis eundem habet casum aut eandem novissimam syllabam. Id est huius modi: In rebus adversis cui praesto est consilium, non potest deesse auxilium. Item

---

4 Fr. or. p. 213. 15 ibid. p. 273. 20 ib. p. 306.

---

1 habeamus *Gesner*: habemus *C* 2 exorabilis *V* 3 scema *V* quaeritis *b* 4 dicamus *St*: dicimus *C* Lysiu *V* 5 flecti te posse *J*; *immo, si quid deest,* vos *vel* iud. (iudices) *addendum est* 6 tentatis *V*, tentantes *Maehly* nimia *nos secundum Sauppium:* nimium *C*, nimia illa *S*, nimium dura facultas *x*, minime iusta tua simultas *Maehly* 7 affligit *St*: affliget *C* Hegesiae *om. a*, Egesiae *V* hoc est *A haud scio an recte* 8 nomen *add. R*, *sed post* imponam; *fort.* nomen ponam; *erunt fortasse qui sic malint distinguere:* quod proprium nomen inponam? Nescio *etc.* 10 ingens *nos:* ingenii *C*, ingenti *R* 14 suspitionem *V* 16 gesserat *b* 17 quae illi *a*: illi *Cb* 18 et quae] at quae *x et R* 19 Hiperidu *V* 20 proferre? *S*: proferre. *vulgo* 22 scema et omocoteleuton *V* 23 intersit *b*: intersint *Ca* et ex *b*: ex *Ca* 26 disceptanti *J malebat* 28 praesto sit *malim* 32 cui *b*: cum *Ca*

p. 12. 13 C.

Sosicratis: Nam qui secundis rebus libenter adsentantur, idem, simul ac se fortuna contristaverit, primi insidiantur.

14. *Ὁμοιοτέλευτον.* Hoc minus evidens est quam superius, et minorem affert auribus iucunditatem. Nam neque tam paria duo verba sunt, neque eundem habent casum et sonum vocis, quam Graeci prosodiam appellant. Id est huius modi: Nam res publica nostra ad hunc statum gloriae pervenit non multitudine hominum, sed severitate legum.

15. *Ἰσόκωλον.* Hoc aut duabus aut pluribus sententiis brevibus et inter se paribus exigitur, ita uti hoc est: Nequaquam mihi dives est, quamvis multa possideat, qui neque finem habet cupiendi neque modum statuit utendi. Nam et multum | desiderare egentis est signum, et nihil parcere egestatis est initium. *Item:* Seorsum est beneficium dare libenter, iniuriam facere nolle. Nam dando beneficium extemplo benivolentiam *adiungimus*, non faciendo iniuriam dumtaxat odium vitamus.

16. *Ἀντίθετον.* Hoc pluribus modis fieri solet et habet in omni genere orationis summam utilitatem. Quare separatim demonstrandum est de uno quoque genere eius. Unum est, cum contrariae res inter se conferuntur. Charisii: Alter eorum erat in dando benignus, alter [erat] in accipiendo astutus. Hunc omnes conquirebant * * ne ab eo viderentur. Huius enim pudor erat omnibus iucundus, illius autem impudentia ipsi suavis, ceteris amara. Hoc idem fieri potest in una persona, ita uti fecit Dinarchus, cum ipse de se diceret: Olim in adulescentia sedulo omnem gloriam sectabar: at nunc in senectute summum me ambitionum invasit odium. Tunc facile multis opitulabar: nunc iam me ipsum tueri vix possum. Tunc mihi beatissimus videbar, si quam plurimis benigne fecissem: nunc contra vereor ne quid mihi desit ad necessarium aetatis meae cultum. Tunc ego ipse pro re publica fortiter arma capiebam: nunc praeterquam laudare eos qui rem publicam armati defendunt nihil valeo. Est autem *aliud*

24 Fr. or. p. 335.

1 assentantur *R*: assentiuntur *C* idem *Vb*: iidem *a* 2 simulat *V* contra flaverit *R coni. om.* se 4 tam *om. V* 6 eiusmodi *Va* 9 hoc aut *R*: hoc autem *C* 10 efficitur *R recte, ut videtur* dives *b*: *om. Ca* 13 item *add. R* 14 diversum est *x* 15 extemplo *b*: extimplo *A*, exemplo *BVa* adiungimus *add. R*; acquirimus *St*, excitamus *suppl. Maehly; possis etiam* lucramur 17 modis *Vab*: moribus *AB* 18 seperatim *V* 20 Charisius *V* 21 erat *secundo loco om. V*, *nos inclusimus* hunc omnes conquirebant, illum vitabant, ne ab eo viderentur *St*; ad hunc omnes concurrebant, ne ab eo (*immo* ab illo) viderentur *R*; Hunc omnes [ubi videbant, ultro adibant; in illo omnes causas omnes] conquirebant, ne ab eo viderentur *J*; *fort.* hunc omnes requirebant: illo conspecto de via decedebant, ne ab eo viderentur 27 tum facile *b* 28 tunc mihi *Frotscher:* tum mihi *C* plurimis *ABb*: pluribus *Va* 29 benigne *om. b* 30 ipse *om. B* 32 autem aliud *nos*: autem *C*, etiam *St et R*, item *Frotscher*

p. 13. 14 C.

genus huius, quod in eadem sententia priori verbo contrarium quod est infert et coniungi solet. Isidori: Non ille stultitia aut furore impulsus tam graves labores frustra subibat, sed ex acerbitate laboris iucundos voluptatis fructus sibi parabat. Aliud est, item quod superiori infertur, sed consequenter, ita uti fecit Demetrius Phalereus: Nobis primis dii immortales fruges dederunt: nos, quod soli accepimus, per omnes terras distribuimus. Nobis maiores nostri rem publicam *liberam* reliquerunt: nos etiam socios nostros de servitute eripuimus. Itaque et amplissimus nobis honos ab omnibus habetur, et propter huius honoris dignitatem superbiae nostrae nemo vestigium experitur.

17. *Ἐπιτροπή.* Hoc fieri solet, cum alicui rei vehementer confidimus et *de* nostro iure iudicibus largimur, ut, quem ad modum videatur illis, constituant, atque † eo pareamus. Hyperidis: Sed ego iam, iudices, summum ac legitimum, quod exposui, meae causae ius omitto: vobis, quod aequissimum videatur, ut constituatis permitto. Non enim vereor, quin, etiam si sit novum vobis instituendum, libenter id quod postulo propter utilitatem communis consuetudinis sequamini.

18. *Παρρησία.* Fere contrarium est hoc superiori. Nam in hoc vehementer cum iudice agendum est, et vitium aut erratum eius audacter coram eo reprehendendum. Sed diligenter hoc utendum et raro, ac simulandum est invitos ne|cessario dicere, ne magis confidentia quam dolore excitati videamur, atque ita non fides, sed odium iudicum consequatur. Demosthenis: Sed ego liberam vocem veritatis apud vos omittam? Non, inquam, nec reticebo, quod salus communis dici flagi-

---

6 Fr. or. p. 345. 14 ib. p. 306. 25 ib. p. 257.

---

1 huiusmodi *a*, eius *R* 2 coniungi *om. A in lacuna*, coniungere *St*, quo in eadem sententia priori verbo contrarium inferri et coniungi solet *x*, *ipse tentavi:* quom i. e. s. p. verbo contrarium quod est infertur et coniungi solet Hysydoris *V* non *Aab*: nam *BV* 3 subibat — — parabat *A*: subibit — — parabit *BVa*, subiret — — parabat *b*; *fort.* subierat — — parabat ex *om. V* 5 superiorem infert *b* '*Verba postrema alii aliter corrigi voluerunt, sed nego quidquam mutandum esse; nam Rutilius dicit hoc genus antitheti eiusmodi esse, ut non contraria sibi opponantur, sed ut ex priore posterius consequatur; cf. Quintil. l. d. Illa ipsa verba Rutilii* sed consequenter *interpretes non intellexerant*'. Sauppe 6 Phalereus *b*: Phalerius *Ca* primis *codd. Quintil. IX, 3, 84:* primum *C* 8 liberam *hic add. S, post* nostri *Bardili* relinquerunt *V* 10 huiusmodi honoris *A* dignitatem honoris *V* 11 superbientem nemo *A* fastidium *J*; s. n. ne vestigium quidem experitur (reperitur?) *x* 12 Epicope *b* 13 de *add. Caussinus* videatur *J*: videtur *C* 14 ei pareamus *St*, eis pareamus *Caussinus*, adeo pareamus *R*, eo persuademus *coni. S; fort.* obtemperamus Hyperidu *V* 17 etiam si sit *R*: etiam sit *Cb*, etiam si *a* 20 parresia *V* 22 utendum *Gesner:* uerendum *Ca*, ferendum *b* (sed raro hoc utendum et diligenter assimulandum est *Maehly*) ac simulandum *M. Haupt:* adsimulandum *b*, assimulandum *Ca*, assimulandumque *J*, *nisi malis:* assimulandum est etiam 23 *fort.* invitos nos 24 Demosthenes *V* 26 dici flagitat *Luxdorph (Jahn's Archiv f. Philol. I, 166):* dicit flagitat *C*

p. 14 C.

tat. Vestra opera, Athenienses, in tanto res publica periculo est. Vos enim defendere defecistis, temere omnibus credendo, et quorum ignavissima sunt consilia, eorum sententias utilissimas existimando. Item Lycurgi: Sed vos, iudices, vos haec facere debetis. Nam cum in sententiis ferundis nocentibus remisse parcitis, vos inpiorum studium ad peccandum excitatis.

19. *Αἰτιολογία.* Hoc schema efficitur ratione brevi et sententiosa, ita ut, quod dubium est visum, ad certam fidem adduci videatur. *Isocratis.* Quod vobis, Athenienses, in suadendo adsentiuntur, vos fallere possunt. Nam dictum ad voluntatem auditoris obscurat quaestionem utilitatis. Sed ab iis, qui suadent, quod vobis iniucundum est, decipi non potestis. Non enim sententias vestras valent commutare, nisi vobis evidens bonum sui consilii patefecerint. Item eiusdem: Etsi acerbum vobis quod dicturus sum videbitur, tamen aequo animo audiendum est. Nam fere verum consilium, quod initio auditu grave est, in posterum cognita utilitate fit iucundum.

20. *Τάξις.* Hoc fit, cum una quaeque res novissimorum verborum sententia clare distinguitur. Stratoclis: Nam vehementer eorum vitiis invehi non licebat, reticere omnino non expediebat, suspiciose loqui potissimum placebat. Dinarchi: Itaque ut familiares videbantur, hos necessitudine opitulandi adstrinxit, hosque ignotos iusta benivolentiae causa inlexit.

---

4 Fr. or. p. 273. 9 Isocr. de pace §. 10. 15 Isocr. fr. p. 227. 20 Fr. or. Att. p. 342. 22 ibid. p. 339.

---

1 Athenienses *margo in b:* quirites (quir. *Va*) *C* 2 enim *C*: eam *R* (Vos eā defectis temere *b*) 5 feriundis *b* 6 parcitis *J*: paratis *C*, parcatis *x* (nocentibus poenam remittitis, paratum vos improborum studium *etc. R*) 6 inpiorum *S*: in forum *C*, improborum *St* ad spectandum *C* 8 Eteologia *b*, Etymologia *Ba*, Ethimologia *V*; *cf. Auct. inc. de schem. v. 25* breui *om. V* 9 Isocratis *addidimus Spengelio auctore, qui primus (v. Münchner gel. Anz. 1837 num. 223) locum ex or. de pace §. 10 translatum esse monuit.* 10 nobis *Va* Athenienses] quirites *Vab (de AB non liquet, v. tamen quae Ruhnk. ad II, 18 adnotavit.)* assentantur *Gesner* 11 ad voluptatem *Spengel* obscurat quaestionem *Spengel:* obscuratum erat quaestione *C* 12 ab his *b* qui non suadent *Spengel* 13 iniucundum *St*: iucundum C, non iucundum *R* 15 eiusdem *Pithoeus:* eius C 17 fere *Ab*: fore *BVa* 18 sit *b* iucundius *S errore operarum, ut videtur; cf. Auct. inc. de schem. v. 26 sq.* 20 Stratocles *Vb* 21 suspitiose *V* 22 Dinarchi *R*: Timachi *V*, Thimachi *ABb*, Timarchi *a* ita *A* 23 astrinxit *V* 24 hosque] *fort.* duosque iusta *ab*: iuxta *C* inlexit. P. Rutilii Lupi Schemata dianoeas ex Graeco. Gorgia vorsa. explicit. Incipit Romani Aquilae *V.*

## II.

# AQUILAE ROMANI

## DE FIGURIS SENTENTIARUM ET ELOCUTIONIS LIBER.

*C* = codex Vindobonensis 179 (218 Endl.).
*A* = ed. Aldina 1523. cf. Ruhnk. p. 20 sq.
*B* = ed. Basileensis sive Rhenaniana 1521. cf. Ruhnk. p. 20.
*V* = ed. Veneta 1519. cf. Ruhnk. p. 19 sq.
*R* = Ruhnkenius.
*St* = Rob. Stephanus.

---

Rhetoricos petis longioris morae ac diligentiae quam pro angustiis temporis, quod me profecto urget, ideoque postea plenum hoc tibi munus reddemus. In praesenti autem nomina ipsarum figurarum cum exemplis percurrisse sufficiat, tantum praelocutis, quo maxime orator ab oratore differat, unum hoc aut certe esse praecipuum, figuras sententiarum atque elocutionum. Nam inventio rerum cum acutis hominibus, quos tamen oratores nondum appellare possis, communis est. Usitatorum verborum Latinorum scientiam et usum vel grammaticus sibi vindicat. Illi quoque mores, qui τρόποι nominantur, ab eadem hac arte non minus diligenter sunt cogniti quam ab oratore, sed quatenus cuique generi materiae adhibere eos deceat, orator melius intellegit. Figurandarum sententiarum et elocutionum proprium oratoris munus est. Hoc enim genere et parva extollit et angusta dilatat, et cum celeritatem tum ornatum plerisque et vim

---

Aquilae — — liber *A*, Incipit Romani Aquilae *CV*, Rhomani Aquilae de nominibus figurarum et exemplis liber. Ex Alexandro Numerio *B* 2 quod *AV*: quo *BC* profectio *B* (*erravit R de AB; nam habet A* quod me profecto, *contra B* quo me profectio) 3 autem *om. A* 4 praelocutis *R*: praelocutus *ABCV* maximus *AC* 5 hoc aut *R*: aut hoc *ABCV* 7 usitatorum *scripsi:* illorum *ABCV* 8 scientiam et usum — — vindicat *A*: scientia et usu .. uindicare *BCV* modi *Vossius; at firmavit R lectionem* mores *coll. Beda de Trop. S. Script. p. 379 Capp.* 9 arte *R*: arte id est grammatica *ABCV* 10 sed *A*: si *BCV*, etsi *St*, *haud scio an rectius* cuiusque generis materiae *vir doctus in marg. ed. B* 11 deceat *R*: debeat *BCV*, debeant *A* 12 genere *om. C* 13 cum celeritatem tum or-

p. 15. 16 C.

et pondus verbis ac sententiis *addit:* ad permovendos quidem animos auditoris aut iudicis nihil aequale est. Quod sic facillime intellegitur, si, quae sunt figurate enuntiata apud magnos oratores detractis figuris eloqui velis; invenientur enim nequaquam dignitatem aut vim eandem retinentia. Sed figurarum, sicut supra diximus, aliae sunt sententiarum, quae *διανοίας σχήματα* appellant, aliae elocutionis, quae *λέξεως σχήματα* vocantur. Percurramus igitur sententiarum figuras; natura est enim prius sentire quam eloqui. |

1. *Προδιόρθωσις*, praecedens correctio. Haec figura, ubi aliquid necessarium dictu, set insuave audientibus aut odiosum nobis dicturi sumus, praemunit. Exemplum apud Ciceronem frequens: Quamquam sentio quanta hoc cum offensione dicturus sim, dicendum est.

2. *Λεπτολογία* ... Tale pro Gallio de convivio luxurioso: Fit clamor, fit convicium mulierum, fit symphoniae cantus. Videbar mihi videre alios intrantes, alios autem exeuntes, partim ex vino vacillantes, partim hesterna potatione oscitantes. Versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis: humus erat lutulenta vino, coronis languidulis et spinis cooperta piscium. Quod si hoc ipsum esse aliqui diatyposin, hoc est descriptionem, volunt, intellegant nos non de universo loco, sed de executione singularum rerum loqui: quas ita persecutus est, ut etiam minima quaeque demonstraret.

3. *Προσωποποιία* est personae confictio. Haec figura plurimum in se continet dignitatis, cum rem publicam ipsam loquentem inducimus, aut defunctos aliquos quasi excitamus ab inferis et in conspectu iudicis collocantes oratione hos circumdamus. Talis est illa pro Caelio Appii Caeci persona, inducta contra Clodiam ita dicens: Mulier, quid tibi cum Caelio? quid cum adulescentulo? quid cum alieno? Saepe enim, quae nos ex nostra persona dicentes vix ferant iudices, supposita dignitate personae liberius dici et convenientius poterunt.

4. *Ἠθοποιία*, moralis confictio. Haec figura differt a superiore eo, quod ibi et personas fingimus, quae nusquam sunt, hic certis

12 Cic. p. Gallio fr. 1. 26 Cic. p. Cael. §. 33.

natum *J. Fr. Heusinger*: cum celeritate tam ornatum *ABCV* 1 addit *add. Heusinger* 2 facilime *C* 4 eandem *St*: fandi *ABCV* 5 dianoeas schemata *C* 7 natura *Gesner prob. R (qui comparavit Quintil.* 9, 1, §. 18: Ut vero natura prius est concipere animo res quam enuntiare, ita de iis figuris ante est loquendum, quae ad mentem pertinent): naturae *ABCV*; *fort.* naturale 9 set *nos*: et *ABCV* 11 dicturi sim *A* 12 Leptologia *add. P. Victorius Var. lectt. 22, 5*; *praeterea intercidit schematis descriptio, de qua v. Alexandrum c. 11* fit — fit — fit *R*: ut — ut — ut *ABCV* 13 conuitium *A* Videbar *usque ad finem etiam affert Quintil.* 8, 3, 66, *item Iulius Victor c. 22, et usque ad v.* vacillantes *iterum Quintil.* 9, 3, 165 14 videre *om. C* partim — partim] quosdam — quosdam *Quintil. et Victor* 15 hesterna ex *Quintil. et Victor; videtur* ex *ante* hesterna *intercidisse* potione *ABCV* 16 versabatur — — coronis] *haec Aquila solus habet* 17 erat immunda, lutulenta *Quintil. et Victor* 18 Quid *A* diatiposim *C* 19 nolunt *C* 22 Prosopopeia *C* 25 pro Coelii *A* 28 nos ex nostra *B*: *om. C*, nos ex *om. AV* 30 Ethopeia *C*

p. 16. 17 C.

quibusdam [vel] personis verba accommodate adfingimus, vel ad improbitatem earum demonstrandam vel ad dignitatem. Tale est illud pro Quinctio: Quid Sex. Naevius? Ridet nostram amentiam scilicet, cum ab eo officia boni viri desideramus. Et quem ad modum | natus, inquit, et quem ad modum educatus sum, memini. Vetus est de scurra divitem facilius quam patrem familias fieri posse et cetera.

5. *Ἀποσιώπησις*, reticentia, cum intra nos supprimimus ea, quae dicturi videmur, quod aut turpia aut invidiosa aut alioqui nobis gravia dictu sunt, ut est Demosthenicum illud prooemium: Non pari ego et adversarius periculo ad iudicium venimus, sed mihi quidem — nolo quicquam initio dicendi ominosius proloqui. Interdum etiam utimur hac figura, quasi ad alias *res* properemus. Tale est Vergilianum illud:

Quos ego! — sed motos praestat componere fluctus.

6. *Ἐπιτροχασμός*, percursio. Haec rursum figura differt a coacervatione, quod illa res universas pluresve in eundem locum confert, haec distantia plura inter se percurrens velocitate ipsa circumponit, ut si velis dicere: Caesar in Italiam evolavit, Corfinium Domitio deiecto ceperat, Urbe potiebatur, Pompeium persequebatur.

7. *Εἰρωνεία*, simulatio, frequentissima apud oratores figura, ubi aliud verbis significamus, aliud re sentimus. A quo genere figurae prooemium pro Ligario sumptum est: Novum crimen, C. Caesar, et ante hunc diem inauditum et cetera.

8. *Παράλειψις*, praeteritio. Frequens est huius figurae usus, ubi quasi praetermittentes quaedam nihilo minus dicimus, sicut pro Milone tota illa quaestio inducta est, qua docet fuisse e re publica occidi Clodium: Quod si non possem, inquit, diluere crimen, ut dilui, tamen gloriose haec praedicare Miloni liceret. Item de domo sua contra Clodium: Videsne me radicitus evellere totum tribunatum tuum? et cetera [inquit]. Quae praetermittere se ait, nihilo minus dicit. Ute-

---

1 Cic. p. Quinctio §. 55, cuius verba Aquila ex memoria citavit. 10 Dem. de cor. §. 3 p. 226 R. 13 Aen. 1, 135. 23 Cic. p. Lig. §. 1. 27 Cic. p. Mil. § 72. 29 §. 34.

---

1 vel *delevit St* 2 demonstandum *ACV* Quinctio *C*: Quintio *ABV* 3 quod *ABV* 4 *immo* desideremus *et v.* 5 educatus sim 5 Vetus est de scurra: divitem *distinxit Manutius in Cic.* 9 quod turpia *C* alioquin *BC* 10 dictu *St*: dicturi *BCV*, dicturis *A* ergo *A* 11 periculo *om. C* 13 res *nos addidimus:* ad alia *St* 17 quod cum illa *BC* universas *ABCV*: diversas *St* 18 *fort.* componit 19 evolarat *St* Domitio deiecto *R*: dimidio delectam (deletam *A*) *ABCV* 20 urbe *vulgo* perociebatur *B* 21 Ironias *C* figura ubi *A*: ubi figura *BCV*, qua figura *St* 23 C. Caesar] P. C. *B* 25 Paralempsis *CV*, Paralepsis *B* 27 fuisse *om. BCV* 28 ita diluere *Cic.* 29 praedicare *St*: praedicere *ABCV*; palam clamare atque mentiri gloriose *Cic.* 30 me *Cic.*: non *ABCV* tribunatum tuum *AC*: tuum *om. BV; Cic. habet:* omnes actiones tuas 31 inquit *del. St*

p. 17. 18 C.

mur autem hoc adiumento in his, quae infirma vel invidiosa nobis futura sunt, si directo dicantur.

9. *Ἀποστροφή*, aversio, necessaria plerumque figura, ubi quae ad | alios dicta volumus, ad alios dicere videmur. Sic plerumque convertimus orationem in reum ab iudice, cum illa tamen, quibus adversarium alloquimur, iudici allegentur. Acutissimum exemplum in Philippicis Demosthenis, ubi quibus verbis populum Atheniensem monitum vult, ea se dicit apud Argivos et Arcadas et Messenios contionatum. Invidiose et M. Tullius cum saepe alias, tum pro Roscio convertit orationem ad Chrysogonum ab illo loco: Rogat oratque te, Chrysogone, et cetera.

10. *Διαπόρησις*, addubitatio. Hac utimur, cum propter aliqua volumus videri addubitare et quasi ab ipsis iudicibus consilium capere, quo potissimum genere orationis utamur. Quale est pro Cluentio prooemium: Equidem quo me vertam, iudices, nescio. Negemus fuisse illam rem et cetera. Item pro Cornelio: Pugnem aperte contra nobilissimorum hominum voluntates? studia, consilia cogitationesque eorum aperiam? et cetera: quae quasi dubitans an sibi facienda sint dicit.

11. *Ἐρώτημα*, interrogatum. Eo utimur, ubi exacerbando aliquid interrogamus et augemus eius invidiam, hoc modo: Fuistine illo in loco? dixistine, haec *ita* gesta esse? renuntiastine ea, quibus decepti sumus? Haec enim si sine interrogatione dicantur ad hunc modum: 'hic fuit illo in loco et ita gesta esse dixit et falsa renuntiando nos decepit', sic prolata minus invidiose profe-rentur.

12. *Πύσμα*, quaesitum. Hoc genus a superiore eo differt, quod ad interrogatum una voce tantum responderi potest, vel a negante vel a confitente: quaesito autem occurri nisi pluribus non potest, *ut* hoc modo si dicas: Qua igitur ratione bellum geremus? quae auxilia no-

---

6 Dem. Phil. II, §. 19. 9 §. 144. 13 §. 4. 15 Cic. or. p. Corn. II fragm. 1.

---

1 in iis *A* 2 directe *A* 3 aversio *St*: aduersio *V*, auersatiò *B*, aduersatio *C*, aduersario *A* 5 ab iudice *St*: ad iudicem *ABCV*; *cf. Quintil. 9, 2, 28* 6 allegentur *Gesner*: alligentur *ABCV* 7 Atheniensium *B* eadem se dici *B* 8 Argivos *Demosthenes*: Graecos *ABCV*; Arcades *a Demosthene non nominantur.* concionatum invidiose. Et M. Tullius *edd.*; *verba rectius distinximus.* 10 Rogator atque *AB* 11 utuntur *B* aliquas *B*, *unde St* aliquas res 12 dubitare *B* 13 genere *om. C* 14 negem *recte libri Tulliani* 19 exacerbando *Capp.*: exaceruando *ABCV*, *ut Martianus quoque Capella, qui Aquilam excscripsit, habet §. 38*: cum interrogando aliquid acervamus (*vel* coacervamus) 20 fuistine *St*: fuisti *B*, fuisse *ACV* in illo loco *A* dixistine illo in loco *C* 21 ita *add. St ex loco inferiore* renunciastine *St*: renunciasti *ABCV* 22 dicantur *om. C* 23 gesta esse *ABC*: esse gesta *edd.* 24 falsa *St*: falso *ABCV* sic prolata *nos*: haec prolata *ABCV*, haec sic prolata *St*, *delendum censebat R* 26 a *St*: ex *ABCV* quod ad *A*: quo ad *BCV* 28 occurri non nisi pluribus *sola B; firmat nostram lectionem etiam Martianus Capella* ut *add. R* 29 dicas *St*: dicat *ABCV*

p. 18. 19 C.

bis parata erunt? quis erit qui subvenire velit, cum tam acerbe socios tractaverimus?

13. *Διατύπωσις*, descriptio vel deformatio, ubi rebus subiectis personisque et formas ipsas et habitus describimus et exprimimus, ut Tullius hoc modo: Ponite ante oculos Rullum, hasta posita in Pompeii castris, cum suis formosis finitoribus auctionantem. Item plenius pro Milone: Si haec non gesta audiretis, sed picta videretis et cetera. Deformat Milonem in reda sedentem paenulatum cum uxore, item Clodium cum equo et delectis villa egredientem. Eodem modo pro Roscio de Glaucia: Nonne vobis haec, quae audistis, oculis cernere videmini, iudices? Non positas insidias, non impetum repentinum? non versatur ante oculos ipse Glaucia? et quae sequuntur. |

14. *Ἀντεισαγωγή*, compensatio. Est autem huius modi, ubi aliquid difficile et contrarium confitendum est, sed contra inducitur non minus firmum. Qualia sunt haec de rege Ptolemaeo apud Ciceronem: Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis. Et si dicas: Magnus labor, multa pericula proponuntur: at gloria ex his immortalis est consecutura.

15. *Διασυρμός*, elevatio vel irrisio, ea figura est, qua ludentes, quae dicuntur ab adversariis, dissolvimus. Qualis est ille locus pro Murena in Sulpicium totus de iure civili.

16. *Μετάστασιν*, transmotionem, quidam inter figuras nominavit, cum rem a nobis alio transmovemus, non ita ut ibi causam constituamus. Alioquin iam non figura erit, sed species quaedam eius status, quem qualitatis aut ex accidenti appellant secundum Hermagoram. Ceterum alibi in parte aliqua orationis sententiam hoc modo figuramus, quale est apud Demosthenem initio defensionis pro Ctesiphonte: Cum bellum, inquit, Phocense conflatum esset, non per me; nondum enim ego ad rem publicam accesseram. Tale et illud pro Cornelio videri potest de aerario: Refertum, inquit, tribuniciis legibus, exhaustum a quibus sit, ipsi sciunt.

---

5 de lege agr. II, §. 53. 7 §. 54. 10 p. Rosc. Am. §. 98. 16 fr. or. de rege Alex. III, 4. 18 secundum Cic. or. p. Sestio §. 102. 21 §. 25 sqq. 28 de cor. §. 18. 30 Cic. p. Corn. I fr. 37.

---

3 delectis *B* 3 personisque *R ex Martiano Capella:* personarum *ABCV* 5 Ponite a. oc. Rullum *B: om. ACV* 6 actionantem *B* 7 audieritis — uideritis *ABCV* 8 et cetera. Deformat *nos*: Et deformat *C et edd.* 10 de *A*: et de *BCV* audistis *AC*: uidistis *BV* 11 positas insidias *Cic.*: posita *ABCV*; *vitium librariorum esse apparet ex Anonymi schem. dian. §. 36, cui locus Aquilae ob oculos erat.* 12 ipse *ABCV, fort. corruptum ex* in caede, *ut habet Cic. et Schem. dian. l. c.* 14 Antenagoge *ABCV* 15 inducitur *Gesner:* iniicitur *ABCV* 16 Ptholomeo *C* 17 belligerandi *BC* 18 proponuntur *St*: opponuntur *ABCV*, *sed in C syllaba* opp *in rasura* 23 Metastasis *ABC* transmotionem *B*: transmutationem *ACV* nominant *male St*; *nam significatur, ut R monuit, Alexander* I, 27 27 qualis *AV* 28 Ctesiphone *B* 29 esset *St*: esset, et *ABDV* 30 et illud *St*: est illud *ABCV* 31 refectum *A* tribunicis *BC* 32 sit *om. A*

p. 19. 20 C.

17. Hae fere sunt ab elegantissimis electae figurae sententiarum: quibus si, ut adulescens acerrimo ingenio, utebaris actus proprio motu animi aut etiam ex imitatione lectionis Tullianae, prius etiam quam numeros earum nominaque perceperis, nihil mirum est. Omnia enim fere, quae praeceptis continentur, ab ingeniosis hominibus et in dicendo se exercentibus fiunt, sed casu quodam magis quam scientia. Ideoque doctrina et animadversio adhibenda est, ut ea, quae interdum sine ratione nobis occurrunt, semper in nostra potestate sint, et quotiens res postulaverit, a nobis ex praeparato adhibeantur. Nunc ad figuras elocutionis transeamus: qua in traditione primum mihi videtur demonstrandum, quot genera sint elocutionis quotque modis ea utamur.

18. Est igitur omnis oratio aut soluta, nulla inter se necessitate numerorum, neque composita membris quibusdam vel determinata certa circumscriptione verborum. Ea plerumque in sermone assiduo et in epistolis utimur: interponitur autem et iudicialibus orationibus, ubi aliquid simile et proximum sermoni volumus effin|gere. Aut perpetua, quam Graeci εἰρομένην λέξιν appellant, quae ita conectitur, ut superiorem elocutionem semper proxima sequatur atque ita seriem quandam significatus rerum explicet. Ea praecipue historiae et descriptioni convenit, quae tractum et fusum genus eloquendi, non conversum neque circumscriptum desiderat. Habet et saepe in iudiciali genere dicendi usum necessarium, si quando quasi decursu quodam uti volumus, ut illa se habent in oratione Miloniana: Occidi, occidi non Spurium Maelium, qui annona levanda iacturisque rei familiaris et cetera. Alia autem, quae ex ambitu constat, quem ambitum Graeci περίοδον appellant. Est autem ea, quae sententiam certa quadam circumscriptione definit atque determinat, qualis est haec: Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro et in iudiciis impudentia valeret, non minus nunc Aulus Caecina cederet Sex. Aebutii impudentiae, quam tum in vi faciunda cessit audaciae. Sed hic amtus constat ex membris, quae κῶλα Graeci vocant, et *ex* caesis, quae κόμματα appellant. Membrum quidem est pars orationis ex pluribus ver-

---

23 §. 72. 27 Cic. p. Caec. §. 1.

---

2 *fort.* adolescens es actus *vir doctus in ed. Capp.*: nactus *ABCV*, incitatus *R* 3 ex imitatione *Gesner et homo doctus in marg. ed. B*: existimatione *BCV*, aestimatione *A*, existimatione dictionis T. *M. Haupt in Philologi III, 547* quam *St*: quod *ABCV* 10 qua *St*: quia *ABCV* 11 eis *B*; ea *firmat Capella* 12 se *om. C* 14 assidua *BV* 15 autem et iudicialibus *A*: autem et in dialibus *CV* (*sed V om.* autem), aut et in dialogis *B* 16 perpetuae *B*, *fort. ex* perpetua est 17 εἰρομένην λέξιν *St*: ῥωμένην λέξιν *B*, romenen lexin *ACV* 19 et *add. R coll. Capella* (*ubi est:* et historiae convenit et narrationi); historiae scriptioni *Bake ad Cic. de legg. p. 294* tractim *A* 20 et fusum *vir doctus in ed. Capp.:* effusum *ABCV* 21 et *om. BCV* 22 uti] ita *B* habent *Capella*: habet *ABCV* 24 cetera. In vitam Clodii invehitur *ABCV*; *glossam sustulit R* 29 nunc in causa *Cic.* Cecinna *AB* Sex. Aebutii *om. B* 30 in vi *Cic. et Capella*: cum in *ABCV* audaciae *Cic. et Cap.*: audacia *ABCV* 31 ex *addidi ex Capella*

p. 20. 21 C.

bis absolute aliquid significans, hoc modo: Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere. Caesum autem est pars orationis, nondum ex duobus aut ex pluribus verbis quicquam absolute significans, hoc modo: Etsi vereor, iudices, ne turpe sit. Nonnumquam tamen caesam dicimus orationem, quotiens non efficiuntur membra ex conexione verborum, sed singula quodvis significantia proferuntur ad istum modum: *Quis est iste Lollius, qui sine ferro ne nunc quidem tecum est?* Quis est iste Lollius? armiger Catilinae, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, percussor, lapidator fori, depopulator curiae. Et alibi apud eundem oratorem: Comites illi delecti manus erant tuae: *accensi, medici, aruspices, scribae manus erant tuae:* ut quisquis te familiaritate attigerat, ita maxime manus tua putabatur. Constat autem ambitus ex duobus membris, ex tribus membris, ex quattuor, interdum *et sex*, etsi nonnulli ex uno membro ambitum putant posse compleri, quam *μονόκωλον περίοδον* appellant. Ego autem | non video, quem ad modum periodos cognominetur et non potius colon, si unum sit.

19. His demonstratis, quae et ipsa possit aliquis figuris elocutionis adnumerare, ceteras persequemur, si illud praedixerimus, optimam et efficacissimam orationem futuram, si et hos ambitus habuerit, de quibus diximus, et in quibusdam partibus continuationem illam perpetuae elocutionis assumpserit, et nonnumquam caesis interrupta fuerit. Nam ubi omnia periodis explicantur, satietatem et fastidium ex similitudine parit: qualia scripta eorum, qui Isocraten male imitati sunt, quippe cum ipse Isocrates in hoc genere a quibusdam improbetur. At ubi semper continuatur oratio, nec cola quasi respirationes ex intervallis atque definitionibus periodorum interponuntur, et audientem et dicentem fatigat. Ubi vero caesa semper oratio est, nihil a sermone imperitorum differre videtur. Quare permiscenda sunt haec et rebus pro condicione earum accommodanda.

20. Differt autem figura elocutionis a figura sententiae hoc, quod sententiae figura immutato verborum ordine vel translato manet nihilo minus,

---

1 Cic. p. Mil. §. 1. 7 Cic. de domo s. §. 13. 10 Verr. II, §. 27.

---

2 dicere et incipientem *B* 4 absolute *Capella*: absoluti *ABCV* uerear *A* 6 membra ex c. verborum *St*: uerba ex c. membrorum *ABCV* quodvis s. proferuntur *Capella*: quamuis s. proferantur *ABCV* 7 Quis est iste Lollius — — tecum est? *addidimus ex Capella, quem constat exempla schematum non ex Cicerone ipso, sed ex Aquila petiisse. Apparet autem quam facile hoc membrum in libris Aquilae intercidere potuerit.* 8 Iollius *C* 10 lapidator *Cic. et Capella*: latitator *B*, latrator *ACV*; *recte libri Tulliani*: lapidator, fori depopulator, obsessor curiae 12 accensi — — manus erant tuae *supplevimus ex Capella, ipsa Aquilae disputatione suffragante* 13 quisque *et* attingebat *Cic.* 15 et sex *add. R ex Capella* 18 si unum *R*: si unus *A*, siue unus si unum *BCV* 20 annumerare *Capp. et Gesner*: enumerare *ABCV* 22 continuationem *R ex Capella*: continuo rationem *ABCV* 25 Isocraten *B*: Isocratem *rell.* 26 oratio nec cola *Luxdorph*: oratiuncula *ABCV*, oratio, nec illae *St* 29 promiscenda *B* 30 haec *om. C* eorum *B*

p. 21. 22 C.

elocutionis autem, si distraxeris vel immutaveris verba vel ordinem eorum non servaveris, manere non poterit. Ironia sententiae figura, quam hoc modo enuntiabo: Hic enim egregius auctor communium commodorum, custos *et* defensor rei publicae, salus et columen civitatis: de quo contraria scilicet intellegi velim. Mutabo verba, ordine eorum verso vel tota elocutione aliter explicata, sic: namque iste, cuius ope et auxilio videlicet civitas nititur: manebit ironia eadem neque laedetur verborum immutatione. At vero si figura elocutionis sit, quam repetitionem Latine, Graece *ἐπαναφοράν* vocamus, quae est huius modi: ille auctor discordiarum, ille dux seditionum omnium, ille in pace tumultuosus, ille proditor in bello: et illam partem orationis repetitam saepius in initio membrorum aut caesorum, qua est figura, sustulero, et tantum semel dixero, subiungens et cetera, hoc modo: ille, qui seditionum auctor, discordiarum concitator, in pace tumultuosus, in bello proditor fuit: figuram elocutionis sustuli. Nonnumquam autem, immo plerumque concurrere potest, ut sententiae figura coniungatur cum elocutionis figura, quo modo hoc enuntiatum est: ille amator patriae egregius, ille rei publicae custos, ille defensor libertatis ac legum. Cum hoc de | eo dicatur, de quo contraria intellegi volumus, et ironia est, quae figura sententiae est, et epanaphora, de qua cum maxime diximus, quae est elocutionis. Nunc ad instituta pergamus.

21. Sunt igitur figurae elocutionis aliae ad ornandum tantum et quasi ad pingendam orationem accommodatae: quibus princeps Gorgias Leontinus usus est, sed sine modo. Et ideo brevi oratio eius, quae initio audientis novitate permoverat, fastidium meruit. Isocrates autem post eum parcius, nec non etiam ipse Demosthenes, sed tanta moderatione, ut nusquam in taedium recurrant. Eas ergo primum exponemus.

22. *Ἀντίθετον*, compositum ex contrariis. Haec figura constat ex eo, quod verba pugnantia inter se, paria paribus opponuntur. Cu-

---

1 elocutioni *ABCV* 2 non *om. B* 4 et *add. St* 5 mutaro *malim* 6 locutione *V* (?); *Ruhnk. ait sic esse in Aldina, quae recte habet* elocutione 7 manebit *A*: manet ut *BCV* 9 repetitionem latine *A*: re. latine *CV*, relationem *B*, relationem latine *St* huiusmodi *B*: eiusmodi *ACV* 11 ille proditor *B*: proditor *ACV* 12 initio *V*: initium *ABC* qua est figura *scripsi*: quae figuram *B*, quam figuram *ACV*, *quae vv. St delevit*, quae figuram efficit *R* et *ante* cetera *del. St* 16 contingere *R* 17 quo modo hoc *Capp.*: qua hoc modo *ABCV* 20 ironia est — — epanaphora *R*: ironiam esse — — epanaphoran (*vel* epanaphoram) *ABCV* 21 dicimus *mal. R* 22 pergemus *C* 23 figurae elocutionis *Capella*: figurarum elocutiones *ABCV* ornandum *C*: ornandam *ABV* quasi ad *BC*: quasi *AV* 24 pingendum *B* accommodatae] *cum non sequatur quod* aliae *respondeat (sequitur demum cap. 30), volebat Ruhnk. ex Capellae exemplis interpolatis hic addere:* aliae vero ad significationis vim intimandam, *de qua re v. adn. ad illum locum Capellae.* 25 brevi oratio eius, quae *R*: breuis oratio est et quae *ABCV* 26 permouerat *B*: permouoat *CV*, permouere *A* moeruit *C* 28 recurrant (*sc.* figurae) *nos*: recurrat *ABCV*, incurrat *St* 29 compositum *R ex Capella*: oppositum *ABCV*

p. 22. 23 C.

ius modi brevissimum est illud Ciceronis: Domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas. *Aut si dicas:* In pace ad vexandos cives acerrimus, in bello ad expugnandos hostes inertissimus.

23. Ἰσόκωλον, exaequatum membris. Fit autem, quotiens non pugnantibus inter se, sed paribus tantummodo verbis duo vel etiam plura membra, quae κῶλα dicimus, explicantur, ut si dicas hoc modo: Classem speciosissimam *et robustissimam* instruxit, exercitum pulcherrimum et fortissimum legit. Addere etiam licet: sociorum maximam et fidelissimam manum comparavit, et longius eodem modo progredi, dum ne in fastidium incurras.

24. Πάρισον, prope aequatum. Differt autem a superiore, quod ibi membrorum verba paria sunt numero, hic uno vel altero addito aut in superiore membro aut in postremo pariter excurrunt, ut si *sic* locum enunties: Neque gratia et divitiis locupletum corruptus, neque minis et denuntiatione potentium perterritus, neque difficultatibus et magnitudine rei a proposito deiectus. Hoc enim postremum pluribus verbis quam superiora enuntiatum membrum longius produxit. Quod fieri et in primo potest, sed ibi opportunius, si, quo longius erit ceteris, initio pronuntiatur: in posteriore autem, si ad postremum producitur.

25. Ὁμοιόπτωτον, simile casibus. Hoc ex eo nomen accepit, quod membra illa, id est κῶλα, in eosdem casus cadunt ad hunc modum: Huic igitur socios vestros criminanti et ad bellum vos cohortanti et omnibus modis, ut in tumultu essetis, molienti. Haec enim tria in eundem casum determinata sunt. |

26. Ὁμοιοτέλευτον, simile determinatione. Differt a superiore, quod illud quidem et casu et sono simili verba membrorum determinat: hoc vero non solum casuum similitudine, sed cuiuscumque verbi atque enuntiationis contentum est, ut: In muros statim curritur, exercitus a sociis accersitur, dilectus iuventuti denuntiatur.

27. Παρονομασία, levis immutatio. Haec figura ita ornat ora-

---

1 ipse se citat in Orat. §. 223. Nunc locus legitur in fragm. or. Scaurianae §. 45; at v. Spald. ad Quintil. 9, 2, §. 15.

---

1 est illud brevissimum *C* tibi *om. ABCV* 2 Aut si dicas *add. R ex Capella* 5 Icolon *C* exaequamen ex membris *A* 8 et robustissimam *add. R ex Capella* 9 legit *Capella*: elegit *ABCV*, delegit *St* 11 praegredi *B* 12 aequamen *A* a *A*: ex *BCV* 14 sic *add. R* 16 potentium *C*: potentum *ABV* 17 magnitudine rei a proposito *R*: magnitudine rei a proposita (praeposita *C*) magnitudine *ABCV* delectus *B* hic enim *malim* 18 enunciatum uerbum membrum *C* 19 si quod *Capp.* 20 pronunciatur *AV*: praenunciatur *B*, praenunciantur *C*; praemuniatur *et deinde* producatur *Gesner* 21 produntur *C* 22 casibus *Capella*: in casibus *ABCV* 23 membra illa, id est illa, id est cola *B* 27 simili *B* 28 simili *R ex Capella*: similia *ABCV* verba *om. AV* 30 ut *A*: *om. BBV* 31 accersitur *ABC*: arcessitur *V* (?) 32 Paronomasia *Capp.*: Paronymia *vel* Paronimia *ABCV* imitatio *BCV*

tionem, ut in nomine aut in verbo interdum syllaba, nonnumquam litera immutata diversa significet, ut si velis sic enuntiare: Praetor iste vel potius praedo sociorum. Et frequens illud apud veteres eius modi est: Cui quod libet, hoc licet. Non indecore interim et prioris verbi postremitas similitudine posterioris excipitur, ut se habet: Legem flagitasti, quae tibi non deerat; erat enim diligentissime scripta.

28. *Πλοκή*, copulatio. Ea figura elocutionis, in qua idem verbum aut nomen, bis continuo positum, diversa significat, ut est illud: Sed tamen ad illum diem Memmius erat Memmius. Ita enim hoc bis positum est, ut superius quidem nomen tantum significet hominis, posterius velit intellegi eundem qui semper fuerit ac sui similem.

29. *Παλιλογία*, iteratio. Haec figura, repetito eodem verbo aut nomine, non diversa vult intellegi, sed id quod significatur efficere vehementius. Cuius modi est hoc: Ferro, ferro inquit, et hoc in iudicio dicit, te reieci atque proterrui. Repetitum enim hoc ferro indignitatem rei atque audaciam eius, in quem dicitur, impensius significat. Nec solum nomen aut verbum, sed omnis pars orationis iterari ad eundem usum potest, ut cum dicitur: Tu, tu, Antoni, Caesari ruenti atque omnia permiscere cupienti causam belli civilis dedisti.

30. Atque hae duae figurae, superior et ista ipsa, de qua locuti sumus, non ad formandam magis et exornandam orationem, ut illae superiores, sed ad accendendam pugnam dicendi valent, sicut vel magis | pleraeque earum, quae consequentur. Ideoque et Aristoteli et iteratio ipsa verborum ac nominum et repetitio frequentior et omnis huius modi motus actioni magis et certamini quam stilo videtur convenire: qua de re in tertio Rhetoricorum libro disserit. Verum docet nos et Demosthenes et Cicero eam optime orationem esse compositam, quae cum illa ornamenta parium et contrariorum et immutatorum verborum habeat, ex quibus et ipsis tamen saepe non ornatior quam vehementior fit oratio, si in tempore et cum modo assumantur, tum his, quae verae adfectionis speciem praeferunt, excitetur. Ita enim maxime exemplum et imaginem veritatis continebit.

31. *Ἐπανάληψις*, repetitio. Haec figura tantum a priore distat, quod in illa quidem una pars orationis bis repetitur, tum coniunctim, tum

---

4 Auct. ad Her. IV, 25. Cic. p. Quinct. §. 94. Phil. I, §. 33. 5 Cic. p. Mur. 13, 46. 8 Cic. fragm. p. 468 Or. (1). 14 Cic. p. Caec. §. 24. 18 secundum Cic. Phil. II, §. 53. 25 c. 12.

---

1 syllabam *BC* 4 indecorem *BCV* 5 flagitasti quae *libri Tulliani*: fragilitas et quae *ABCV*, flagitas et quae *Pithoeus* 6 scriptae *C* 12 Palinlogia *AC* 13 id quod *R*: idem quod *ABCV* 14 ferro ferro — — dicit te reieci atque proterrui *R ex Cicerone*: ferrum ferrum — — dicit ter eiciatque (eiiciatque) pro terrui (proterui *CB*) *ABCV* 15 enim] in *AV* ferro *R*: ferrum *ABCV* indignitate *C* 17 omnis *om. B* 19 Antonio *B* 20 haec *AC* 21 formandam *R* (*coll. Cic. de orat.* II, §. 36): ornandam *ABCV* 22 accedendam *A* vel maxime *R* pleraque *ABCV*, *em. St* 25 rhetoricorum libro *A*: rhetoricarum libro (*vel* l.) artium *BCV* 29 assumatur *B* 30 tum *B*: tamen *ACV et edd.* excitetur *ACV*: texetur *B* 32 Epanalempsis *C* 33 coniunctim *St*: coniunctum *BV*, coniuncto *AC*

p. 24. 25 C.

interposito uno aut altero verbo, quo vehementior elocutio videtur fieri: at in hac ex plurium verborum continuatione repetita idem quaeritur, ut si dicas: Patriae suae quisquam, o dii immortales, exitium est machinatus? Et hoc: Non potest iam, non potest, inquam, libera haec civitas esse.

32. *Ἀναδίπλωσις*, reduplicatio, rarum apud oratores figurae genus, frequentius apud poetas: si quando tamen et in civilem orationem incidit, *non* mediocrem dignitatem habet. Interest autem inter hoc et illa duo superiora tantum, quod hic ea, quae in superiore membro postrema ponuntur, in posteriore prima repetuntur, ad hunc modum: Concurrerat ad tantae rei nuntium, sicut commune civitatis periculum monebat, senatus frequens, equester ordo universus * * Tale est et illud Terentianum;

Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat esse cognatam?

33. *Προσαπόδοσις*, redditio. Nomen haec figura ex eo accepit, quod idem nomen in postrema parte membri, aut eadem quaecumque pars orationis redditur, [est conexa] unde id membrum aut is ambitus coepit, ut si velis hoc modo eloqui, cum quid quasi indigneris aut doleas: Tibi, sceleratissime omnium, im|putare omnes calamitates suas debet res publica, tibi. Aut sic: Haec, o dii immortales, in civitate moliri ausus est Glaucia?

34. *Ἐπαναφορά*, quod relatum vocant. Hac figura vel frequentissime et Demosthenes et M. Tullius et omnes vehementes oratores utuntur, quando praecipue et ipsi commoti videri volunt et iudicem commovere. Constat autem ex eo, quod eadem pars orationis saepius per singulos ambitus aut per singula membra, interdum etiam brevius per caesa, quae *κόμματα* appellant, *repetitur*, hoc modo: Verres calumniatorem apponebat, Verres de causa cognoscebat, Verres pronuntiabat.

---

13 Phorm. 2, 3, 5. 28 secundum Cic. Verr. II, §. 26.

---

4 machinatus] *fort.* machinatus? exitium, inquam, patriae suae est machinatus? *nisi vitium in v.* quisquam *latet (nam inepta videtur sententia de persona communi enuntiata) et scribendum est:* patriae suae, patriae suae, inquam, o di *etc.* et hoc: Non *nos*: Hoc non *BCV*; non *A*, et: Non *R* Non potest, iam non potest *vulgo distinguitur*; iam non potest *om. V, ut videtur, non item B, ut ait R* 6 reduplicatio *Capp.*: replicatio *libri* 8 non *add. R* 12 universus] *Gesnerus* frequens populus, *R* universus populus *addere malebat, at cum ne sic quidem figura confiat, plura deesse manifestum est.* 13 illud *om. C* 14 Phannium *AC*, Fannium *B* 15 negat hanc esse *C* 16 redditio orationis *Capella* accipit *ABCV*, *em. St* 17 *fort.* aut eadem, quaecumque est pars orationis, redditur 18 redditur *om. C* est conexa *inclusit Gesner nec habet Capella* his ambitus cepit *B* 19 indigneris aut *B*: indigneas et *V*, indigueras aut *C*, indigne *A*, indigne feras aut *Frotscher* doleas Resp. tibi *A* 22 Glaucia? haec? *Gesner; ipse malim tale supplere:* Glaucia? haec est ausus Glaucia? 23 Epanaphoran *C* relegatum *B* 24 M.] inde *B* utantur *C* 25 quando *A*: unde *BCV* 27 breuis *ABCV*, *em. St* 28 repetitur *add. St, ut est apud Capellam* calumnatorem *C*, calumniatores *Cic.* opponebat *A*

p. 25. 26 C.

Aut si dicas: Ille venire hostes nuntiavit, ille vos in metum belli compulit, ille in tumultu ut civitas esset effecit. Per ambitum autem repeti potest eadem pars orationis sic: Tam diu Tiberius Gracchus populo gratus fuit, quam diu leges ad voluntatem eius, non ad utilitatem rei publicae compositas ferebat: tam diu C. Gracchus, quam diu legibus agrariis et frumentariis et ceteris profusionibus aerarii multitudinem imperitam promerebatur: tam diu Saturninus plurimum potuit, quam diu easdem illas frumentarias largitiones et agri divisiones pollicebatur.

35. *Ἀντιστροφή*, conversum. Species huius figurae cum eandem fere vim habeat, contraria est superiori, eo quod ibi ab eadem parte orationis saepius incipitur, hic in eandem partem desinitur. Cuius modi est haec pro Fonteio: Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimae copiae e Gallia, equites numero plurimi e Gallia.

36. *Συμπλοκή*, conexum. Haec figura ex utraque earum, quas supra demonstravimus, composita utramque orationi speciem circumdat. Nam et incipit saepius ab una parte orationis et totiens in unam atque eandem desinit, ut haec se habet: Quis legem tulit? Rullus. Quis tribus sortitus est? Rullus. Quis decemviros creavit? idem Rullus.

37. *Πολύπτωτον*, ex pluribus casibus. Hanc figuram ex eo nominaverunt, quod, cum saepius initium ab eadem parte orationis fiat, illa ipsa pars declinationibus casuum aut generibus aut numeris immutatur. Casuum declinationibus hoc modo: Senatus est summum imperii consilium: senatui rei publicae cura mandatur: | ad senatum in dubiis periculosisque rebus omnis civitas respicit. Generibus autem hoc modo: Pulchra autem haec fama continget civitati, si optime meritum civem damnaverimus. Pulchrum erit exteras nationes existimare, infestiores nos esse bonis quam malis. Pulchre communibus utilitatibus consulemus, si, quos oppressos et hostes cupiere, nos circumvenerimus. Numeris autem sic: Grata semper singulis fuerunt, quae commodi eorum causa constituta sunt. Gratum ille superior

14 ex parte deperdita 4, 8. 20 secundum Cic. de l. agr. II, §. 22.

1 metum *R*: motum *ABCV* 3 T. Gracchus *A* 5 afferebat *ACV* 7 aerariis multitudinem imperatam *B* 11 conuersum *ABCV*: conversio *Capella* 12 contrarium *CV* 17 connexio *Capella* 18 composita est *BCV* orationi *J. Fr. Heusinger*: orationis *ABCV* 19 totiens *St et Capella*: totidem *ABCV* 21 est *om.* C idem *operarum errore deest in R* 24 initium — — fiat *A et Capella*: initio — — stat *BCV* 25 ipsa *om. A* 26 summi *B* 28 omnis omnibus annis ciuitas *C* 29 continget *R*: contiugit *AC*, contigit *BV* 31 erat *B* 33 cupere *AC* 35 instituta *AV*

p. 26 C.

Africanus senatoribus fecit, qui primus eius ordinis subsellia a populo liberavit.

38. *Συνωνυμία*, communio nominis. Utimur autem eo genere elocutionis, quotiens uno verbo non satis videmur dignitatem aut magnitudinem rei demonstrare, ideoque in eiusdem significationem plura conferuntur, ut si dicas: prostravit, adflixit, perculit.

39. *Ταυτολογία*. Eadem pluribus verbis significat hoc schema, differt autem perexiguo [proxima] a superiore figura. Ibi enim singulae partes ex ordine idem significantes ponuntur: hic unius nominis aut verbi prius positi vis deinceps pluribus verbis explicatur, ut si dicas: Senatus populi Romani summum consilium, a quo ordine iura exterae nationes petunt. Hic enim unum nomen senatus prosecutionem accipit ex pluribus verbis non aliud significantibus. Qui enim summum consilium dicit et eum *ordinem*, a quo exterae nationes iura petunt, non aliud quam senatum dicit, sed prosequendo latius ornavit elocutionem.

40. *Κλῖμαξ*, quod Graeci vocant, ascensus nominetur a nobis. Malo enim ascensum quam scalam aut gradiculos, ut quidam, dicere. Est autem figura perquam decora et a Demosthene commendata, in qua postremum quodque verbum, in priore membro aut parte aliqua elocutionis positum, in posteriorem rursum assumptum inicitur atque ita velut gradibus quibusdam conectitur oratio, ad hunc modum; ponam enim ipsum Demosthenicum versum: Et non dixi quidem haec, *non scripsi autem;* nec scripsi quidem, non profectus sum autem ad legationem; nec profectus quidem, non persuasi autem Thebanis. Haec autem animadvertis, quanto elatius dicta sint, quam si simpliciter enuntiasset: Et dixi haec et scripsi et in legationem profectus persuasi Thebanis. Sic M. Tullius pro Milone: Neque vero se populo solum, sed etiam senatui commisit, nec senatui modo, sed etiam publicis praesidiis et armis, neque his tantum, sed etiam eius potestati, cui senatus totam rem publicam com-

---

23 de cor. §. 179. 28 §. 61.

---

5 *fort.* in eiusdem rei (ad eandem significationem *Capella*) significatione *B* conferimus *Capella* 7 Tautologia *C* eandem *B et, ut videtur, V; nam in A est* eadem; *cf. adnot. Ruhnk.* 8 proxima *del. St*, et proxima est superiori figurae *R*, a proxima superiori figura *Ferd. Nagel in Act. litt. soc. Rheno-Traiect. 4, 291* superiore *ABC*: superiori *V (?) et v.* enim *St*: etiam *ABCV* 11 populi Ro. *R*: p. q. r. *A*, Pop. que Rho. *B*, populusque romanus *CV* 14 et 15 dixit *St* ordinem *add. St* 18 ascensum *A*: ascensus *BCV* 19 decore *B* 21 in posteriorem rursum *R*: in superiore (superiorem *B*) cursum *ABCV*, in inferiorem rursus *St, fort.* in inferiorem ex superiore r. assumpta *ABCV* 23 haec — scripsi quidem *om. C* non scripsi autem *supplevimus*; non autem scripsi *add. St* 25 non persuasi autem Thebanis nec persuasi quidem *ABCV*; *glossema sustulit St* 26 autem] *an* facile? animaduertitis quanto ea latius *B* 27 profectus persuasi *nos*: profectus sum, persuasi *ABBV*; prof. sum et pers. *St* 28 M.] em̃ *B* 30 iis *AB* 31 commiserat *Cic. et Capella*: commisit *ABCV*

p. 26. 27 C.

miserat. Parce autem usus est figura; nam in tertio gradu contentus fuit dicere, neque his tantum, ne rursum totum illud repeteret, neque publicis praesidiis et armis tantum, videlicet quia et longum et insuave futurum erat. Egregie autem et, ut mihi videtur, feliciter Licinius Calvus in Vatinium: Non ergo pecuniarum magis repetundarum quam maiestatis, neque maiestatis magis quam Plautiae legis, neque Plautiae legis magis quam ambitus, neque ambitus magis quam omnium legum omnia iudicia perierunt.

41. Solutum; sic enim voco, quod ἀσύνδετον Graeci vocant. Fit autem ita, ut demptis coniunctionibus et praepositionibus, quibus verba et nomina conectuntur, singulatim unumquodque enuntiemus. Cuius rei frequentissimum exemplum est per totas orationes M. Tullii, sed vel hoc unum ad exemplum sufficiet: Expecto vim edicti, severitatem praetoris, faveo aratori, cupio octuplo damnari Apronium. In his enim animadvertimus nullam neque coniunctionem neque praepositionem interpositam. Facit autem figura haec et ad celeritatem et ad vim doloris aliquam significandam, in qua plerumque, cum commoti sumus, hoc modo incidere solemus.

42. Illud etiam praeceptum habeto, actori verae causae numquam timendum esse, ne nimius sit in figuris sententiarum. Si enim fieri possit, ut omnes non * * ad aliquam utilitatem figurentur, non vitandum, verum et optabile est. Elocutionis figuris modus adhibendus, et iis maxime, quas diximus ad ostensionem magis quam ad certamen facere, in quibus paribus paria redduntur aut simili casu aut sono determinantur; in his etiam, *quae* iteratione verbi aut repetitione aut aliquocumque huius modi motu accidunt. In elocutione tam diu commorandum erit, quam diu non in fastidium et satietatem audientis incurrit. Melius itaque est pluribus

---

5 ex Quintil. 9, 3, §. 56. Fragm. or. Rom. ed. Meyer ed. II, p. 477. 13 Verr. III, §. 28.

---

1 figura *ABC*: hac figura *V (?) R* 2 iis *A* neque publicis *Gesner:* neque solum publ. *ABCV* 3 et in longum *B*, longum *ACV* 4 erat futurum *C* licinium *C* 5 Vatinum *B* *eundem locum citant Quintil. 9, 3, 56 et Diomedes II, p. 448 Keil.* magis pecuniarum *Quintil. et Diom.* repetendarum *B* 6 neque maiestatis *om. C* planciae *(bis) A* 7 neque legis (*om.* Plautiae) *B* 8 omnium legum est (*i. e.* etc.) *codd. Quintil. rell. omissis* 8 ἀσύνθετον *B* 10 coniunctionibus — — connectuntur *A*: ut demptis disiunctionibus et propositionibus quibus uerba et non uerbis nominibus aut appellationibus particulis consequuntur (consecuntur *B*) *BCV* 11 enunciamus *ABV, om. C* 12 Tullius *C* hoc ad unum *C* 13 expecto *Cic.*: exopto *ABCV* (*non* opto *AB, ut ait R*) 14 aratori *Cic.*: oratori *libri Aquilae et Capellae* octuplo *Capella*: opto *ABCV*, octupli *libri Tulliani* in hiis animaduertimus enim *C* 15 n. disiunctionem n. propositionem *ABCV*, *em. Capp.* 16 haec et ad *B*: et *om. ACV* 17 in qua *A*: qua *BCV* 19 actori *A*: autori (auctori) *BCV* 20 nimium *ABCV*, *em. St* 21 omnis *C* *lacunam indicavimus; videtur autem tale aliquid deesse:* non ad ornandum tantum, sed ad *etc.* 22 modum adhibendum *libri, em. Christ* iis *St:* his *v.* 23 facere *B*: fieri *ACV* 24 reddantur *ABCV*, *em. St* aut quae simili *St* 25 quae *add. St* alio quocunque *St* 26 commorandum *B*: morandum *ACV* 27 incurret *St, fort.* incurrerit

p. 27. 28 C.

huius modi figuris uti et exemplis variare elocutionem quam diutius in iisdem manere.

43. *Διεξευγμένον*, disiunctum. Haec figura ita ornat et amplificat orationem, ut diversis redditionibus verborum membra, quae vocamus *κῶλα*, disiungat ac separet, sive duo sive plura, hoc modo: Capuam colonis deductis occupabunt, Atellam praesidio communient, Nuceriam, Cumas multitudine suorum obtinebunt, cetera oppida praesidiis devincient. Tale est et illud: Venibit igitur sub praecone | tota Propontis atque Hellespontus, addicetur omnis ora Lyciorum atque Cilicum, Mysia et Phrygia eidem condicioni legique parebunt. Animadvertere autem potes nihil interesse, utrum in postremis partibus membra disiungantur vicissitate verborum, an in primis, an hoc vicissim fiat.

44. *Ὑπεξευγμένον*, iniunctum. Hoc genus enuntiationis diversam habet vim a figura superiore: ibi enim copia verborum iactatur, hic brevitas. Nam ut in superiore singulis membris singula diversa reddimus, ita hic plura in uno coniungimus. Quale est hoc: Quorum ordo *ab* humili, fortuna *a* sordida, natura *a* turpi oratione abhorret. Hoc enim postremum abhorret ad tria refertur. Sin autem haec figura fit ita, ut tum in postremo sit pars orationis, quae duo aut plura membra coniungat, tum in primo, tum in medio, iniectionem sive *ἐπιβολὴν* vocemus licet. Praestat autem vim orationi pluribus verbis in eandem rem collocatis, non idem significantibus, sed maius semper ac maius aliquid, hoc modo: verberatur, cruciatur, necatur.

45. *Πλεονασμός*, plus necessarium. Eius figurae usus in eo est, ut verba quaedam adiciamus, non tam enuntiandae rei necessaria, quam ut ex his magnitudo vel dignitas vel moralis aliqua commentatio aut denique species motura iudicem circumponatur. Alioqui, si nihil eorum

---

5 secundum Cic. or. de l. agr. II, §. 86. 8 fragm. or. de l. agr. I.

---

1 variare *nos*: variari *ABCV* 3 *Διεξευγμένον*, disiunctum *A et Capella*: Disiunctum, siue iniunctum *BCV* 6 Atellam *A* (*V*?): ac etiam *BC* Luceriam *A* 8 venibit *Orelli*: ueniet *ABCV* 9 Propontus *B* omnis *Baiter*: communis *ABCV* hora *C* Oralytiorum *B* 10 Mysia *St*: Moesia *ABCV* Phrygia eidem c. l. p. *Orelli*: Phrygia (Frygia). Veniet Propontis atque Hellespontus, idem c. l. p. *ABCV* 12 necessitate *A*; *'fort. verba* an hoc vicissim fiat *adscripta sunt ad explicandam vocem* vicissitate' Ruhnk. 14 *Ὑπεξευγμένον scripsi: Ἐπιζεύγμενον A*, Diezeugmenon siue epizeugmenon *BCV*, Antezeugmenon *Capella (non item A, ut ait Ruhnk.) et R* iniunctum *A*: disiunctum siue iniunctum *BCV* enunciationis *R*: enumerationis *ABCV* 15 ibi — — in superiore *om. C* 17 ab *additum ex Capella*, a — a *nos addidimus* 18 humilis *AC* ratione *St* 19 sin *ABV*: si *C*, fit *R* 20 fit ita ut tum *nos*: tum ita ut *ABCV*, ita fit ut *St* 21 iniectionem *A*: in lectionem *BV*, lectionem *C* sive *Gesner*: sic *ABCV*, seu *Caussinus*, id est *St* 23 collatis *C* 25 Pleonasmus. Plus necessarius eius figurae usus *ABCV*, *corr. R ex Capella*, *qui habet:* Pleonasmus est plus necessarium (plus necessario *Heinsius ad Ovid. Ep.* 14, 95, plus quam necessarium *Grotius*) 26 quaedam *nos ex Capella*: quidem *C et edd.* 28 circumponantur *Pithoeus* alioquin *BC* nihil eo tum *B*

p. 28. 29 C.

additio verbi efficit, vitiosa erit. Itaque si dicas ‘M. Cato ille’, quamvis sufficiat nomen tantummodo posuisse, videaris plus significasse addito ille. Item hoc: ‘Quae, malum, est ista voluntaria servitus?’ cum possit satis significatum esse: ‘quaenam est ista voluntaria servitus?’ plus quidem habuit ex eo, quod malum positum est.

46. *Ἔλλειψις*, id est detractio, contraria superiori figura. Ornatur oratio, cum verbum aliquod detrahimus a sua significatione, hoc modo: Et illi quidem, qui a se *mortem* morte inimici reppulit, ignosco. Videntur autem mihi *et* iudices, qui sententias pro illo tulerunt: nam multas fuisse audio. Hic apparet totum illud deesse: videntur autem mihi et iudices idem sensisse vel ignovisse. Sed quia intellegebatur, id detractum est, ut ipsa celeritate commotior esset enuntiatio.

47. Hae sunt fere elocutionum figurae animadversione dignae. Iam illud sua sponte quicumque intellegere possit, saepe plures elocutionis figuras concurrere. Nam qui sic loquitur: Athenienses Asiae partem eam, quae Ionia cognominata est, coloniis communierunt: Dores Italiae eam regionem, quae Magna Graecia est nominata, occupaverunt: tres in unum figuras con|tulit, isocolon, homoeoptoton, diezeugmenon. Idemque hoc et in ceteris figuris accidere poterit.

48. Illud ad postremum praecipiendum videtur, ne proposita tibi figura, quaerens elocutionem ei subiungere, cito verba colligas, ut in eam figuram, quam destinaveris, incidant; infirmum enim hoc et puerile erit. Sed consuetudo multa elocutionis, in qua figuras huius modi recognoscas, et assiduitas stili, cum ipsa exercitatio commoverit dicendi facultatem, in has formas ultro incurrit, ut et quibus et quo tempore utendum sit, possis diiudicare. Plurimum optimorum, Demosthenis praesertim et M. Tulli *iuvabit lectio.* Ne *tamen,* dum copiam imitamur, in nimietatem incidamus, cavendum est.

---

3 Cic. Phil. I, §. 15.

---

1 efficiet *St* erat *B* 2 plus *A*: *om. BCV* 3 mala *C* Cum possit — — servitus *B*: *om. ACV* 5 quiddam *St* quod *A*: quae *BCV* 8 mortem *add. R* reppulit *A*: repulit *BCV* 9 uidetur *C* et *add. St* 10 multos *St* totum *St*: tum *ABCV* 11 uidetur *C* 12 id *nos*: is *BCV*, *om. A*, iis *R*, ideo *St* 14 fere *St*: uere *C*, uerae *ABV* 15 quicumque *R*: quacumque *A*, *om. BCV* (sua quisque sponte *St*) 17 colonis *B* 18 Magna Graecia *A*: Graecia *BCV* 19 occupauerunt *AC*: occupauere *B et V (?)* icolon *C* 20 itemque *ABCV*, *em. St* 23 quaerens el. ei *nos*: quaeras el. his *ABCV* cito *nos*: cita *ACV*, si ita *B et edd. recent.* 25 Sed *nos*: Haec *ABCV* huiusmodi *om. C* 26 facultatem *AV*: facultas item *BC* 27 ut et quibus *St*: ut cum quibus *ABCV* 28 Demosthenis praesertim et M. Tulli, iuvabit lectio *scripsimus*: Demosthenis praestabit M. Tullio *ABCV mance* 29 ne tamen *nos*: nec *AV*, ne *BC*, sed ne *St* imitatur *B* 30 cauendum est. Explicit Aquilae *C.*

III.

# IULII RUFINIANI

## DE FIGURIS SENTENTIARUM ET ELOCUTIONIS LIBER.

### DE SCHEMATIS LEXEOS.

### DE SCHEMATIS DIANOEAS.

*B* = ed. princeps Basileensis.
*R* = Ruhnkenius.
*St* = Rob. Stephanus.

Hactenus Aquila Romanus ex Alexandro Numenio: exinde ab eo praeteritas, aliis quidem proditas, subtexuimus.

1. *Εἰρωνεία* elocutiuncula Sallustiana commodissime exprimitur, cum aliud in pectore reclusum, aliud in lingua promptum habemus, et sententia enuntiationis in contrarium verbis accipitur, ut apud Vergilium:

Scilicet is superis labor est.

Apud Tullium pro Ligario: Novum crimen, Gai Caesar, et cetera. In Clodium et Curionem: Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, et cetera. Ironiae

3 Catil. 10. 5 Aen. 4, 379. 7 p. Lig. §. 1. 8 in Clod. et Cur. c. 5.

2 praeterita, ab aliis prodita *St*, '*Quem in errorem induxerunt uerba, quae in B his subiiciuntur:* Schemata dianoeas. Ironia, partes eius chleuasmus *etc. quae non sunt Rufiniani, sed studiosi lectoris, figurarum catalogum conficientis. Quem nos ut inutilem et alienum eiecimus.*' Ruhnk. 3 Salustiana *B* 4 clausum in pectore *Sall.* habemus *St*: habeamus *B* sententiam *B*, *em. St* 5 verbis *Capp.*: a verbis *B* 7 Caij *B*

p. 30 C.

autem species sex, chleuasmos sive epicertomesis, charientismos sive scomma, asteismos, diasyrmos, exuthenismos, sarcasmos.

2. *Χλευασμός* sive *ἐπικερτόμησις*. Haec figura risum excitat et severe proposita vafre excutit, eludens personarum aut rerum comparatione, ut apud Vergilium:

meque timoris
Argue, tu, Drance.

Apud Ciceronem: Quasi vero ego de facie tua, catamite, dixerim. Vel alias: Potuistine contumeliosius facere, si tibi hoc Parmeno alioqui ac non ipse Parmeno nuntiasset.

3. *Χαριεντισμός* sive *σκῶμμα*. Hac figura fit festiva dictio, cum amoenitate mordax, ut apud Ciceronem: Infirmo corpore atque aegro, colore, ut ipsi iudicare potestis, u. Et apud eundem: Facite enim, ut vultum ipsius et illam usque ad talos demissam purpuram cogitetis.

4. *Ἀστεϊσμός*, urbana dictio. Hac figura fit excitatis aliis ingenua festivitas, ut apud Ciceronem: Respicite, respicite, iudices, hominum fortunas, respicite Fabricii senectutem. Cum hoc 'respicite' ornandae orationis causa saepe dixisset, respexit ipse. At Fabricius a subselliis demisso capite discesserat. Et alias: Negabant mirum, ius tam nequam esse verrinum. Et alibi: Alii execrabantur Sacerdotem, qui tam nequam verrem reliquisset.

5. *Διασυρμός*. Haec figura fit, cum rem aliquam aut personam elevamus, ut apud Tullium: Est adhuc, quod admirari vos video, non Verres, sed Quintus Mutius. Et in eodem: Sed repente, tanquam epoto Circaeo, factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Et alibi: Quid ad haec Naevius? Ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus et instituta bonorum virorum requiramus.

6. *Ἐξουθενισμός*. Figura haec fit, cum rem aliquam extenuamus et contemtam facimus, ut apud *Horatium in* Lucilium:

---

5 Aen. 11, 383. 8 ex or. in Clod. et Cur., ut Beier probabile reddidit. 9 orationi pro Fundanio vindicavit Ruhnk. 12 Cic. fragm. p. 579, 16 Or. ed. I p. 347, 17 Klotz. 14 p. Cluent. §. 111. 17 p. Cluent. §. 58. Quintil. 6, 3, 40. 20 et 21 Verr. I, §. 121. 25 et 26 div. in Caecil. §. 57. 28 p. Quinct. §. 55. 32 Sat. 1, 10, 20.

---

1 epicertomenesis *B*, *item paulo post* 2 Astismos *B* 4 comparationem *B*, *em. R* 9 vel alias *rhetoris verba esse aliud exemplum adiungentis C. Beier intellexit in Cic. oratt. fragm. p.* 112 potuistine *scripsi*: potuisti *B* 10 alioqui *scripsi*: alloqui *B*, per aliquem *St* 13 ipsi iudicare potestis u. *nos*: ipse indicare p. u. *B* 14 facit *B* 16 Astismus *B* excitatis *Gesner*: exercitatis *B* 17 Respicite respicite *B*: respicite *edd. Cic. et reliquae Rufiniani* 21 negabat uirum iustum, nequam esse Verrinium *B*, negabant mirandum esse ius tam nequam *etc. Cic.* 22 alibi *R*: illi *B*, illico *Frotscher* sacerdotem *edd.* tam nequam Verrem *B*, verrem tam nequam *Cic.* 26 *fort.* in eadem 27 e poto circa eo *B*, aliquo Circaeo poculo *codd. Cic.*; *videtur Rufinianus* poculo Circaeo *scripsisse* 32 apud Hora-

p. 30. 31 C.

At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis
Miscuit.

Apud Tullium pro Caecina: Eieci ego te armatis hominibus, non deieci, ut tantum facinus non in aequitate iuris, sed in una litera latuisse videatur. Item in Philippicarum secunda: Nam quod quaerebas, quo modo redissem: primum luce, non tenebris, | deinde cum calceis et toga, nullis caligis nec lacerna. Cato apud Athenienses: Antiochus epistolis bellum gerit, calamo et atramento militat.

7. *Σαρκασμός*. Haec figura quibusdam videtur eadem, quae chleuasmos, sed a peritissimis propria significatione descripta est. Peculiariter enim foediora ea significamus, non tamen sine dicacitate concinna, ut apud Vergilium:

Novimus et qui te transversa tuentibus hircis.

Apud Ciceronem: Sexte noster, quoniam etiam iura ligurris. Et pro Caelio: Quod facerem vehementius, nisi mihi intercederent inimicitiae cum istius mulieris viro, fratre volui dicere: semper hic erro.

8. *Ἀπόφασις* sive *Αἰτιολογία*, venustum schema, ubi quasi alio interrogante nobis ipsis respondemus et rationem reddimus. Cicero pro Tullio: Si qui furem occiderit, iniuria occiderit. Quam ob rem? quia ius constitutum nullum est. Quid si se telo defenderit? non iniuria. Quid ita? quia constitutum est. Caesar pro Bithynis: Quid ergo? Syngraphae non sunt, sed res aliena est. Et hactenus, ubi nobis respondemus, alias, ubi aliis: quod nisi arte procedit, causam prodit: ut apud Vergilium interrogante altero, quod negare non poterat, subtiliter *alter* occurrit, ne furtum fecisse existimetur:

An mihi cantando victus non redderet ille?

Testis interrogatus in reum, an fustibus vapulasset: ‘et innocens,’ inquit. Aut cum dicitur, quaero an occideris hominem? et respondetur ‘latronem’, ut confessionem praecurrat defensio.

9. *Ἀπορία*, eadem est et *διαπόρησις*, addubitatio quaedam, cum simulamus quaerere nos, unde incipiendum, *ubi desinendum*, quid potissi-

---

3 p. Caec. §. 38. 5 Phil. II, §. 76. 8 Reliq. ed. Iordan. p. 39. 13 Ecl. 3, 8. 15 de domo sua §. 47. 16 p. Cael. §. 32. 21 p. Tull. §. 52. 24 p. 751 ed. Nipperdey 26 Ecl. 3, 21. 29—31 Quintil. 9, 2, 12. 32—33 Quintil. 9, 2, 19.

---

tium in Lucilium *Gesner*: apud Lucilium *B*, apud Horatium *mavult Jac. Becker in Philologi* V, 726 3 pro Cinna *B* 4 in aequitate defensionis *Cic.* 6 primum *Cic.*: prima *B* 7 Gallicis *A. Gellius* 13, 22, 6 11 a peritissimis *R*: aperte perfectissimis *B*, a perfectissimis *St* 15 iura Lycurgis *B*; quoniam etiam dialecticus es et haec quoque liguris *Cic.* 19 eteologia *B* 21 furem *St*: in foro *B* 24 non sunt? *distinxit Nipperdey* 26 altero *St*: Aclero *B* 27 alter *add. R* 29 in reum *Quintil.* 9, 2, 12: a reo *B* an *Quintil.*: non *B*, num *edd.* ab reo fustibus *Quintil.* et *Quintil.*: *om. B* 33 ubi desinendum *Quintil.* 9, 2, 19: *om. B*

mum dicendum an omnino dicendum, cumque artificialiter simulamus nos ibi res invenire, non paratos venisse. Cicero in Verrem: Quem? Quemnam? recte admones: Polyclitum esse dicebant. Et de domo sua apud pontifices: Tibi literas ille misit? quas? *quas* aut numquam misit, aut si misit, in contione recitari noluit. Itaque sive ille misit sive tu protulisti, certe consilium tuum de honore Catonis nudatum est.

10. *Ἀναχοίνωσις* communicatio est, cum aut ipsos adversarios consulimus aut cum iudicibus deliberamus. Cicero in divinatione: De te, Caecili — iam me hercules extra hanc contentionem certamenque nostrum et reliqua. Est et idiotismos. Idem pro Quinctio; Si dupondius tuus ageretur, Sex. Naevi, si in parvula re captionis aliquid vererere, statim ad Gaium Aquilium aut eorum aliquem qui consuluntur cucurrisses: cum ius amicitiae, societatis, adfinitatis ageretur ... Item ibidem: Ego nunc pro te hos consulo post tempus et in aliena re, quoniam tu in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus es. Quaero abs te, Gai Aquili, L. Lucili, P. Quinctili, M. Marcelle: vadimonium mihi non obiit quidam socius et adfinis meus, quocum mihi necessitudo vetus, contro|versia de re pecuniaria recens intercedit, et cetera. Item: Profecto si recte vestram bonitatem atque prudentiam agnovi, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri: primum exspectare ... Cato: Si vos in eo loco essetis, quid aliud faceretis? Et alibi: Communem rem putatote, ac vos huic praepositos. Vergilius:

fuit et tibi talis
Anchises genitor, Dauni miserere senectae.

11. *Ἀγανάκτησις*, indignatio, quae fit maxime pronuntiatione. Ennius in Iphigenia:

Menelaus me obiurgat: id meis rebus regimen restat.

---

2 Verr. IV, §. 5. cf. Quintil. 9, 2, 61. 3 de domo s. §. 22. 9 in Caecil. §. 37. 11 p. Quinct. §. 53. 15 § 54. 21 ibid. §. 54. 23 p. 71 ed. Iordan. 24 ibid. p. 72. cf. Quintil. 9, 2, 21. 25 Aen. 12, 933. 29 p. 121 Vahlen.

---

1 nos ibi *R*: nōn sibi *B* 4 quas *addidimus. Apud Ciceronem est*: Litteras in contione recitasti, quas tibi a C. Caesare missas diceres — — quas aut numquam tibi ille litteras misit aut *etc.* 5 itaque *B*: at *Cic. edd.* 9 de te Caecili *Cicero:* decedente *B* 10 hoc extra *Cic.* 11 idem *Gesner*: item *B* 12 paruula recapitulationis *B* 13 non statim *Cic.* 15 Item] *fort.* et cetera ego hunc *B* 16 tu *deest in ed. Ruhnk., sed est in B* 18 Lucili *Orelli*: Lucille *B*, Luculle *R* Quintilie *B* 20 de re] dare *B* 21 Profecto *Ravius* (*disput. de Cic. or. p. Quinct. p.* 80): pro Sextio *B* 22 agnoui enim, multum me fallit. si conq. r. s. *(sic)* primum expectari *B* 23 Si uos *B*: Cedo si vos *Quintil.* 9, 2, 21; *videtur* cedo *post* Cato *librariorum culpa intercidisse, quoniam rhetor locum ex Quintiliano descripsit.* 24 fecissetis *Quintil.* 25 rem agi *Quintil.* puta to *B* propositos *B* 26 talia Sancire genitor *B* 30 restitat *Bentley*

p. 32. 33 C.

Vergilius:

Cantando tu illum? aut umquam tibi fistula cera
Iuncta fuit?

Cicero pro Sulla: Fero ego te, Torquate, iam dudum fero.

12. Ἀποδίωξις, reiectio vel reprobatio quarundam rerum, quasi in quaestionem non venire dignarum, neque oportuisse aut ab adversariis poni aut a nobis quaeri aut a iudice postulari. Quod schema mire facit *ad* accelerate fugiendum, ut et tacuisse et tamen non timuisse videamur ut in re difficili et contraria non haereamus. In qua figura breviter morati ad aliud statim transire debemus. Cicero pro Caelio: Equitis Romani autem esse filium criminis loco poni ab accusatoribus, neque his iudicantibus ...

13. Ἀποπλάνησις est [aut] iudicis a re contraria nobis avocatio, quam cum desiderat aut ab adversario commonetur ut quaerat, nos obscurando et miscendo et promittendo quidem dicturos nos, sed suo loco, ad aliam rem avocamus, et rursum dum dicimus, sensim ad aliud transimus, et ab eo, quod contra nos est, avocatur et suspenditur iudex vel coniuncta rerum multitudine implicatur, ut non de uno, sed de pluribus putet sibi sententiam esse dicendam, ut pro Cluentio fecit Cicero, in qua oratione tenebras se offudisse iactavit iudicibus Cluentianis: Intellegant nihil me nec subterfugere voluisse reticendo nec obscurare dicendo. Ego me, iudices, ad eam causam accedere, quae iam per annos octo continuos usque eo efficiam profecto. Deinde: Versatam esse in iudicio pecuniam constat: totum caput. Deinde: Unum quidem, nemo erit tam inimicus Cluentio usque ad finem capitis ipsius.

14. Ἀφορισμός vel διορισμός, descriptio rerum per reprehensionem, quae exprimit et corrigit vim sententiae et potestatem. Quare potest videri species emendationis; nam quae temere dixeris, reprehendit. Tullius: Quamquam illa non poena, sed prohibitio sceleris fuit. Aut alias: Cives, *cives* inquam, si hoc nomine appellare fas est. |

15. Ἀρά, execratio. Execratio oratoria apud Ciceronem: O sce-

---

1 Ecl. 3, 25. 4 p. Sulla §. 46. 10 p. Cael. §. 4. 19 Quintil. 2, 17, 21. 20 p. Cluent. §. 1. 22 §. 7. 24 §. 81. 25 §. 64. 30 et 31 ex Quintil. 9, 2, 18. Prius fragm. est ex oratione amissa. 31 p. Mur. §. 80. 32 Verr. I, §. 40.

---

4 Sylla *B* 5 Apodioxis *Vossius (Inst. orat. V, 6, p. 251):* Apodoxis *B* reiectio *Capp.*: siue apoplanesis. Reiectio *B* reprobatio *St*: probatio *B* 6 vel quas putemus neque oportuisse *Vossius*, quasque putemus n. oportuisse *Gesner*, quas neque oportuisset *R* 7 ad *add. St* 10 debeamus *B et edd.* 11 ab accusatoribus n. h. p. *(sic) B* 13 aut *del. Capp.* 14 commonetur *St*: commouetur *B* 23 annos octo non usque eo efficaciam *B* 29 namque temere *B* reprehendit *St*: reprehendet *B* 31 cives *semel habet B* hoc eos *Quintil.* 9, 2, 18, eos hoc *Cic. codd.* 32 Ἀρά *Caussinus*: Aria *B*

p. 33 C.

Ius! o portentum in ultimas terras exportandum! Apud Vergilium:

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Di, si qua est caelo pietas, quae talia curet,
Persolvant grates dignas.

16. *Δέησις*, obsecratio vel obtestatio, qua deos oramus aut homines. Cicero pro Deiotaro: Per dexteram istam tuam ego obtestor. Pro Roscio *μετὰ εἰρωνείας*· Rogat oratque te, Chrysogone. Apud deos Vergilius:

Per superos atque hoc caelum ...
Per ego has lacrimas dextramque tuam te.

Plautus: Ita ted obtestor per senectutem tuam.

17. *Διαβολή*, criminatio et quasi denuntiatio eorum, quae futura sunt. Cicero pro Milone: Erit ille atque inlucescet dies et cetera. Terentius:

Videre videor iam illum diem, quom hinc egens
Profugiet aliquo militatum.

Apud Vergilium:

Sed non ante datam cingetis moenibus urbem,

et cetera.

18. *Διάνοια*. Haec figura fit proprie, cum proponitur non id quod fieri oportet, sed quod fit. Tullius: Dolabella autem, quem ad modum homines nobiles, usque iniuriam *facere* fortissime perseverat. Vergilius: Furor arma ministrat. Applicatur huic figurae etiam *χρεία*, sententia necessaria, ut Cato in Thermum post censuram: Qui ventrem suum non pro hoste habet, qui pro re publica, non pro sua obsonat, qui stulte spondet, qui cupide aedificat.

19. *Ἀποφώνημα*, sententia responsiva, ut apud Caecilium: Fac velis, perficies. Apud Tullium: Literarum radices amaras, fructus dulces.

20. *Διαλογισμός*. Haec fit ita, cum quis secum disputat et volu-

---

1 Aen. 2, 535. 7 p. Deiot. §. 8. 8 p. Rosc. Am. §. 144. 9 Aen. 3, 600. 11 Aen. 4, 314. 12 Asin. 1, 1, 3. 14 p. Mil. §. 69. 15 Adelph. 3, 3, 30. 18 Aen. 3, 255. 22 p. Quinct. §. 31. 24 Aen. 1, 150. 25 p. 44 Iord. 29 Locus deest apud Ribbeckium Cic. fragm. inc. p. 581 Or. p. 350 Klotz.

---

7 obtestor] obtestor, per ego has lachrymas *B*; *cf. infra v.* 11 istam de oro *libri Tulliani* 8 Meta Ironias *B* Chrysogone. Apud Virgilium *Capp. prob. R; sed est supra:* qua deos oramus aut homines, *quo hic respicitur.* 12 ted *Fleckeisen:* te deos *B*, te *codd. Plauti;* per te deos *R* 13 *Διαπειλή*, interminatio *Gesner; ipse malim: Ἀπειλή*, comminatio 14 atque in luce se et die *B* 16 quo hinc *B* 21 Dianoea] 'Figurae potius nomen *Diabole* convenit'. Gesner 23 facere *om. B*. 25 sententia necessaria *Barthius (Advers. 16, 13) inducendum putabat* Thernum *B*, *em. St* 26 *Ruhnkenio aliquid in hoc fragmento deesse videtur* 29 Apophonema *Capp.* (*idem* apophthegma *tentans*): Apophonisma *B*, Apophanisma *Gesner* Caecilium *R*: Caelium *B*

p. 33. 34 C.

tat, quid agat vel quid agendum putet. Apud Terentium: Quid igitur faciam? Vergilius:

En, quid ago? rursusne procos irrisa priores
Experiar? |

Cicero pro Cluentio: Dem iudicibus? Mihi igitur nihil quaeretur? In Verrinarum libro I. Si pupillo redimitur, mihi praeda de manibus eripitur. Quod est igitur remedium? quod?

21. *Ἐπίπληξις* sive *ἐπιτίμησις*. Fit haec figura, cum iurgamus aut coarguimus. Cicero in Catilinam: Patere tua consilia non sentis? quem nostrum ignorare arbitraris? Terentius: Non ego te vidi manum? Vergilius:

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum?

22. *Ὁμοίωσις* est, cum per similitudinem res praesentantur. Cuius species sunt primae duae, *παράδειγμα* et *παραβολή*. Harum distantia est, quod paradigma facit vera exempla, parabole ficta ostendit.

23. *Παραδείγματος* quidem triformis est ratio. Nam exemplum aut personas tantum exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul utrumque. Personam sine sermone, ut Cicero in Catilinam: Neque enim potuisset aut ille Ahala, usque ad si sceleratos cives interimere. Sermonem sine persona: Catonis est dictum: pedibus compensari pecuniam. Sed sermonem pariter et personam: Cicero pro Roscio: Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriano simillimum? Rursum parabola et ipsa tripartita est, per *εἰκόνα*, *ὅμοιον*, *ἐπαγωγήν*.

24. Icon fit, cum perfectae formae similes conferuntur. Vergilius:

Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis.

Cicero de populo Romano: *ut* mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari et conturbari solet: sic populus Romanus ...

25. Homoeon. Haec figura fit, cum ex partibus aliqua similitudo colligitur, ut Vergilius:

Sic oculos, sic ille manus, sic ora tenebat.

Etiam in actu fit homoeon, ut idem Vergilius:

---

1 Eun. 1, 1, 1. 2 Aen. 4, 534. 5 p. Cluent. §. 70. 6 Verr. 1, §. 142. 9 Cat. 1, §. 1. 10 Heaut. 3, 3, 2. 11 Ecl. 3, 17. 18 immo p. Mil. §. 8. 20 Cic. p. Flacco §. 72. 22 p. Rosc. Am. §. 34. 25 Georg. 3, 89. 27 p. Cluent. §. 138. 31 Aen. 3, 490. 33 Aen. 4, 669.

---

3 procos *om. B* 6 populo *B* opera redimitur *Cic.* 8 epitmesis *B* iurgamur *Caussinus* 10 quae *B* 13 Omoeosis est *St*: Omoeosis. Inest ibi paradigma parabolae. Omoeosis est *B* praesentantur *R*: praestantur *B*, repraesentantur *Io. Schulting ad Sen. Controv.* II, 12 *p.* 167 19 illa hala *B* ad si *nos*: assis *B*, ad *edd.* 21 compensare *B* Sed *del. St* sermonem — — personam *St*: sermone — — persona *B* 23 *εἰκόνα*, *ὅμοιον nos*: Iconomoeon *B*, Iconem, Omoeon *v.* 27 ut *om. B.* 28 sic P. R. *B* 32 ferebat *Verg.*

p. 34. 35 C.

Non aliter, quam si immissis ruat hostibus omnis
Carthago aut antiqua Tyros.

Cicero in Verrinis: Subcinctam Scyllam lupis et canibus, cum pube tenus virgo sit, similem esse Verris et comitum illius, quibus quasi canibus succinctus sit.

26. *Ἐπαγωγή*. Fit haec ex rerum similium collatione vel argumentorum, salva tamen similitudine. Rerum, ut Vergilius:

Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens.

Et Cicero pro Roscio comparat occupationes Iovis optimi maximi Sullae rebus gestis propius. Argumentorum autem, ut Lucilius: |

Nam si tu fluctus undasque e gurgite salso
Tollere decreris, ventum prius Emathium,
Ventum, inquam, tollas t. c. q. i. l.

27. *Ἐπιτροπή*. Haec fit, cum figurate concedimus, quod velit quis faciat, ut Vergilius Aeneidos primo:

Sequere Italiam ventis, pete regna per undas.

Et Cicero: Quid exspectas? Proficiscere: nimium iam diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant.

28. *Εὐχαί*, precationes. Vergilius:

Da nunc, Tybri pater, ferro, quod missile libro.

Cicero in Catilinam, cum invocat Iovem ad poenam coniuratorum atque ita concludit: Aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

29. *Ἐπιφώνημα*. Hac sententia in fine expositae rei cum affectu enuntiatur. Cicero in Verrinis: Non vitam liberum, sed mortis celeritatem precabantur.

30. *Ἐνθύμημα* fit, cum periodos orationis ex contrariis sententiis astringitur. Apud Lucilium:

Si me nescire hoc nescis, quod quaerere dico,
Quare divinas quicquam, † aut quare debes
Ipse? et si scis q. b. e. scire hoc d. t.

Cicero in divinatione: Qui te neque velle sua causa, nec, si cupias, *posse arbitrantur* r. i. id est, mea fuit his, et cetera.

---

3 secundum Verr. V, §. 146. 7 Aen. 2, 379. 10 p. Rosc. Am. §. 131. 11 Dousa p. 5. 16 immo IV, 381. 18 Cat. I, §. 10. 20 Aen. 10, 421. 22 Cat. I, §. 33. 25 Verr. V, §. 119. 23 Dousa p. 6. 32 §. 21.

---

3 Succinctam *R* 4 comitem *B* 7 similitudine. Rerum *Dousa:* similitudine rerum *B* 11 argumentorum *St*: argumento *B* Lucilius *Dousa:* Lucius *B* 13 ventum *St*: uenti *B* Emathium *R*: Haematium *B* 14 t. c. q. i. l. *B*: loco citato qui integer legendus *Io. Bernh. Koehler in Seebode N. Arch. f. Philol.* 1828 *p.* 98; tu culpam quam illiu' laxes *Iac. Becker in Philologi* V, 734 16 primo *B*: *immo* quarto 18 Quod *B* 20 Euchae *R*: Euche *B* (Euche, precatio *St*) 24 Hac (*sc.* figura) *Gesner:* Haec *B* 25 liberam *B* 26 precabantur] pretio redimere cogebantur *Cic.* 30 aut quare debes *B*: quod quaerere debes *probabiliter Gesner* 31 scire hocce decet te *Dousa; reliquorum conatus de loco obscurissimo recensuit Iac. Becker in Philologi V, 728 sqq.* 33 posse arbitrantur] p. a. *B*

p. 35. 36 C.

31. *Ἐπανάληψις*, repetitio sententiae propter aliam necessariam causam, non ut fit in figuris elocutionis. Sic apud Lucilium:

> Vellem concilio vestrum, quod dicitis, olim
> *Vellem*, caelicolae, *olli* adfuissemus priorei
> Concilio.

Cicero pro Rabirio: Libenter, si esset integrum, profiterer idem, Saturninum C. Rabiri manu interfectum. Nihil me iste clamor commovet; usque hoc, libenter, inquam, profiterer.

32. *Προϋπεργασία* vel *προπαρασκευή*, praemunitio, qua ante utimur, ut confirmetur id, quod subiecturi sumus. Ut si testem producturi sumus, ante *necesse* est ei fidem habendam esse doceamus. Quare velut generalis locus et tractatus communis est. Cicero pro Milone ante praemunit, licere hominem occidere, et tum subicit occisum P. Clodium iure, et sine invidia, cum ita dicit: Negant in|tueri lucem esse fas ei, qui a se esse hominem occisum fateatur. In qua tandem civitate hoc homines stultissimi disputant?

33. *Παρρησία*, oratio libera, quam Cornificius licentiam vocat. Cicero pro Ligario: Suscepto bello, Caesar, gesto etiam ex parte magna, nulla vi coactus, et cetera. Contra idem: Quid aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest, nos possemus? Interdum adulanter inducitur. Sic adulatio est pro Rabirio perduellionis, libere cum ait: Quin continetis vocem vestram, indicem stultitiae, testem paucitatis?

34. *Παράδοξον* sive *ὑπομονή*, sustentatio vel inopinatum. Hoc schema suspendit sensum, deinde subicit aliquid eo, contra exspectationem auditoris, sive maius sive minus, et ideo sustentatio vel inopinatum dicitur. Cicero pro Ligario: Hinc prohibitus non ad Caesarem, ne iratus, non ad domum, ne iners, non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus et cetera.

35. *Προτροπή* adhortatio ad aliquam rem est [et palilogia]. Vergilius:

---

2 Dousa p. 23. 6 p. Rab. perd. §. 18 sq. 12 p. Mil. §. 7. 17 ex Quintil. 9, 2, §. 27 sq. Cornif. 4, c. 36. 18 p. Lig. §. 7. 19 p. Lig. §. 10. 21 p. Rab. §. 18. 24 ex Quintil. 9, 2, §. 22 sq. 27 p. Lig. §. 27. 31 Aen. 5, 189.

---

2 Sic *Dousa*: sed *B* 3 vellem *Dousa*: uel *B* 4 coelicolae adfuissemus *B*, Caelicolae; vellem, inquam *Dousa; nos Fleckeiseno auctore* olli *supplevimus;* quod dicitis olim, Caelicolae, factum, vellem adfuissemu' priore *Lachmann* priore *B et edd.* 7 Rabiri *B*: Rabirii *v.* 8 usque huc *St* 9 Proypergasia vel proparasceue *Capp.*: Prupergasia, uel parasceue *B* 10 confirmetur *nos*: confirmaret *B*, confirmet *St* 11 necesse *addidimus;* ante est ut *St* 13 tum *St*: cum *B* subicit *Gesner:* subito *B* 14 quia se *B* 15 hoc — — disputant] hoc dem. *B*; hoc dementissimi homines disputant *R* 19 contra *B*: *fort.* infra 21 Sic *nos*: hic *B*, ut hic *St* Rabirio *Pithoeus*: arbitrio *B* perduellionis libere, cum ait *distinguebat Gesner* 24 hypomene *B* 26 maius *R*: magnum *B* 28 ad (*ante* domum) *om. Cic. codd.* 29 ne condemnare .. secutus] non concau. ill. q. s. *B* 30 et palilogia *B*: palillogia *v*; et palilogia *nos ut glossema inclusimus, quod quidam adscripsisse videtur,*

p. 36 C.

Nunc, nunc insurgite remis,

Hortor vos, socii.

Cicero in Verrem II. actionis libro I: Vos, quod ad vestram famam senatusque consulta pertinet, iudices, prospicite atque consulite, et cetera.

36. *Παθοποιία.* Hac vel odium vel iracundia vel misericordia commovetur. Vergilius:

Domus interior gemitu miseroque tumultu

Miscetur.

Cicero pro Roscio: Nemo erat, qui non ardere illa omnia mallet quam videre in Sex. Roscii bonis dominantem, et cetera. Apud eundem in Verrem: Clamor interea fit tota domo, pugna inter servos Rubri atque hospitis, et cetera. Alio loco: Caedere ianuam saxis, instare ferro, ligna et sarmenta circumdare ignemque subicere coeperunt.

37. *Σύγκρισις* sive *ἀντίθεσις*, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum, ut:

Ego proiector, quod tu peccas; tu delinquis, ego arguor?

Pro malefactis Helena redeat, virgo pereat innocens?

Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia?

Cicero pro Murena: Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas: ille, ut mature, quo intendit, cum exercitu perveniat, et cetera. Item in Verrinis; Iste multo sceleratior et nequior quam ille Adrianus, aliquanto etiam felicior fuit, et cetera.

38. *Ὑπερβολή* aliis tropus videtur: ceterum fit, cum excedit veritatem sententia. Apud Vergilium:

Qui candore nives anteirent, cursibus auras.

Apud Tullium: Campus ipse me causam paene docuit Leontinus.

---

3 Verr. I, §. 22. 7 Aen. 2, 486. 10 p. Rosc. Am. §. 24. 12 in Verr. I, §. 67. 13 ibid. §. 69. 18 Ennius ed. Vahlen p. 122. 22 p. Mur. §. 22. 24 Verr. I, §. 70. 28 Aen. 12, 84. 30 p. Scauro §. 25.

---

*significans in versu Vergiliano* nunc, nunc insurgite *palilogias quoque figuram inductam esse.* 2 hortor uos *B*: Hectorei *Verg.* 3 II. *R*: Hi *B* libro I *nos*: liberi *B*, libri *v.* 4 senatusque consulta *B*: salutemque communem *libri Tulliani, ut item Rufinianus videtur scripsisse* 6 hac vel odium *nos*: haec vel odio *B* 10 arderet *B* illa *om. libri Tulliani* 12 pugna *B*: *om. libri Tulliani,* pugnatur *Seb. Rau, Var. lectt. in Cic. oratt. II, 63* 13 Rubri *B*: Rubrii *v.* 16 Synchrisis *B* 18 Ut ego plectar *Bentley ep. ad Millium p.* 43; Ut ego plectar, tu delinquas; tu peccas, ego arguar *Porson Tracts* p. 303; *fort.* Ego proh plector delinquis *St*: delinquas *B* arguor? Pro *Bergk:* arguor pro *vulgo. Praeivit in verbis sic distinguendis iam Hermannus ad Eur. Iphig. in Aul. v. 385 p. 35* 21 mea necetur filia *Columna*: mea negetur, filia mea *B* 22 Vigilias tun' de nocte *B* 23 incendit *B* 27 aliis schema, aliis tropus *St* 30 causam p. d. l. *B; verba primus Ruhnk. supplevit ex Fortunatiano III p. 91 Capp.*

# IULII RUFINIANI

## DE SCHEMATIS LEXEOS.

1. *Πρόληψις* est *σχῆμα λέξεως*, id est figura elocutionis, cum ante numerus redditur verbis, quam res personaeve definiantur, ut:

Nec tantum Rhodope mirantur et Ismarus Orphea.

Et:

Interea reges — ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru ...

Latine appellari potest praesumptio vel anticipatio.

2. *Σύλληψις* est, cum duabus diversisque sententiis et rebus unum datur verbum, minime utrisque conveniens, ut:

Inclusos utero Danaos et pinea furtim
Laxat claustra Sinon.

Laxat enim et ad Danaos referri non potest, sicut ad claustra. Et:

Optime Graiugenum, cui me fortuna precari
Ac vitta comptos voluit praetendere ramos.

Non enim, sicut cui praetendere ramos, ita et cui precari potest videri ratione conexum. Et:

His quidam signis atque haec exempla secuti.

Haec Latine dicitur conceptio.

3. *Ζεῦγμα* est, cum unum verbum communiter multis sententiis iungitur ad omnes pari significatione pertinens et adnexum, ut:

Aeneas urbe et sociis et classe relicta.

Latine haec figura dicitur ligatio vel adnexio.

---

5 Verg. Ecl. 6, 30. 7 Verg. Aen. 12, 161. 12 Aen. 2, 258. 15 ibid. 8, 127. 18 Georg. 4, 219. 23 Aen. 9, 8.

---

1 'Hic valde ieiunus et exilis libellus, quo orationis schemata fere Virgilii exemplis explicantur, non videtur esse Rufiniani. Nam cur idem argumentum bis sibi tractandum sumsisset? Videntur librarii, cum auctoris nomen non adiectum reperissent, Iulii Rufiniani nomen ad hoc quoque opusculum traduxisse'. Ruhnkenius.

4 personaeve definiantur *Gesner*: personae affiniantur *B* 5 miratur *B*. '*Rufinianum* mirantur *scripsisse*, *res ipsa loquitur; v. Heinsium ad Virg. l. c.*' Ruhnk.

14 et *del. St* 20 conceptio *Capp. (ex Beda de sacrae scripturae fig.)*: correptio *B*

4. Ὑπόξευξις est, cum singulis rebus sententiisque singula debita verba iunguntur, ut:

Procumbunt piceae, sonat icta securibus ilex
Fraxineaeque trabes, cuneis et fissile robur
Scinditur, advolvunt ingentes montibus ornos.

Et:

Venit hiems: teritur Sicyonia bacca trapetis,
Glande sues redeunt laeti, dant arbuta silvae:
Et varios ponit fetus autumnus, et alte
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

Haec figura Latine vocabitur subiunctio vel subinsertio vel subnexio.

5. Ἐπανάληψις est eorundem verborum simul positorum eiusdemque sententiae post multa interiecta cum aliqua periodi conclusione facta repetitio, ut:

Huc, pater o Lenaee, tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo gravidus autumno
Floret ager, spumat plenis vindemia labris:
Huc, pater o Lenaee, veni.

Et:

Pastorum musam Damonis et Alphesiboei,
Immemor herbarum quos est mirata iuvenca
Certantes, quorum stupefactae carmine lynces,
Damonis musam dicemus et Alphesiboei.

Latine haec figura dicitur resumptio vel repetitio.

6. Ἐπαναφορά est, cum ab eodem verbo plures inchoatae sententiae incipiunt, ut:

Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori,
Hic nemus: hic ipso tecum consumerer aevo.

Et:

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrimas victus dedit aut miseratus amantem est?

Et:

Bellum, o terra hospita, portas:
Bello armantur equi, bellum haec armenta minantur.

Et:

Ver adeo frondi nemorum, ver utile silvis.

Et: Nocte leves stipulae melius.

Latine haec figura dicitur iteratio.

---

3 Aen. 6, 180. 7 Georg. 2, 519. 16 ibid. 2, 4. 21 Ecl. 8, 1. 28 Ecl. 10, 42. 31 Aen. 3, 469. 34 ibid. 3, 539. 37 Georg. 2, 323. 38 ibid. 1, 289.

---

8 laeti redeunt *Verg.* 9 foetus *B* 21 *et* 24 Dammonis *B* 28 Licori *B* 34 terras *B* 38 melius stipulae *Verg.* stipulae. Melius enim (*an ex* etc.?) latine *B*

p. 38. 39 C.

7. *Παλιλογία* est, cum verbum, quod in prima sententia est ultimum, in sequente *est* primum, ut:

Pierides: vos haec facietis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Et:

Addit se sociam timidisque supervenit Aegle,
Aegle, Naiadum pulcherrima.

Et:

Deiphobum vidi lacerum crudeliter ora,
Ora manusque ambas.

Et: Concurrunt Tyrrenae acies.

Latine dicitur regressio.

8. *Ἀναδίπλωσις* est eiusdem verbi continuatim repetitio, ut:

Longum, formose, vale, vale, inquit, Iola.

Et:

O Corydon, Corydon, quae te dementia cepit!

Et: Me, me, adsum qui feci.

Latine dicitur haec figura duplicatio.

9. *Ἐπαναδίπλωσις* est, cum idem verbum in eadem sententia et primum est et extremum, ut:

Caesaris et nomen et famam tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.

Et:

Ante novis rubeant quam prata coloribus, ante ...

Et:

Unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum.

Et:

Ipsum obtestemur veniamque oremus ab ipso.

Latine dicitur inclusio.

10. *Μετάθεσις* est, cum quod ante dictum est, postponitur, et quod post dictum est, anteponitur, ut:

Eripis, ut perdas, perdis, ut eripias.

11. *Διακοπή* sive *διαστολή* est, cum inter duo eadem verba diversum ponitur aliquid medium, ut:

Culpatusve Paris; divum inclementia, divum ...

Et: Duc, age, duc ad nos. Et: Scis, Proteus, scis ipse.

Latine dicitur separatio.

---

3 Ecl. 10, 72. 6 ib. 6, 20. 9 Aen. 6, 495. 11 ib. 10, 691. 14 Ecl. 3, 79. 16 ibid. 2, 69. 17 Aen. 9, 427. 21 Georg. 3, 47. 24 ibid. 4, 306. 26 Aen. 3, 435. 28 ibid. 11, 358. 35 ibid. 2, 602. 36 Georg. 4, 358. ibid. 4, 447.

---

1 Palillogia *Gesner* 2 est *addidi*: fit *add. St* 7 Agle *B* 9 vidit *Verg.* 12 egressio *B*, *em. St* 14 Et longum *Verg.* 17 assum *B* 18 *immo* reduplicatio 21 et nomen fama *Verg.*, et famam et nomen *St* 22 quod *B* 36 Proteu *Verg.*

p. 40. 41 C.

12. *Παρένθεσις* est, cum ordinata ac legitima sententia interrumpitur per alienam extrinsecus diversamque sententiam, ut:

Vare, tuum nomen, superet modo Mantua nobis,
Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae,
Cantantes sublime ferunt ad sidera cygni.

Et:

Ipsique suos iam morte sub aegra ...
Discissos ...

Latine haec figura dicitur interruptio vel interiectio.

13. *Ἀντίθεσις* est, cum verbum verbo pari potestate per contrarium redditur, ut:

Seque novo veterum deceptum errore locorum.

Et:

Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus.

Latine contrarium vel oppositio potest dici.

14. *Πλοκή*, cum idem verbum sententiave ad consummationem superioris retorquetur, ut:

Vos o, quibus integer aevi.

Quale forsitan et illud accipi potest:

Pan etiam, Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

Latine dicitur implicatio vel retractatio.

15. *Παρονομασία* est secundum praedictum verbum positio alterius, ipso poscente sensu, ut apud Terentium:

Nam inceptio est amentium, haud amantium.

Et:

Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.

Quale illud poterit forsitan videri:

Nec quisquam errantes acies letumque ferentis
Sustentare ...

Contra et aliter: Puppesque tuae pubesque tuorum. Latine dicitur adnominatio vel adfictio.

16. *Παρηγμένον* est aeque similis figura, cum ex supra dicto verbo aliud derivatur, ut:

---

3 Ecl. 9, 27. 6 Georg. 3, 512. 11 Aen. 3, 181. 13 ib. 9, 414. 18 ib. 2, 638. 20 Ecl. 4, 58. 24 Andr. 1, 3, 13. 27 Ter. Heaut. 2, 3, 115. 29 Verg. Aen. 11, 872. 31 Aen. 1, 399.

---

2 alienum *B*, *em. Capp.* 5 ferent *Verg.* 6 *desideratur post* aegra *versus parenthesin faciens:* di meliora piis erroremque hostibus illum! 27 parta *B* 29 errantes acies *B*: instantes Teucros *Verg.* laetumque *B* ferentis *B*: ferentes *v.* 31 Pubesque tuae *B* 33 Paragmenon *B* cum et supra *B*

ultro
Ipse gravis graviterque ad terram pondere vasto
Concidit. Et:
Oppetere ingentem atque ingenti vulnere victum.
Et: Voce vocat Hecaten, et:
Ire iter et castris audebit vellere signa.
Latine derivatio dicitur.

17. *Ἐπανόρθωσις* est, cum supra dictum verbum verbo sequenti corrigitur, ut: Non subripere hoc est, *sed* furari. Latine dicitur correctio.

18. *Ἐπιστροφή* est, cum in eadem verba plures sententiae desinunt, ut:
Si curatus inaequali tonsore capillos
Occurri, rides: si forte subucula pexae
Trita subest tunicae vel si toga dissidet impar,
Rides.
Quale forsitan sit:
Similis si cura fuisset,
Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset.
Et:
Impius ante aras atque auri caecus amore
Clam ferro incautum superat, securus amorum ..
Latine dicitur reversio.

19. *Κλῖμαξ* est, cum ex re in rem gradum tibi sententiae faciunt, ut:
Quae Phoebo pater omnipotens, mihi ...
Et:
Torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciva capella.
Latine haec figura dicitur gradatus.

20. *Ἀσύνδετον* est vel *διάλυτον*, cum oratio nulla coniunctione connexa velut soluta sententiae regulam servat, ut:
Consiliunt, partim galea clypeoque resultant
Irrita, deflexit partim stringentia corpus ...
Et:
Ipsi numerumque modumque carinis
Praecipiant, nos aera, manus, navalia demus.

---

1 Aen. 5, 446. 4 ib. 12, 640. 5 ib. 6, 247. 6 Georg. 4, 108. 13 Hor. Epist. 1, 1, 94. 18 Verg. Aen. 8, 396. 21 ib. 1, 349. 25 ib. 3, 251. 27 Ecl. 2, 63. 32 Aen. 10, 331. 35 ibid. 11, 328.

---

5 et (*post* Hecaten) *addidi* 6 aut castris *Verg.* 9 sed *add. Capp.; possis etiam:* hoc est, est furari 11 Antistrophe *Aquila Rom.* 35 13 Sic aratus *B* 22 *versus* Clam — — amorum *deest in B* 29 gradatio *St* 30 Asyntethon est, uel diacliton *B* 31 soluta *Victorius* (*ad Demetr. Phaler. p. 171*): solutae *B* 32 Coniciunt *Verg.* 35 carnis *B* 36 Praecipiant *om. B*

p. 42. 43 C.

Latine dicitur dissolutio vel inconexio. Asyndeton autem modo per singula verba fit: aera, manus, navalia demus: et:

Haec eadem, Aenea, terram, mare, sidera iuro:

modo per plura verba et per ea, quae Graeci vocant *κῶλα*:

Denique, quid vesper serus vehat, unde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus auster,
Sol tibi signa dabit.

Et:

nube cava speculantur amicti,
Quae fortuna viris, classem quo litore linquant,
Quid veniant.

21. *Ἐπάνοδος* est, cum duobus brevius pluribusve propositis ad singularum enarrationem recurritur, ut:

Divellimur inde:
Iphitus et Pelias mecum: quorum Iphitus aevo
Iam gravior ...

Et:

Protinus Orsilochum et Buthen, duo maxima Teucrum
Corpora, sed Buthen aversum cuspide fixit
Loricam galeamque inter, qua colla sedentis
Invenit.

Latine dicitur reversio vel regressio.

22. *Παραδιαστολή* est, cum similes res discernuntur contrariis redditis, ut:

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.

Et:

Dulce satis humor, depulsis arbutus haedis,
Lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas.

Latine dicitur discriminatio.

23. *Διαίρεσις* est figura sermonis, cum fit rerum distributio, ut:

Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles,
Classibus hic locus, hic acies certare solebant.

Et: Hic portus alii effodiunt ...

Et: Ferit ense gravem Tymbraeus Osirim ...

Haec Latine dicitur distributio vel designatio.

---

3 Aen. 12, 197. 5 Georg. 1, 461. 9 Aen. 1, 516. 14 ib. 2, 434. 18 ib. 11, 690. 25 Ecl. 3, 80. 28 ib. 3, 82. 32 Aen. 2, 29. 34 ib. 1, 427. 35 ib. 12, 458.

---

3 Aenea *om. B* 6 cogitat *B* 12 duobus brevius *Pithoeus*: duabus breuibus *B* 21 inuenit *B*: lucent *Verg.* 22 euersio uel egressio *B*, *em. Capp.* 26 Amarillidis *B* 28 haedis *B*: hoedis *v.* 29 foeto *B* 31 distributio *R*: distributione *B* 33 acie *Verg. libri meliores*

p. 43. 44 C.

24. *Ἀντίστασις* est, cum idem verbum repetitur in contrario sensu, ut:

Una salus victis nullam sperare salutem.

Et:

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

Haec Latine dicitur contentio.

25. *Μετάστασις* est vel *μετάβασις*, cum a loquentis persona ad personam *aliam* transitum facimus, ratione aliqua vel adfectu, ut:

Non haec Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam:

deinde:

Et nunc ille quidem spe multum captus inani
Fors et vota facit ...

Deinde:

Infelix, funus nati crudele videbis.
Hi nostri reditus expectatique triumphi?
Haec mea magna fides? At non, Euandre, pudendis
Vulneribus pulsum aspicies.

Haec figura dicitur variatio aut transitus.

26. *Ἀποστροφή* est, cum sermo a recto et instituto ordine in diversum ac contrarium vertitur, ut:

Scipiadas duros bello et te, maxime Caesar.

Et: impulerit ferro ...

Latine conversio dicitur. Inter metastasin et apostrophen hoc interest, quod metastasis personarum multiplicata variatio est et ab alia ad aliam, deinde rursus ad aliam et deinceps gradatione transitur: at in apostrophe commutatio est personae fere unius.

27. Sunt autem et aliae figurae, mire orationi decus ornamentumque tribuentes. *Eas* hoc a superioribus discernere oportet, quod non tam sententiarum perpetuarum sunt figurae quam singulorum paene verborum, et quod carent appellationibus propriis. Fiunt autem per casus, numeros, praepositiones, genera, personas et si qua sunt talia: quarum exempla summatim breviterque ponentur.

28. Figura per casum genitivum, ut si dicamus: constans vir animi, pro constantis animi. Item alia, ut se habent ista:

Isque amens animi et rumore accensus amaro.

---

3 Aen. 2, 354. 5 Ecl. 7, 70. 9 Aen. 11, 45. 12 ib. 49. 15 ib. 53. 22 Georg. 2, 170. 23 Aen. 2, 55. 36 ib. 4, 203.

---

6 contentio *Capp.*: intentio *B* 7 alloquentis *B* 8 aliam *add. Christ* 15 nati funus *Verg.* 20 a recto *St*: allecto *B* 22 bello duros *B* 23 impulerat *Verg.* 26 gradatione *R*: gratulatio *B*, gradatim *St* apostrophe *Capp.*: anastrophe *B* 29 eas *nos*: *om. B*, quas *add. R* discernere *R*: discere *B* oportet *Frotscher*: te oportet *B* 32 sunt talia: quarum *R*: sunt aliquarum *B*

p. 44. 45 C.

Et: At non infelix animi Phoenissa. Et:
Actutum pius Aeneas atque integer aevi
Ascanius.

Et:
Hic annis gravis atque animi maturus Aletes.

Et si quis dicat pecuniae dives, ut: Insula dives opum: et:
Dives equum, dives pictai vestis et auri.

Item: quas illi laeta bonorum. Et: Expediunt fessi rerum. Et:
Ille mihi ante oculos felix functusque laborum
Egregiusque animi.

Et si qua sunt talia.

29. Figura per dativum, si quis dicat timeo illi pro timeo pro illo, et talia, ut:

Et pariter comitique onerique timentem.

Et: Tunc decuit metuisse tuis. Et:
Haec cum Dardanio Aeneae miranda videntur,

pro ab Aenea. Et quae antique dicta sunt: cui nomen asylo Romanum est. Et: cui nunc cognomen Iulo additur. Et: Cui Rhemulo cognomen erat. Et: cui nomen amello fecere agricolae. Item si qua sunt talia.

30. Figura per accusativum, ut si quis dicat togam fusus, pro fusam togam habens, ut se habent ista: nodoque sinus collecta fluenteis: et: Scissa comam: et: Et roseas laniata comas. et: tumidusque novo praecordia regno: et:

Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.

Et:
Ecce, manus iuvenem interea post terga revinctum.

Et quae antique dicta sunt: forsan et haec olim meminisse iuvabit. Et: numeros memini, si verba tenerem, pro numerorum memini. Item si qua sunt talia.

31. Figura per ablativum, si quis de quopiam dicat, magnus virtute, bonus bello, pro in bello, et erectus capite incedit, ut se habent ista:

Purpurei cristis iuvenes auroque corusci.

---

1 Aen. 4, 529. 2 ib. 9, 255. 5 ib. 246. 6 ib. 2, 22. 7 ib. , 26. 8 ib. 11, 73. ib. 1, 178. 9 ib. 11, 416. 14 ib. 2, 729. 15 ib. 10, 94. 16 ib. 1, 494. 17 Georg. 3, 147. 18 Aen. 1, 267. ib. 9, 593. 19 Georg. 4, 271. 22 Aen. 1, 320. 23 ib. 9, 478. ib. 12, 606. 24 ib. 9, 596. 25 Ecl. 6, 15. 27 Aen. 2, 57. 28 ib. 1, 203. 29 Ecl. 9, 45. 34 Aen. 9, 163.

---

5 anni *B* 8 laborum *Verg.* 9 ante alios fortunatusque laborum *Verg.* 12 pro illo *St*: illo *B* 16 dum *Verg.* 19 Rhemula *vitiose ed. Pith.* Amello *B* 20 sunt talia *St*: sunt et alia *B* 23 comas *B*: genas *recte Verg.* 25 infla tum *Verg.*: infractum *B* 34 purpureis *B*

p. 45. 46 C.

Et:

Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae.

Et:

Unde prius laetum siliqua quassante legumen.

Et: tereti subnectit fibula gemma. Et: qui forte tapetibus altis extractus. Et:

Quam tua ni, spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret ... Item si qua sunt talia.

32. Figura Graeca: aut casu varietas, ut:

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

Et: placidone etiam pugnabis amori? pro 'tecum certet' et 'cum amore pugnabis'. Et: Reddidit una boum vocem, pro una e bubus. Item similia. Aut praepositione detracta, ut: maria aspera iuro: et: Tyrrhenum navigat aequor. Item quae sunt talia.

33. Figura per personas, ut si quis dicat: Vos, Iuppiter, precor; ut sunt ista:

Vos, o Calliope, precor, aspirate canenti.

Et:

Vos, o patricius sanguis, quos vivere fas est.

Item si qua sunt similia.

34. Figura per numeros, ut si quis dicat: populus locuti sunt, ut:

Pars in frusta secant verubusque trementia figunt.

Et:

Pars calidos latices et ahena undantia flammis
Expediunt.

Et: saevitque animis ignobile vulgus:
Tum, pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent. Et si qua sunt similia.

35. Figura per praepositionem ad, modo semel et simpliciter positam, ut si quis dicat, advolvor illum, pro ad illum volvor, et accedo illum, quasi ad illum accedo, ut:

Explorare locos, quas vento accesserit oras.

Et:

Nuntia fama ruit matrisque adlabitur aures
Euryali.

---

2 Aen. 1, 71. 4 Georg. 1, 74. 5 Aen. 5, 313. ib. 9, 325. 7 ib. 6, 353. 10 Ecl. 5, 8. 11 Aen. 4, 38. 12 ib. 8, 217. 13 ib. 6, 351. 14 ib. 1, 67. 17 ib. 9, 525. 19 Pers. 1, 60. 22 Verg. Aen. 1, 212. 24 ib. 6, 218. 26 ib. 1, 149. 32 ib. 1, 307. 34 ib. 9, 474.

---

6 extractus *B corruptum ex* exstratus, *ut habent nonnulli libri Verg.* 11 placitone *Verg.* 15 Vos superi Iuppiter *B*; superi *delendum esse vidit Drackenborch ad Sil. Ital. 3, 222.* 29 simpliciter *Schulting* (*ad Sen. controv. p.* 167): simplicem *B* 32 quos *B* 35 Euriali *B*

p. 46. 47 C.

Et:

Electram Grai perhibent Atlantide cretam,
Advehitur Teucros.

Modo dupliciter elatam, ut: quin adeat ad eum, aggrediar ad illum, et si qua sunt talia.

36. Figura per praepositionem in, modo semel et simpliciter elatam, ut:

Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Et: tu calamos inflare leves, quasi in calamos, et in ebur flare. Et apud Sallustium: atque eos a tergo incurrerunt, quasi in eos incurrerunt. Modo dupliciter elatam, ut:

Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Et:

Induit in florem et ramos curvavit olentes.

Et:

Hanc, ut prona iugo laevum incumbebat in amnem.

Et si qua sunt similia.

37. Figura per verborum qualitatem, ut caput velor, pro caput velo aut capite velor, ut:

capita ante aram Phrygio velamur amictu.

Et: flava caput nectuntur oliva. Et: Et pecudum fulvis velatur pectora setis. Et: aut pacem Troiano ab rege petendum. Et: populare penates pro populari.

38. Figura per modos temporum, ut cum dico libens fecero, pro faciam, ut: donec me flumine vivo abluero.

39. Figura per adverbiorum qualitatem, ut cum dicimus, ad illum ceno, ad villam moror, pro apud villam; et, terrae iacet, pro in terra; et, domi militiaeque res gestas; et, cuius domi nata et annos sexaginta natus; et: tot annos bella gero.

40. Figura per pleonasmon, ut † antiquum obtines, et mortem occumbere, et obire diem, et vivere vitam, et pugnare pugnam, et ire iter, et oculis videre, et voce vocans Hecaten.

---

2 Verg. Aen. 8, 135. 8 Georg. 2, 193. 9 Ecl. 5, 2. 10 Hist. fragm. inc. p. 134 Dietsch. 12 Verg. Aen. 7, 20. 14 Georg. 1, 188. 16 Aen. 8, 236. 20 ib. 3, 545. 21 ib. 5, 309. Georg. 3, 383. 22 Aen. 11, 230. 23 ib. 1, 527. 25 ib. 2, 719. 29 ib. 1, 47. 32 ib. 6, 247.

---

2 Electram, ut G. p., Atlantide cretus *recte libri Verg.* 4 dupliciter elatam *Gesner et Schulting:* simpliciter relatam *B* aderat *B* 6 semel et simpliciter *Schulting:* semel simplicem *B* 10 a tergo incurrunt *B* 13 induet *et* curvabit *libri Verg.* 20 capite *B* aras *Verg.* frygio uelabar *B* 21 nectentur *Verg.* Et *ante* pecudum *om. B* 22 corpora *Verg.* 23 populare petentes *B* 27 coeno *B* 28 domi nata et *R*: domo nota est *B* 29 *fort.* natus, ut: tot annos. *Sic etiam §. 40 scribendum videtur:* oculis videre, ut: voce vocans Hecaten *et §. 41:* da cenare, ut: donat habere viro 30 antiquum obtines] ‘*Nullus in his pleonasmus. Sed Rufinianus sine dubio laudarat ex Terentio Hecyr. V, 4, 20:* morem antiquum atque ingenium obtines.’ Ruhnk.

Et: Hunc, oro, sine me furere ante furorem. Ac si qua sunt talia.

41. Figura per eclogam verborum, ut cum enuntiamus, bonos dicere, fortes pugnare; item, da bibere, da cenare; et: donat habere viro. Et:

Cunctaturque metu letumque instare tremescit.

Et: da sternere corpus. Et: da iungere dextram. Et:

quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

Et: hoc ridere meum tam nihil.

42. Figura per eclogam adverbiorum, ut cum dicimus: magnum tonat, tumidum loquitur, ut: magnumque fluentem Nilum. Et:

utque volutus
Ad terras, immane sonat per saxa.

Et: ne longum laetabere. Et: grave olentis Averni. Et: horrendum intonat armis. Et: navibus infandum amissis. Et si qua sunt talia.

43. Figura per pronomina, ut, nullus dixeris, pro ne dixeris. Et: quis mulier?

44. Figura per eclogam nominum, ut cum dicimus: Bonum est virtus, malum infamia, ut:

Dulce satis humor, depulsis arbutus haedis.

Et:

Tale tuum carmen nobis, divine poeta,
Quale sopor fessis in gramine.

---

1 Aen. 12, 680. 4 ib. 5, 262. 6 ib. 12, 916. 7 ib. 12, 97. ib. 6, 697. 8 Ecl. 5, 47. 10 Pers. 1, 122. 12 Verg. Georg. 3, 28. 13 ib. 3, 238. 15 Aen. 10, 740. ib. 6, 202. ib. 12, 700. 16 ib. 1, 251. 18 Terent. Hec. 1, 2, 4. 19 Plauti Trucul. 1, 1, 76: *Sed haec quis mulier est?* 22 Verg. Ecl. 3, 82. 24 ib. 5, 45.

---

3 bonos dicere] ‘Respicit ad Verg. Ecl. 5, 1, ubi vide Servium’. Ruhnk. 6 telumque *Verg.* 9 aquae salientis. Item restringere *B* 12 ut *addidi* 14 ad terras. et, Immane *B* 16 *recte Verg. editiones*: navibus (infandum!) amissis 22 haedis *B*: hoedis *v.* 24 nobis carmen *aliquot libri Vergiliani.*

# IULII RUFINIANI

## DE SCHEMATIS DIANOEAS.

Schemata dianoeas, id est, figurae sententiae fiunt, cum in sensibus aliqua a vulgari et simplici *specie* cum ratione mutamus. Cum omnes autem, quae orationem sensu figurant, generaliter figurae communiterque dicantur, haec tamen proprie figura ac specialiter dicitur, quae in scholis vulgo usurpatur *nomine* controversiae figuratae. Huius specialis figurae usus multiplex. Unus, si dicere manifeste parum tutum est, ut dicitur in eum figurate, qui sub condicione abolitionis tyrannidem deposuit, ut: Praesens tutor libertatis neque tamen immemor legum sum, quae mihi semper sacrosanctae fuerunt. Hoc enim adversarium percutit, cui non semper sacrosanctae leges fuerunt. Quale est illud forsitan apud Vergilium:

> Tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo:
> Proice tela manu, sanguis pius.

Nam simul causam belli civilis ostendit in Caesare fuisse, dum dicit priorem illum debere parcere, simul dolorem † confessa et in iudicio suo quaerit, tamquam ideo parcere prior debeat, quia sit Anchisae pius sanguis et ab Olympo genus ducat. Secundus harum usus est figurarum, cum quid oblique enuntiamus, quia dicere palam minime libet et inhonestum est, ut fere figurae in adulterum patrem fiunt, cum quis hoc modo patrem vellicat: Placuit condicio matrimonii meo etiam patri et ago illi gratias, quod, ut uxorem hanc potissimum duce-

12 Aen. 6, 834.

1 figurae — — mutamus *scripsi*: figuram sententiae intuentibus, aliquo a uulgari et simplici cum ratione mutamur *B*; *cf. Quintil.* 9, 1, §. 11: altero (modo figura dicitur), quo proprie schema dicitur, in sensu vel sermone aliqua a vulgari et simplici specie cum ratione mutatio. 4 tamen *St*: tamen quae *B* 5 nomine *add. Capperonnier;* usurpatur. CONTROVERSIAE FIGURATAE *B*, usurpatur (*i. e.* dicitur) controversia figurata *R* 6 totum *B*, *cf. Quintil.* 9, 2, §. 66. dicitur in eum figurate *St*: dicuntur in eum figurae *B* 13 sanguis meus *libri Verg.* 15 confessa *etc.*] *haec corrupta; verba facit apud Vergilium Anchises.* 18 nunciamus *B*, *em. Capp.* libet *nos*: licet *B*, decet *R coll. Quintil.* 9, 2, 66: alter (usus est), si non decet et *B*: aut *St* 19 in adulterum *St*: in alterum *B* cum quid hoc modo patrem uel ligat *B* 20 matrimonii *Mailley (apud Capper.)*: patrimonii *B* 21 ducere *B*

p. 49. 50 C.

rem, hortatus est. Per haec enim soceri cupido in nurum detegitur. Quale forsitan Vergilianum illud possit videri:

Illum non populi fasces nec purpura regum
Flexit et infidos agitans discordia fratres,
Non res Romanae perituraque regna.

Nam illum, sentit et dicit, non res Romanae periturae et regna flexere. Verum per res Romanae latent imperia dicta, sed regna vocat, tanquam non *de* imperiis Romanis ista dicantur, sed de quibuslibet regnis. Tertius usus est harum figurarum, quum gratia venustatis adhibentur, qui tamen ironiae est proximus. Sed eius modi figurae, quae iuvenibus in schola lasciviunt, ut Cornutus ait, minime maturae sunt et parum causis foroque conveniunt. Nam in his, quae prodesse aut obesse causae videntur, cur quod nolis intellegi dicas? aut cur quod cupias intellegi involvas?

2. *Προκατάληψις* est schema dianoeas, cum id quod adversarius arripturus est atque obiecturus, praesumimus ac praecipimus, ut illud:

neque me Argolica de gente negabo:

Hoc primum. Et:

Scio me Danais e classibus unum
Et bello Argolicos fateor petiisse penates.

Latine haec figura dicitur praeceptio vel anticipatio.

3. *Προκατασκευή* est procatalepsi proxima, cum rei, de qua acturi sumus, colorem praeparamus atque praetendimus, ut in illo:

Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!

usque: quae bella exhausta canebat! Nam primo de insomniis questa est, dein admirari se virtutem hospitis dixit et veram fidem esse, a diis illum genus ducere: misereri etiam casus et errores, ut verecundius postea de amore fateretur, quasi in affectum hospitis vel insomniis vel admiratione *virtutis vel miseratione* calamitatis inducta sit. Haec figura dicitur Latine praeparatio.

4. *Ἀνθυποφορά* est figura sententiae, qua adversariorum nobis sententias ac dicta proponimus ac substituimus, in hoc tantum, ut illis respondeamus, ut:

---

2 Georg. 2, 495. 17 Verg. Aen. 2, 77. 19 ib. 3, 602. 24 ib. 4, 9—14.

---

1 in aurum *B* 6 peritura et regna *St* 7 latent *St*: latet *B* 8 de *add. St* 9 quum *vir doctus in ed. Capp.*: qui *B* adhibentur *B*: qui gr. c. adhibetur *vulgo* 11 iuvenibus in s. lasciviunt *St*: iuuenibus in schola lasciuiuntur *B*, iuvenilius in s. lasciviunt *J. F. Heusinger; videtur* lascivire *h. l. idem esse quod* in promptu esse, abunde suppetere minime maturae *Pithoeus*: minimae naturae *B* 12 causis *Mailley*: ganeis *B*, canis *Pithoeus* 12 cupias *Christ:* facias *B* 16 atque *R*: aut quae *B* praecipimus *R*: praedicimus *B* 20 Iliacos *Verg.* 26 dein admirari *nos*: demum mirari *B* 28 faterentur *B* 29 virtutis vel miseratione *R supplevit* 31 Antipophora *B* 32 opponimus *coni. R*

p. 50. 51 C.

Verum anceps pugnae fuerat fortuna. Fuisset.

Et:

Sed periisse satis semel est. Peccare fuisset
Ante satis.

Latine dicitur oppositio vel obiectio.

5. *Σχέσις* proxima figura est anthypophorae, qua adversariorum affectum quemlibet fingimus, cui respondeamus, ut in illo:

Indignum est Italos Troiam succendere flammis
Nascentem et patria Turnum consistere terra:
Quid face Troianos atra vim ferre Latinis?

Haec non ita Iuno proposuit, quasi manifeste Venus indignum esse dixisset, sed quasi indignum esse Veneri fingeret vel suspicaretur. Haec Latine dicitur adfictio.

6. *Ἀνασκευή* est superiorum proxima figura, qua ab adversariis maxima proposita destruimus ac redarguimus velut falsa, ut:

Nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso
Interpres divum fert horrida iussa per auras.

Latine dicitur destructio vel evacuatio.

7. *Ἐπιτίμησις* est etiam proxima figura, cum adversarium iisdem verbis, quibus ab eo lacessiti sumus, percutimus, ut in illo:

Quis deus in fraudem, quae dura potentia nostra
Egit? ubi hic Iuno?

quia scilicet Venus dixerat:

Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniunx
Dura.

Et: bis capti Phryges. Latine dicitur obiurgatio.

8. *Ὑπόκρισις* est figura sententiae, cum adversarium gestu et pronuntiatione extollimus vel abicimus et spernimus, ut in illo:

Cantando tu illum? aut umquam tibi fistula cera
Iuncta fuit?

Auditur enim: Tu nullus alioqui, illum autem magnum in canendo.

Non ego Daphnim
Iudice te metuam.

Scilicet mihi iniquus es et non recte iudicaturus. Latine dicitur pronuntiatio.

9. *Εἰρωνεία* est figura sententiae, laudis et orationis et magnificandi,

---

1 Verg. Aen. 4, 603. 3 ib. 9, 140. 8 ib. 10, 74. 16 ib. 4, 377. 21 ib. 10, 72. 24 ib. 10, 44. 26 ib. 9, 599. 29 Verg. Ecl. 3, 25. 32 ib. 2, 26.

---

2 Et *add. Capp.* 8 circumdare flammis *Verg.* 12 Veneri *B*: Venere *ed. Ruhnk. nulla nota adiecta;* indignum Veneri, *i. e. interolabile, scribendum esse proposuimus in Philologi III, 164, cum solum exemplum Ruhnk. ad manus haberemus.* 19 adversarium *St*: aduersariis *B* 21 Egit? *om. B, addidi e Verg.* 26 Fryges *B* 31 auditur *Capp.*: additur *B* *videtur* dicit *post* canendo *deesse* 32 Et: non ego *St* Daphni *B* 34 Scilicet *R*: Qui licet *B* 36 laudis *etc.*] *tentavimus:* laudes ornandi specie et magnificandi

p. 51. 52 C.

non sine derisu in contrarium tendens, ut in illo: Egregiam vero laudem et reliqua. Latine dicitur dissimulatio vel irrisio.

10. *Χλευασμός* est ironiae proxima figura, cum aliquos amara oratione non sine derisu insectamur ac laedimus, ut:

En, agros, et quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens.

Et:

Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum ...

Latine dicitur insectatio. Inter chleuasmon autem et ironiam hoc interest, quod ironia specie magnificationis illudit et, dum laudat, irridet: at chleuasmos palam cum amara insultatione castigat.

11. *Σαρκασμός* chleuasmo proxima est et similis figura, qua adversariorum facta cum exacerbatione admissorum lacessimus, ut apud Sallustium de Sullae crudelitate: Ut in M. Mario, cui fracta prius crura .... artus expiraret. Latine dicitur exacerbatio.

12. *Ἀντίφρασις* est figura sententiae, cum quaedam negamus nos dicere et tamen dicimus, ut apud Lucilium:

Non tango quod avarus homost quodque improbus mitto.

Et apud Vergilium:

Quid memorem portus Lucrinoque addita claustra?

Latine dicitur omissio.

13. *Ἠθοποιία* est alienorum affectuum qualiumlibet dictorumque imitatio non sine reprehensione. Latine dicitur figuratio vel expressio.

14. *Προσωποποιία* est figura sententiae, qua oratio *ad* alterius personae orationem imitandam retorquetur. Latine dicitur deformatio vel effiguratio.

15. *Ἐνάργεια* est figura, qua formam rerum et imaginem ita oratione substituimus, ut lectoris oculis praesentiaeque subiciamus.

---

1 Aen. 4, 93. 5 ib. 12, 359. 8 ib. 10, 592. 14 Hist. I fr. 30 ed. Dietsch. 18 Dousa p. 9. 20 Georg. 2, 161.

---

8 Huc: age *B* 13 admissorum *Gesner*: admissi eorum *B* 13 Salustium *B* 14 *fort.* crudelitate in M. Marium *locus ex schol. Lucani* 2, 173 *sic expleri potest:* cui fracta prius crura, brachia (et amputata brachia?) et oculi effossi, scilicet ut per singulos artus exspiraret. 18 avarus homo est quodque improbus *St*: auarus modo est neque quod improbus *B* 19 mitto *Dousa*: omitto *B* 21 An memorem *Verg.* 24 imitatio *St*: mutatio *B* 26 ad *om. B* imitandam *St*: imitandum *B* 27 detorquetur *malim* 29 Enargia *Capp. et Gesner:* Energia *B*; *cf. Quintil. 6, 2, 32 et 8, 3, 61.*

## IV.

# CARMEN

## DE FIGURIS VEL SCHEMATIBUS.

---

*C* = codex Parisinus 7530. Cf. *Zeitschr. f. d. Alterthumsw.* 1845 p. 81 sqq.
*Q* = Quicherat.
*S* = Sauppe.
*Sch* = Schneidewin.
*A* = H. L. Ahrens, cf. *Zeitschr. f. d. Alterthumsw.* 1843 p. 162 sqq.
*F* = J. Froehlich, cf. *Gelehrte Anzeigen der bayer. Akad. der Wissensch.* 1844 num. 72.

---

Collibitum est nobis, in lexi schemata quae sunt,
Trino ad te, Messi, perscribere singula versu
Et prosa et versu pariter planare virorum.
*Κόμμα.* Particulae membra efficiunt, haec circuitum omnem.
Particula est comma, ut versu tria commata in illo:
'Arcadiam petis, inmensum petis, haud tribuam istud'.
*Κῶλον.* Membra ea sunt quae cola vocant; ea circuitum explent:
'Nam qui eadem vult ac non vult', colon facit unum;
Huic adiunge sequens: 'is demum est firmus amicus'.
*Περίοδος.* Circuitus, peri quam dicunt odos, orta duobus

---

Fontes et loci similes ab Herm. Sauppio indicati.
6 Oraculum apud Herod. I, 66. cf. Alexander in Rhetor. Walzii VIII, p. 446.

---

DE FIGURIS VEL SCHEMATIBVS *C* 1—3 *In cod., qui in hac sui parte labem traxit, hodie non supersunt nisi haec:* Collibitũ est nob in lexis a ... pariter placare uirorum, *sed inventum est in bibl. Parisina apographum a Sirmondo factum, quo tempore codex etiam integer erat, ex quo L. Delisle (v. Bibliothèque de l'école des chartes, 4e Série, Tom. III, 161) tres versus priores et infra v. 33 et 93 publicavit.* 3 planare *scripsimus* (*ut sit idem quod* explanare): placare *C*, Et prosam versu pariter replicare priorum *Ritschl in N. Mus. Rhen. XVIII, 139 sq.* 4 Particulae membra efficiunt, haec *distinxit A*: Particulae et membra, efficiunt haec *Q* 5 coma *C* 7 Membrea sunt *C* circuitu *C* 8 vult ac *Q*: uul hac *C* 9 is *S et Sch*: his *C* 10 odos *Sch*: ados *C*, odon *Q* orta *S*: ora *C*, orsa *A*

Membris, ut praedicta, venit tetracolon adusque:
Nam si plura itidem iungas, oratio fiet.
*Ἀνάκλασις.* Est reflexio, cum contra reflectimu' dicta.
'Non expecto tuam mortem, pater, inquit. At ille,
Immo, ait, expectes oro neve interimas me'.
*Ἀντιμεταβολή.* Permutatio fit, vice cum convertimu' verba.
'Sumere iam cretos, non sumptos cernere amicos'. —
'Quod queo, tempus abest; *cui tempus adest*, nequeo, inquit'.
*Ἀλλοίωσις.* Differitas fit, differre hoc ubi dicimus illi.
'Excitat hunc cantus galli, te bucina torva.
Te ciet armatus victus, huic otia cordi.'
*Ἀντίθετον.* Oppositum dico, contra cum opponimu' quaedam.
'Doctor tute, ego discipulus; tu scriba, ego censor;
Histrio tu, spectator ego; adque ego sibilo, tu exis.'
*Αἰτιολογία.* Redditio causae porro est, cum, cur ita, dico.
'Audi, etsi durum est: nam verum, quod grave primo
Consilium acciderit, fit iucundum utilitate.'
*Ἀνθυποφορά.* At si adversa mihi referam, rellatio fiet.
'† Sed moveas te lucifugus sis in medio audax
Laudes inductus cui pes malus optige ambos.'
*Ἀπόκρισις.* Fit responsio ad haec, quae contra fingimu' dici.
'Irascetur: sperne. dabit damnum: reparabis.
Caedet: ne toleres. qui sim minor? emorere, inquam'.
*Ἐπαναφορά.* Est repetitio, cum verbo saepe incipio *uno*.
'Ipse epulans, ipse exponens laeta omnia nuptae,
Ipse patrem prolemque canens, idem ipse peremit.'

---

13—15 Rutilius Lupus 1, 5. 16 sq. Rutilius 1, 6. 18 Alexander p. 480. 19 Rutilius 2, 2. 20 sq. Cic. p. Murena §. 22. Quintil. 9, 2, 100. 22 Rutilius 2, 16. 23 sq. Demosth. de cor. §. 265. Alexander p. 479. 25—27 Rutilius 2, 19. 28 Quintil. 9, 2, 106. Iulius Rufinianus p. 60, 31. 34 Alexander p. 446. 463.

---

11 tretacolon *C* 13 reflectio *C*, *em. S et Sch* reflectimus *C*, *et sic ubique* 14 pater *Q*: pariter *C* inquid *C* ait *F*: aut *C*, autem *S* expectis *C* 17 sumptos *Q*: supto *C* 18 cui tempus adest *supplevit S* in quid *C* 19 *Ἀλλοίωσις S et Sch*: *αμοισις C* differe *C* dicimu *C* illi *S*: illo *C* 20 buccina torba *C* 21 armatus victus *C*: armatum (*i. e.* armatorum) virtus *Q*; *at v. A p. 163* cordi *Q*: cordis *C* 22 Oppositum *Q*: appositum *C* 25 *αετιολογία C* 26 audi *Q*: aud. *C* nam verum *S*: namuero *C* 27 iogundum *C* 28 *Ἀνθυποφορά Q*: *ἀνειποφορα C* rellatio *Sch*: relatio *C* 29 Semoveas *Emperius Opusc. philol.* 285; Sed moveas te, lucifugus, sis in medium audax. Ludo est, indoctus cui pes, malus obtigit umbo *A* 33 Caedet: ne toleres. qui sim minor? *scripsimus:* Cedet me tolere (*vel* me tdere, *ut Duebnero potius videtur*) ne si minor *apographum Sirmondi, v. ad 1;* Caedet: ne toleres. At sum minor *Sauppe*, Caedet me; tolera. nex imminet *Ritschl l. c. p. 140.* 34 *Cum ab auctore figuras ex litterarum ordine dispositas esse manifestum sit, Gust. Dzialas in quaestionibus Rutilianis p. 24 probabiliter statuit versus 34—42 post v. 63 transponendos esse* *απαναφορα C* uno *add. Q* 35 leta *C*

*Ἐπιφορά.* Desitio contra, cum verbo desino in uno.
'Ut possem, fecit fatum; dedit haec mihi fatum;
Si perdam, abstulerit fatum; regit omnia fatum.'

*Κοινότης.* Haec duo coniunctim faciunt, communio uti sit.
'Vis callere aliquid, discas; vis nobilitari
Ingenio, discas; vis famam temnere, discas.'

*Ἀναδίπλωσις.* Fit replicatio, si gemines iteramine quaedam.
'Ibo in eum, sit vel pollens ut fulmine dextra,
Pollens fulmine dextra, fero vis praedita ferro.'

*Βραχυλογία.* Est brevitas, raptim paucis cum dicimu' multa.
'Mentem contempla; nam consilio valuit: fors
Decepit *spem* saepe; at homo est: concede, fatetur.'

*Διαφορά.* Si verbum diverse iteres, distinctio fiet.
'Cuivis hoc homini dones, homo si modo, nolit.' —
'O mulier, vere mulier! scelera omnia in hoc sunt.'

*Πολυσύνδετον.* Multiiugum dico, articulis quod pluribu' iungo.
'Ille hunc fallit, at hic gaudet, nos vero timemus
Praesertim in peregri ne fas abrumpere tentet.'

*Διαλελυμένον.* Abiunctum contra est, si nullis singula necto.
'Cognoscas, qui sis, cures te, vir sapiens sis;
Et peius serpente time illum qualibet unum.'

*Διῃρημένον.* Disparsum reddo, quod sparsum uno ordine reddo.
'Ambo Iovis merito proles, verum ille equitando
Insignis, Castor, catus hic pugilamine, Pollux.'

*Διέξοδος.* Fit percursio, percurro cum singula raptim.
'Maiorem vim *haud* inveniet, parilem simili in re
Vincemus, non audebit certare minore.'

*Ἐπιπλοκή.* Fit conexio, posterius si necto priori.

---

37 Rutilius 1, 8. 40 Rutilius 1, 9. 43 Alexander p. 444. 44 sq. Hom. Il. v, 371 apud Alex. p. 445. 46 Rutilius 2, 8. 47 sq. Lysias Rutilii l. c. 49—51 Rutilius 1, 12. 53 Rutilius 1, 14. Quintil. 9, 3, 51. 55 Rutilius 1, 14. Quintil. 9, 3, 51. 58 Quintil. 9, 3, 39. 61 Cic. de orat. 3, §. 202. 64 Rutil. 1, 13.

---

37 Desitio *S et Sch*: desisto *C* 40 uti sit *A*: ut sit C; *cf. Luc. Muelleri de re metr. poet. lat. p. 398* 42 discas; vis *Q*: dicas uis *C* 43 *ανδίπλωσις C* 45 vis *A*: bis *C* 46 raptim *S*: partim *C*, carptim *QF* 47 valuit *Q*: uoluit *C* 48 decepit spem saepe: at *nos*: decepit sepe ad *C*; decepit; fit saepe id *S*, dec. bene saepe; at *Sch*, decepit saeve, sed *A*, decepit; si peccat *F* 49 *διαφωρ. C* diuersae *C* 50 O mulier *S et Sch*: o muli *C* 52 *πολυσύνδετον S et Sch*: *πωλυνδετων C* Multilongum *C*, *em. Q* 53 at *C*: et *S* 54 praesentim *C* in peregri *C*: peregri *S et Sch; illud est:* praesertim in homine peregrino, *i. e. cum praesertim rem habeat cum peregrino* abrumpere tentet *Q*: abrumperet et ire *C* 55 *διαληλυμενων C* 57 et peius serpente time illum qualibet unum *A*: et prius uerb. time illum quaelibet unum *C* 58 *διῃρημένον Q*: *διερειμμένων C*, *διερριμμένον Sch prob. A p. 165* sparsum *S*: passum *C* uno *Q*: non *C*, haud *A* 60 catus *S*: castus *C* pullux *C* 61 *διεξοδως C* percursio *Q*: percussio *C* 62 haud *A*: non *C*; non uim maiorem inueniet *Christ* inueni et *C* 63 certare minore *A*: certeare minorem *C* (Maiorem non invenies, parilem simili in re Vincemus, non audebunt certare minores *A*) 64 connexio *C*

'Cum sensi, dixi; cum dixem, deinde suäsi;
Cum suasissem, abii; simul atque abii, indupetravi.'
*Ἐπανάληψις.* Illa resumptio fit, quaedam cum dicta resumo.
'Cognitus est nobis, iam cognitus est bene nobis.' —
'Tu vere sapiens cunctis, immo ipsa Minerva.'
*Ἐπιτροπή.* Fit concessio, cum quidvis concedimus optet.
'Nescivit vel non potuit vel noluit: ut vis,
Pone, tibi permitto; tamen non debuit uti.'
*Ἐπιφωνούμενον.* Intersertio, cum inseritur sententia quaedam.
'Pollet enim forma, quod regnum aetatis habendum,
Fortuna quae sola potest quemcumque beare.'
*Ἐπίζευξις.* Fit geminatio, cum sensus geminamus eosdem.
'Thebae autem, Thebae, vicina urbs inclutaque olim.' —
'Mi nate, o mi nate, meae spes sola senectae.'
*Ἐπεκφώνησις.* Exclamatio ea est, quam ut motus reddo repente.
'Ah, postquam victum video me, tu improba et amens,
Fortuna, es, quos sublimas mox ipsa premendo.'
*Ἰσόκωλον.* Fit parimembre, ubi membra aequalia circuitus sunt.
'Cui nec finis adest cupiendi nec modus extat
Utendi, citus in dando est, celer in repetendo.'
*Μερισμός.* Cum privis propria attribuas, fit distribuela.
'Huic furta in manibus, fuga plantis, ventre sagina.' —
'Tu sumptu pauper, dando dis, ingenio rex.'
*Μετάβασις.* At remeatio fit, cum rursus me redigo ad rem.
'Verum longius excessi nec tempore in ipso

---

65 sq. Demosth. 18 §. 179. Alii artium scriptores loco ut exemplo gradationis utuntur, v. Auct. ad Herenn. 4, 24. Quintil. 9, 3, 55. Aquila Rom. 40. 67 Rutil. 1, 11. 68 Pytheas Rutilii l. c. 70 Rutil. 2, 17. 73 Demetrius *π. ἑρμην.* §. 106. 76 Herodianus (Rhet. VIII) p. 603. 77 Aeschines 3, §. 133 cf. Herod. l. c. 78 Verg. Aen. 1, 664. 79 Quintil. 9, 2, 27. 82—84 Rutil. 2, 15. 85 Rutil. 1, 18. 86 Lycurgus Rutilii l. c. 88 Rutil. 2, 1. 89 sq. Demosth. 18, §. 42 cf. Rutil. l. c.

---

65 dixem *S*: dixisse *C* 66 indupetraui *C* 67 *επαναλημφις C* 68 est bene nobis *A*: at bene noui *C*, ac bene novi *Sch*, est; bene novi *S* 69 imo *C* 70 *επιτροπν C* optet *Q*: opte *C* 71 Hisce uti vel non potuit *F* 72 Pone, tibi p. *S et Sch:* ponet ibi p. *C*, pone tibi, p. *Q* 73 *επιφωνουμενων C* 74 habendum est *Q* 75 Fortuna, quae *distinguunt S et Sch* 77 inclytaque *C* 78 minate ominate *C* meae spes *Q*: memeaespes *C* senecte *C* 80 Ah *scripsi*: at *C*, Ut *Sch, exemplum a verbis* Tu improba *ordiri ratus; at v. A p. 166* metu *C* amens *Q*: amans *C* 81 praemendo *C*; Quor sublimas mox ipsa premendos? *S*, quod sublimas mox ipsa premenda *F* 82 *ισοκολων C* parimembre *S*: pare membre *C* aequalia *S*: aeque et *C* 84 Utendi. — Citus *interpunxit Sch, diversa esse exempla statuens.* citus *Q*: citius *C* celer in *Q*: celeri *C* 85 privis *Q*: primis *C pr. manu, sed eadem corr.* priuiis attribuis *A, quod in his definitionibus cum indicativo* cum *iungi soleat. At diversa est ratio in persona secunda, cf. v. 133. Sic auctor noster habet v. 55 et 64* si necto, 142 si conciliamus, 166 si nectimus, *contra v.* 12 si iungas, 43 si gemines, 49 si iteres, 109 si dicas, 154 si reddas, 169 si mutes, 183 si cumules, *a quibus locis unus discrepat v.* 163 si monstras. destribuela *C* 86 faga *C* 88 rematio *C*

Fortasse indulgens animis: ergo redeo illuc.'
*Μετάφρασις.* Fit variatio, cum simili re nomina muto.
'Regnavit libyco generi, regnavit et Argis
Inachiis, dominatus item est apud Oebaliam arcem'.
*Μετάκλισις.* Declinatio, cum verbum declino parumper.
'A primo puerum rectum est condiscere recte'. —
'Dignos digna manent, plerumque bonis bene vortit.'
*Ὁρισμός.* Definitio fit, cum rem definio pro me.
'Diligere hoc prorsum est velle id, quod prosiet illi:
Nam qui ad se revocat quod vult, mihi sese amat ipse.'
*Ὁμοιοτέλευτον.* Confine est, simili fini cum claudimu' quaedam.
'Quom minus indignatur, ibi magis insidiatur,
Ut noxam metuas, si non ostenderit iram.'
*Ὁμοιόπτωτον.* Aequeclinatum est, quod casu promimus uno.
'Auxilium, non consilium, rata, non cata verba,
Rem, non spem, factum, non dictum quaerit amicus.'
*Πολύπτωτον.* Multiclinatum contra, variantibu' quod fit.
'Tu solus sapiens, tibi cuncti cedere debent,
A te consilium petere et tua dicta probare.'
*Παρονομασία.* Supparile est, alia aequisono si nomine dicas.
'Mobilitas, non nobilitas'; 'bona gens, mala mens est';
'Dividiae, non divitiae'; 'tibi villa favilla est'.
*Προσαπόδοσις.* Est subnexio propositis subnectere quaeque.
'At nos non ut tu: nos simplicitate, tu arte.
Hoc das, hoc adimes nobis: das spes, adimes res.'
*Παραδιαστολή.* Subdistinctio fit, cum rem distinguimus ab re.
'Dum fortem, qui sit vaecors, comemque vocat se,
Quom sit prodigus, et clarum, qui infamis habetur.'

94 Cic. de orat. 3, §. 207. 97 Rutil. 2, 5. 100 Rutil. 2, 14. 103 Rutil. 2, 13. 106 Rutil. 1, 10. 109 sq. Rutil. 1, 3. 112 Rutil. 1, 1. 115 Rutil. 1, 4. 116 Hyperides Rutilii l. c.

91 simili in re *coni. S* 92 generi *Q*: gene *C* 93 *versus nunc in C deest* 94 *Μετάκλισις S· εκκάλισις C* verbum *A*: uerbo *C* 97 *ωρισμός C* 98 diligere *Q*: dilige *C* velle id quod *S*: uert id *C* (hoc prorsum est vere, ut mihi prosit et illi *Q*, Diligit, hoc prorsum est, quaerit quid prosiet illi *A*) prosiet *Emperius (Opuscc. p. 285)*: prosit et *C* 99 quod vult mihi, sese *interpungit S* 100 *ομοιοπτελευτον C* confine est *Q*: confinies *C* 101 Quom minus *nos:* Cum minus *S*, comminus *C* (Quo minus — — eo magis *Sch*) 102 metuas noxam *Q et S* sin. *C, i. e.* si non 103 *ομοιοπτοτον* aequae clinatum *C* aequiclinatum *A* 106 *πολιπτοτον C* contra *Q*: contraria *C*, contra id *S* variantibu' *scripsi:* variantius *C*, variantiu' *Q*, variatiu' *S* fit *A*: sit *C* 107 cedere *Q*: ce *C* 109 *παρονομασια C* alia *S*: tale *C*, alid *A* 110 mobilitas, non nobilitas *Q*: mouilitas non uilitas *C* 112 subnexio *Q*: subnectio C 113 tu arte *S*: tuare *C* 114 adimis *bis Q* 115 *παραδιαστολε C* 116 fortem *Q*: forte *C* qui *Sch*: quia *C* uaecor *C* 117 quom *nos*: quod *C* sit *Q*: si *C*

*Παρένθεσις.* Interiectio, cum quaedam medio ordine famur.
'Huc ut venimus, interea — nam tempus erat ver
Et sacrum Florae et Cereri nemus — imus ad aras.'
*Παρομολογία.* Est suffessio, cum sensi pro parte fatemur.
'Verum Academia est. Esto: tamen omnia nulli
In dubium revocant, at quaedam, et pleraque, si vis.'
*Πρόληψις.* Anticipatio fit, contraria cum occupo verba.
'Credo, ille et flebit multum et iurabit, amicos
Producet testes, sed vos rem quaerere par est.'
*Παρόμοιον.* Adsimile, a momento cum simile hoc facio illi.
'Nam plebeius homo, ut ferme fit libera in urbe,
Regnat ibi et puncto regnat suffragioloque.'
*Παρρησία.* Inreticentia, cum verum reticere negamus.
'Dicere, quod res est, cogor: vos ista, Quirites,
Vos facitis, dum non dignis donatis honores.'
*Πρότασις.* Propositum id, cum proponas, quod deinde repellas.
'Est ornanda domus spoliis? Hic ornat amicam
Exuviis. Leges discendum est? Discit amores.'
*Πάντα πρὸς πάντα.* Cuncta ad cuncta, ut: 'Gens graia, afra, hispanica servit:
Nam partim meritost ultus, partim insidiantes
Praevenit, partim victor virtute subegit.'
*Συναθροισμός.* Est conductio conque gregatio, cum adcumulo res.
'Multa hortantur me: res, aetas, tempus, amici,
Concilium tantae plebis, praenuntia vatum.'
*Συνοικείωσις.* Conciliatio *fit*, diversa ubi conciliamus.
'Prodigus *est* et parcus idem: *nam* nescit uterque

---

118 Rutil. 1, 17. 121 Rutil. 1, 19. 124 Rutil. 2, 4. 125 sq. Lycurgus Rutilii l. c. 127 Rutil. 2, 12. 130 Rutil. 2, 18. 139 Rutil. 1, 2. 142 Rutil. 2, 9. 143 sq. Hyperides Rutilii l. c.

---

118 *παρεντεσις C* interiectio *Q*: interfectio *C*, interfatio *A* 120 '*fort.* Cereris, *ut* sacrum Florae *Floralia versificator dixerit.*' Sauppe 121 suffessio *Q*: suffasio *C* cum — fatemur] '*Sensus est*: *Si sententiae* (sensi) *alicuius partem veram fatemur esse.*' Sauppe 122 est *C*: *an* ait? 123 at *Q*: ad *C* si vis *Q*: sibi *C* 124 *προλησις* C 125 ille et *S*: illae *C* fleuit — — iurauit *C* amicos *Q*: amico *C* 126 producet *Q*: producit *C* par *Q*: pars *C* 127 adsimile *Q*: at simul *C* Adsimile est, cum agnomento simile *F* 128 nan *C* homo ferme *F* 129 regnat ibi *Q*: regibi *C*, Regulus *F*, rex inibi *Sch* (libera in urbe Regibus, et puncto *A*) suffragioloque *A*: suffragio loqui *C*, suffragio uolgi *S* 131 ista *Q*: ita *C* 133 propositum id *S*: propositio *C*, propositum *Q*, prositio *A coll. glossa Pauli ex Festo p. 226 Muell.* 'Prosita proposita' proponis *A*; *at v. ad v. 85* cuncta ut] *sic C, non* cuncta *sine* ut, *quemadmodum ait Quicherat; item* 137 partim, *non* paritim, *ut ille rettulit* meristost ultus *S*: meritostultos *C*, meritos 'st ultus *Sch* 138 praevenit *Q*: preueni *C* victos *Q*, invictos *A*, *sc. Numantinos, quod verum videtur* 139 *συναερσισμος C* 140 Multae hortantur me res: aetas *S* 141 concilium *Q*: concilia *C* praenuntia uatum *nos:* denuntia natum *C*, dementia natum *Q et S*, denuncia vatum *Sch* 142 *συνοικιωσις C* conciliatio fit *Q*: conciliatio *C* diuersa ubi *F*: diuersum si *C* 143 est et *Q*: et *C* auarus idem *F* nam *add. Q*

Uti opibus, peccant ambo, res dedecet ambos.'
*Τρίκωλον.* Teriuga sunt, quae respondent secum ordine trina.
'Si neque divitiis polles neque corpore praestas
Nec corde exsuperas, cur te dicam esse beatum?'
*Χαρακτηρισμός.* Fit depictio, cum verbis ut imagine pingo.
'Pocula, serta tenens flexa cervice iacebat,
Limodes, gravis optutu, madido ore renidens.'
*Ἐπιτίμησις.* Est correctio, cum in quodam me corrigo dicto.
'Nam tarde tandem — tarde dico? immo hodie, inquam.' —
Vel sic: 'Non amor est, verum ardor vel furor iste.'
*Προυπάντησις.* Fit praeoccursio, si reddas priu' posteriori.
Ut: 'Pluvias cernas nolle istos ac cupere illos:
Artrantes cupiunt imbrem noluntque viantes.'
*Ἀναστροφή.* Esse reversio et in prosa solet, ut fit in istis:
'Pauxillam ob culpam', — 'male quod vult', — 'praecipiti in re', —
'Troianos facit ire ut divus Homerus aves ut'.
*Ὑπερβατό».* Transcensus porro est, cum intersita pendula claudo.
'Atque ego, quod negat hic quidvis, ius eripit omne,
Fas abolet, laedit leges, — haec omnia mitto.'
*Ἀντεναντίωσις.* Exadversio fit, minimis si maxima monstras.
'Non parva est res, qua de agitur' pro 'maxima res est',
Ut dictust Aiax 'non infortissimu' graium.'
*Ζεῦγμα.* Nexum est, si varias res uno nectimu' verbo.
'Oebalon ense, Lycon ferit hasta, Pedason arcu.'

---

148 Rutil. 2, 7. 149 sq. Lyco Rutilii l. c. 151 Alexander p. 486. 152 Demosth. 18, §. 130 cf. Alex. 153 Alex. l. c. Anonymus *περὶ σχημάτων* VIII, p. 712, 19. 154 Alexander p. 485. 157 Alexander p. 481 sq. Quintil. 8, 6, 35. 159 Iliad. *γ*, 2. 160 Alexander p. 483. 163 Alexander p. 481. 165 Hom. Il. *o*, 11 cf. Alex. 166 Alexander p. 474.

---

144 dedecet *Q*: dederet *C* ambo *Q (non C)* 145 *τρικωλων C* trina *S*: trino *C* 146 sine que *C* 147 exuperas *C* 148 *χαρακοηρισμος C* depinctio *C*, *em. Q* verbis *Q*: uerb. *C* 149 Pocula, serta *interpunxit Haase (Hallische Lit. Zeit. 1844 n. 218 p. 397)*: pocula ferta *Q et S* 150 Limodes (= *λημώδης*) *Haase*: Limonides *C*, Liodes *Sch*, Lema oculos gravis *A* gravis, obtutu madido, ore renidens *S distinxit* 151 *επιτειμησις C* 153 verum *Q*: uerbum *C* ardor uel furor iste *C*, *ut Ahrens divinando adsecutus est; nam Quicherat in C esse tradiderat*: ardor furoriste 154 reddas *Q*: redas *C* 155 cernas *C* (*non* cernis, *ut est in Q*) ac cupere *S*: accipere *C*, 'Ut pluvias — — sic cupere *F* 156 Artrantes *F*: arantes *C*, arentes *Q*, agricolae *coni. S*, agrestes *A*; *confert F Plin. H. N. XVIII, 20, §. 182*: illae messes multiplicatae docuere quod nunc vocant artrare, id est aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo vel cum iam is ad bina ternave emiserit folia.
158 pauxillam ob culpam *A*: pausillam occultam *C*, pausillam ob cultam *S* praecipiti *Sch*: 'praecipit *C*, praecipite *S* 159 duuius *C* 160 intersita *Q*: interposita *C*. '*Sensus est:* cum pendula periodi verba in media periodi parte primaria pono et quasi includo.' Sauppe 161 quidvis *S*: uiuis *C* 162 laedit *Q*: laede *C* 164 pro maxima *A*: sed proxima *C*, sed maxima *S* 165 infortissimu' *S et Sch*: in fortissimus *C* 167 Lycon ferit *Christ*: ferit lycon *C* hasta, Pedason arcu *Q*: astapidason arci *C*

Nunc mediumst ‘ferit’, et fini pote principioque.
*Μεταβολή.* Si verbum varie mutes, variatio fiet.
‘Quis nos propter te dilexit? quando aliquem tu
Iunxisti? quas res gessisti? cur ita abundas?’
*Ἀλλοίωσις* aut *Ὑπαλλαγή.* Fit mutatio multimodis. ‘Bello Africa flagrat,’
Afros cum dicas bellare, et tempora quando
Et casus numerosque figurando variamus.
*Ἔλλειψις.* Fit defectio, cum verbum, quod subtraho grate,
Defit. ‘Curat enim nemo nec corrigit hanc rem,
Sed culpat.’ Quippe hic ‘quisquam’ subtraximu’ grate.
*Πλεονασμός.* Exsuperatio fit, quod causa appono decoris,
Cum vacat, ut: ‘Quarta vix demum exponimur hora’, —
‘Saucius ille leo’ —, quia ‘vix’ pote tollere et ‘ille’.
*Περίφρασις.* Est autem circum illa locutio: ‘bucera saecla’, —
* * * * * * * *
‘Fac discas’ pro ‘disce’ et pro ‘dic’; ‘dice loquendo’.
*Προσδιασάφησις.* Si plenum cumules, adsignificatio fiet.
Ut: ‘Mihi non placet hoc animo’. Quippe *hinc* ‘animo’
aufer,
Et nihilo minus est plenum, verum auxerit illud.

169 Alexander p. 474. 170 sq. Demosth. 18, §. 311 ap. Alex. l. c. 172 Alexander p. 471. Cic. Orat. §. 93. 175 Alexander p. 470. Aquila Rom. 46. 178 Alexander p. 469. Aquila 45. 179 Horat. Sat. 1, 5, 23. 180 Verg. Aen. 12, 5. 181 Alexander p. 468. Quintil. 8, 6, 61. — Lucretius 5, 864. 184 Alexander p. 467. 185 Hom. Il. α, 28 cf. Alex. l. c.

168 mediumst *Christ*: medius *C* ferit *Sch*: fuerit *C*; Num medius fieri et fini pote principioque? *S* 169 uariae *C* 170 nos *Q*: non *C* 171 iunxisti *Sch*: iussisti *C*, iuvisti *S* 172 *νναλλαγη C* multis modis *C*, *em. Q* 173 bellare, et *S et Sch distinguunt* 175 *ελιυπσις C* 177 subtraximu’ *Q*: subtrax *C* 178 exuperatio *C* quom causa a. decoris Quod uacat *Christ* 180 vix *Q*: uim *C* 181 *Post hunc versum unum apparet intercidisse; nam et aegre explicatio circumlocutionis* ‘bucera saecla’ *desideratur, nec verisimile est hic auctorem a solito ternorum versuum numero discessisse.* 184 *Προσδιασάφησις S et Sch: προσδιαγραφεσις C* comules *C* adsignificatio *Q*: at significatio *C* 185 quippe hinc *nos:* quippe *C*, quippe hic *Sch*, tu quippe *S* 186 enihil *C* illud *Q*: illum *C*.

# V.

# SCHEMATA DIANOEAS
## QUAE AD RHETORES PERTINENT.

---

*C* = Parisinus 7530, saec. VIII.
*E* = Eckstein.
*Quibus in locis sola lectio codicis adscripta est, in iis iam Ecksteinus veram scripturam restituit.*

---

1. *Ἐνάργεια* est imaginatio, quae actum incorporeis oculis subicit et fit modis tribus: persona, loco, tempore. Persona, cum absentem alloquimur quasi praesentem. Vergilius: Nec tu carminibus nostris indictus abibis, Oebale. Loco, cum *eum*, qui non est in conspectu nostro tanquam videntes demonstramus, ut: Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles. Tempore, cum praeterito utimur quasi praesenti, ut: Apparent rari nantes in gurgite vasto.

2. *Διόρθωσις*, quae latine correctio nominatur, cum dicturi aliquid, quod arrogans aut iniuriosum esse videatur, praemissa praefatione mollimus. Arrogans, ut est apud Ciceronem: Metuo, ne quid arrogantius apud tales viros videar dicere: ne actor quidem *est* is, cui reus tam perditus, tam convictus aut occulte subripi aut inpune eripi possit. Iniuriosum vero dictum apud eundem Ciceronem: Quaeso, Eruci, ut hoc in bonam partem accipias — si tibi

---

3 Aen. 7, 633. 5 Verg. Aen. 2, 29. 7 ibid. 1, 118. 10 in Verr. I, §. 10. 14 p. Rosc. Am. §. 46.

---

1 Inergia *C* 3 necturus carminibus *C* 4 eum *add. E* 6 cendebat *C* 7 in iurgite *C* 10 ciceronem nec metuo *C* 11 dicere tur quidem in cui *C*, dicere: nec actor quidem is, cui *E* 12 conuictus *C*: uictus *libri Tulliani* 13 posse *C*

natura non dedit, ut patre certo nascerere, ex quo intellegere posses, qui animus in liberos esset.

3. *Ἐπιδιόρθωσις*, latine superioris rei correctio, ut apud Ciceronem: Atque haec propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret.

4. *Ἀμφιδιόρθωσις*, cum in medio dictum iam aliquid aspere et iterum simili modo dicendum excusatione temperamus, ut si contra libertinum dicam ignobili genere natum, deinde subiciam: Haec non contumeliae gratia dixi neque exprobrandi causa: tantum dicam, quod abiectis natalibus et sordida familia hic progenitus existimetur.

5. *Ἠθοποιία*, data locutio certae personae, ut illud est Ciceronis in Pisonem: Quid est, Caesar, quod te supplicationes totiens decretae tot dierum tantopere delectant?

6. *Προσωποποιία* est alicui rei inanimatae vel defuncto adcommodata locutio. Haec figura a superiori hoc differt, quod in illa vox tantum viventibus datur, in hac vero eis, quae naturam vivendi non habent. Rei inanimatae, ut apud Ciceronem patria loquitur: Nullum iam aliquot annis facinus extitit nisi per te. Defuncti: Mulier, quid tibi cum homine adulescentulo? quid cum alieno?

7. *Ἐπιμονή* est latine repetitio crebra sententiae. Cicero: Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Vides tria uno sensu esse conclusa.

8. *Ἐπέμβασις* est, latine quod iteratio nuncupatur. Cicero: Hunc vero si secuti erunt sui comites, si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges.

9. *Ἐπιτροχασμός* est contraria orationis figura, quoniam breviter et subcincte ea quae sunt dicenda perstringit. Cicero: Quid ego de signis, turibulis, phaleris loquar?

10. *Χαρακτηρισμός* est, quod latine informatio vel discriptio appellatur. Cicero: Videtis illum subcrispo capillo, nigrum.

---

4 p. Lig. §. 8. 13 in Pis. §. 59. 18 Catil. I, §. 18. 19 Cic. p. Cael. §. 33. 21 Catil. I, §. 1. 25 Catil. II, §. 9. 29 Locus in Verr. IV, §. 48 ob oculos videtur versatus esse. 32 Verr. II, §. 108.

---

1 natura *C*: fortuna *Cic.* 2 quia animus (animus patrius *Cic.*) inberos esset *C* 4 praeterea *C* tuuero cum de se aeam dicerem egnoscerer *C* 6 cum in * medio *E* aspicere *C* iterum *nos*: item *C* 9 exprobrandi causa: tantum *nos*: exprobrandi animum *C*, exprobrandi causa. attamen *E* 10 existimemur *C* 13 pisionem quid et *C* 15 Proyopopeia *C* defunctae *C* 17 quae] quae q. *C*, quae quasi *E*, *fort.* quoque quae 18 patria *E*: proprie *C* aliquod *C* 19 extitet *C* 20 aduliscentulo *C* 24 iactauit *C* 25 nuncupamur *C* nunc uero sicuti suunt sui *C* 26 disperatorum *C* 27 gregis *C* 28 contram *C* 30 faleris *C* 31 *et p.* 73, 1 descriptio *E*

11. *Τοπογραφία* est loci discriptio, ut apud Vergilium: Est locus Italiae medius sub montibus — — Amsancti valles.

12. *Τοποθεσία* est loci positio, cum describitur locus, qui non est, sed fingitur, ut: Est in secessu longo locus.

13. *Ἀνακεφαλαίωσις*, latine recapitulatio, ut Tullius in Caeliana facit in epilogis: Cuius prima aetas dedita disciplinis fuit hisque artibus *quibus* instruimur ad hunc usum forensem et cetera. Revocat iudici vel auditori in memoriam, quae latius dixerat.

14. *Μετάστασις* est, cum rem a nobis alio transferimus. Cicero: Non *est* ista mea culpa, Quirites, sed temporum.

15. *Ὑπεξαίρεσις* est latine exceptio, quando aliquid a generali complexione distinguimus, qualis est illa exceptio Ciceronis: Minus me commovit hominis summa auctoritas in hoc uno genere dumtaxat, nam in ceteris egregie commovit.

16. *Ἐπεξήγησις* est explanatio dicti superioris. Vergilius: nos et sequitur tua progenies.

17. *Αἰτιολογία* est, cum causam alicuius rei et rationem subicimus, ut est apud Ciceronem pro Roscio: Ita fit ut adsint propterea, quod officium sequuntur, taceant autem idcirco, quia periculum vitant.

18. *Λεπτολογία* est, qua in discriptionibus tenuissimis utimur, ut apud Ciceronem: Reticulumque sibi ad nares admovebat tenuissimo lino, minutissimis maculis, plenum rosae.

19. *Ἰδέα* est, cum speciem rei futurae velut oculis offerentes moto animo concitamus. Cicero: Videor mihi videre hanc urbem, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem.

20. *Ἀντεισαγωγή*, contraria inductio. Apud Ciceronem: At est bonus imperator et felix et ad dubia rei publicae tempora reservandus.

21. *Ἀνθυποφορά* est fere superiori similis, quae proponit quaestio-

---

1 Aen. 7, 563. 4 Verg. Aen. 1, 159. 6 p. Cael. §. 72. 9 Catil. II, §. 3. 12 ex oratione, ut videtur, non iam superstite. 15 Aen. 1, 250. 18 p. Rosc. Am. §. 2. 22 Verr. V, §. 27. 25 Catil. IV, §. 11. 28 Verr. V, §. 4.

---

1 Topografia *C* 2 medio *Verg.* montibus altis *E* ā sancti *C* 4 secesso *C* 5 Anacefaleusis *C* celina *C* 6 epelogis *C*, epilogo *E* 7 quibus *om. C* instrituimur *C* 8 uel laudatur in *C* 9 transferemus *C* 10 ne non *C* est *om. CE* quaerites *C* 11 Afexeresis *C* 14 in eteris aegregiae *C* 15 Efexegesis *C* 18 ruscio *C* 19 sequantur *C* ulcirco *C* 21 discritionibus *C* 22 reticolumque siui *C* admonebat tenuissimum *C* 23 minutis *libri Tulliani* neaculis *C* rore *C* 24 specie *C* uel oculis *C* 25 lucis *C* 26 una incendio concidente *C* 28 Anasagoge *C* contradictio *C*; *cf. Mart. Capella p. 428 Capp.* 28 At est *nos*: ut est *C* 29 at felix *Cic.* praetempora *C* 31 proponet *C*

nem ab adversariis inlatam, ut apud Ciceronem Verres subicit: Magno, inquit, decumas vendidi.

22. *Ἐρώτησις* est opposita contrario interrogatio: Fuisti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina? distribuisti partes Italiae?

23. Percontatio est, quae alterius personae responsum non admittit, ut est illud Terentii: Tace tu: ego te infra omnes homines infimum puto.

24. *Κοινωνία* est communicatio consilii vel cum auditoribus vel cum ipso adversario. Cicero: Nunc ego, iudices, iam vos consulo, quid mihi faciendum putetis.

25. *Ὑπέρθεσις* est, cum aliquam rem opinione omnium notam sententia nostra exsuperare volumus, ut est illud Ciceronis: Scelus est accipere a reo pecuniam, quanto magis ab accusatore. Haec et epauxesis dicitur.

26. *Συγχώρησις* est concessio rei alicuius, ut apud Vergilium: Esto: Cassandrae inpulsus furiis. Cicero: Do tibi hoc, concedo tibi et remitto.

27. *Σύγκρισις* est, quae collatio dicitur, cum comparatione quadam iustiorem causam nostram quam adversarii demonstramus, ut Cicero in Rosciana: Ego contra brevem postulationem adfero et, quo modo mihi persuadeo, aliquanto aequiorem.

28. *Ἐξετασμός* est exquisitio, cum res complures divisas cum interrogatione exquirentes singulis quae conveniunt adplicamus, ut Cicero: Quid tandem te inpedit? mosne maiorum? at persaepe etiam privati in hac re publica perniciosum hostem morte multarunt. aut leges et cetera.

29. *Παράλειψις*, praeteritio. Vergilius: Quid repetam exustas Erycino in litore classes? Cicero: Praetermitto ruinas fortunarum tuarum.

30. *Ἀποσιώπησις* est, in qua suppremimus ea, quae dicturi videmur, ad aliud properantes. Vergilius: Quos ego — sed motos praestat conponere fluctus.

---

1 Verr. III, §. 40. 3 Catil. I, §. 9. 6 Eun. 3, 2, 35. 9 in Verr. act. I, §. 32. 12 Verr. II, §. 78. 15 Aen. 10, 68. 16 locus nondum in libris Ciceronis superstitibus inventus est. 20 p. Rosc. Am. §. 7. 23 Catil. I, §. 28. 27 Aen. 10, 36. 28 Catil. I, §. 14. 31 Aen. 1, 135.

---

1 uerrem sobicit *C* 2 decumus *C* 3 opposita contrario (*i. e.* adversario) *nos*: opposita a contrario *C* 4 legam illam *C* 6 intra *C* infirmum *C* 9 consolo *C* 11 nota *C* 13 maius *lect. var. in Cic.* Haec et et auxeris *C* 16 inpulsus fugis *C* 18 Syneregis *C* comparationem *C* 20 resciona *C* commodo *C* 21 aequiorem *Cic.*: uelociorem *C* 24 at] ad *C* 25 re p.] re prae *C* hostium mortim ultra sunt *C*, perniciosos cives morte multaverunt *Cic.* 26 aut legeracetera *C* (an leges *Cic.*, ac cetera *E*) 27 Paralypsis *C* 28 ericinu *C* praemitto *C* 29 furtunarum *C* 30 uidetur *C* 31 motus *C*

31. *Ἔκλειψις*, defectus. Vergilius: Haec secum; deest loquitur.

32. *Διαπόρησις*, addubitatio aliquarum difficultatum, cum nos volumus videri dubitare. Cicero: Quo me vertam nescio.

33. *Διαφόρησις*, differentia personarum. Cicero in Philippicis: Ille sensim dicebat, quae ad causam adtinebant, tu currens dicis aliena.

34. *Διασυρμός* est delusio vel detractatio, cum inludentes ea quae ab adversariis sunt prolata dissolvimus, ut est pro Murena in Sulpicium de iure civili: Quoniam mihi videris istam iuris scientiam tanquam filiolam complecti tuam.

35. *Παρονομασία* est denominatio, quae similitudinem verbi conflectit ad auditoris affectum. Cicero in invectivis: Qui de huius urbis atque adeo de orbis terrarum exitio cogitant, et Terentius: Nam increpatio est amentium, haut amantium.

36. *Διατύπωσις* est, ubi rebus personisve figura subiecta est formas ipsas et habitus exprimens. Cicero: Nonne vobis haec quae audistis cernere oculis videmini — non positas insidias? non impetum repentinum? non versatur ante oculos in caede Glaucia?

37. *Συναθροισμός*. Hoc schema inter violentissimas figuras accipitur, ubi multas res et multa crimina in unum contrahimus, ut Cicero in Miloniana: Occidi non Spurium Maelium — sed eum, cuius nefarium stuprum in pulvinaribus sanctissimis compertum est.

38. *Προκατάληψις* est praesumptio eorum, quae cum invidia adversarius dicturus est. Cicero: Habes igitur confitentem reum.

39. *Ἐρώτημα* est interrogatio, ubi aliquid interrogando exacerbamus et augemus rei invidiam, hoc modo: Fuisti apud Laecam — dixisti, quo quemque proficisci placeret? Haec si sine interrogatione dicantur, minus invidiose proferentur.

---

1 Aen. 1, 41. 4 p. Cluent. §. 4. 5 Phil. II, §. 42. 10 p. Mur. §. 23. 13 Catil. I, §. 9. 14 Andr. 1, 3, 13 (v. 218 Fleck.) 17 p. Rosc. Am. 98. 23 p. Mil. §. 72. 26 p. Lig. §. 2. 28 Catil. I, §. 9.

---

1 secunda est loquitur *C* 3 aliqua cum difficultate dum nos *etc. E* cum *nos*: dum *C* 4 uidere dubitari *C* 5 Diaforesis differentia persona personarum *C* 6 quod causae prodesset *Cic.* currens indicias alienam *C*, cursim dicis aliena *Cic.* 8 *fort.* est elusio detractio *C* 9 quae aduersarii *C* morena in sulpicio *C* 10 ciuili in quo (*pro* quō) mihi *CE* 11 complecti *C*, osculari *Cic.* 12 Paronomoria *C* conflectit se auditoris *C* 14 cogitans *C*, cogitent *E*, *ut est apud Cic.* aut *C* 15 inceptiost *Terentius* 16 personisuae fite subiecta *C* formas ipsas et habitus *nos*: forma ipsius et habitu *C*, formam ipsam et habitum *E*; *cf. Aquila Rom. 13* 17 exprimemus *C* 20 claucia *C* 23 meloniana *C* melium sed melius cōculus necessarium strupum *C* 24 compertum *C*, *fort.* comprensum; cuius nefandum adulterium in pulv. sanct. nobilissimae feminae comprehenderunt *Cic.* 25 Procalipsis *C* qui *C* 27 exacervamus *C*, *cf. ad Aquilam 11, p. 25, 19* 28 legam dixisti cocumque *C* 30 proferuntur *C*, *an* proferantur?

40. *Πύσμα* est percontatio, ubi tantum una voce vel a negante vel a confitente respondetur, ut Terentius: Quid meritu's? crucem. In superiore vero figura pluribus respondemus.

41. *Πάρισον* est adsimilatio sententiae membris non dissimilibus [plerumque] et plerumque paribus et contrariis constans. Cicero pro Cluentio: Etenim sicut aliis in locis *parum* firmamenti et parum virium veritas habet, sic hoc loco falsa invidia inbecilla esse debet.

42. *Ἐναλλαγή* est figura, quae fit aut per generis immutationem aliter quam usus habet, ut Vergilius: Auritosque sequi lepores, cum sit lepus generis feminini, aut per genera verborum, cum passivis pro activis utimur, ut Cicero: Punitus est inimicum pro punivit, vel activis pro passivis, ut Vergilius: Miscetque viris neque cernitur ulli pro miscetur, aut per numeros, ut idem Vergilius: Hic illius arma, hic currus fuit, aut cum alia res pro altera vel ipsa per se ponitur, ut 'saucius pectus', id est saucium pectus habens.

43. *Μεταβολή* est iteratio unius rei sub varietate verborum. Vergilius: Sternit agros, sternit sata laeta bovumque labores. Cicero: Magnum crimen, ingens pecunia, furtum inpudens, iniuria non ferenda.

44. *Ἐπάνοδος*, repetitio eorum, quae iuncta diximus, ut Vergilius: Epitus et Pelias mecum: quorum Epitus aevo iam gravior, Pelias et vulnere tardus Ulixis.

45. *Παραπροσδόκημα* est inopinatus exitus, id est cum aliud proponitur et aliud concluditur, ut Cicero in Verrinis: Qui iudicia manere apud ordinem senatorium *volunt*, querūntur accusatores se idoneos non habere; qui accusare possunt, iudiciorum severitatem desiderant. Et ideo inopinatus hic exitus et omnino dolosus est, quia magis iratis oratoribus placet: sed et in bono plerumque ponitur.

46. *Ταυτολογία*, eiusdem verbi aut sermonis iteratio, quae et epanalepsis dicitur. Non solum igitur illud iudicium iudicii simile non fuit, iudices.

---

2 Andr. 3, 5, 15. 5 p. Clu. §. 5. 9 Georg. 1, 308. 11 p. Mil. 13, §. 33. 12 Aen. 1, 440. 13 Aen. 1, 16. 15 Verg. Aen. 12, 5. 16 Aen. 2, 306. 18 div. in Caec. §. 30. 20 Aen. 2, 435. 24 div. in Caec. §. 8. 31 Cic. p. Cluent. §. 96.

---

2 meritus *C* Insuperio uero fit ora pluribus *C* plerumque *del. Christ* 5 contrarius *C* per cliuentio *C* 6 *prius* parum *om. C* 7 inbecilla] innulla *C* 8 figuram quae fit iam per *C* 9 douritusque *C* 11 est *om. C*, es *add. E ex Cic.* puniuit *nos*: pomuit *C*, punivisti *E* 12 miscitque *C* 13 miscitur *C* 16 Metabola *C* 17 sateleta *C* bouumque *nos*: bonumque *C*, boumque *E* 20 Epadonus repetitio *C* 21 Epytus *E hic et paulo post*; Iphitus *Verg.* 22 at *C* olixis *C* 23 Paraprosdocimia *E*; *at est* paraprosdocima *in C graecum* παραπροσδόκημα 25 volunt *om. C* quaeruntur *C* 26 chabere *C* possint *C* 28 qui magis iratoribus patet *C* 30 Tautempgia *C*, *fort. pro* Tautoepia, *sed habet Quintil.* 8, 3, §. 50, *unde auctor sua sumsit* ταυτολογία epenlipsis *C*

47. *Μακρολογία ex Quintil. 8, 3, §. 53 sq.*

48. *Ταπείνωσις = Quintil. 8, 3, 48.*

49. *Ἐπίθετον = Quintil. 8, 6, §. 40—43.*

50. *Περιεργία = Quintil. 8, 3, 55.*

51. *Κακόζηλον = Quintil. 8, 3, 56.*

52. *Σωρισμός = Quintil. 8, 3, 59 sq.*

53. *Ἀνοικονόμητον = Quintil. 8, 3, 59.*

54. *Ὁμοιολογία = Quintil. 8, 3, 52.*

55. *Βραχυλογία = Quintil. 8, 3, 82.*

56. *Ἔμφασις = Quintil. 8, 3, 83—86.*

57. *Ἐπιφώνημα = Quintil. 8, 5, 10 sq.*

58. *Φαντασία — ἐξεργασία — ἐπεξεργασία = Quintil. 8, 3, 88. Quae sequuntur in cod. p. 15, 3 — p. 21, 3 ed. Eckst., ad verbum repetita sunt ex Isidori Originibus II, 21, 4 — II, 21, 48, quae nihil attinebat huc transscribere.*

59. *Διαπόρησις = Quintil. 9, 2, 19.*

60. *Μετάληψις = Quintil. 8, 3, 37 sq.* — Aliter metalepsis est dictio, quae per aequivocum unius aliud significat.

61. *Ἀναδίπλωσις* est congeminatio verborum . . .

62. De interrogatione et percontatione = *ex Quintil. 9, 2, §. 6—15.*

63. De amplificatione = *ex Quintil. 8, 4, §. 3—27.*

---

18 unius atsignificat *C*

VI.

# C. CHIRII FORTUNATIANI

## ARTIS RHETORICAE

LIBRI III.

*B* = codex Bernensis 363, saec. VIII.

*D* = codex Darmstadtiensis 166, olim Coloniensis, saec. VII.

*P* = codex Parisinus 7530, saec. VIII.

*E* = codex Emmeramus Ratisbonensis, nunc Monacensis Lat. n. 14649, saec. XIII.

*F* = codex Frisingensis 206, nunc Monacensis Lat. n. 6406, saec. XII.

*v* = editio princeps s. l. et a., cuius hic est titulus: Hoc in uolumine aurea haec opuscula continentur. | Chirii consulti Fortunatiani Rhetoricorum libri tres | Dialectica Chirii consulti Fortunatiani | Computus Fortunatiani | Francisci Puteolani Epistola ad Iacobum Antiquarium | Dionysii Halycarnasei praecepta de oratione nuptiali | per Theodorum gazen e graeco in latinum traducta | Dionysii Halycarnasei praecepta de oratione natalitia per | Theodorum gazen e graeco in latinum traducta | Dionysii Halycarnasei praecepta de componendis epitha | lamiis per Theodorum gazen e greco traducta | Oratio nuptialis.

ς = editio vulgata.

Integras dedimus lectiones discrepantes codicum *D* et *P*, item *B*, in quantum fieri poterat; nam in Bernensi, omnium optimo, alia in breviorem formam redacta sunt, alia plane omissa, ut silentium praestari non possit, quamquam maiores lacunae suo quaeque loco a nobis indicatae sunt. Sed menda omnia, quibus editio princeps et *EF*, qui in plerisque locis cum *D* conspirant, foedati sunt, exscribere nihil attinuit.

# LIBER PRIMUS.

1. Quisquis rhetorico festinat tramite doctus
Ad causas legesque trahi, bene perlegat artis
Hoc opus et notum faciat per competa callem.

Quid est rhetorica? bene dicendi scientia.

Quid est orator? vir bonus dicendi peritus.

Quod est oratoris officium? bene dicere in civilibus quaestionibus.

Qui finis? Persuadere, quatenus rerum et personarum condicio patiatur in civilibus quaestionibus.

Quae sunt civiles quaestiones? quae in communem animi conceptionem possunt cadere, id est, quas unusquisque potest intellegere, ut cum quaeritur de aequo et bono.

Genera civilium quaestionum quot sunt? tria: Quae? demonstrativum, deliberativum, iudiciale. Haec ab aliis quae appellantur? genera dicendi.

Quod est demonstrativum genus? cum aliquid demonstramus, in quo est laus et vituperatio. Hoc Graeci quid vocant? *ἐπιδεικτικόν* vel *ἐγκωμιαστικόν*. Quod est deliberativum? in quo est suasio et dissuasio. Hoc Graeci quid vocant? *συμβουλευτικόν*. Quod est iudiciale? in quo est accusatio et defensio. Hoc Graeci quid vocant? *δικανικόν*.

Partes oratoris officii quot sunt? quinque: inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Haec à Graecis quid vocantur? *ἔργα τοῦ ῥήτορος*.

---

CONSULTI ARS RHETORICA *P*, INCIPIT ARS RHETORICA *D*, C. CONSULIS CHIRII FORTUNATIANI. INC. ARS RHETORICA per peusin. et apokrisin. id est per interrogationem et responsionem more augustini et donati grammatici ut per ·VII· circumstantias artis rhetoricae artem rhetoricam. rhetores. continua locutione per singulas regulas noscant *B*, SCOLICA ENCHIRIADIS FORTUNATIANI *E*, Consulti Chirii Fortunatiani Rhetoricae scholicae. Liber primus *v*; *in F inscriptio nulla est.*

1 rhetoricu *D* ductus *Ianus a Costa* 2 trai *D* 3 faciat *BP*: faciet *Dς* competa *BP*: conpeta *D*, compita *vς* 4 Quid] *in B interrogatis littera Δ* (= *διδάσκαλος*) *et responsis littera M* (*μαθητής*) *ubique praefixa est* sciencia *P* 5 orator et rhetor *B* 8 in ciuilibus quaestionibus *mei*: *om. vς* 10 ut cum *B*: aut cum *DPvς* 12 Quae *B*: *om. DP* 13 ab aliis dicuntur genera *B* quae] *an* quid? 16 quod graeci EПIAIKTIKON. uel EKKOMIASTIKON. uocant *B* 18 quod graeci CYMBOYAETIKON. uocant *B* 19 defensio. quod graeci uocant *B* 21 officii oratoris *B* quot *B*: quod *DP* quinque] ·v· quae *P* 22 quae dicuntur a graecis EPFA. TOY. PHTOPOC id est. opera oratoris *B*

p. 53. 54 C.

2. Proposita controversia quid primum consideramus? an consistat. Hoc quo modo invenimus? ex intentione et depulsione.

Quid est intentio? quod prima pars proponit, quae facit litem. Hoc Graeci quid vocant? *κατάφασιν.* | Quid est depulsio? quod secunda pars respondet. Id Graeci quid vocant? *ἀπόφασιν.*

Cataphasis unde firmatur? ex aetio. Quid est aetion? causativum litis, propter quod res in iudicium devocatur.

Apophasis unde firmatur? ex synechonte. Quid est synechon? quo continetur omnis defensio.

Ex aetio et synechonte quid nascitur? crinomenon. Quid est crinomenon? id de quo iudicandum est.

Quae materiae principaliter non consistunt? quae aut depulsionem non habent, aut quae inpudentem seu turpem habent intentionem. Haec a Graecis quae appellantur? *ἀσύστατα.*

2. Asystata quot modis fiunt? secundum Hermagoran quattuor, cum est aut *ἐλλείπουσα* aut *ἰσάζουσα* aut *μονομερὴς* aut *ἄπορος.*

Quae est ellipusa? cum aliquid deest ex circumstantiis, quod faciat quaestionem: ut si aliquis abdicatur nec abdicationis ulla sit causa: nam si ponamus, quod luxuriosus sit vel quod amicos non habeat aut aliquid huiuscemodi, materia consistet. Ellipusa quibus aliis nominibus nuncupatur? et *κατ' ἐλλιπές* et *κατὰ μόριον* et *κατ' ἀπερίστατον.*

Quae est isazusa? cum eadem ex utraque parte dicuntur et nihil proprium est partis alterius, ut: 'duo adulescentes vicini speciosas uxores habebant, nocte invicem se convenerunt: accusant se adulterii.' Quidquid enim altera pars dixerit, eadem et altera dictura est. Isazusan quibus aliis nominibus vocant? et *ἰσομερῆ* et *κατ' ἰσότητα* et *πρίονα.*

Monomeres quae est? cum ex prima parte tantum constat, nec quicquam ex secunda adferri potest, ut sunt loci communes. Da exemplum.

---

1—5 Proposita controuersia quomodo consideratur. M. Ex intentione et depulsione id est proponentis et depellentis. id graeci dicunt καταφαcιν et αποφαcιν *B* 1 prius *P* 2 Hoc *D*: id *PEFς* 6 cataphasin *P* confirmatur. M. ex aetio id est causatiuo, aetion enim est causatiuum *B* 10 quid *om. B* 11 crinomenon. id est iudiciale id est de quo *B* 13 seu *P*: aut *BDvς* quae asystata graeci dicunt *B* 14 quae appellantur *DP*: appellantur *v*, quid uocantur *ς* 15 hermagoran *B*: ermagoram $D^1P$, ermagoran $D^2$ quatuor *B* 16 ellipus *P*, ellipusa. quae et catellipes et catamorion et Kaperisnasin *B*; *cf. v. 21* isasusa *B* 17 Quae est *om. B; talia ex B non iam afferemus, si quid in interrogandi formis mutatum aut in brevius redactum est* circumstantibus *P* 18 nam si — *περίστασιν om. B* 19 luxuriosus *D* est aut quod *P* 20 huiusmodi *P* consistet *P*: consistit *Dvς*, consistat *EF* 21 catelipe *P* *κατ' ἀπερίστατον scripsi*: καταιτεριcταcων *P*, καταπεριcνacιν *DEF*, *κατὰ περίστασιν ς* 23 partibus *P* adolescentis *B*, *qui in paucis veterem scribendi rationem servavit, ut etiam* intelligere, negligere *et similia habeat* 24 quicquid *B* 25 altera *BD*: alia *P* eadem *mei*: idem *vς* et *BD*: *om. P* est *BD*: erat *P* 26 et eisomeren $D^1P$, et isomeren $D^2$, *om. B* κατα *BDP* isothita *P* *πρίονα Christ (coll. Rhet. Gr. ed. Walz V, p. 71, 13 et p. 250, 21)*: proiconta *BDP*, *πρὸς ἰσότητα vel παρισοῦντα Capp.* 27 ex una parte id est prima *B*; 'ex prima parte': *τοῦ διώκοντος, actoris scil.*, ex secunda, *τοῦ φεύγοντος, scil. rei*' Capp. 28 communes. ut leno accusatus *mediis om. B*

p. 54. 55 C.

'Leno, qua parte venturos ad se adulescentes sciebat, nocte foveam fecit occultam; ea iuvenes perierunt: accusatur, quod causas mortis praestiterit:' hic enim lenonis nulla defensio est. Monomeres quid aliut appellatur? ἑτερομερής et καθ' ἑτερομερίαν.

Quae est aporos? cum iudex non invenit quam sententiam dicat: 'Tres simul iter agebant, duo soli reversi sunt: accusant se invicem caedis': hic enim iudex | non invenit quid sequatur, cum uterque ab altero dicat occisum, et nihil ab utroque ad probationem possit adferri deficiente circumstantia.

3. Hae solae sunt asystatarum species? sunt et aliae, quas aput varios artium scriptores invenimus. Quae sunt? ἀντιστρέφουσα, ἄχρωμος, ἀδύνατος, ἀπίθανος, ἀπρεπής, ἀναίσχυντος, παρ' ἱστορίαν, ἄλογος.

Quae est antistrephusa? cum actionem suam convertunt litigantes et neuter utitur sua priore sententia, sed adversarii sui. Da exemplum: 'Repetebat ab amico suo pecuniam cum usuris quasi creditam: ille offerebat sine usuris tamquam depositam. Inter moras iudicii lex lata est de novis tabulis; repetit ille pecuniam tamquam depositam, retinet ille quasi creditam.'

Quae est achromos? cum color facti non invenitur, ut: 'decem milites belli tempore pollices sibi amputaverunt; rei sunt laesae rei publicae.' Quo differt monomeres ab achromo? quod monomeres in omnibus deficit, achromos in solo colore.

Quae est adynatos? cum id in themate ponitur, quod sit contra rerum naturae fidem, ut si infans accusetur adulterii, quod cum uxore cubarit aliena.

Quae est apithanos? cum id invenimus in themate, quod minus verisimile est, ut cum oculos caeci recuperasse dicuntur, vel cum obsessi aliquo misisse legatos: quae materiae tamen solent recipi. Cur ita? quoniam, quamvis minus verisimile sit oculos recuperasse caecum, tamen possumus credere divina maiestate alicui aliquando hoc esse concessum: et obsessos aliquo misisse legatos, vel captato obsidentium somno vel per eam partem civitatis, quam neglegentius obsederint hostes. Huiusmodi materias quid vocamus? cacosystatas. Quae sunt cacosystatae? quae non tam firmiter consistunt. Quot sunt autem in his genera? tria; nam

---

1 aduliscentes *D* noctem *P* 2 accusarunt *P* causam ς 3 aliud dicitur *B* 4 cateteromerian *P*, κατατερομερίαν *BD* 5 sententiam quam dicit *P* 6 tres *mei*: ut trés *v*ς simul iter *BD*: similiter *P* 8 nihil utroque ς ad probat. *om. B* possit adferre *P*, adferri possit *v*ς 10 sunt *mei*: igitur *v*ς asystarum *B*, asystatorum ς aliae *mei*: aliae species *v*ς 12 apraepes *BDP* 15 sua *BD*: *om. P* exemplum *mei*: exemplum, ut ς 16 credita *P* 17 tanquam *B* lata *Capp.*: elata *P*, relata *BDEF*, allata *v*; *cf. August. c. 16 s. f.* 21 ampotauerunt *D* 22 quo *BD*: quod *P*, quid *v* 25 ut si *BD*: *om. P* 27 apithanos. M. apithanos est *B* id *BD*: *om. P* 28 est *B*: sit *DP* 29 materia *B* 30 reciperasse $D^1$ 32 obsessos *B*: obsessus *D*, obsesso *P* aliquos *B* 35 sunt autem in his genera *mei*: sunt genera in his *v*ς

p. 55. 56 C.

aliae sunt cacosystatae, quae non tam firmiter consistunt, aliae asystatae, quae in totum non consistunt, aliae quae ne controversiae quidem dici debeant, sed plasmata inrationabilia, id est aloga.

4. Quae est aprepes? cum aliquid personae incongruens invenitur, ut: 'vir fortis praemium accipiat: quidam fortiter fecit, petit praemii nomine nuptias filiae suae.'

Quae est anaeschyntos? cum prima pars inpudens invenitur, ut 'luxuriosus pater abdicat filium frugi', ita tamen si vere abdicet: nam si, ut se purget, poterit consilio materia consistere, quamvis actione deficiat. Unde intellegere debemus esse quasdam controversias, quae possint consilio consistere, cum ipsa actio|ne deficiant.

Quo differt monomeres ab anaeschynto? quod monomeres ex secunda deficit parte, anaeschyntos ex prima.

Quae est *παρ' ἱστορίαν*? quando id in controversia invenimus, quod sit citra historiae fidem, ut: 'reus est Q. Hortensius, quod in consulatu suo supplicium de indemnatis civibus sumserit', cum sciamus non Hortensium fuisse, sed Tullium. Hic modus in persona tantum invenitur? immo in omnibus circumstantiis, et in re et in tempore et in loco et in causa et in modo et in materia, si aliquid ex his falsum ponatur et aliter quam in historiis invenimus.

Quae alogos? quae sine ratione conponitur: quamvis omnis asystata alogos dici possit, si quidem nusquam in his ratio inveniri potest.

5. Cum cognoverimus materiam consistere, quid primo quaeremus? ductum. Quid est ductus? quo modo tota causa agenda sit. Quid interest inter ductum et modum? ductus est totius orationis, modus vero partis alicuius in oratione.

Ductus quot sunt? quinque: simplex, subtilis, figuratus, oblicus, mixtus.

Simplex qui est? cum simpliciter id agimus, ita ut in themate positum est.

---

2 ne *Pv*: nec *BD* contrauersiae *B* quidem *P post* aliae *habet* 3 debeant *BD*: debent *P* sed *πλέγματα*, aloga, id est inrationabilia ς 4 aprepes *B*: aprepesi *P*, απητηc *D* personae *om. B* inueniatur *B* 6 nuptias *BD*: *om. P* 8 luxoriosus *D* addicat *P* frugii *D* abdicet inam ut se *P* nam si — — ab anaeschynto *om. B* 9 consilio: '*de huiusmodi consilio s. τῇ τοῦ λέγοντος προαιρέσει v. paulo infra et Quintil. VI, 5, §. 3 sqq.*' Capp. 11 resistere *P* 12 anaeschyntos *BP*: at anaeschyntos *Dς* 14 parhistoria *B* id *DPEFv*: *om. Bς* 15 citra *B*: cintra *D*, contra *Pvς* Q. *om. B* consolatu *P* 16 de indemnatis ciuibus supplicium *vς* sumserit *D*: sumpserit *BP* 17 modus *B*: modum *DP*, modus non *EFv*, modus num ς 19 modo *BP*: domo *Dv* aliquid *mei*: aliud ς et aliter *B*: *om. DPvς* 20 inuenimus *BD*: inuenitur *P* 21 qui sine *P* omnis asystata alogos dici possit *scripsi*: omnia asystata alogos dici possit *D*, omnia asystata (astata *P*) alogos (*ἀλόγως* ς) dici possint (possunt *vς*) *BPEFvς* 22 inueniri *mei*: reperiri *vς* 23 materiem ς quaeremus *Bv*: quaeramus *DP* 24 quid est inter *B* 25 modus: '*quem Martianus Capella V, p. 153 Grot.* colorem *vocat.*' Capp. uero *BD*: *om. P* partis alicuius *BD*: alicuius partis *P* 26 in oratione ductus. *Δ*. Ductus *B* 27 oblicuus *h. l. D*, *alias semper* oblicus, *et sic etiam P plerumque*, obliqus (*add.* v *sup.* u) *B* 28 simpliciter *BD*: simplicitate *P*

p. 56. 57 C.

Subtilis qui est? cum aliud est in themate, aliud in agentis voluntate.
Figuratus qui est? cum palam dicere pudor inpedit.
Oblicus qui est? cum periculum prohibet aperte agere.
Mixtus qui est? quando non unus est ductus.

Ductum unde invenimus? ex consilio. Quo modo? si verum fuerit consilium, simplex erit ductus: si non verum consilium, tunc non erit simplex ductus, sed aut subtilis, si aliut fuerit in themate, aliut in voluntate agentis, aut figuratus, si pudor inpediat palam dicere, aut oblicus, si periculum prohibeat aperte agere, aut mixtus, si non unus fuerit ductus.

6. Consilium unde invenimus? ex tempore. Quo modo? si praeteritum fuerit tempus, verum erit consilium: si praesens fuerit tempus vel futurum, non erit verum consilium.

Ipsum tempus quo modo invenimus? ex causativo litis. Exemplis doce, quo modo singuli ductus inveniuntur. ‘Inventus est iuxta cadaver recens hominis occisi: fit reus caedis’. Causativum litis est, quod sit inventus, quod est praeteriti temporis, et ideo verum est consilium, ac per hoc simplex est ductus.

Subtilis ductus quo modo invenitur? ‘Amicos non habet: abdicatur.’ Causativum litis est, quod amicos non habet, quod est praesentis temporis, et ideo non est verum consilium, ac per hoc nec simplex ductus. Qui ergo erit ductus? subtilis, quoniam aliud est in themate, aliud in agentis voluntate; nam quod est in themate, ‘ab|dicat filium’, non vere abdicat, sed titulo abdicationis suadet ut amicos habeat.

Figuratus quo modo invenitur? ‘Adulteros liceat occidere. Infamis fuit in nurum; invenit filius adulterum obvoluto capite nec eum occidit. Interrogatur a patre, qui fuit adulter, cui pepercerit; non dicit et abdicatur.’ Causativum litis est, quod filius non dicit: quod est praesentis, et ideo non est verum consilium, ac per hoc nec simplex ductus. Qui ergo erit? figuratus, quoniam pudore deterretur filius patri palam dicere: ‘tu adulter fuisti.’

Oblicus quo modo invenitur? ‘Tyrannus deposuit dominationem sub pacto abolitionis: vult petere magistratum, contra dicitur.’ Causativum litis est, quod petit magistratum, quod est praesentis temporis vel futuri,

---

1 cum aliud — — figuratus qui est *om. P* 3 obliquus *B* agere *BD*: dicere uel agere *P* 4 Mixtus — — ductus *om. B* 5 consilio: *v. ad p. 84, 9* 6 simplex erit *DP*: tunc erit simplex *vς*; simplex — — non uerum cons. *om. B* 9 prohibeat *mei*: impediat *vς* 10 quomodo *om. B* 11 si praesens tempus uel futurum sit *B* 13 Exemplis — — reus caedis *om. B* 14 singulis *P* inueniantur *ς* inuentus est *DP*: inuentus est quidam *vς*, *sed v sine* est 15 litis quod sit inuentus iuxta cadauer hominis occisi. fit reus caedis. quod est praeteriti *B* 22 quod est *mei*: quantum est *ς* non tamen uere *ς* 23 ut amicos habeat suadet *P* 24 fuguratus *D*; Figuratus ductus est. utrum adulteros *B* 24—26 occidere. filius adulter interrogatus *med. om. B* 26 interrogatur *DEF*: interrogatus *BPv*, interrogatus ergo *ς* fuit *DPEF*: fuerit *vς*, qui fuit adulter *om. B* abdicatur] *B sequentia usque ad p. 86, 29 sic abbreviata habet, ut supervacaneum sit lectiones exscribere* 27 praesentis *D*: praesentis temporis *Pς* 32 obolitionis *P*

p. 57. 58 C.

et ideo non est verum consilium ac per hoc nec simplex ductus. Qui ergo erit? oblicus, quoniam periculo prohibetur, qui contra dicit, aperte mentionem facere tyrannidis.

Mixtus quo modo invenitur? 'Qui infamis fuit in nurum, arcem occupavit: vocavit ad se filium et eum interrogavit, an rumori crederet: negavit se credere. Deposuit pater dominationem sub pacto abolitionis; filius repudiavit uxorem. Interrogat pater causas repudii: non dicit et abdicatur.' Causativum litis est, quod filius non dicit causas repudii, quod est praesentis temporis, et ideo non est verum consilium ac per hoc nec simplex ductus. Qui ergo erit? mixtus, id est et figuratus et oblicus: *figuratus,* quoniam pudore deterretur patri palam dicere 'tu adulter fuisti et ideo repudiavi uxorem', et oblicus, quoniam periculo prohibetur aperte mentionem facere tyrannidis.

7. Hos omnes ductus plerique quo nomine vocant? figuratos. Nos ergo quare nominibus separamus? quoniam singuli ductus diversa et vi et ratione consistunt nec debent uno nomine nuncupari, quorum et vis et ratio non una est. Quid interest inter oblicum ductum et figuratum? quod figuratus tunc est, cum pudor inpedit palam dicere, oblicus, cum periculum prohibet aperte agere: item, quod figuratus in coniectura est, oblicus in qualitate. Quid est istud? cum infamia est alicuius, incerta res est: at cum deposita dominatio est, constat tyrannum fuisse, quod est manifestae qualitatis.

Ductus idem semper est utriusque partis? non. 'Quid ita? quoniam ductus ex consilio nascitur, consilium autem non omnium semper est unum. Nec enim utraque pars semper est eiusdem voluntatis: quod si eiusdem erit, hoc est, si unum consilium utrius|que partis invenerimus, erit unus et ductus, sicut plerumque in foro fieri solet, cum ex conpacto agunt. Quid? cum diversum consilium fuerit utriusque partis? erit diversus et ductus. Quid modus et scopos similiter ut ductus? non, quoniam modus est ductus in parte orationis, scopos autem id quod omnis efficit ductus.

Consilium a ductu quo differt? quod consilium voluntatis est, ductus ipsius orationis. Item quod ductus ex consilio nascitur, non consilium ex ductu.

8. Reperto ductu quid primo considerabimus? genus controversiae.

---

1 Qui ergo erit obliquus? quoniam ς *et sic paulo post v. 10* Qui ergo erit mixtus? id est *etc.* 3 rationem facere *P* 5 eum *om. vς* 10 figuratus *addidit Capper.* 11 palam *om. P* 12 probetur *P* 14 quo nomine plerique *vς* 16 quorum uis et ratio non est una *vς* 19 in coniectura: '*quam quaestionem de facto*, in qualitate, *quam iuris quaestionem vulgo dicimus.*' Capp. 20 istut *D* 21 manifeste *P* 23 semper idem est *P*, idem est semper ς non *P*: nam *D* cur itaq. *P* 24 concilio *P* non semper omnibus unum est. neque enim *P* 25 semper *om. P* eiusdem *v*: eius *DP*, eius modi *EF* 27 solet fieri in foro *vς* 28 fuerit consilium *vς* erit et diuersus *P* 29 *et* 30 scopos ς 30 in *om. BDPEFv* rationis *B* autem est id *B* 31 ducto *BP* ductus uero ipsius *B* 32 item] Et *B* nascitur] fit *B* 33 ducto *P* 34 primum ς genera *B*

p. 58 C.

Quot ea sunt? septem. Quae? simplex rationale, simplex legale, coniunctum rationale, coniunctum legale, conparativum rationale, conparativum legale, mixtum.

Quod est simplex rationale? cum res una vel factum simpliciter tractatur, ut: 'inventus est iuxta cadaver recens hominis occisi gladium cruentum tenens; reus est caedis.'

Quod est simplex legale? cum lex unam facit quaestionem, ut: 'peregrinus murum ne ascendat: peregrinus murum ascendit et hostem propulsavit; petitur ad poenam.'

Coniunctum rationale quot modis fit? duobus, rebus et causativis. Rebus quem ad modum? cum multa quaeruntur, ut si aliquis accusetur et adulterii et sacrilegii. Coniunctum causativis quem ad modum fit? ut cum una res quaeritur et multis causis adprobatur, ut: 'luxuriosus adulescens iuravit se uxorem non esse ducturum et abdicatur'; hic enim una quaestio est, an abdicandus sit, sed causativis coniuncta est, et quod luxuriosus sit et quod iuraverit se uxorem non esse ducturum.

Coniunctum legale quem ad modum fit? cum quaeritur, an contra plures leges sit admissum, ut: 'peregrinus murum ne ascendat', et 'nocte nemini liceat esse cum telo': peregrinus murum cum telo nocte ascendit et hostem propulsavit: petitur ad poenam. Hic enim contra duas leges fecisse dicitur, et quod peregrinus murum ascenderit et quod nocte cum telo fuerit.

9. Quod est genus conparativum rationale? cum aut personae aut res conparantur. Personae quem ad modum? ut 'qui plus rei publicae praestiterit, petat praemium: contendunt medicus et orator.' Hic enim quaeritur, qui melior sit, utrum medicus an orator. Res quem ad modum? ut 'qui plus rei publicae praestiterit, petat praemium: alter hostes ab obsidione reppulit, alter hostium civitatem cepit: contendunt de praemio'. Hic enim facta eorum et res conparantur, ut quaeratur, quid plus sit, hostes repellere ab obsidione, an hostium civitatem capere.

Conparativum legale quem ad modum fit? cum leges conparantur, ut 'qui auxilium parentibus non tulerit, capite plectatur': et 'mas templum Cereris si ingressus fuerit, capite puniatur'. In templo Cereris matri auxilium filius tulit: petitur ad poenam. Hic enim quaeritur per comparationem, secundum quam legem filius facere debuerit.

Mixtum quem ad modum fit? quando non ex uno genere materia

---

1 sunt ea *B* 6 tenens cruentum gladium ς 7 Quod simplex ς 11 quaerantur *P* 12 Coniunctum *om. vς* 13 ut *ante* cum *om.* ς luxoriosus aduliscens *D* 14 uxorem se *P* 15 quaestio est *DP*: quaestione ostendimus *vς* 16 est et quod iurauit *vς* 26 utrum *om. P* 27 ut *om. P* 28 hostem *P* reppulit *DE*: repulit *PFvς* 31 quomodo fit *vς* 32 plectitur *P* 33 fueris *P* 34 filius auxilium *P*

p. 58. 59 C.

conposita est, id est, cum et simplex est genus et conparativum, aut cum et rationale et legale.

Simplex et conparativum quem ad modum fit? ut: 'quidam proditionis accusabatur; ex filiis eius alter fortiter fecit, alter deseruit: petiit pater de viro forti ut abolitionem iudicii peteret: ille incolumitatem desertoris fratris optavit nec reo adfuit patri: | absolutus pater abdicat filium'. Hic enim et simpliciter quaeritur, an contra voluntatem patris praemium ei licuerit petere, et per conparationem, quid magis debuerit optare.

Mixtum ex rationali et legali quem ad modum fit? ut 'qui proditionis damnatus fuerit, magistratui detur custodiendus et tricensima die torqueatur, ut conscios dicat', et 'adulteros liceat occidere'. Proditionis damnatus magistratui collegae suo datus est custodiendus; ille eum in adulterio deprehensum occidit: reus est conscientiae. Hic enim et rationale est genus, in quo quaeritur, an hic conscius fuerit, an ille adulter, et legale, in quo quaeritur, an illi eum licuerit occidere, qui torqueri debuerat, ut conscios diceret.

Haec genera controversiarum cur quaerimus? ut iam formam et faciem statuum videamus et imaginem divisionis. Haec genera ubi inveniemus? *ἐν τῷ κριvομένῳ.*

10. Post haec genera controversiarum quid deinde considerabimus? Aliut quoque genus, quod appellatur publicum sive commune.

Quot ista sunt? quinque: ethicum, patheticum, apodicticum, diaporeticum, mixtum. Quare non illis septem superioribus iunguntur? quoniam illa septem ad imaginem statuum pertinent, haec vero ad formam elocutionis. Quare publica appellantur sive communia? quoniam quodcumque fuerit ex illis superioribus septem, necesse est ut ex his quinque aliquid in se habeat.

Quod est ethicum genus? in quo moralitas quaedam est, id est ubi mores hominum considerantur, ut sunt comoediae. Da exemplum. 'Meretrix ex tribus amatoribus alium osculata est, alii residuum poculum dedit, alium coronavit: contendunt quem magis diligat.'

Quod est patheticum genus? in quo motus est animi et vis quae-

---

1 conparatiuus *P* 4 petiit *nos*: petit *DPvς* 5 forte *DP* ut *om. P* petere *P* incolomitatem *P* 6 nec reo *nos*: et reo *DPEPv*, et reo non ς 9 qualiter fit *vς* 10 tricensima *D*: tricesima *Pv*, trigesima *EF*ς 12 magestratui uollege suae *P* 15 illi eum *P*: eum illi *Dvς* 17 iam *DPv*: uim ς 18 statem $D^1$ ubi *om. P* inueniemus *Dv*: inuenimus *P*ς 21 appellamus *DEF* 22 Quod *D* quinque: '*haec ex Minuciano rhetore, ut innuit Syrianus in Hermog. rhet. Gr. Ald. II, p. 70 med. v. et Sulpitius Victor infra (c. 6) et Scholiastes graecus Hermogenis Rhet. Ald. II, p. 363 med.*' Capp. aethicon. patheticon. apodicticon. diaporeticon *B* 23 μικτόν ς Quare — — quoniam *om. B* 24 ipsa septem genera contrauersiae ad imaginem statuum pertinent. ista autem .V. ad formam elocutionis *B* septem] uti *DP corruptum ex* VII septem maginem *D corr. in* septem in imaginem ad formam *Bv*: formae *DPEF* 26 est *om. P* aliquid in se *BD*: in se aliquid *P* 28 quaedam est *B*: quaedam *DPvς* 29 ubi *om. vς* da exemplum] ut *B et sic saepius* 30 obsculata *D* alii *B*: alio *DPv* 32 est *om. P*

p. 59. 60 C.

dam et impetus mentis, ut sunt tragoediae. Da exemplum. ‘Indemnatos liberos liceat occidere. Tres filios lege indemnatorum in conspectu matris pater occidit; mater eodem gladio se interemit: reus est, quod causas mortis praestiterit.’

Quod est apodicticum? in quo pugna quaestionum est. Da exemplum. ‘Peregre proficiscens reliquit aput amicum certam frumenti mensuram; ille in fame civitatis duplo pretio frumentum vendidit: reversus amicus contendit de lucro.’

Quod est diaporeticum? in quo addubitatio est nec quicquam certi adfertur, ut: ‘cum duo fratres dissidentes armis contenderent, pater intercessit et vulneratus est incertum a quo: quaerunt filii a quo sit vulneratus: non dicentem accusant dementiae.’

Quod est mixtum? quod non ex uno genere compositum est, ut haec ipsa est materia patris vulnerati: nam et pathetica est in fratrum congressione, et diaporetica in addubitatione patris. |

Haec genera propter quid consideramus? propter modum actionis et genus elocutionis. Ubi ea invenimus? in personis et rebus: nam si persona vel res miseranda sit, erit ethicon, si indigna et atrox, patheticon, si argumentis adprobanda, apodicticon, si non proferenda, sed cum summa dubitatione servanda, diaporeticon.

11. Repertis generibus controversiarum, quid deinde quaeritur? Status.

Quid est status? quo consistit controversia. Quo modo una cogitatione tot res simul invenimus? quoniam hae consistunt, quae habent statum.

Quot sunt genera statuum? duo, rationale et legale. Quid interest inter rationales status et legales? quod rationales rei alicuius vel facti habent quaestionem, legales autem legis et iuris continent disceptationem.

Rationales status quot sunt? secundum Hermagoran quattuor; coniectura, finis, qualitas, translatio: sed translationem tantum legalem accipimus. Cur ita? quoniam nulla translatio, id est praescriptio, potest esse sine lege.

---

2 tres filios *BD*: tres liberos *P* 3 pater *B*: *om. DPvς* interemit *BD*: interfecit *P* 5 Quot *P* in qua *P* 6 reliquid *P* frumento *P*, frumenti certam mensuram *B* 9 addubitatio *mei*: dubitatio *v* est nequiquam *B* 10 duos *P* contenderent armis *vς* 11 et *B*: *om. DPvς* 13 ut est haec ipsa *vς* 14 patheticon *ς* 15 et *om. B* diaporetica in addubitatione *B*: diaporeticon addubitatione *DP*, diaporeticon est a (in *v*) dubitatione *vς* 17 et rebus *BD*: et in rebus *P* 18 uel *BDP*: et *vς* miseranda *DP*: moralis *B haud scio an recte* et atrox *B*: atrox *DPς* 19 non *mei et v*: *om. ς* sed summa *B* 20 seruanda *B*: secum *DPv*, secundum *EF*, *om. ς* 21 quod *P* quaeramus. M. Statum *B* 22 Status est modus quo constat contrauersia ex intentione et depulsione inuentus. contra *(si recte legimus)* asystatas uel (*scrib.* uel non) consistentes uidemus *B* Quomodo — — statum *om. B.* 23 hae *Capp.*: haec *DPvς* 25 Genera statuum quot sunt *vς* 25 status *om. P* 27 disceptionem *B* 29 hermagoran *BDP* (*sed P* erm.): Hermagoram *ς* 30 translatio *BP*: et translatio *Dvς* tantum *P*: tantumdem *Dvς* accepimus legalem *vς* 31 perscriptio *P* sine lege potest esse *vς*

p. 60. 61 C.

Coniecturalis status qui est? cum id, quod ab alio obicitur ab adversario pernegatur.

Coniectura quot modis fit? sex: aut cum de facto constat et de persona non constat, aut cum de persona constat et de facto non constat, aut cum de utroque non constat, aut cum de sola voluntate fit quaestio, aut cum de re ipsa quaeritur, aut cum est anticategoria.

Cum de facto constat et de persona non constat, quem ad modum fit? ut, 'cum abdicato filio, qui militabat, inventus est pater telo filii sui occisus, reus est filius parricidii.' Hic enim de facto constat, id est, occisum esse patrem, sed de persona non constat; quaeritur enim an a filio sit occisus.

Cum de persona constat et de facto non constat, quem ad modum fit? *ut* 'Luxuriosum filium abdicavit pater, abdicatus medicinae studuit, postea decumbenti patri dedit poculum, quod diceret sanitatis: pater in media potione ait se venenum accepisse; filius residuum poculum bibit et decessit pater: reus est filius parricidii,' Hic enim de persona constat, quoniam filius poculum dedit, sed de facto non constat; quale enim dederit, utrum veneni an sanitatis, incertum est.

Cum de utroque non constat, quem ad modum fit? ut: 'luxuriosi pater non conparuit: reus est filius parricidii.' Hic enim non constat occisum esse patrem: et si constiterit, incertum est an a filio fit trucidatus.

Cum de voluntate quaeritur, quem ad modum fit? ut: 'luxuriosus adulescens nocte a meretrice domo expulsus cereum ardentem ante fores meretricis abiecit; domus arsit: agit cum eo, ut restituat.' Hic enim et de persona et de facto constat, sed tantummodo quaeritur, qua id fecerit voluntate.

Cum de re ipsa quaeritur, quem ad modum fit? quando *περὶ τῆς οὐσίας* quaestio est, non de facto aliquo, id est, cum quaeritur, an aliquid fuerit illud, de quo quaestio est, ac non an aliquid sit factum. 'Repetebat a commilitone suo pecuniam tamquam creditam; negantem se debere occidit, sed et se interfecit: repetunt pecuniam heredes interfectoris ab heredibus pernegantis; illi contra dicunt.' Hic enim non de facto quaestio est, sed de eo, an ante pecunia ulla sit credita.

---

1 qui *D*: quid *Pς*, quis *v* obiicitur *B* 6 anticategorian *P* 7 constat *(post* non) *om. P* 9 parricidii *BD*: patricidii *P* 12 quomodo fit *vς* 13 ut *addidi* abdicauit pater *B*: pater *om. DP*, pater abdicauit *vς* 14 dedit poculum *BD*: poc. dedit *P* 15 ueninum *D* accipisse *P* bibit et *om. B* 17 quale enim dederit *mei*: qualem enim dederit potionem *vς* 18 incertum est *P ante* utrum *habet* 20 parricidii filius *vς* 22 fit ut *BEFv*: fit *P*, ut *D(?)ς* 23 aduliscens *D*, adolescens *B* a meritrice *B*: a meretricis *DPvς* fores meritricis *B*, meretricis fores *vς* 24 arguit eum *DPvς*, agit cum eo damni illati *B om.* ut restituat ut domum restituat *P* 25 et de facto constat et de persona *P*, et de persona constat et de facto *B* 27 quanto peritis usias *P*, quando ΠΕΡΙ. ΤΗΣ. ΟΥΣΙΑΣ. id est de substantia *B* 29 fuit *B* ac non an *scripsi*: en non an *B*, non *DPF*, an non *E*, non an *vς* aliud *P* repetebat — sit credita *om. B* 30 conmilitone *P* 31 et *om. P* se *Ev*: si *DPF* 33 an pecunia ante sit credita ulla *v*, an pecunia ante illa sit credita ς

p. 61. 62 C.

Quae est *ἀντικατηγορία*? mutua accusatio, id est, cum aliqui se invicem accusant, ut: ‘Vir fortis habebat novercam, habebat et captivam in matrimonio: ambiguis signis obiit: accusant se invicem veneficii noverca et captiva.’

13. Finitivus status qui est? cum id, quod obicitur, non hoc esse contendimus.

Definitio quot modis fit? quinque: aut cum simplex est, quae anasceuastica dicitur, aut cum duplex actio est sive conparativa, quae anthoristica dicitur, aut cum duplex quaestio est sive coniuncta, aut cum ex partibus definimus, aut cum est antithetica.

Quae est simplex definitio? cum unam rem simpliciter definimus, ut: ‘naufragia ad publicanos pertineant: cuiusdam naufragae corpus cum ornamentis ad litus expulsum harena obrutum est, id publicani eruerunt: rei sunt sepulchri violati.’ Hic enim simpliciter quaeritur, quid sit sepulchrum violare.

Quae est duplex actio sive conparativa? cum duas res diversas definiunt litigantes. Da exemplum. ‘Sacrilegus capite plectatur, fur quadruplum solvat. De templo privatam pecuniam sustulit: petitur ad poenam quasi sacrilegus; offert quadruplum quasi fur.’ Hic enim alter sacrilegium dicit esse commissum et hoc definit, alter furtum: ex conparatione quaeritur, quid sit admissum, utrum sacrilegium an furtum.

14. Quae est duplex quaestio sive coniuncta? cum duas res, quas prima pars definit, easdem adversarius inpugnat, ut: ‘qui non initiato sacra enuntiaverit, capite plectatur; non initiatus sacra vidit in somnis, rettulit ei, qui fuerat initiatus: ille ait, haec sunt sacra. Petitur ad poenam et contra dicit.’ Hic enim quaeritur, quid sit initiatum esse, et quid sit enuntiare. |

Quae est ex partibus definitio? cum unam rem multis partibus definimus. Da exemplum. ‘Qui obsidebantur ab hostibus, auxilia a finitimis conduxerunt: cum in itinere sunt auxilia, recesserunt hostes ab obsidione: petunt illi pactam mercedem, hi contra dicunt.’ Hic enim quaeritur, quid sit auxilium praestare, quod ex partibus definimus: quod et decreverunt et quod miserunt et quod hostes recesserunt.

Quae est antithetica definitio? quando ita definimus, ut non tantum crimen negemus, verum etiam commodum aliquod adferamus. Da exemplum.

---

1 aliquid *P* 2 et captiuam in matrimonio *B*: in matrim. et captiuam *DP*, et in matrim. captiuam ς 3 beneficii *P*, *om. B* 7 anasceuastica id est refellens *vς* 8 actio est *Ev*: actione *DP*, actio *BF* ANΘORISTICA *B*: atioristica *DPv*, antioristica ς 9 cum *B*: quae *DP* quaestio est *EFv*: quaestione *DP*, est *om. B* 12 naufragium *P* pertinent *B* cuiusdam — — uiolati *om. B* naufragae *D*: naufragare *P*, naufragi *vς* 13 oblutum *P* 14 uiolare sepulchrum *vς* 16 siue] uel *B* 17 sagrilegum *P* 18 de templo quidam *vς* 20 ex *Aldina*: et *DPv* 21 commissum *P* 23 ut *EFv*: et *DP* initiato *Mailley*: initiatus *libri; at v. Hermog. III p. 37 W.* 25 fuit *P* poena *P* 26 contra dicit *DPv*: contra dicitur ς quid initiatum sit esse *P* 30 conduxere — recessere *vς* cum *DPv*: dum *Capper.* 31 hi *Dv*: illi *P* 34 quando ita definimus ut non *B*: qua non *DPvς* 35 negemus—

p. 62. 63 C.

'Commendatam sibi ab ephebo chlamydem, defuncto eo, in monumentis maiorum eius posuit: accusatur a patre ephebi sepulchri violati.' Hic enim dicit sepulchrum a se non tantum non esse violatum, verum etiam esse ornatum.

14. Qualitas in quot species dividitur? in duas, iuridicialem et negotialem.

Quare non et in demonstrativam et deliberativam? quia deliberatio et demonstratio genera sunt dicendi, quae statibus dominantur et ideo non possunt qualitati servire, quae una est ex ceteris statibus.

Iuridicialis facit statum an non? non. Quare? quia vim, quam accipit a qualitate, non apud se retinet, sed aliis tradit. Quibus? absolutae et adsumptivae.

Absoluta qualitas statum facit? facit, quia vim, quam accipit a iuridiciali, apud se retinet.

Quot modis fit absoluta qualitas? duobus principalibus, facti qualitate et iuris ratiocinatione. Facti qualitas quae est? cum ostendimus factum id, quo arguimur, perniciosum non esse et ideo naturali iure esse concessum. Da exemplum. 'Damnato Milone Cicero exclamavit urbem Romam bonis civibus sedem esse non posse; reus est laesae rei publicae.'

Iuris ratiocinatio quot modis fit? quattuor: lege, more, secta, arte.

Lege quem ad modum fit absoluta qualitas? 'Indemnatos liberos liceat occidere: tres | filios lege indemnatorum occidit; reus est uxori malae tractationis.' Hic enim se dicit lege fecisse.

More quem ad modum fit? 'Mos apud Scythas fuit, ut sexagenarii per pontem mitterentur: Scytha Athenis sexagenarium patrem per pontem deiecit, reus est parricidii.' Hic enim se dicit gentis suae more fecisse.

Secta quem ad modum? 'Philosophus disputavit in contione de bono mortis; cuncti qui eum audierunt, laqueo vitam finierunt: domini eorum accusant philosophum damni inlati.' Hic enim dicit se secta sua fecisse, ut hoc disputaret.

Arte quem ad modum? 'Pictor naufragium pinxit et publice proposuit; nemo navigat: reus est laesae rei publicae.' Et hic enim necesse est sua

---

adferamus *BDP*: negamus — afferimus *vς* 1 ephoebo *DP* clamidem *DP* defunto *D* 2 ephoebi *DP* enim *P*: *om. Dvς* dicet *ed. Capp.* 3 non tantum esse *P* etiam esse *nos*: etiam esse et *Pvς*, esse et *DF*, etiam et *E* 4 iuridicialem *B*: iudicialem *DP et sic deinceps* 5 negotialem *mei*: legalem *vς* 6 non et *DP*: non *vς*, *item B*, *sed abest ab hoc* Quare demonstratio et deliberatio *vς* 8 qualitatibus *B* quae *B*: quia *DPς* statibus. Dikaiologia id est iuridicialis *B* 9 accipit *BDv*: accepit *P* 10 a *om. D* quibus *om. P* absoluta *P* 11 haesumtiuae *P*, assumptiuae *vς* 12 facit statum *vς* accipit *BEFv*: accepit *DP* a *om. P* 16 id *om.* ς non esse perniciosum *vς* 17 da exemplum] ut est *B* 19 ratiocinatione *P* 20 quemadmodum] ueluti *B* indamnatos *P*, *sed paulo post* indempnatorum libero *P* 23 quomodo fit *vς* sexenarii *P* 26 quemadmodum *BD*: quemadmodum fit (sit *P*) *Pvς* contentione *P* 27 cuncti serui *coni. Mailley* audierunt *BD*: audierant *P*, audiere *vς* uitam finierunt *BD*: finierunt uitam *P* 28 se secta sua *BD*: secta sua se *P* 30 naufragium *P*: naufragiu *B* *satis distincte*, naufragia *Dvς* pinexit *D* 31 reip. laesae *vς* et hic enim *DPv*: et hic *BEF*, *om.* ς sua se arte necesse est ut defendat *B*

p. 63. 64 C.

se arte defendat, quod pictores consueverint huiusmodi multa pingere et publice proponere.

15. Adsumptiva qualitas facit statum? non. Quare? quia vim, quam accipit a iuridiciali, non aput se retinet, sed aliis tradit. Quibus? relationi, remotioni, compensationi, veniae.

Relativus status quem ad modum fit? cum reus culpam refert in eum, propter quem arguitur. Da exemplum. 'Miles in acie exclamavit, vincimur; occisus est ab imperatore: reus fit imperator laesae rei publicae; contra dicit.' Dicit enim militem peccasse et ideo occidi debuisse, quod hoc exclamaverit.

Remotivus quem ad modum fit? modis fit duobus, cum aut in personam removemus aut in rem. In personam quem ad modum? 'Legatus intra XXX. diem naviget: legatus non accepto a quaestore suo viatico non navigavit intra XXX. diem et reus est male gestae legationis.' Hic enim removet in quaestorem, a quo viaticum non accepit. In rem quem ad modum? ut: 'missus est ad expugnandam hostium civitatem: invenit illam lue laborare, reduxit exercitum: reus est laesae rei publicae.' In legem possumus removere? possumus, sed hoc idem accipimus, quod est, cum in rem removemus.

Conpensativus status quot modis fit? duobus, cum aut delicto meritum conparamus, aut cum maiori incommodo consultum esse contendimus.

Delicto meritum quem ad modum conparatur? ut: 'milites ex acie ad muros confugiebant; imperator muros diruit, victoriam reportavit: reus est laesae rei publicae.'

Maiori incommodo quem ad modum prospectum esse contendimus? 'Tyrannidis tempore speciosum filium pater amico commendavit: vocavit ad se patrem eius tyrannus et tormentis expressit, ubi esset filius: satellites misit ad amicum, amicus puerum occidit, tyrannus re cognita se necavit: amicum mater pueri caedis accusat; adest ei pater.' Hic enim dicit puerum maiore a se pudoris iniuria liberatum. |

16. Venia omnis qualis est? aut purgativa aut deprecativa. Purgativa quot modis fit? quattuor: errore, casu, necessitate, oblivione.

Errore quem ad modum fit? ut: 'Exulem intra fines deprehensum li-

---

1 consueuerunt *vς* 3 Assumpta *ed. Capp.* 4 quam *om. P* accipit *Bv*: accepit *DP* iuridiciali *B*: iudiciali *DP* tradit *BD*: distribuit *P* 7 in acie positus exclamauit uincimus *P* 8 reus est caedis imperator *B* 10 exclamauerit *B*: clamauerit *DPς* 12 remoueamus *B* quomodo *Pv*, ut *B* 13 intra *BD*: in *P* XXX dies *B* suo *B*: *om. DPς* 14 trigessimum diem *B* et reus *BDP*: reus *vς* malae *B* 15 remouet *mei*: remouet crimen *vς* 16 ut *om. B* ut si missus est ad expugnandum *P* 17 legem *BEv*: lege *DPF* 18 possumus (*ante* sed) *om. P* accepimus *D* 20 aut ut delicto merito *P* 21 insultum *P*, prospectum *B* 23 miles — — confugiebat ς 24 ad muros *BD*: ad murum *P* 25 rei p. laesae *B* 26 quomodo *vς* 27 pater *B*: *om. DPς* 28 tyrannus ad se patrem eius *B* esset *mei*: erat ς 29 re cognita *B*: *om. DPς* negauit *P* 30 mater] pater *P* pater ei *B* 31 maiori *vς*

p. 64 C.

ceat occidere: ex duobus geminis fratribus similibus alter exulabat; fratrem eius quidam tamquam exulem occidit: reus est caedis.' Hic enim se dicit errore fecisse.

Casu quem ad modum fit? 'Dum venator hastam in feram misit, in hominem incidit; eo vulnere periit: reus fit caedis.' Hic enim se dicit non voluntate, sed casu fecisse.

Necessitate quem ad modum fit? 'Orator captus ab hostibus laudem eorum scripsit, iubentibus his, et publice recitavit; gratuito dimissus est; ad suos reversus laesae rei publicae accusatur.' Hic enim se dicit non voluntate, sed necessitate fecisse.

Oblivione quem ad modum fit? 'Sacerdos omnibus kalendis sacrum non fecit: petitur ad poenam.' Hic enim aliter defendi non potest, nisi memoria sibi adlegaverit excidisse.

Deprecativa venia quem ad modum fit? cum iam nulla potest esse defensio, sed eum, cui liceat ignoscere, tantummodo deprecamur, quoniam negare non possumus nos voluntate fecisse id, propter quod arguimur.

17. Negotialis status quot modis fit? principalibus duobus: in scripto et extra scriptum. In scripto quot modis fit? tribus: simplici, coniuncto, conparativo.

Simplex quem ad modum fit? cum una lex simplex est, ut: 'fertur rogatio ut honores veneant.'

Coniunctus quem ad modum fit? cum duae leges vel plures feruntur, ut: 'in aerarii inopia fertur rogatio, ut honores veneant et ut nova vectigalia instituantur.'

Conparativus in scripto quem ad modum fit? cum ita leges feruntur, ut per comparationem quaerendum sit, quae potius conprobanda videatur, ut: 'in aerarii inopia alius fert legem ut honores veneant, alius ut nova vectigalia instituantur: quaeritur quae potior sit.'

Extra scriptum quot modis fit? duobus, simplici et conparativo. Simplex quot modis fit? quattuor: iniectione qualitatum, particula iuris, quantitate numeri, cum causae redduntur mortis voluntariae. |

---

1 similibus *om. B* exolabat *D* 2 tanquam *B* 4 casum *P* uenator *BEF*: uenatur *DPvς* 5 in hominem incidit *mei*: hominem occidit ς fit] est *B* dicit se *vς* 6 fecisse *om. B* 7 quomodo *vς* laudem *BPv*: laudes *D*(?)ς 8 iuuentibus *DP* dimissus est ad suos. reuersus *B* 9 dicit se *vς* 11 calendis *vς* 12 memoria *BD*: memoriam *P* 14 cum iam *B*: cum *DP*ς ulla *P* 15 eum *EF*: cum *BDP*, sed eum *v post* ignoscere *habet; fort.* sed cum eum quoniam *BD*: quia *P* 16 nos *B*; *ut Vossius (Inst. orat. I, 9) coniecit:* non *DPEFv* fecisse *om. B* id *BD*: sed *P* 17 quemadmodum fit? principaliter duobus modis *P* duobus principalibus duobus *B* in scripto: '*quem Sulpicius Victor (c. 46) negotialem legalem*, extra scriptum, *quem negotionalem rationalem vocat.*' Capp. 18 et *om. P* scribtum *D* In scripto quemadmodum fit. M. Cum lex fertur aliqua uel rogatio. *Δ*. Id quot modis fit *B* coniunctiuo ς 20 ut *om. P* 21 ratio *P* (Simplex cum una lex fertur *B reliquis om.*) 22 coniuncto *DP*: coniunctum *Bv* fit *om. vς* 26 per comparationem *BEF*: pro conparatione *DPv* comprobanda — — quae potior sit] probanda siue sententia siue canon. ut in canonibus diuersis diuersas sententias approbamus *B* 29 quot modis *mei*: quemadmodum ς 30 inlextione *P*

18. Iniectionem qualitatum quid Graeci vocant? *ἐπιβολὴν ποιότήτων.* Quid est iniectio qualitatum? cum qualitas qualitati supernascitur.

Iniectio qualitatum quot modis fit? quinque: lege, rogatione, testamento, pacto, edicto vel praeconio.

Lege quem ad modum fit? 'Rapta raptoris mortem aut indotatas nuptias optet. Rapuit et profugit: dedit eam pater marito alii, reversum raptorem vult pater producere ad magistratum: ille contra dicit.' Quo modo hic supernascitur qualitas qualitati? quoniam, quae antea rapta erat, hodie iam nupta est.

Rogatione quem ad modum fit? 'Vir fortis petit praemium nuptias uxoris alienae, accepit: prima nocte exanimatam priori marito reddidit: cum aput illum convaluisset, repetit eam vir fortis: viro forti contra dicit prior maritus.' Quo modo hic supernascitur qualitas qualitati? quoniam, quam reddidit quasi mortuam, repetit quasi vivam.

Testamento quem ad modum fit? 'Decedens testamento iussit, ut filia sua tutoris filio nuberet: reddita tutela tutoris filius petit eam in matrimonium: illa contra dicit.' Quo modo hic supernascitur qualitas qualitati? quoniam iussa est tutoris filio nubere et ille iam tutoris filius esse desiit.

Pacto quem ad modum fit? 'Pactus est daturum se in matrimonium filiam medico, si eam ad sanitatem perduceret: perduxit ad sanitatem; inter moras rapta est ab alio, et secundum legem raptarum puella indotatas nuptias elegit: petit medicus ex pacto nuptias, contra dicit puellae pater.' Quo modo hic qualitas qualitati supernascitur? quoniam cuius virginis pactus est nuptias, ea iam nupta est.

Edicto vel praeconio quem ad modum fit? 'Cuiusdam servus fugerat: libello proposito vel per praeconem nuntians dixit daturum se denarios mille ei, qui ad se servum perduxisset: quidam perduxit, perductus in libertatem adsertus est et liber pronuntiatus: petit ille mille denarios, contra dicit qui dominus fuerat.' Quo modo hic supernascitur qualitas qualitati? quoniam ille, pro quo promissi mille denarii erant, qui servus fuerat, liber pronuntiatus est.

19. Particula iuris quae est? cum aliqua postulatio est. Haec species quot modis fit? tribus: cum res pecuniaria est, cum ius in posterum

---

1 ΕΡΙΒΟΥΛΙΝ ΠΟΙΩΤΗΤΩΝ *B*, ΕΠΙΒΟΛΗΝΠΟΙΟΤΗΤΟΣ *D*, epibolin poiotitos *P*, *ελιβολιν ποιοτήτων v*, *ἐπιβολὴν ποιότητος ς* 5—8 Lege — — quomodo hic *om. B* 5 raptor rapuit *EF*; *immo supplendum est* aliquis 7 magg. *DPF*, magistratus *F* 8 raptauerat *P* 10 Rogatione ut quam reddit quasi mortuam *reliquis om. B* rogatione: '*i. e. occasione alicuius petitionis, quod τὸ κατ' αἴτησιν apud Hermogenem appellatur.*' Capp. petiit *malim* 11 accepit *DPEFv*: *om. ς* 12 uiro f. contra dicit] .u. f. c. d. *DP*; uiro forti *delendum videtur* 13 mariti *P* 15 filiam suam *DP* 16 nubere *P* 18 desit *P* 19 matrimonio filiū *P* 20 perduxit. Inter moras *B* 21 per legem *B* 22 et contra dicit *B* puellae pater *BD*: pater puellae *P* 23 Quo modo — qualitati *nos*: qualis qualitati *B*, *om. rell. et ς* supernascitur — nupta est *B*: *om. rell. et ς* 25 Cuiusdam *B*: cuius *DPς* 26 promisit daturum *B* 27 seruum suum ad se *B* 29 fuit *B* 30 promissi mille d. erant *DP*: promissi sunt mille d. *B*, mille d. promissi fuerant *ς* 33 res pecunia *P*, res *om.* B

p. 65. 66 C.

fit, cum de modo poenae agitur. [Hi sunt tituli controversiarum, qui *κατὰ τὸ πλεῖστον* negotialem statum ostendunt.]

Res pecuniaria quem ad modum est? 'Deposuit apud amicum certam frumenti mensuram et ait quanti emisset. Eo absente ille duplo vendidit pretio, reverso offert ei simplam pecuniam: ille exigit duplam.' |

Ius in posterum quem ad modum fit? cum ex praesenti iudicio ius constituitur, quod postea sit observandum. Da exemplum. 'Orba proximo nubat, vel, si eam noluerit in matrimonium deducere, det decem milia. Indicenti sibi orbae proximus dedit decem milia: indicit illi alia nuptias, et contra dicit.' Ex hoc enim iudicio incipiet institui ius, utrum uni orbae an omnibus sit obnoxius proximus.

De modo poenae cum quaeritur, quem ad modum invenimus? 'Qui causas mortis praestiterit, capite puniatur': et 'raptor raptae det decem milia.' Puellam, caeci patris ducem, rapuit; ille praecipitio obiit: petitur ad poenam et offert decem milia.' Hic enim quaeritur qua poena adfici debeat.

20. Tituli controversiarum, qui *κατὰ τὸ πλεῖστον* negotialem statum efficiunt, qui sunt? cum tribuni appellantur de iniusto supplicio, cum abdicatio est, cum praemii petitio est.

Da exemplum, quem ad modum tribuni appellantur. 'Servus meretricem dominam amat; vult illum cruci figere: appellat tribunos de iniusto supplicio.'

Quid abdicatio? Amicos non habet et abdicatur.

Cum praemii petitio est, quem ad modum fit? 'Vir fortis petat praemium: rusticus fortiter fecit, petit praemii nomine ne oves immolentur.'

Quantitas numeri, quam tertiam speciem esse diximus negotialis extra scriptum, quem ad modum fit? cum quantitas sine ulla conparatione tractatur. Da exemplum. 'Tyrannicida praemium petat: duos tyrannos occidit; petit duo praemia, et contra dicitur.' Hic enim quaeritur per quantitatem sine ulla conparatione, tyranni lex illa unius fuerit an duorum.

Quarta species extra scriptum negotialis status quae est? cum causae redduntur mortis voluntariae, ut: 'eunuchus amat, reddit causas voluntariae mortis.'

21. Conparativa species extra scriptum quot modis fit? quattuor, cum divinatio est, cum qualitatum conparatio est, cum quantitatum, cum duarum qualitatum.

---

1 poena *P* hii *D*, cum *B; nos haec inclusimus; cf. infra v. 17* 2 ΠΑΙCΤΟΝ *B* 3 Res] *haec usque ad v. 26 om. B* 5 exegit *D pr. m.*, exit *P* 6 ex *om. P* 7 da exemplum. orba *DP*: ut est orba *v*, Da exemplum. Est orba, proximo nubat ς 8 ducere *v*ς 9 indicentis *P* alia ς: alias *DPEFv* 11 ominibus *P* 14 obit *P* 16 adfeci *D* 19 praemia *P* 20 Detur *v*ς appelleutur *v* 21 illum *DPEF*: illum tribunus *v*, illum dominus ς 23 abdicatur *sc. a patre filius* 26 speciem *om. B* esse diximus *BD*: diximus esse *P* 27 scribtum *D*, scripti *B* 30 unius f. an duorum *EF*: una f. an duae *DPv* 31 scriptum *v*: scripti *BD*, scriptis *P* 32 uolumtariae *D utroque loco* 35 est (*post* conpar.) *om. B* 36 duarum quantitatum *B*

p. 66. 67 C.

Quae est divinatio? cum de idoneo accusatore quaestio est, id est cum duo | vel plures accusationem sibi vindicant. Da exemplum. ‘Qui habebat filium et uxorem, meretricem diligebat: vult filius patrem accusare dementiae, uxor malae tractationis.’ Hic enim quaeritur, quis magis accusare debeat.

Qualitatum conparatio quae est? cum personae conparantur: ‘qui plus rei publicae praestiterit, petat praemium: contendunt medicus et orator.’

Quantitatum conparatio quae est? quando facta conparantur et quaeritur quantum hoc vel illut sit.

Quot modis fit quantitatum conparatio? duobus, cum aut res conparantur aut numeri. Res quem ad modum conparantur? ut: ‘qui plus rei publicae praestiterit, petat praemium. Alter hostes ab obsidione reppulit, alter hostium civitatem cepit: contendunt de praemio.’ Hic enim res gestae eorum conparantur. Numeri quem ad modum conparantur? ut: ‘in iudicio septem iudices sedeant, et eorum sententia probetur, quam plures dixerint: reum tres iudices capite damnandum iudicaverunt, duo exilio, duo absolverunt. Quaeritur quorum potior sit sententia, trium iudicum, qui capite damnarunt, an quattuor, qui non capite damnarunt.’

Duarum qualitatum conparatio quae est? cum personae simul et res conparantur. Da exemplum. ut: ‘qui plus rei publicae praestiterit, petat praemium: in civitatis seditione orator in senatu concordiam suasit, philosophus aput populum: contendunt de praemio.’ Hic enim et personae conparantur, philosophi et oratoris, et facta eorum, quod alter in senatu suaserit, alter ad populum.

22. Legales status quot sunt? secundum Hermagoran quattuor: scriptum et voluntas, leges contrariae, ambiguitas, collectio. Accedit ad hos et translatio, quae tantum legalis est, et definitio, quam etiam legalem accipimus secundum M. Tullium.

Translatio quot modis fit? quattuor: a persona, a re, a tempore, a loco.

A persona quot modis fit? duobus, rei et accusatoris. A persona ac-

29 Auct. ad Herenn. I, c. 11 sq.

4 uxor *D adḍita* i *sup. lin.* malae *Ev*: male *DPF*; male — tractationis *ed. Capp. per ὑφέν* 12 numeri *Bv*: numerus *DP* 13 praemium petat *P* hostestes *D* repulit *vς* 16 et eorum *om. B* 17 dixerint *BD*: dixerunt *P*, *om. ed. Capp.* 18 sent. sit *vς* 19 damnaueruṇt *P utroque loco* 22 in senatui concordia *P* 23 filosophus *et tum* filosophi *D* 26 ermagoran *P*, Hermagoram *vς* quattuor: ‘*Legales illi status aperte satis declarantur in Digest. lib. I, tit. 3 §. 12, ubi de συλλογισμῷ (collectione), 15 et 28, ubi de ἀντινομίᾳ (legibus contrariis) 17 sq., ubi de ῥητῷ καὶ διανοίᾳ (scripto et voluntate) 19, ubi de ἀμφιβολίᾳ (ambiguitate).*’ Capp. 27 scribtum *D* et *om. B* accidit *BDPv* 28 et *om. B* 31 *post* a loco *sic pergit B*: A persona accusatoris quem ad modum praescribimus Δ .. Δ A persona duobus modis fit. M Rei et accusatoris. ut quemadmodum praescribimus. cum aduersario postea agere concedimus (= p. 98, 17). *Ac pertinet abbreviatio et confusio lectionum usque ad p. 98, 23* 32 a persona accus. quem ad m. praescribimus *nos (v. lect. in B)*:

p. 67. 68 C.

cusatoris quem ad modum praescribimus? ut si infamem negemus agere posse.

A persona eius qui reus est? ut si negemus posse accusari virum fortem.

A re quo modo praescribimus? ut: ‘filiis adversus patrem ne sit actio nisi dementiae: filius vult accusare patrem adfectatae dominationis, ille praescribit.’

A tempore quem ad modum praescribimus? duplici modo, si aut olim eum agere | potuisse dicamus, nunc agere non posse: aut si nunc non posse contendamus, postea vero posse dicamus.

Olim potuisse, sed nunc non posse, quem ad modum? ut: ‘pupillus ne agat cum tutore post acceptam tutelam nisi intra quinquennium: pupillus accepta tutela nomen militiae dedit, post quinquennium dimissus vult agere cum tutore: ille praescribit.’ Tutor enim dicit olim illum agere potuisse, sed nunc non posse.

Quem ad modum praescribimus, cum adversarium postea agere posse, nunc vero non posse contendimus? ‘Pupillus ne agat cum tutore nisi post acceptam tutelam: pupillus amat meretricem, petit de tutore ut eam sibi redimat, non redimentem accusat male gestae tutelae: ille praescribit.’ Hic enim tutor dicit eum nondum accepisse tutelam et ideo nondum agere posse.

A loco quem ad modum praescribimus? cum adversarium dicimus alibi agere posse, non ibi, ubi intenderit causam: ut si dicamus, non Romae, sed in provincia eum agere debere, non aput praetorem, sed aput consulem.

A modo non praescribimus, sicut aput Marcomannum habemus? praescribimus, sed hoc idem accipimus, modum, quod et rem.

Quid interest inter praescriptionem et translationem? quod praescriptio excludit actionem, translatio autem differt.

Translatio quot modis fit? principalibus duobus: per qualitatem, ut supra, et per quantitatem, ut si dicamus: ‘non potest adversus tot agi vel de tot rebus vel et nunc et postea et hic et alibi.’

Praescriptioni quot modis occurrimus? quattuor: *ἀντιπαραγραφῇ*, infitiatione, definitione, iuris ratiocinatione.

---

quemadmodum praescribimus (perscr. *P*) *DP*, Quemadmodum proscribimus a re? *v*, Quemadmodum praescribimus a persona aecusatoris ϛ 1 infame *D* 3 est *om. P* 5 *et* 16 perscribimus *P*, *item* 7 *et* 14 perscribit 5 filius *P* 9 eum] cum *P* aut si nunc non posse *om. P* 12 tutela *D* 17 contendamus *v*ϛ negat *D* 19 tutilae *D* 24 debere *BDP*: posse *EFv* 26 marcum mannum *P* 27 hoc idem *DP*: idem *v*ϛ (modum accipimus id quod et rem *B*) 28 praescriptio] ‘*Aliud discrimen assignat Sulpitius Victor (p. 283).*’ Capp. 29 excludit *BD*: concludit *P* 31 et *om. P* per *om. B* dicamus *BD*: dicas *P* tot agi uel de tot rebus uel et nunc et postea et hic et alibi *B*: tot atque id (id *om. EF*) tot rebus utilitatis et postea *DPEFv*ϛ, *quae depravata videntur ex lectione*: tot agi uel de tot rebus uel ibi et alibi, nunc et postea 33 ΑΝΤΗΠΑΡΑΓΡΑΦΗ *B*, ΑΝΤΙΠΑΙΑΤΡΑΦΙΗ *D*, ΑΝΤΙΠΑΙΤΡΑΦΙΝ *P*, *παραγραφῆ*, *ἀντιπαραγραφῆ v*ϛ, *quae foeda interpolatio iam in EF invenitur; nam παραγραφή nihil aliud est nisi ipsa praescriptio sive exceptio* infi-

p. 68. 69 C.

23. Scripti et voluntatis status quot modis fit? duobus, cum aut prima pars scripto nititur, secunda voluntate: aut cum utraque pars omisso scripto sola voluntate contendit.

Cum prima pars scripto nititur, secunda voluntate, quem ad modum? ut: ‘peregrinus si muros ascenderit, capite plectatur: peregrinus muros ascendit, hostes pulsavit, petitur ad poenam: contra dicit.’

Utraque pars omisso scripto quem ad modum sola voluntate contendit? ‘Decedens cavit testamento, ut uxor sua decem milia acciperet, si alii non nuberet: post annum peperit, repetunt ab ea heredes decem milia: illa contra dicit.’ Hic enim utraque pars de testatoris voluntate contendit.

Leges contrariae quot modis fiunt? duobus, cum duae leges contrariae tractantur ex singulis partibus, aut cum una lex duplex est et eius sibi singulas partes adver|sarii vindicant, * * quem ad modum fit, cum una lex est, sed diversae sunt agentium voluntates. Quare hunc modum non recepimus? quoniam nulla hic iuris conparatio est, sed sola praemiorum petitio, quae ad negotialem pertinet statum: et quia tunc est status legum contrariarum, cum altera lex necesse est pereat.

24. Ambiguitas quot modis fit? quinque: per discretum sive indiscretum modo obscuro, per homonymiam, per distinctionem, per abundantiam, per deficientiam.

Per discretum et indiscretum quem ad modum fit? ut: ‘meretrices si ancillas habuerint, publicae sint: meretrices habent ancillas; quaestio est, quae debeant publicari, meretrices an ancillae earum an utraeque.

Per homonymian quem ad modum? ut ‘legavit testamento amico suo discum: heres offert vas vitreum, ille petit argenteum.’

Per distinctionem quem ad modum? ut: ‘quidam duos amicos habebat, alterum nomine Laesium, alterum Milesium; testamento ita cavit: amicus meus heres esto milesi: contendunt de hereditate Laesius et Milesius.’

Per abundantiam quem ad modum? ut: ‘meretrix aurata veste ne

---

tiatione *B*: *om DPEFvς* 4 Cum prima — — contendit (*v.* 7) *om. B* perscripto *D*, per scriptum *EF* 5 murum ς *utroque loco* 6 propulsauit *Eς* contra dicit] c. d. *DP* 7 sola uoluntate quemadmodum *P* contendit? ut *vς* 10 contra dicit *om. P*, c. d. *D sup. lin.* 13 quemadmodum fit — uoluntates *B*: *om. rell. et* ς; *quaedam praeterea deesse manifestum est* 14 quare — — pereat *om. B* recepimus *DE*: recipimus *PFvς* 18 Amphibologia id est ambiguitas *B* 19 omonymiam *DP*, omonomiam *B* 20 per deficientiam *Bv*: *om. DP* 22 meritrices *B*, meretrices — — publicari *om. D*, *sed suppleta sunt in marg.* habent ancillas *BD*: ancillas habent *P* 23 publicari id est decipi. utrum meritrices *B* earum *BD*: *om. P* utraeque *BP*: utraque *D* 24 omonymian *D*, omonimian *B*, omonymiam *P* quomodo fit *Pv*, quemadmodum fit ς, *om. B* discum suo amico *vς* 26 quomodo *Pv*, *om. B* quidam *v*: quid $D^1$, qui $BD^2P$ 27 alterum nomine laesium (lesium *D*) alterum milesium *BD* (*sed* alterum milesium *D in marg.*): alterum laesium *reliquis om. P*, alterum nomine Milesium, alterum Lesium *vς* testamenta *P* cauit *B*: cauit ut *DP* 28 milesi *B*: milesii *DP* laesius *BP*: lesius *Dς* 29 quomodo *P*, *om. B* meritrix *B*

p. 69. 70 C.

utatur: si usa fuerit, publicetur. Meretrix aurata veste usa est; quaestio est quae debeat publicari, ipsa an vestis eius.' Quo modo hic per abundantiam fit ambiguitas? quoniam si tollas 'ne utatur', ita legem ponas 'meretrix aurata veste si usa fuerit, publicetur', incipiet publicatio ad meretricem pertinere.

Per deficientiam quem ad modum? 'Testamento ita cavit: ab herede meo dari volo amico meo decem vasa argenti, quae elegerit: quaestio est, quis debeat eligere.'

25. Collectivus status qui est? cum ex scripto colligimus ad id, quod scriptum non est, ut perinde esse doceamus, ac si scriptum fuisset.

Collectio quot modis fit? quinque: a simili, a consequenti, a contrario, a maiore ad minus, a minore ad maius.

A simili quem ad modum? ut 'qui patrem pulsaverit, manus perdat: matrem pulsavit et petitur ad poenam.'

A consequenti quem ad modum? 'Adulteros deprehensos liceat excaecare: in adulterio deprehensus cum excaecatus esset et perductus esset postea a parasito suo in adulterium, maritus, cum eos invenisset, parasitum excaecavit; parasitus de eo repetit talionem: contra dicit maritus.' Hic enim collectio fit huiusmodi, quoniam maritus dicit consequens esse ut eius oculi eruerentur, quo ministro adulterium est commissum.

A contrario quem ad modum? 'Desertor capite plectatur: quidam fortiter fecit, vult petere praemium, et contra dicitur.' |

A maiore ad minus quem ad modum? 'Exulem intra fines deprehensum liceat occidere: quidam exulem intra fines deprehensum verberavit, et accusatur quod contra leges fecerit.'

A minore ad maius quem ad modum fit? 'Qui commilitonem in acie protexerit, petat praemium: imperatorem protexit, vult petere praemium, et contra dicitur.'

26. Definitio legalis quem ad modum fit? cum petitio ex lege descendens verbis est definienda, id est, cum verbum in lege positum definitur. Da exemplum. 'Qui navem in periculo positam rexerit, eius navis sit cum onere': et 'qui navem reliquerit, is navem et onus amittat.' Gubernator et mercator naufragum receperunt: orta tempestate gubernator in scapham transiliit et funibus, quoad potuit, navi opitulatus est: merca-

---

1 meretrix *hic* $B^1$ aurata *B*: aurea *DP*ς 2 Quo modo — — eligere (*v. 8*) *om. B* 3 fit *om. P* et ita *Aldina* 4 meretricem *P*: meretrices *DEFv*ς 6 quomodo *v*ς 9 quis *v*ς collegimus *D pr. m.* ad id *BDP*: ad *F*, id *Ev* 10 scriptum esset *B* 11 a consequenti — — a simili (*v. 13*) *om. P* 12 maiori ς 13 A simili — — quaestionem *p. 101, 4 om. B* 13 *et* 15 quomodo *P* ut ς: testamento ita cauit (locauit *P*) ut *DPEFv* manum *P* 14 et *D*: *om. PEF*ς 17 cum eos maritus *P* 18 tallionem *DP* 21 quidam *DP*: quidam desertor *EF*, desertor quidam *v*ς 23 A maiori *v*ς quomodo *Pv* 24 liceat — — deprehensum *om. DP* ueruerauit *D*, uenerauit *P* 26 A minori *v*ς quemadmodum fit *D*: quomodo *Pv*ς qui *om. P* conmilitonem *P* 29 ex] haec *P* 31 *et* 32 nauim *v*ς 31 in *om. P* 32 sit nauis *v*ς 33 naufragum ς: naufragium *DPv* 34 schapham *D* quodad $D^1$

p. 70. 71 C.

tor in gladium incubuit nec potuit mori, naufragus ad gubernaculum sedit. Sedata tempestate pervenerunt: contendunt de naui et onere. Quem ad modum hic definitio legalis est? quoniam quaeritur, quid sit navem regere et quid relinquere, quae verba in lege posita petitionis faciunt quaestionem.

27. Status ubi invenitur? in eo quod probamus, aut in eo ex quo probamus: secundum Theodorum in eo ex quo probamus, secundum Hermagoran et plurimos in eo quod probamus. Nam ex quo probamus, argumentum continet et non potest videri ibi esse status, quando non id subscriptum est, sed in id quod probandum est. Cedo exemplum. Ut, cum causa est pro Milone; nam quod ibi probatur, relatio est: 'P. Clodius meruit occidi': ex quo probamus autem, coniectura est; 'insidias enim fecerat.'

Cum plures status invenerimus, quem ad modum eligemus principalem? primo quaeremus, quis cuius in locis sit divisionis: nam qui alterum in se habuerit, is erit principalis: qui vero in locis divisionis fuerit alterius, quasi membrum eius iudicandum. Qui in locis fuerit alterius, ipse quoque praeceptis suis, id est locis suis dividetur? non semper, sed quando vim habuerit incidentis.

28. Qui est incidens status? qui confirmat principalem. Incidens locis suis semper impletur? semper, quoniam necesse est impleri eum, qui servit et operatur et vires suas subministrat principali.

Si neuter in alterius locis fuerit, quid faciemus? quaeremus, quis cui serviat: nam qui servierit, is erit incidens: qui vero dominabitur, is erit principalis. |

Si neuter alteri servierit, quem iudicabimus principalem? utrumque.

Huiusmodi controversia quid vocatur? conplexiva. Cur ita? quoniam duos in se vel plures conplectitur status.

Has ergo, id est conplexivas, quem ad modum dividemus? finito uno statu ad alium veniemus, ita tamen, ut quaeramus quem primo tractemus, id est eum, unde incipit quaestio, hoc est, unde nascitur origo litis et qui maiorem in se continet pugnam, ut eum, qui ad adfectus pertinet, iuxta epilogos tractemus. Quid si pugna inuidiosa fuerit aut periculosa? eum statum in primo tractabimus, qui pertinet ad adfectus; melius enim lenitis ac placatis in partem nostram iudicibus vel in adversarios concitatis moralitate quadam vel sympathia ad pugnam sine invidia descendemus.

---

1 gladium ς: gladium uel clauum *EF*, clauum *DPv; at v. Cic. de Inv. II, c. 51* nauffragus *P* 2 peruenerunt ad litus *vς* et honore *P* 3 est hic definitio legalis *vς* 4 *post* quaestionem *est in D*: CONSULTI ARS RHETORICA 6 ex quo probamus] *quae sequuntur in B usque ad finem libri, in septem breves versus contracta sunt* 7 ermagoran *P*, Hermagoram *Dς* 9 ibi *DP*: in eo *vς* 10 in id *DPFv*: in eo *Eς* Caedo *ed. Capp.* 12 autem *om.* ς 13 quomodo *vς* eligimus *Dvς* 14 quis cuius: '*i. e. qui status ad locos alterius divisionis pertineat*'. Capp. 15 fuerit, alterius quasi membrum, eius iudicandum *vulgo distinguitur* 19 firmat *P* 22 quid cui *P* 25 iudicamus *P* 28 uidemus *DP* 31 continet *DPv*: retinet ς ut *DP*: aut *vς* ad *om. D* 33 tractauimus *DP* 35 descendimus *D pr. m.*

p. 71. 72 C.

29. Conparativas materias quot modis dividemus? tribus; aut enim perpetua est divisio aut partita aut duplex.

Quae est perpetua? cum una parte omnibus suis locis explicata ad alteram descendimus. Quae est partita? cum singulas quaestiones singulis conparamus, non cum locos divisionis. Quando tertio utemur genere divisionis? cum singulae quaestiones pares sibi sunt in conparatione, tunc utemur duplici divisione.

Quid? si quaedam contra nos fuerint quaestiones, partito utemur genere divisionis? locis singulis comparabimus. Cur ita? quoniam ibi possumus quod contra nos est latenter omittere vel obtegere. Quid si singulas quaestiones singulis conparamus, et ibi aliquid praetermiserimus? id quod nobis obest manifestum videbimur praeterisse.

Quid si aliquis locus contra nos fuerit et non poterimus uti eius conparatione? perpetua utemur divisione, in qua etiam quosdam contrarios nobis locos latenter possumus praeterire.

Divisio eadem est semper utriusque partis? non semper; nam plerumque aliud alii expedit parti, si quidem divisio pro sua utilitate formanda est.

Quid? status semper idem est utriusque partis? et ipse aliquando diversus est aput litigantes.

---

## LIBER SECUNDUS.

1. Reperto statu quid consideramus? totam materiam per septem circumstantias. Cur non statim dividimus? quoniam prius universam causam confuse considerare debemus, tunc omnia, quae reperta sunt, capitulatim quaestionibus ordinare.

---

1 quemadmodum diuidemus? tribus modis ς 4 alteras *P* singulas q. singulis conparamus *DPv*: in singulas q. singulas partes partimur *EF et sic* ς, *sed* ς *sine* partes; in singulas quaestiones singulos partimur locos *coni. Capper.* 5 tertio *scripsi*: quo *DPEFv*ς 6 singulas *P* 7 duplici *DPEFv*: simplici ς 9 locis *DP*: et locis *EFv*ς; *adhuc locus sic distinguebatur:* Quid si — — quaestiones? partito utemur genere divisionis et locis *etc.* 10 Quod *DP* 12 manifestum *DPEFv*: manifeste ς, *fort.* manifesto 13 locis *P* poterimus *PEF*: potuerimus *Dv*ς 16 est eadem semper ς 17 alii aliud *P* 19 diversus apud litigantes: '*et sane saepe reus utitur statu translationis, cum actor statu coniecturae vel qualitatis vel definitionis utitur*'. Capp. — SCHOLICA. C̄. CHIRII. AD̄ EXP̄ (EXPL̄. *P*) LIB. I. FORTUNATIANI. EXP̄L. (EXP̄ *P*) ARS CONSULTI (CONS. *om. P*) RHETORICA (RETHORICA *P*) INCIP̄. LIBER II. FELICITER *DP*, CLODIANI (*sup. lin.* uel claudiani). CHIRII. FORTUNATIANI ARTIS RHETORICAE LIB. EXPL̄I IN̄C LIB. II. *B*, EXPLIC̄ LIB̄. PRIMUS. SCOLICA ENCHIRIADIS FORTUNATIANI. LIB̄. II. C̄SULTI. RETHOR̄. *E*, Scolica c̄chiriadis lib. I. fortunatiani expl. c̄sulti rhetorica incipit lib. II. feliciter *F*, Consulti. Chirii Fortunatiani artis rhetoricae. Scholicae liber .I. explicuit. Incipi Secundus *v*.

21 materiem *B* 22 Cur non *DPv*: Circumstantias cur non ς (Reperto statu totam materiem per septem circumstantias considerare debemus. quoniam *etc. B*) 23 tum ς 24 ordinare. Hae sunt septem PERISTASEOYS id est circumstantiae per-

p. 72. 73 C.

Quae sunt circumstantiae? persona, res, causa, tempus, locus, modus, materia.

Persona quot modis consideratur? viginti et uno. Nomine, ut Papirius, Turbo: natione, ut Graecus barbarus: patria, ut Atheniensis Lacedaemonius: genere vel cognatione, ut nobilis ignobilis: dignitate, ut vir fortis, magistratus: fortuna, ut dives pauper: sexu, ut masculus femina: aetate, ut senex puer: corpore, ut validus longus: institutione vel educatione, quem ad modum institutus et eruditus: moribus, ut frugi luxuriosus, patiens inpatiens: victu, quibus amicis, ut [bonae frugi luxuriosis,] quo modo rem suam administret, qua consuetudine domestica sit: adfectione, ut equorum armorum canum: arte vel studio, ut medicus orator: condicione, ut servus, addictus: condicione alia, quae liberos spectat, ut nupta vidua, effectum, *ut* adoptivus abdicatus: habitu, ut nitido sordido obscuro: vultu, ut laeto tristi: incessu, ut cito tardo: oratione, ut gravi seditiosa: adfectu, ut laetitia ira, morbo debilitate.

2. In re quid consideramus? thesin. Consideratio thematis multiformis est, in qua videbimus quae sit et qualis, quae quasi publica est omnium circumstantiarum: ut an illa res fieri potuerit ab illo homine, illa causa, illo tempore, illo loco, illo modo, illa materia, quamvis omnes circumstantiae hoc modo sibi sint invicem iunctae.

Omnis causa qualis est? aut inpulsiva, ut ira, odium: aut ratiocinativa, ut lucrum, hereditas. Inpulsivam Graeci quid vocant? *ὀρεκτικὴν αἰτίαν*. Quid ratiocinativam? *τεχνικὴν αἰτίαν*. Ex his quaecumque fuerit, qualis est? aut efficiens, cum dicimus: ‘illa ratione provocatus est’, quod *ποιητικὸν αἴτιον* Graeci vocant: aut adiuvans, cum | dicimus: ‘etiam illa causa accessit’, quod *συνεργητικὸν αἴτιον* vocant: aut prohibens:

---

sona *etc. B* 1 Quae *DPF*: quot *Evς* Septem. persona *Evς* causas *P* 2 modus materia *BDP*: materia modus *vς* ‘*Nomine* materiae *hic intelligitur id, quod instrumentum vulgo appellamus, ut patet ex seqq.*’ Capp. 3 uiginti (XX *BPF*) et uno *BDPF*: XXI *E*, XXII *v*, XIX ς. *Sequitur in EFς*: nomine natione patria genere dignitate fortuna corpore institutione moribus uictu (quomodo rem suam administrat. qua consuetudine domestica sit *add. in EF*) affectione arte conditione. conditione alia habitu uultu incessu oratione affectu papirius. turbo *B*: sapiens *DPEFvς* 4 barbarus *B*: *om. reliqui et* ς 5 ignobilis *B*: et ignobilis *DP*, uel ignob. *vς* 6 magistratus *B*: magnus *DPς* ut] et *P* sexu ut masculus femina. aetate ut senex puer *B*: *om. reliqui et* ς 8 institutus *BDP*: sit instit. *vς* et *B*: *om. DPς* 9 uictu. quibus amicis *B*: uictus uel amictus *DP*, uictu uel conuictu *Capp.* ut *B*: et *DP* boni *B* luxuriosis *nos*: luxuriosi *B*: luxuriosus *reliqui et* ς 10 qua consuetudine domestica *B*: quam consuetudine domesticae *DP* 11 ut *B*: *om. DPEFv* conditione *(bis) Bς* 12 seruos *D pr. m.* addictus: ‘*in servitutem temporariam, donec aes alienum solverit.*’ Capp. liberos *BDPv*: ad liberos *EFς* 13 uidua *B*: *om. reliqui et* ς effectum (*scil.* spectat) ut *nos*: effectu *B*, *om. reliqui et* ς 14 ut (*ante* cito) *om. P* cito uel *vς* grauis *B* 16 in re inquid *D* thesin *B*: tesi *D*, etsi *P* 17 publica sit *B* 18 fieri possit *vς* 20 sibi inuicem sint coniunctae *vς* 21 omnes *D* 22 inpulsatiuam *D* *αἰτίαν om. vς* 23 rationatiuam *P* τεχνικην *B*: thaikacehn *D*, tnn. kacen *P*, *λογικήν vς* 24 quod *B*: *om. DP* 25 poeticon *B*, ποεπκον *DP* αετικον *B* 26 *συνεργητικὸν scripsi*: κυνεργσετικον *D*, cynepr. utikon *P*, sinektikon *B*, *υπερθετηκον v*, *ὑπερθετικὸν ς*, *ὑπουργητικόν Capp.* uocant *BDP*: Graeci appellant *EFvς*

p. 73 C.

'immo habui causam non faciendi, ne ad inimicum meum hereditas perveniret', quod *κωλυτικὸν αἴτιον* Graeci vocant.

Si nihil horum in causa invenerimus, quid adferemus? Aut ipsum factum causam faciendi fuisse dicemus, aut ipsam personam talem semper fuisse monstrabimus.

In ipso facto quem ad modum causa consistere dicitur? ut dicamus in ipso furto causam fuisse faciendi, quod *συνεκτικὸν αἴτιον* vocamus.

Quid in persona? ut si seditionis aliquem arguamus, dicamus illum semper seditiosum fuisse.

3. Tempus quot modis consideratur? publicis tribus, aut praeterito aut praesenti aut futuro. Ex his quodcumque fuerit, quibus modis invenimus? aut naturali, ut die nocte: aut legitimo vel stativo, ut festo nefasto: aut accidenti, ut fame lue: aut communi, ut messis vindemiae: aut singulari, ut quando ille togam virilem accepit, quando ille duxit uxorem: aut proprio, ut cum damnatus est, cum abdicatus est: aut opportunitate, quam *εὐκαιρίαν* Graeci vocant.

Locus omnis qualis est? aut naturalis, ut in mari, in monte, in campo: aut positivus, ut in civitate. Positivum quot modis consideramus? octo: publico, ut theatro stadio: privato, ut domo villa: sacro, ut templo adyto: religioso, ut mausoleo sepulchro: infami, ut lupanari: intervallo, ut prope longe: qualitate, ut contra, post, ante: quantitate, ut angusto, spatioso loco.

Modus omnis qualis est? bipertitus, clam aut palam; nam quaecumque alia adferri possunt, ad ista rediguntur: ut violenter, inpotenter, audaciter. Quod enim ita factum est, id palam factum esse manifestum est: at vero quod captiose, insidiose, fraudulenter, dolose, id clam factum esse cognoscimus.

Materia quibus modis consideratur? et haec multiformis est, sicuti rem esse diximus, ut fusti, gladio, laqueo, veneno et ceteris.

4. Quodcumque in themate positum fuerit, quibus ex causis conlocatur? aut ut controversiam faciat aut ut augeat quaestiones.

---

2 quod — — uocant *om. P* Graeci *om. B* dicunt B, nuncupant *vς* 3 quod *P* 6 causa dicitur (dr) consistere *E*, causa (causam *P*) consistere *DPF*, causa consistit *B*, causam consistere dicemus *vς* ut si dicamus *E solus* 7 SINEKTIKON *B*: *συνδεκτικόν reliqui et ς* dicimus *B* 8 seditionis causa *B* 10 tribus publicis *B* tribus, futuro praesenti praeterito *vς* 12 ut *ante* die *om. B* 13 accedenti *D* 15 ut *BE*: *om.DPς* damnatus et abdicatus esset *B* est — est *nos*: esset — esset *libri* oportunitate *mei* 16 graeci EYKEPIAN uocant *B*, graeci uocant *εὐκαιρίαν vς* 17 Locus omnis *Bv*: omnis locus *DP* naturalis. ut aut in mari. aut in monte. aut in campo *B* in campo *om. P* 19 theatrum *P*, in theatro *B* 20 adito *BP* relegioso *D* infami *B*: infamia *DP* 21 contra post ante *BD*: post ante contra *P* 23 bipartitus *vς* aut] ut *D* 24 possint *B* audacter *Bv* 26 id *B*: *om. DPς* esse gestum *B solus* 29 in re diximus esse *P*, et res *B* fusti *BDP*: fuste *EFvς* laqueo gladio *P* 31 aut ut augeat *BP*: aut ageat *D* quaestiones *BD*: quaestionem *P*

p. 73. 74. 75 C.

Post considerationem thematis quid faciemus? controversiam dividemus.

In divisione quid *καθόλου* observandum est? ut primo loco proponamus praescriptivas quaestiones, deinde generales, tunc ad locos divisionis veniamus, qui in arte traduntur.

Praescriptionem semper in prima parte tractabimus? non semper; nam aliquando | et in novissimam partem differemus. Hoc quando faciemus? si aut res indivisa fuerit aut suspecta persona.

Divisionis vitia quae sunt? *ἔλλειψις*, *πλεονασμός*, *ἀταξία*.

5. Coniectura quot locis dividitur? decem: paragraphe, antiparagraphe, non verisimili quaestione, *ἐλέγχων ἀπαιτήσει*, voluntate, facultate, ab initio ad finem, derivatione causae, verisimili defensione, epilogica quaestione.

Semper omnibus his locis coniecturam dividemus? non semper; nam ut non omne nomen omnibus litteris scribitur, ita non omnibus locis omnis materia dividitur, quod ipsum fieri etiam in ceteris statibus scire debemus.

Cum accusator id quod negamus quaerit a quo sit admissum, quod Graeci *ἀνάκρισιν* vocant, huic loco quot modis occurrimus? tribus: aut ignorantia, si dicamus 'nescio': aut si in ipsum adversarium retorqueamus, ut si dicamus 'tu fecisti': aut si in alium quemlibet, ut puta 'ille fecit.'

6. Definitio quot locis dividitur? sex: [definitione] collectione, quantitate, conparatione, coniectura, qualitate, quae spectatur iusto utili honesto, epilogica quaestione.

Absoluta qualitas quot locis fit? quinque: definitione, a summo ad imum, a partibus, iusta voluntate, epilogica quaestione: aliquando et locis scripti et voluntatis, cum scriptum recipit quaestionem.

Relatio quot modis dividitur? undecim, nec sola relatio, sed omnis species adsumptionis. Quibus? a summo ad imum, ab ipsa adsumptione, quae fuerit, si relati|vus, a relatione, si remotivus, a remotione, si conpensativus, a conpensatione, si venialis, a venia.

Qui sunt alii loci? a refutatione adsumptionis per coniecturam vel quantitatem, relatione, remotione, a fine, a collectione, a maiestate, a

---

1 thematis id est materiae *B* quod considerabimus uel faciemus *P* diuidimus *D*, diuidere debemus *B* 2 catholu *DP*, Catholicon id est uniuersale *B* seruandum *B* ponamus *B*, ponas *P* 3 tum ς 5 tractanda *B* 7 suspecta personae *v*, suspectae personae ς 8 ελλειψις *B*: ελλειψεις *D*, eclipsis *P* 10 uerisimile *BDP* quaestioni *B* απετησοι *B*, απελιτησις *DP* 11 epiloga *P* 13 c. diuidemus *B*: c. diuidimus *D*, coniectura diuiditur *P* 14 inscribitur *BP* 15 materia id est thema diuidetur *B* 16 ämissum *B* 17 *ανακρισιν* dicunt *B*, uocant *ἀνάκρισιν* ς, *post quae verba edd. falso punctum habent* 18 aduersarium ipsum *B* 19 ut si *v*: ut *DP*; si dicamus *om. B* ut pote *B* 20 definitione *B sup. lin. habet, sed pr. m., nos inclusimus* quantitatum comparatione *E* 21 expectatur *B* 23 fit *BP*: *om. D* 24 epiloga *P* aliquando a locis *B* 25 recipit *BD*: recepit *P* 27 A quibus *B* 28 relativus] *scil.* locus *vel* modus a relatione *D*, *sed* latione *erasum et corr.* motione, a relocutione *P*, a relatione si remotiuus *om. B* si remotiuus a remotione *om. DP* 30 loci? Tres a *B* refutatione *BD*: remotione *P* uel qualitatem *coni. Capper.* 31 a fine '*i. e. a definitione*, ὅρῳ *vel* ὁρισμῷ' Capp. a maiestate *BDP*: a quantitate *coni. Capp.*

p. 75. 76 C.

conparatione facti et adsumptionis, coniectura, communi qualitate, id est epilogica quaestione.

7. Omnes species negotialis status isdem locis dividuntur? et diversis; nam singulae habent suos certos locos divisionis.

Negotialis scripto, cum lex fertur vel rogatio, quot locis dividitur? tredecim: cum verba scripti excutimus, id est, cum quaerimus, an obscura sit lex vel rogatio, an minus plena, an dubia et anceps. Sequens locus qui erit? cum quaerimus, an contra legem vel decretum vel morem feratur, et si quid huiusmodi fuerit. Qui tertius? an honesta sit lex, quam ferimus. Quartus? an utilis vel iusta. Quintus? an necessaria. Sextus? an facilis in accipiendo. Septimus? an possibilis in faciendo. Octavus? an alia lege satis caveatur id, quod in hac nova significatur. Nonus? an hoc alio modo fieri possit, quod nova lege conprehenditur. Decimus? quo animo quis legem ferat. Undecimus? quo animo contra dicat. Duodecimus? coniectura, qua quaerimus, qua causa quid factum sit vel fiat. Tertius decimus? cum quaerimus *τὴν ἔκβασιν*, quid sit futurum, si lex fuerit probata vel si non fuerit accepta. His semper locis lex dividitur et rogatio? nonnumquam et locis scripti et voluntatis aut definitivi status aut collectivi.

8. Iniectio qualitatum quot locis dividitur? sex: a summo ad imum, fine incidenti, qualitate communi, conparatione qualitatum, continentia, coniectura vel qualitate.

Particula iuris quibus locis dividitur? isdem quibus cum lex fertur vel rogatio, si quando ex aequo et bono petitio est: nonnumquam et locis translativi status, cum praescriptione petitio summovetur: aliquando scripti et voluntatis, cum petitio ex lege descendit. Quod si nihil horum fuerit, isdem locis materia dividetur quibus iniectio qualitatum.

Quantitas numeri quot locis dividitur? quinque: quantitate, fine, continentia, qualitate, coniectura.

Cum causae mortis voluntariae redduntur, quot locis? sex: legis interpretatione, ab initio ad finem, definitione, transmotione, coniectura vel voluntate, qualitate, id est epilogica quaestione *ἐκ τῆς ἐκβάσεως*.

Divinatio quot locis? quinque: rerum vel formularum conparatione, continentia, qua quaeritur, an in alterius postulatione alterius quoque postulatio contineatur: temporis ratione, id est cum significatur alterum pri-

---

1 a coniectura a communi *B* 2 epiloga *P* 3 et diuersis *B*: ediuersis *DP* 5 locis *BD*: modis *P* 8 quis erit *vς* 9 feratur *Capp.*: referatur *BDP* Qui *EF*: Quid *BDPς* 10 utilis sit *vς* necessario *P* 11 facilis sit *vς* 16 THNEKBACEIN *BD, om. P* 17 lex diuiditur *BD*: diuiditur lex *P* 18 loci *D* diffinitiui *B* 21 continenti a *D* qualitate: '*i. e. aliquo statu qualitatis.*' Capp. 24 est petitio *B* nonnumquam — — iniectio qualitatis *om. B* 25 translatiuis *DP* remouetur *P solus* 26 discendit *P* 27 diuiditur materia *P* qualitatum *P*: qualitatis *Dvς* 29 continentia] *cf. infra v. 34 et indicem rerum* 31 transmutatione *B* 32 qualitate: '*i. e. communi, τῇ κοινῇ ποιότητι*'. Capp. epiloga *P* EK *BD*: *om. vς*, *ἐκ τῆς ἐκβάσεως om. P*; *de re v. infra p.* 108, 13 34 qua *nos*: qua id est cum *BDP*, id est cum *vς*

orem ad causam accessisse: personarum conparatione, in quo spectamus, et uter vere velit et uter magis possit, voluntate vel coniectura.

9. Qualitatum comparatio, id est personarum, quot locis dividitur? sex: conparatione honesti, utilis, necessarii, continentia, circumstantia, voluntate vel coniectura, cum quaerimus scire, quid sit futurum, si ita fuerit pronuntiatum.

Quantitatum comparatio quae fit in rebus, quot locis dividitur? quattuor: ab initio ad finem, id est rerum gestarum conparatione, continentia, circumstantia, coniectura.

Quantitatum comparatio quae fit in numeris, quot locis dividitur? quinque: quantitatum conparatione, id est numeri, fine, continentia, coniectura, qualitate.

Duarum comparatio qualitatum, id est personarum et rerum, quot locis? sex: ab initio ad finem, definitione, duarum qualitatum conparatione, continentia, coniectura, qualitate.

Translativus status quot locis dividitur? octo: propositione scripti, homonymia vel synonymia, deductione generis ad speciem, fine incidenti, a summo ad imum, translativa qualitate, coniectura, communi qualitate. |

10. Scripti et voluntatis quot locis? novem: propositione scripti, deductione generis ad speciem, voluntate legis, interpretatione, antithetica quaestione, translatione, tramotione, coniectura, qualitate.

Voluntas legis quot modis consideratur? tribus: uno cum legis scripto apparet semper eam non posse servari, ut 'qui parentes non aluerit, vinciatur'; neque enim infans aut debilis alere possunt. Altero, cum ex verbis legis intellegi potest aliud voluisse latorem eius, ut 'qui nocte cum ferro deprehensus fuerit, vinciatur': cum massa ferri inventus est, vult magistratus eum alligare caedis. Apparet enim latorem legis de telo, non de massa cavere voluisse. Quid tertio? cum exemplo multarum legum probamus praesentem quoque legem ita sentire, ut nos defendimus, sicut Marcus Tullius fecit pro M. Tullio et pro A. Caecina.

Leges contrariae quot locis dividuntur? sex: interpretatione, scri-

---

1 conparationem in quo *P*; in quo — — coniectura *om. B* 5 uoluntate *ed. Aldina:* voluntatis *libri et* ς scire *om. B* 9 circumstantia voluntatis *malebat Capp.* 11 numeris *B* 13 Duarum — — qualitate *(v. 15) om. B* qualitatum conparatio *P* 14 locis *DP*: locis fit *v*ς qualitatum *Capper.*: quantitatum *DPEFv* 16 scribti *D et sic deinceps plerumque* 17 omonymia *DP*, omonimia *B* synonyma *P* 18 translativa qualitate] *v. Sulp. Vict. p. 284* coniect. comm. qualitate *om. B* 19 Scripti et uolunt. quot locis *BDP*: Coniectura scripti et uolunt. quot locis diuiditur *v*ς 20 uoluntate legis *scripsi (cf. v. 22 et Sulp. Vict. c. 61):* id est uoluntatis *BDPF*, uoluntatis *Ev*ς ΑΝΘΕΤΙΚΗ *B*, antheticae *DP* 21 transmotione *P*ς, transmutatione *B* 23 eam semper *v*ς non habuerit *P* 25 aliud — — uoluisse *(v. 28) om. B* 26 inuentus est uir *v*ς 28 Quid *mei*: *om. v*ς 31 locis *mei*: modis *v*ς interpretatione. scripto *BEFv*ς *(quod Capper. explicat: 'interpretatione scripti et propositione scripti bis facta' coll. Sulp. Vict. c. 62):* interpretatione scripti *DP*; *fort.* propositione scripti, interpretatione scripti; *cf. Sulp. Vict. l. c.*

p. 77. 78 C.

pto, definitione, conparatione legum, conparatione personarum, conparatione per qualitatem.

Leges quibus modis conparantur? cum quaerimus, utra sit antiquior, utra ad rem publicam pertineat, utra ad res privatas, utra ad res plures, utra ad deos, utra sit honestior, iustior, magis necessaria, utra de specie caveat, utra de genere.

11. Ambiguitas quot locis dividitur? novem: propositione eius quod ex scripto dictove excipimus ad utilitatem nostrae partis, voluntate, fine, conparatione, interpretatione, conparatione personarum vel rerum, loci, aequitatis.

Collectivus status quot locis dividitur? octo: collectione, quantitate, conparatione, iusto, coniectura (in qua quo animo fecerit, aut certe, ubi dabimus quasi epilogicam quaestionem *τῇ ἐκβάσει*, quid sit futurum, si ita fuerit pronuntiatum), utili, honesto, epilogica quaestione. In loco coniecturae si ecbasis fuerit reperta, eodem loco conlocabitur an eam differemus? ad epilogicam quaestionem differemus; nam hoc facit, quod solet plerumque, epilogica quaestio.

Definitio legalis quot locis dividitur? quindecim: propositione scripti, deductione generis ad speciem, fine incidenti, collectione, quantitate, conparatione, continentia, | coniectura, translatione, tramotione, antithetica quaestione, iusto, utili, honesto, epilogica quaestione.

12. Post divisam materiam quid consideramus? partes orationis.

Quot istae sunt? quattuor: principia, narratio, argumentatio, peroratio. Hae solae sunt, an sunt et aliae? hae *κατὰ τὸ πλεῖστον*; nam et alias quidam tradiderunt. Quas? *προέκθεσιν*, *προπαρασκευήν*, *διέξοδον*, id est excessum, *ἀνανέωσιν*, partitionem, propositionem, *ὑπεξαίρεσιν*, *ἀνακεφαλαίωσιν*, sed et ipsam confirmationem nostrorum argumentorum, quae *προηγούμενα* dicuntur, et reprehensionem eorum, quae ab adversario proponuntur, quae *ἀναγκαῖα* Graeci vocant.

13. Quem ad modum optime principia ducemus? si officia eorum diligentius consideraverimus.

---

1 comparatione legum *Capper.*: interpretatione legum *mei et v; cf. v. 3 et Sulp. Vict. c. 62* 2 per qualitatem *BDP*: qualitatum *vς* 4 utra ad res plures *mei: om. vς* 6 caueat an de genere *P* 8 utilitate *P* 9 uel *mei et v: om.* ς 11 quantitate *om. ed. Capp.* 12 iuste *BDP*; *videtur vitium latere, fort.* iusta uoluntate *cf. p. 105, 24* 13 ubi *BD*: *om. P* epilogam *P* epilogica quaestio *alias et in praecedentibus vocatur* qualitas communis, *quandoque et* qualitas conclusiva'. Capp. ΤΗΕΚΒΑCΕΙ *BDEF*: *om. P*, *τῆς ἐκβάσεως* ς, *item v, sed addito* i. e. euentus quid sit si ita sit pronuntiatum *B* 15 sit reperta *B* an ea *D* 17 plerumque quod solet *vς* 20 transmutatione *B* 22 Partes orationis quot sunt? *vς* 23 principium *EFvς* 24 Hae — — aliae? *om. B* haec solae sunt *DP*, sunt hae solae *vς* hae *BP*: haec *DEF* 25 ΑΙΕΞΑΔΟΝ *D* 26 id est excessum *DPEFv*: *om.* ς, id est exitum uel excessum *B* ΑΝΑΝΕΩCΙΝ *B*: ΝΕΩΝ (*vel νέον*) *BDEFvς* partionem *B* 27 anakephaleosin. id est recapitulationem sunt et quae prohegumena *B mediis om.* confirmationem *Capper. (coll. II, c. 29 s. in. et Sulp. Vict. c. 22)*: argumentationem *libri* 28 prohegumena *BD* 29 anakaΐa *P*, ΑΝΑΝΚΑΛΑ *BD*, Graeci uocant *ἀναγκαῖα* ς dicunt *B* 30 optima *B* ducimus *B*, dicemus *P* ut si per officia eorum attentum iudicem *med. om. B*

p. 78. 79 C.

Quae ista sunt? ut adtentum iudicem faciamus, benivolum, docilem.

In quibus haec observabimus? in figuris materiarum, quae Graeci *σχήματα* appellant.

Quot istae sunt? quinque: endoxos, id est honesta, amphidoxos, id est anceps, paradoxos, id est admirabilis, adoxos, id est humilis, dysparacoluthetos, id est obscura.

In endoxo qualem iudicem faciemus? benivolum. Quid in amphidoxo? benivolum, sed ita, ut ab eo quod turpe est ad id quod honestum est eum avocemus. Quid in paradoxo? benivolum per insinuationem. Quid in adoxo? adtentum. Quid in dysparacolutheto? docilem. |

Figura controversiae, id est schema, quibus modis invenitur? persona et re.

14. Quid est insinuatio? subdolum principium, quo occultius inrepimus in animum iudicis.

Quo differt exordium a principio et insinuatione? quod exordium genus est, principium et insinuatio species sunt eius.

Ergo principium ab insinuatione quo differt? quod principium simplex est, insinuatio autem subdola et occultior.

Quot modis principalibus principia ducuntur? duobus, a persona et a re. A persona quot modis? tribus, aut a nostra aut ab adversarii aut a iudicis.

Quid? a re quem ad modum ducemus? res multiformis est, quae habet in se et *ἐλάττωσιν* et accidentia.

Quid aliud in principiis observabimus? virtutes eorum.

Virtus quibus partibus constat? qualitate et quantitate. In qualitate quid observabimus? ut et de re sit et pro re, id est ut ea quae nos adiuvant augeamus, et ut adversis occurramus, et ut materiam conplectamur, et ut ab extremo principio ad narrationem descensus subtiliter fiat, et ne sint vitiosa principia.

15. Quot sunt vitia principiorum? septem, quae omni sunt ratione vitanda.

---

1 Quae sunt ista? ut iudicem attentum *vς* beniuolum (ueniu. *D*) docilem *BDEF*: et beniuolum docilem *P*, et beniv. et docilem *vς* 2 obseruauimus *D* thematum i. e. materiarum *B* '*Sulpitius Victor p. 258 vocat* modos causarum'. Capp. quae *BDP*: quas *vς* 3 cxiмата *P*, exemata *BD* uocant *P*, dicunt *B* 4 Quae sunt *B*, Quot sunt istae *vς* endoxos *mei*: eudoxos *ed. Ald.* āpidoxos *P* 5 inglorius siue humilis *B* 9 Quid in paradoxo *DPEF*: In paradoxo qualem *vς* 11 Schema id est figura *B* 15 Qui *P* 19 Principia q. m. principalibus *vς* et re *BP* 20 a *om. B, in D eras.* ab *om. BD* aut a *DP*: *om. BEFvς* 23 ελατωcιν *B* '*Vide an haec vox explicari possit ex Quintil. loco IV, 1, 45:* In iis, quae negari non poterunt, elaborandum, ut aut minora, quam dictum est, aut alia mente facta, aut nihil ad praesentem quaestionem pertinere, aut emendari posse paenitentia aut satis iam punita videantur. *Et sane ἡ ἐλάττωσις deminutionem et, si fas esset ita loqui, minorationem significat.*' Capp. 25 ea qualitate *B* 26 ut et de re *BD*: ut de re *P* aiuuant *P* 27 complectamur. Uitanda semper sunt .VII. uitia principiorum id est uulgare *etc. B* 28 et ut ab *EF*: et ut ita ab *DPv* 30 Principiorum uitia quot sunt *vς*

p. 79. 80 C.

Quae sunt? vulgare sive generale, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra praecepta.

Contrarium prooemium non vitiosum est? contrarium non tantum prooemium esse non debet, verum omnis pars orationis.

Snnt et alia vitia prooemiorum? sunt, quibus non nunquam uti possumus, sed certa compellente ratione, id est cum desiderat causa. Quae ista sunt? *ἀπολογητικόν*, *γνωμικόν*, *ἐνθυμηματικόν*, *παραδειγματικόν*, *ἐσχηματισμένον*, *ἀμεταφορητικόν*.

In quantitate quid observabimus? ne aut nimium pauca sint aut nimium plura.

Quando paucioribus utendum est principiis? quando insinuatio non est necessaria. | Quando plurimis? quando insinuatione fuerit utendum, ita tamen, ne nimium plura sint. Cur ita? quoniam non ibi consumenda oratio est.

Quando insinuatione utemur? cum animum iudicis infestum nobis senserimus. Quibus modis hoc intellegemus? tribus: aut enim est in ipsa causa quaedam turpitudo: aut ab iis, qui ante dixerunt, iam quiddam auditori persuasum videtur: aut eo tempore locus dicendi datur, cum iudices iam defessi sunt audiendo.

Quid est proecthesis? cum ante narrationem aliquid causa docilitatis adferimus, ut fecit Cicero pro Roscio.

Quid est proparasceue, sive praeparatio sive praestructio? Procatasceua est, qua iudicem nobis praeparamus, cum aut quaedam nobis obsunt et illis prius occurrendum est, ut fecit Cicero pro Oppio contra M. Cottae auctoritatem: aut cum quaedam prosunt et ea debemus utiliter spargere, quae nobis per totam actionem prodesse possint, ut pro rege Deiotaro, ubi ostendit qua fiducia adversarii et quid opinantes Deiotarum reum ad Caesarem devocarint.

16. In narratione quid primo videndum est? an ea uti debemus; nam in plerisque narrationem materia non recipit.

---

1 Quae sunt: vulgare *edd.* siue *DPv*: uel *P* 2 contra praecepta *mei, ut Capper. voluerat*: contra praecepta contrarium *vς* 3 Prohemium contrarium an uitiosum *vς* 5 prooemiorum: sunt *edd.* quibus quidem *vς* uti] ut *DP* 7 sunt ista *vς* apologiticon *B sup. l. eadem manu:* απολογικον $B^1DP\varsigma$ 8 schematismenon *vel* scemat. *mei* *εὐμεταφορητικόν ed. Pith. in marg., quod explicat Capp. 'metaphoris aliisque tropis apprime instructum'; at firmat lectionem ἀμεταφ. etiam B* 9 obseruandum est? ne sint aut nimium pauca *vς* 11 Quando — — senserimus] tunc paucis quando insinuatio non est necessaria. tunc pluribus dictis utemur quando aut iudicem aut aduersarium infestum nobis senserimus *B* 13 nimirum *ed. Capp., quod vitium typographicum ex ed. Pith. adhaesit* consumanda *P* 14 est oratio *PE* 15 nobis infestum *vς* 16 intellegimus *BP* 17 aut *ante* ab *om. P* his *P* ut iam q. a. p. uideatur *P* 18 eo *om. D* 22 Proparasceue uero est praeparatio uel praestructio *B* Quid est proparasceue? s. praep. s. praestructio. *in edd. distinctum est; videndum tamen ne* s. praep. s. praestr. *sit glossema* Procatasceua est *BDPEF*: procatasceue est *v*, proparasceue est *ς*, *ut utique necessarium videtur, sed est eadem II, 26 extr. formarum vicissitudo* 23 nobis iudicem *vς* 24 ut fecit — — deuocarint *om. B* appio contra marcum cotte auctoritatae *P* 26 ut fecit Cicero pro deiotaro rege *vς* 28 deuocarunt *vς* 29 aneuti *P* *immo* debeamus 30 materia narrationem *P*

p. 80. 81 C.

Quando non est narrandum? cum aut obsunt causae res gestae, aut quando nihil prosunt, aut cum totam orationem consumptura narratio est.

Si oberunt res gestae, quid faciemus? quaestionibus erunt reservandae et per totam orationem concidendae, ut statim singulis occurramus, quod ipsum in narratione facere non possumus.

Quid si quaedam obsint et quaedam prosint? quae profuerint narrabimus, quae vero obfuerint, ea quaestionibus reservabimus.

Hoc genus narrationis quod vocatur? concisum.

Quando nihil prodest narratio? cum quem ad modum adversa pars narravit, ita et nos narraturi sumus.

Quando totam orationem narratio consumit? cum res gestae vicem optinent argumentorum, id est cum causae redduntur mortis voluntariae, cum fertur lex vel rogatio, cum divinatio est, cum qualitatum vel quantitatum con|paratio est; in his enim res gestae adprobant causam. Item cum conlecturaliter fecisse nos negamus.

Concisa narratione tunc tantum utemur, quando quaedam adversa sunt nobis? immo et cum singulae res gestae maximam invidiam continent, adversariorum possumus narrationem concidere, ut propositis singulis rebus statim exaggeratione utamur. Cur ita? ut indignationem iudicum non semel, sed saepius in rebus singulis excitemus, sicuti fecit M. Cato de re Floriana.

17. Quando non loco ponitur narratio? quando non in ea parte orationis conlocatur, ubi res postulat: ut si quibusdam rebus gravioribus ante narrationem prius fuerit resistendum, ut fecit Cicero pro Milone.

Quando non quem ad modum causa postulat narratur? cum aut id quod adversario prodest, dilucide et ornate exponitur, aut id quod nos adiuvat, obscure dicitur et neglegenter.

Narratio omnis qualis esse debet? brevis, ut libentius audiatur, manifesta, ut intellegatur, verisimilis, ut probetur.

18. Narrationum quot sunt genera? quinque: directum, conversum, convincens, solutum, conparativum.

Quando quo utemur genere? pro causae qualitate. Nam cum aliquid adprobandum est, directo utemur et convincenti. Quod est convincens genus? quo ita utimur, ut non tam iudicem doceamus quam adversarium re-

---

1 aut cum *B* causae obsunt *vς* 2 aut cum *BD*: aut quando *P* cons. narr. est *BD*: narr. cons. est *P*, *post quae vv. add. in B*: Narrationum genera haec in martiano tota continentur lege ibidem feliciter 3 Si oberunt — — utemur (p. 112, 4) *om. B* 7 uero *om. P* ea *om. P* 8 Hoc genus — — concisum] *haec habet ς post* non possumus *v. 5* quod *D*: quid *PEFvς* 9 prodeest *D* 10 narrabit *ed. Pith.* ‘*inepte; orator enim scire potest, quo modo adversa pars narraverit; quo modo autem narratura sit, vix est ut sciat.*’ Capp. 11 rei *D corr. ex* res optinent *D add.* a *sup.* ent 13 divinatio: *v. supra p. 97, 1* 14 comparatio: *v. supra p. 97, 5 sqq.* 16 narratione *DE*: oratione *P*, ratione *F*, etiam oratione *v*, *om. ς* 18 narratione *DP* propositis *P*: prepositis *D*, praepositis *Fvς*, positis *E* 22 Quomodo *P* partem rationis *D* 25 aut *om. P* 29 pronetur *D* 33 conuicens genus quod ita *D* 34 doceamus *Pv*: dicamus *D*, timeamus *EF*

p. 81. 82 C.

vincamus, ut Cicero: fuisti igitur aput Laecam illa nocte, Catilina. Quid si aliquid inprobandum fuerit? converso utemur genere. Quando conparativo utemur? si causa rerum vel personarum desideraverit aliquam conparationem. Quid, si causa hoc non exegerit? soluto utemur.

19. Species narrationis quot sunt? octo: nam est prima diegesis, quae narratio est principalis. Est et antidiegesis, cum adversarii adferimus narrationem converso genere, sicuti dixi. Est et merice diegesis, cum partes singulas narrationis inducimus. Est et paradiegesis, cum aliquas res gestas extra causam positas inducimus, quibus iudicis animum ad id, quod causa desiderat, confirmemus. Est et hypodiegesis, quando quaestionem narrativo modo adprobamus. Est et catadiegesis, cum sola narratione materia continetur, quae in his controversiis conlocatur, in quibus tota oratio narrativa est. Est et epidiegesis, cum latius in quaestionibus vel ante epilogos exequimur eas res gestas, quas in narratione breviter attigimus. Est et diasceua, quae res gestas non tam docet quam exaggerat. |

Quando ea utemur? si quando vel propter invidiam in adversam partem faciendam narrationem concidemus, aut cum ipsa res ita aspera est, ut amplificanda potius sit quam docenda.

Prooemium *μερικὸν* potest in aliqua narratione poni? potest, si ad aliquam relationem iudex est praeparandus.

Apostrophas et prosopopoeias in narratione possumus facere? possumus, si aut elegantia se varietatis obtulerit aut utilitas actionis exegerit. Quid? *ἐκφώνησιν* possumus interponere? possumus, ut plerumque M. Tullius facit: quas inimicitias si tam prohibere potuisset quam metuere solebat, viveret: omnia denique, quae in tota oratione suis locis ponuntur, nisi quod hoc differunt, quod in oratione perpetuum et plenum sibi vindicant locum, ut excessus, partitio, epilogus, in narratione autem, cum haec fiunt, ea breviter adtingimus.

Ante narrationem potest partitio induci? potest, quando ad invidiam

1 in Catil. I, §. 9. 25 p. Rosc. Am. §. 17.

1 catilena *P* 2 inprouandum *D* utimur *D pr. m.* 4 hac *D* 5 prima est *vς* diegesis *B*: dihegesis *DPEF et sic iidem plerumque in reliquis nominibus quae sequuntur eiusdem originis* 6 antediegesis *B*, antedihegesis *P* adferrimus *D* 7 conparationem *P* sicuti dixi *om.* ς 8 singulas partes *B* 9 positam *P* 10 confirmamus *vς* est *om. BD* 13 est *om. BD* 15 attingimus *BDEF*, attingamus *Pv* diasceue *vς* '*Sic et Hermogenes de Invent. II, c. 2 discrimen ponit inter narrationem τὴν ἐνδιάσκευον i. e. expositivam sive amplificativam, et τὴν ἐγκατάσκευον, quae rei gestae causas adfert. Quintilianus quoque IX, 2, §. 107 διασκευὰς memorat, quas in figurarum album referendas esse negat.*' Capp. 18 aut — — docenda *om. B* cum *om. P* 19 sit potius *P* 20 Prohoemium *BDP* mericon *mei* in aliquam narrationem (narratione *D*) *DP* 22 apostrophas *B*: apostrofas *DP* 24 ecfonesin *DP*, exfinesin *B*, et fonesim *v*, *ἐκφώνησιν* et ς M. millius *P* 25 tam cauere *libri Tulliani* quam meminere *P* 26 uiueret. Ante narrationem *(v. 30) mediis om. B* uiueret *nos*: uiuere et *P*, uiueret et *DEFvς*, *sed D* uiberet orationem *D pr. m.*, oratione in *P* 27 hoc *om. ed. Capp.*, differunt hoc *P* differant ς 28 uindicent ς 29 attingamus *vς*

narratio fuerit concidenda, aut si fuerit longa narratio, ut ad docilitatem iudicem praeparemus.

20. *Καθόλου* narratio omnis qualis esse debet? *προκατάσκευος*, id est, ut habeat in se quaestionum semina et sit praestructiva. Quem ad modum id facere poterimus? si septem circumstantias diligentius viderimus.

Possumus aliquando omissis principiis a narratione incipere? immo etiam necesse est, cum festinare iudicem senserimus, ne utendo principiis magis eum offendamus, dum illi moram facimus. Sed hoc in foro tantum.

Quid in his scolasticis declamationibus? minime; non enim hic certi sunt iudices, quorum animus perspici possit, maxime cum ad audiendum sint voluntarii.

Quid in narratione novissimo loco observabimus? ut ibi narrationem finiamus, ubi est initium quaestionis, et ut subtiliter ad eam descensum faciamus, ne quaestiones abrupte incohemus. Post narrationem semper inducemus excessum, quem *διέξοδον* vel *παρέκβασιν* Graeci vocant? si materia desideraverit, id est cum ea res est in narratione, quae maximam in se continet atrocitatem.

Cur non igitur inter partes orationis excessus conlocatur? quoniam eo non tantum post narrationem uti possumus, sed ubicumque rei atrocitas postulat.

Excessus ubi sumitur? ex septem circumstantiis. Si nihil exaggerari poterit, ante quaestiones quid faciendum est? ananeosi utemur, qua nobis ad argumentationem | iudices praeparemus ad prooemiorum modum, ut fecit Cicero pro Quintio et pro Caecina.

Ananeosis quo differt a prooemio? prooemium in quacumque orationis parte potest poni, ananeosis autem non nisi post narrationem ante quaestiones.

Ananeosis a proparasceue quo differt? quod proparasceue, id est praeparatio, ipsam rem tractat, qua iudex concilietur: ananeosis autem ad rem audiendam iudicem praeparat, non ipsa re ut procatasceua.

21. Partitione semper utemur? non, ne hoc non tam causae quam oratoris esse videatur.

Quando ea utemur? cum causa fuerit vel coniuncta vel longa vel obscura. Partitionis genera quot sunt? duo, cum aut ostendit, quid cum ad-

---

3 catholu *BDEFv*, Catholum *P* 4 sit *nos*: si sit *mei*, sic sit ς 5 septem circumstantias: *v. supra II, 1* 6 a *om. P* 7 uiderimus uel senserimus *P* in principiis *B* 8 haec *vς* 9 scolasticis *BPEF*: colasticis *D*, scholasticis *vς* declinationibus *P* hic *BD*: in his *P* 11 *malim* sunt 13 ad eas *mei*, *item v*, *in qua est* initium quaestionum 14 aprupte *P* incohemus *D*: incoemus *P*, inchoemus *BEFvς* 15 quem — — uocant *BD*: *om. P* uocant, si *edd.* 16 si materia — — postulat *om. B* 18 excessus inter partes orationis *P* eo non *nos*: eo *DP*, non eo *EFvς* 22 utamur *B* qua nobis — — concilietur (*v.* 29) *om. B* 23 iudices *P*: iud. *D*, iudicem *vς* 25 proemium *P*, *om. D*, quod proemium *Fvς* cum in quaque parte orationis *P* 26 poni potest *vς* 30 procatascena *B* *DPEF*: proparasceue *vς*; *cf. ad II, 15* 31 partione *D*, Partitione — Roscio (*p. 114, 11*) *om. B* utemur? ne *ed. Capp.*

p. 83. 84 C.

versario conveniat et quid in controversia relinquatur, quod vocatur per seiunctionem: aut cum eas res, de quibus erimus dicturi, breviter exponimus, ut eas animo teneat auditor, quod vocamus per enumerationem.

In ea partitione, qua quid conveniat et quid non conveniat ostendimus, quid observabimus? ut illud, quod convenit, ad utilitatem nostram adplicemus.

Quid in ea, quae rerum distributam continet expositionem, observabimus? ut in ea sit brevitas, absolutio, paucitas.

Quid aliud in partitione observandum est? ne in multas partes partiamur, et ut sic eam inducamus non quasi certi, sed quasi ita existimantes, ut Cicero pro Sexto Roscio: tres sunt res, de quibus me dicere arbitror oportere.

Quid aliud observabimus? ut quod primo loco proposuerimus, primo exequamur, et ne statim partem principalis partitionis in partes alias dividamus, sed suo loco, cum eam exequi coeperimus, ut Cicero de imperio Gn. Pompei. Hoc quid vocamus? *μερικὴν διαίρεσιν.*

22. Semper ordinem distributionis in partitione factum in ipsa executione servabimus? non semper.

Quando ergo ordinem non servabimus? quando non in multas partes oratio fuerit distributa; nec enim metuendum est, ne iudicem mixtus causae ordo confundat. Item cum id quod nobis adversum est, novissime ponimus in partitione, ne ad cetera iudex nos non admittat; in executione autem id primo ponimus, ut purgationem ei iungamus: et ne ea quae adversa sunt, bis proponamus: quod plerumque in *μερικῇ διαιρέσει* fit.

Quid aliud observabimus? ne post partitionem inductam aliam principalem inducamus partitionem, sed alicuius partis principalis, et quidem eo loco, cum ad eam venerimus in ipsa executione: quamvis et principalem aliam partem post partitionem inductam principalem novissimo loco adferre possimus, vel ad elegantiam varietatis vel ad causae utilitatem, id est, si in propositione pars aliqua invidiosa fuerit et proponi non debeat et novissimo loco conlocanda sit, ut *ἀπρόθετος* inpleatur et ne adstringi iudex ad plura videatur.

---

11 p. Rosc. Am. §. 35.

---

1 uocamus *vς* 3 auditur *P* uocatur *vς* 10 aestimantes *DEF* 11 mea *D* 14 *post* exequamur *B hanc glossam habet;* ueluti. de decem praedicamentis id est de decem categoriis seu. de .VII. circumstantiis ut persona. res. uel factum. tempus modus. materia. causa. facultas uel isagogas . V. id est genus species. differentia proprium accidens epicerema id est *post quae sic pergitur* (*v.* 28): Executio multis efficitur modis. quamuis et principalem aliam partem *etc.* 16 dieresin *P*, diheresim *D* 17 executione *E*, *ut Capper. emendavit:* excusatione *DPFv* 22 partitione *Christ:* narratione *libri* excusatione *P* 23 eius *P* 24 bis *DPEF*: hiis *v*, iis ς merice dihegesi (*vel* diegesi) *mei, sed D* gesi *in ras.* 27 partitionem inducamus principalem *vς* 28 excusatione *P* 30 uel ad causae *B*: uel causae *DPς* 31 fuerit, proponi *ed. Capp.* 32 aprothetos *E*, aprotetos *BDPFv; ἀπροθέτως edd.*

p. 84. 85 C.

Omnis partitio qualis est? aut nostra, quae προηγουμένη διαίρεσις dicitur, aut adversarii, quae ἀναγκαία διαίρεσις nominatur, aut communis, quae μικτή potest dici, ut Cicero de rege Alexandrino.

Propositio omnis, id est πρόθεσις, qualis est? aut simplex aut coniuncta. Coniuncta qualis est? aut nostrarum quaestionum aut adversarii aut utriusque.

Principales tantum quaestiones coniungi possunt an et incidentes? et incidentes.

23. Post partitionem quid considerabimus? argumentationem.

Quo differt argumentatio ab argumentis? quod argumenta ea sunt, quibus causa adprobatur, argumentatio vero est elocutio, qua argumenta ipsa verbis explicantur.

Argumentationem in quot partes M. Tullius divisit? in duas, in confirmationem et reprehensionem.

Quot sunt genera argumentorum? duo, artificiale et inartificiale.

Artificiale quot locis principalibus tractatur? quattuor: ante rem, in re, circa rem, post rem.

Ante rem quot loci sunt? septem: a persona, a re, a causa, a tempore, a loco, a modo, a materia: de quibus plene in circumstantiis diximus.

In re quot loci sunt? duodecim: a toto, a parte, a genere, a specie, a differentia per septem circumstantias (qui locus recipit in se etiam a maiore ad minus et a minore ad maius), a proprio, a definitione, a nomine, a multiplici appellatione, ab initio, a progressione vel profectu, a perfectione vel consummatione.

Circa rem quot loci sunt? decem: a simili, cuius species sunt quinque: exemplum, similitudo, fabula, imago, exemplum verisimile, id est quod de comoedia sumitur: addunt quidam et apologos, ut sunt Aesopi fabulae.

Qui sunt alii circa rem loci? a dissimili, a pari, a contrario per positionem et negationem, ἀπὸ τοῦ πρός τι, id est ad aliquid, quod figuratur casibus quattuor, quibus colligimus coniuncta et copulata, id est genetivo, dativo, accusativo, ablativo: ab inter se collidentibus per habitionem et amissionem, id est ἕξιν καὶ στέρησιν, a maiore ad minus, a

---

1 quae *BDP*: quae et *vς* προηγουμένη *Capp.*: prohegumenos *DPEF*, prohergumenos *B*, proegumenos *v* 2 quae anankalae dieresin uocamus *P* 3 quae μικτή] *haec B om. et rursus redit p. 118, 24* 7 coniungi possunt quaestiones *P* 9 considerauimus *D* 10 ea *om.* ς 11 probatur ς 12 ipsa argumenta *P* 13 diuisit m̃. tullius *P* confirmationem (*corr.* confirmatione) et reprehensione *D* 16 artificiale in *P* tractantur *D* 19 circumstantibus *DP* 21 ab specie *D* 22 quid locus *DP* recepit *P* 23 et *D*: *om. Pvς* a proprio *om. ed. Capp.* 28 comedia utitur adduntur *P* 30 a *ante* dissim. *om. DP* per] pro *P* 31 αποτοπροστι *D*, apototprost *P* aliquod ς 33 genetiuo *D*: genitiuo *PEFvς* abitionem *v*, abisionem *P*, habitationem *DEF* '*sic perperam, ut patet ex Graeca voce* ἕξιν, *quae* habitionem *significat*'. Capp. *Cf. Mart. Capella p. 434* 34 εζεικαιστερειcιx *DP*, εξιν et στερησην *v*, ἕξιν et στέρησιν ς

p. 85. 86 C.

minore ad maius, a praecedenti, ab eo quod simul est, vel a coniunctis vel a consequentibus.

Post rem quot sunt loci? duo: ab eventu et a iudicato.

A iudicato quibus locis argumentamur? cum aut omnium hominum iudicio nitemur aut plurium aut optimorum aut eminentium ex his aut eorum qui in unaquaque arte vel scientia versati sunt. Est iudicatum et religiosum? quod ad deos pertinet.

24. Hi soli sunt loci argumentorum, an et alii? Sunt et alii, quos aput varios auctores artium invenimus, *ἀπὸ τῆς συζυγίας*, id est a coniunctione sive coniugatis, quod quasi iunctum est personae qualitati: ut si eum, qui hostilia sentiat, hostem iudicandum esse dicamus, ut eum, qui inimica consilia suadet, inimicum existimandum.

Qui sunt alii loci? a qualitate: ut 'si iracunde fecit, sine ratione fecit.' Et a quantitate, ut 'si serius, eodem modo factum est': et a coniunctis, id est *ἀπὸ τῶν* † ποσεων *καὶ συνθέτων*, ut fasces, lictores, toga praetexta, sella curulis, imperia, provinciae magistratuum ornamenta sunt. Item a partitione, id est *ἀπὸ τῆς διαιρέσεως*, per omnes circumstantias cum partimur aut personas aut tempora aut cetera.

His omnibus locis accusator tantum utitur? utique et reus. In coniecturali tantummodo statu? immo in omnibus. Quae *καθόλου* in his argumentorum locis observabimus? ut varie iis utamur in singulis statibus.

25 Inartificialia argumenta in quas partes dividuntur? in praeiudicia, in rumores, in tormenta, in tabulas, in ius iurandum, in testes.

Haec quem ad modum tractabimus? quem ad modum et artificialia tractantur, quoniam ex iis locis omnia adprobantur.

In argumentis quae cavenda sunt? ne in aliqua parte nobis noceant, ne inter se discrepent, ne vulgaria sint, ne cum adversario communia, ne alte petita aut supra dignitatem causae aut infra dignitatem.

Ab adversario proposita argumenta quem ad modum reprehendimus? aut redarguendo, cum aut totum aut partem eius contra facere monstrabimus: aut repugnando, cum docemus falsa sumpta esse pro veris, vel si ex iis quae sumpta sunt, non effici | eiusmodi conclusionem docemus: aut

---

3 postremo *D pr. m.* loci sunt *EFvς* a *om. ed. Capp.* 4 argumentamus *P* 5 nitemur *PEF*: nitimur *Dvς* plurimum *P* 6 uel *P*: et *Dvς* 7 relligiosum *P* 7 adeos *D* 9 *ἀπὸ τῆς συζ.* id est *om. P* 10 coniunctum *EFς* 12 existimamus *Christ* 14 si seruis *v*, serius *DP*, sirius *EF*, *fort.* si a seruis; *Capellae quoque libri p. 435 corrupte:* ut si seruus est eodem modo factum sit factum est *v*: factum sit *DPEF* 15 id est — — *συνθέτων om. P* ποσεων *D*, πωσεων *EF*, *ποσων v*; *'ποίων κ. πόσων [immo ποιῶν καὶ ποσῶν] legendum esse, evidenter demonstrant Latinae illae voces:* a qualitate et a quantitate et a coniunctis'. Capp. τον πτοσεος *libri Martiani Capellae p. 435* 17 id est *ἀ. τ. διαιρ. om. P* διαιτεσεως *D* *διαιρεσέως*. Per omnes *edd.* 18 aut per personas *vς* aut per tempora *vς* 20 *καθόλου om. Pv* 21 iis *D*: his *Pvς* 22 inarteficialia *P* in praeiudicia, rumores, tormenta, tabulas, iusiurandum, testes *ς* 25 tractantur *om. P* aut probantur *DP*, approbantur *vς* 27 communia *DPF*: communia sint *Evς* 28 uel infra *P* 30 monstramus *P* 32 iis *D*: his *PEFvς*

p. 86 C.

conpensando, si contra argumentum, quod adversum nos est, aliut opponamus.

26. Species quaestionum quot sunt? octo: generalis, specialis, principalis, incidens, voluntaria, quam προηγουμένην vocamus, necessaria, quam ἀναγκαίαν dicimus, accidens, erratica sive thetica.

Omnis quaestio qualis est? aut προηγουμένη, quae a nobis inducitur, ut confirmetur, aut ἀναγκαία, quae ab adversariis, ut refellatur.

Nostrae quaestiones quot modis principalibus inducuntur? duobus: aut singulae separatim aut plures coniunctim.

In quaestionibus inducendis quid observandum est? ut eas varie inducamus: aut per simplicem propositionem aut per praeparationem aut per figuras dianoeas, qui locus multiformis est; nam paene tot sunt occasiones inducendae quaestionis in hoc genere, quot sunt figurae sententiarum: aut per solutionem, id est κατ' ἀνάλυσιν, aut per adiectionem aut per praeteritionem aut per concessionem aut per seiunctionem, id est ἀφορισμόν, aut per admonitionem aut per dissimulatam propositionem aut per instructam propositionem aut per partitam aut per similitudinem superioris quaestionis aut per similitudinem superioris responsionis aut per inversionem, id est cum primo eam quaestionem tractamus, quae secunda est, dehinc primam.

27. Quibus modis hypophoras inducimus? isdem fere quibus et nostra προηγούμενα.

Non sunt alii modi in anthypophoris inducendis? sunt: aut cum obscure ponitur, aut cum adversarius aliquid agendi causa potius dixit quam probandi, aut cum per hypophoran gradum facimus nostrae propositionis, aut cum adversarii propositionem in nostram partem convertimus, quam περιστροφήν vocamus, aut cum secunda proposita quaestione primam tractamus.

Hoc quando faciemus? vel cum elegantiam varietatis adfectamus, vel cum prima quaestio contra nos valde facit et non est in primo loco ponenda.

Hypophoran semper inducimus? non semper; nam elegans ratio est eam aliquando dissimulare, ac tamen ita respondere, quasi eam non subtraxerimus.

Possumus per responsionem hypophoran inducere? possumus, quando invidiosa propositio est et fortior responsio, ut in divinatione Verrinarum.

In hypophoris quae cavenda sunt? ne plenae et copiosae ponantur:

---

1 contra nos *P* 4 προηγουμένην *Capp.*: prohegumenon *vel* proeg. *mei* 6 prohegumenos *libri et sic etiam Martiani Capellae p. 435* 7 repellatur *P* 10 ea *D* 11 per *ante* simpl. *om. P* 14 id est κατ' ἀναλ. *om. P*, cataanaaycin *D*, κατὰ διάλυσιν *v* 17 praepositionem *D* quaestionis super similitudinem *DP* 21 hyphorasin dicimus *D* 23 antypophoris *D*, antipophoris *P* 25 hypophoram *vς* 27 prima *P* 32 hypophorā *F*: hypophoras *DPEvς* 33 ac *D*: at *P*(?)*vς* subtraximus *ed. Capp.* 35 per *Christ*: post *libri* hypophoram ς 37 plenae et copiosae *D*: plene et copiose *PEFvς*, *ut Capella quoque p. 435:* ne plene et copiose ponatur *sc.* hypophora

p. 86. 87 C.

quod tamen aliquando facimus duabus ex causis, aut inridendi adversarii gratia, si hoc augeat, de quo nulla quaestio est, ut pro Cornelio maiestatis, aut si discrepans aliquid ostendamus, ut de rege Alexandrino.

Quot modis inminuimus hypophoras? tribus: adiectione verborum, inmutatione, detractione.

Quo differt hypophora ab anthypophora? hypophora est intentio adversae partis, anthypophora responsio eius. |

28. Quid est argumentatio? oratio ipsa, qua exequimur argumentum quod probamus.

Quot sunt genera argumentationum? duo, per inductionem, quam Graeci *ἐπαγωγήν* vocant, et per ratiocinationem, quam *ἐνθύμημα* appellant.

Quid est inductio? oratio, quae rebus non dubiis captat adsensiones eius, cum quo instituta est.

In hoc genere quid observandum est? ut illud, quod inducimus per similitudinem, eiusmodi sit ut ab adversario necesse sit concedi, et ne intellegat quo spectent illae primae inductiones. Cur ita? quoniam aut inductioni nostrae non respondebit, aut male respondendo longius procedere interrogationem non sinet, et tamen hoc extremum est, ut aut taceat aut concedat aut neget.

Si negabit, quid faciemus? ostendenda similitudo est earum rerum quae ante concessae sunt. Quid si concedet? concludenda argumentatio est. Quid si tacebit? aut elicienda responsio est aut, quoniam taciturnitas imitatur confessionem, pro eo ac si concessum sit, concludemus.

Quid ratiocinatio? quo aliquid adprobamus. Hoc Graeci quid vocant? enthymema.

Quo differt a se syllogismus philosophorum et enthymema rhetorum? Syllogismus alte habet probationem, enthymema ex proximo; item quod syllogismus plenus est omnibus partibus probationis, enthymema non omnibus.

29. Quae sunt partes probationis? propositio, exsecutio eius, conclusio.

Quid est epichirema? exsecutio sive adprobatio propositionis aut adsumptionis. In epichiremate possumus inducere locos communes et exempla et prosopopoeias? possumus; est enim epichirema latior exsecutio.

Quot sunt genera enthymematum? quinque, *ἐλεγκτικόν*, *δεικτικόν*, *γνωμικόν*, *παραδειγματικόν*, *συλλογιστικόν*.

---

1 duobus *D* 3 ostendatur *vς* 5 detractione inmutatione *P* 6 antypophora *D*, antipophora *Pv*, antiphora *ed. Pith.*, *quod vitium corr. Capp.* 8 exequemur *P* 11 επατωτηη *D*, epatotin *P* 12 rebus *DP*: de rebus *EFvς* capiat *DP* adsensiones *DP*: assensionem *vς* 18 interrogationem procedere *vς* 20 negabit *EF*: negauit *DP*, negauerit *vς* est similitudo *Fvς* 21 sunt concessae *vς* 23 comfessionem *D*, iam fessione *P* 24 Quid est ς Hoc — — enthymema *DPEF*: *om.* ς, quod graeci enthymema uocant *v* 26 Quid *D* differt *DP*: differunt *EFv haud scio an recte, ut etiam Capper. maluit* 27 Syllogismus *Ev*: item (ita *F*) syllogismus *DPF* habet alte *vς* 28 est plenus *vς* 30 propositionis] '*i. e. vulgo maioris*, adsumptionis, *i. e. minoris*'. Capp. 32 prosopoeias *D* 33 dicticon gnomicon *B*: *om. DP*, gnomicon dicticon *vς*

p. 87. 88 C.

Potest una argumentatio duobus enthymematum generibus fieri? potest.

In epagoga et enthymemate quid observandum est? ut varie his utamur et ea commisceamus, ita tamen ut enthymemate frequentius utamur.

Quid in ipsis enthymematibus observandum est? ut iis varie utamur, tum elencticis, tum dicticis et ceteris, pro qualitate generum dicendi et causarum et statuum et personarum, tam agentium quam iudicum.

*Ἐξεργασία*, id est elocutio enthymematum, qualis esse debet? varia: nec semper | brevis, quam *βραχὺ ἐνθύμημα* vocamus, id est correptum, nec semper lata, quam *πλῆρες ἐνθύμημα* dicimus, id est longum.

In omni argumentatione, id est in omnibus quaestionibus, quid observandum est? Non tantum ut varie eas inducamus, verum et invicem sibi omnes cohaereant et sint concatenatae, ne intervulsa et concisa videatur oratio.

Novissima quaestio qualis esse debet? quae aut descensum nobis subtilem faciat ad epilogos, aut quae ipsa sit epilogica.

Epilogica quaestio semper communis est utriusque partis? non, quoniam ad adfectum magis pertinet quam ad pugnam, et non eundem iudicis adfectum semper pars utraque desiderat.

30. Et *ὑπεξαίρεσιν* dixeras a quibusdam additam inter partes orationis: quae ista est? cum aliquid in actione subtrahimus, quod tunc faciemus, non utique cum contrariae nobis res gestae fuerint, quas adversarius proponet (ceterum tum refutandae sunt), sed cum id nobis periculosum est, quod nec adversarius proponet vel ignorantia vel periculo communi, cum subtrahimus. Nec nos movere debet, si tacemus rem, quam nec adversarius opponit nec iudices sciunt: ut in illa materia, in qua noverca a piratis retenta est, quae duplam iis pecuniam obtulerat, ut privignum cruci figerent. Hic enim filius debet in actione subtrahere, quod noverca duplam pecuniam obtulit et quod a piratis retenta est, ne a patre redimatur. Neque id timendum est praeterire, cum pater non proponat, quod ignorat.

31. Anacephalaeosis pars est orationis? immo pars epilogorum.

Quot partes sunt epilogorum? tres: *ἀνακεφαλαίωσις*, id est recapitulatio vel enumeratio, *δεινωσις*, id est indignatio, *οἶκτος* sive *ἔλεος*, id est miseratio.

---

1 Post una est *DP*; potest — — iudicum (*v.* 6) *om. B* 2 epagoga et *nos*: epagogae *DP*, epagoge et *Eς*, epagoge *Fv* iis *malim* 4 iis *D*: eis *EF*, his *Pvς* 6 iudicantium *Evς* 7 Ergasia *B* 8 correptum uel breue *B* 9 Pleres entimema *B*: praesenthymema *DPEF*, prosenthymema *v*, *προμῆκες ἐνθύμημα ς cum Aldina* 12 sibi omnes inuicem ς, sibi inuicem *v* 17 quoniam] quod *B* affectum *BP*, *ut coni. Capper.*: effectum *Dv* et non — — epilogorum (*v.* 30) *om. B* 18 desiderat semper utraque pars *P* 20 quae ita est *ed. Capp.* 21 proponet *P*: proponit *Dvς* 23 proponit *Eς* cum *DPEFv*: tum *Aldina et ς* 24 tacemus rem *scripsi*: tacere *DP*, tacemus quaestionem *EFvς* 25 proponit nec sciunt iudices *P* 26 his *Pvς* obtulerat *nos*: obtulerunt *DP*, obtulerit *v*, optulit *EFς* 27 debet filius *vς* nouercam *P* duplam his ς 31 ANAKEPHALEOSIS hoc est recapitulatio uel enumeratio *B*: enumeratio id est anacefaleosis *DP*, recapitulatio uel *om. vς* 32 Dynosis id est indignatio *B*, indignatio id est dinosis *DP* toectos siue eleos id est miseratio *B*, miseratio id est oectos siue eleos *DPv* (*sed v* toectos, *ut* $D^2$), *τὸ ἔχθος*

p. 88. 89 C.

In anacephalaeosi quid observabimus? ut eam varie inducamus.

Quando ea utemur? quando aut partitionem fecimus, aut quando in multas quaestiones causa processit.

In hac quid observandum est? ut summa quaeque repetamus, et iam non partes partium retexamus. |

Hac possumus uti et in alia parte orationis? possumus, ubicumque iudicis memoria retinenda est, quod *ἐπιμερισμόν* vocamus.

Indignatio, id est *δείνωσις*, unde sumitur? ex locis argumentorum; nam his non tantum probamus, verum etiam augemus.

Conquestio, id est miseratio, quibus modis sumitur? quibus et indignatio, ex locis argumentorum.

Peroratione in fine tantum orationis utemur? immo ubicumque materia permiserit, et plerumque in digressione principiorum aut narrationis, sed et quaestionum nonnumquam.

Quid *καθόλου* in epilogis servandum est? ut breves sint, quoniam commotus iudex statim dimittendus est ad sententiam ferendam, dum adversario irascitur, et cum in nostram misericordiam provocatus est lacrimis, etiam commotus statim debet ferre sententiam, dum pro nobis movetur.

---

# LIBER TERTIUS.

## DE DISPOSITIONE.

1. Quot sunt generales modi dispositionis? duo. Qui? naturalis et artificialis, id est utilitatis.

Quando naturalem ordinem sequemur? si nihil nobis oberit in causa.

Quid? si aliquid occurrerit necessitate utilitatis? ordinem immutabimus naturalem. Et quid sequemur? artificialem.

---

sive eleos, *ἔλεος* id est miseratio *ed. Capp.* 1 obseruandum est *Pv* ea *DP* 2 aut] ut *D* fecimus *DP*: facimus *EFv*; *at v. Capella p. 435* 4 quidem *DPv* iam *om. EFv*, et iam *om. Capella l. c.* 5 retexeamus *D* 7 uocatur *P* 8 *Δείνωσις*, id est indignatio *ς* 10 conquestio *BDPEFv*: *Ἔλεος ς* 11 ex] est *D* 12 Remoratione *P* 16 iudex commotus *vς* dum *BP*: et dum *Dς*, cum *EFv* 18 etiam (*i. e.* adhuc): et iam *ς* (etiam *BDP distincte habent*) 19 c̄ CHIRĪI FORTUNATIANĪI ARS RHETORICA SCHOLICA LĪB II EXPLICIT INCIPIT LIBER III FELICITER *D*, C. Chirii. fortunatiani Lib. II. explī Incip̄ lib. III. *B*, INCIP. LIBER III. *P*, ENCHIRIADIS FORTVNATIANI RHETORICAE ARTIS LIB. II. EXPL. INCIPIT LIBER TERTIVS DE DISPOSITIONE *E*, Consulti Chirii Fortunatiani artis rhetoricae Scholicae liber II Expl. Inc. III. L. F. L. *v*; *in F locus vacuus ad subscriptionem explendam relictus est.*

22 Dispositionis quot sunt gen. modi *vς* naturalis et artificialis id est utilitatis *B*: naturalis id est utilitatis et artificialis *rell. et ς* 24 sequemur *PEF*: sequimur *BDvς* 25 necessitatem $D^1$ 26 et sequemur *B*

p. 89. 90 C

Quot modi sunt naturalis ordinis? octo. Qui? totius orationis per tempora, per incrementa, per status, per scriptorum partes atque verba, per confirmationis ac reprehensionis discrimen, per generales ac speciales quaestiones, per principales et incidentes.

Prima quaestio semper eadem ex utraque parte tractatur? non semper; nonnumquam enim quam quaestionem primo loco tractat adversa pars, eandem altera novissimo loco ponit, cum hoc utriusque expedit causae: aliud enim alii prius dicere expedit. Alioquin semper petitoris aut accusatoris arbitrio dicetur.

2. Qui rerum gestarum ordo est? Celsus tradit primo firmum aliquid esse ponendum, novissimum esse locum firmissimorum, inbecilliora in medio conlocanda. Cur ita? quia et initio movendus est iudex et novissimo inpellendus.

Pro reo non plerumque gravissimum quidque primo movendum est? utique, | ne illud expectans iudex reliquae defensioni sit adversus. Hoc et aliquando mutari potest, si leviora illa palam falsa erunt, gravissimorum defensio difficilior, ut detracta prius accusatoribus fide, id est, cum ea, quae levia obiecta fuerint, refutarimus, adgrediamur ad ultimum crimen.

Iam iudicibus omnia infirma esse credentibus, hic quid faciemus? praeparatione utemur, qua et ratio reddatur delati criminis et defensio promittatur, ne quod non statim diluerimus timere videamur.

Concatenatio criminum cui prodest? accusatori. Quid separatio? defensori.

## DE ELOCUTIONE.

3. Elocutio quibus partibus constat? quantitate verborum et structurae qualitate.

In verbis quid observabimus? ut copia abundemus et bonitate.

---

3 ac repr. *BD*: atque repr. *PEF* discimur *P* ac *Bv*: et *D*, atq. *P* 7 eadem *DP* 8 prius dicere *P*: dicere prius *v*, docere prius *DEFς* petitoris semper et accus. *P* 9 diceretur *Christ* 11 nouissimum esse locum] nouissimo *B haud scio an recte*, *cf. v.* 12 firmissimorum *scripsi*: firmissimum *B*, fortissimum *DPvς* 12 collocanda sunt *B* et in nouissimo *P* 14 non *DPEF*: uero *v*, num ς 15 illud *P*: illum *DEFvς* definitioni *P* et ς: est *DP*, *om. EFv* 16 si leuiora illa, si palam *ed. Capp. cum Aldina* 17 difficilior *mei* (*sed DF* difficiliori): facilior ς ea quem *D* 18 fuerunt *vς* refutarimus *nos*: refutaremus *DPEF*, refutauerimus *vς* 19 hic] id *P* 20 utimur *D*, utamur *B* dilati *BDP* 21 ne] et *DP* 22 prodeest *D* Cui separatio *coni. Capp.* 23 defensori] ‘*Huc restituendi videntur duo versus, qui leguntur paulo post sub initium capituli* de memoria, *sed suo loco moti* (III, 13). *Sunt autem his concepti versibus:* Et quae sunt ab adversa parte dicta, semper eo quo dicta sunt ordine reputabimus? (*an* refutabimus?) non semper, sed opportunis locis disponere debemus. *qua quidem in coniectura mihi adstipulantem habui Bernardum Monetam. Iohannes Boherius de verborum traiectione mecum sentiens aliter collocat; nam post illa*, ultimum crimen, *ponenda statuit ea quae ego in fine capitis collocanda putavi.*’ Capper. 27 et bonitate *B*: *om. rell. et* ς; *post* bonitate *habet B*: Elocutio sine eloquentia est ad unam quamque rem competens ac decora locutio

p. 90. 91 C.

Copia quo modo gignitur? legendo, discendo, novando, exercendo.

In lectione quid observabimus? ut varios auctores variarum materiarum legamus.

In discendo quid observabimus? ut a peritis multa discamus, quae sint [aut] propria aut comitiorum aut artium vel studiorum, ut nauticae, rusticae rei et de iure civili.

Tertius modus qui est? ut novemus verba, quae tamen parcius debemus attingere: nam et aegre novum verbum facere possis leve ac decorum, et fere aspernantur homines quae non recognoscunt. Vir perfectissimus dixit: Verbis utendum est ut nummis publica moneta signatis.

Verba quibus modis novantur? primo Graeca transferimus, ut nova ex his Latina confingamus: dehinc per conglutinationem, ut Cicero feras solivagas ait: et per derivationem novare possumus, ut Cato ab autumno ait autumnitatem et Cicero a perpetiendo perpessionem.

Exercitatio verbis quid praestat? quod non quidem generat verba, sed alit ac tuetur.

Quae igitur summa est exercitationis, id est quot partibus constat? quattuor. | Quibus? ut Graeca in Latinum convertas, ut difficilia scribas, ut μετάφρασιν facias, ut de tempore adsidue dicas.

4. Habeo de verborum copia: bonitas quem ad modum conparatur? ut mala vitemus et optima adpetamus.

Quae sunt mala? vulgaria, obsoleta, aliena, gentilia, obscura.

Bona quae sunt, quae adpetenda esse dicis? splendida, antiqua, propria, translata.

Vulgaria ergo quae sunt? quibus utitur vulgus, id est indocti, sine ratione atque electione: nam sunt quaedam verba, quae quamvis obsoleta

---

10 Quintil. I, 6, 18: utendumque plane sermone ut nummo, cui publica forma est. 12 Cic. Tusc. V, §. 38. 13 Cato de re rust. 5, §. 8. 14 Cic. de Inv. II, §. 163. p. Rab. perd. §. 16 et saepius.

---

1 discendo *BEFv*: dicendo *DP*ς 2 quid obseruabimus — — quid obseruabimus *om. B* 4 discendo *Ev*: dicendo *DPF*ς ut apertis *B* 5 aut, *quod B. quoque habet, inclusimus* ut nauticae *B*: aut naut. *rell. et* ς 6 rusticae *BDF*: *om. P*, uel rusticae *E*, aut rusticae *v*ς 7 Tertius — — signatis *om. B* est *om. P* nouimus *D* (*corr.* nouius) 8 leue *DPEFv*: lene ς 9 asperna *** $D^1$, aspernat *D corr.* quod *P* 10 dixit *om. P* numinis *P* 11 nauantur *P* 12 dein *B* conglutinationem *BP*: conglaminationem *D*, congeminationem *v*ς; *cf. Cic. Orat.* §. *78* feras soliuagas *BD*: soliuagas feras *P* 13 ait *BDP*: dicit *v*ς et *om. B* diriuationem *D* Cato ait ab autumno *B*: ab autumno Cato ait *Dv*ς, ab autumno ait Cato *P* 14 Cicero a perpetiendo *B*: perpetiendo cicero *D*, a perpetiendo *P*, a perpetiendo Cicero *v*ς 17 Summa ergo exercitatio quattuor partibus constat *B* 18 ut graeca *B*: aut graeca *DP* scribas ut *B*: scribas *DPEFv* 19 μετάφρασιν facias] *'i. e. ut oratione prosa dicas, quae alii versibus executi sunt, et contra; v. Photii biblioth., ubi de metaphrasibus.'* Capp. ex tempore *v*ς; *at v. III, 14* 20 abeo *D ex* habeo *per rasuram* de *om. P.* capiam *P* Habeo de verborum copia. Bonitas *edd.*; *nos verba rectius distinximus, v. III, 6 in.* paritur *B*, comparetur ς 22 obsoleta *mei*: *om.* ς 23 propria *B*: propriae *P*, proprie *Dv* 25 Vulgaria — altricem (*p.* 123, 5) *om. B* 26 electione *nos*: lectione *libri*

p. 91. 92 C.

sint, tamen vitanda non sunt, si nimirum propria sint et illis melius expediatur oratio, ut M. Tullius et serracum et picem et scalas dicere non turpe duxit.

Aliena verba quae sunt? quae non sunt oratori accommodata, sed historico aut poëtae, ut si genitorem et genetricem et gnatum dicamus et satorem et altricem.

Gentilia verba quae sunt? quae propria sunt quarundam gentium, sicut Hispani non cubitum vocant, sed Graeco nomine ancona, et Galli facundos pro facetis, et Romani vernaculi plurima ex neutris masculino genere potius enuntiant, ut hunc theatrum et hunc prodigium.

Obscura quae sunt? quae nimis prisca sunt et a paucis eruditissimis intelleguntur.

5. Quae sunt verba splendida? quae natura sua nitida sunt, quae copulata facilius claritatem suam ostendunt, ut: 'quadriremem, quam in salo fluctuantem reliquit.'

Haec magnificentia atque amplitudo omnibus locis accommodata est? non omnibus. Cur ita? quoniam sunt quaedam partes causae perpetuae, quae verba humilia desiderent, ut: 'latet in scalis tenebrosis Cominius.' Nam aliquando res atroces humilibus verbis invidiam suam praeferunt, ut: multos cives Romanos virgis concidit, et pro Cluentio: post noctem mortuus et postridie, antequam lucesceret, combustus est: non ait concrematus.

Verba semper longiora esse debent? non utique semper; nam aliquando et brevia sunt splendida. Non longioribus verbis decora et latior fit oratio? vero, sed non semper id adfectandum est. Ubi frequentius ponenda sunt longiora? in fine elocutionis, ut: ipse me causam campus paene docuit Leontinus. Quid, cum sententiam tor|quemus? verbis brevioribus finiemus, ut: quod in tempore mali fuit, obsit: et quod in causa boni fuit, prosit.

---

2 serracum] Cic. fragm. or. in Pis. apud Quintil. 8, 3, 21. 14 Cic. Verr. V, §. 91. 18 Cic. or. p. Corn. fragm. 20 secundum Cic. Verr. I, §. 122. 21 p. Cluent. §. 27. 26 Cic. p. Scauro §. 25.

---

1 nimirum *Capp.*: nimium *libri* propria sunt ς 2 sarracum *P*, seracum *v*; *in Quintil. quoque 8, 3, 21* serraco *meliores libri* picem *P*: ficem *Dς*, sicem *v*, fecem uel (et *F*) ficem *EF*, fascem *Moneta* 4 acommodata *D* 5 aut] ut *P* genitricem *EFv* 7 Gentilia sunt dicta propria apud quasdam gentes linguae propriae ut hispani *B* quarumdam $D^1$ 8 sed anconem *B* 9 uernaculi *BP*: uernacula $D^2vς$ plurima ex (et *DP*) neutris *BDP*: plurima ēt neutra *EF*, plurima et neutra multa *vς* 10 theathrum *B* et *om. B* 13 sunt et claritatem *B* 14 quadriremem *B*: quadriremigem *DPvς* 15 in salo *B*: in solo *D*, insulam *P* reliquid *P* 16 amplitudo *B*: magnitudo *DPvς* est o. l. accommodata *vς* 18 Cominius $BD^2v$: Comminius $D^1$(?)*P* 20 ciues romanos ciues *B* cedit *P* 21 ante noctem *Cicero* mortuus *B habet post* postridie 23 Utrum uerba *B* 24 et breuia sunt et splendida *libri et* ς non *BDP*: nam *EFvς* 25 uero sed *D pr. m.*: Ver̄ sed *B*, uerbo sed *P*, uerum sed *D corr.*, sed *EF*, uerum *vς*; nam longioribus — — oratio; verum non semper *edd.* Ubi *B*: uerba *DPvς* 26 pene causam docuit ager *B* causa campus poene *D* 27 leontius *B* 29 prosit *B*: prosit. DE CONIUNCTIS UERBIS *DP*

p. 92 C.

6. Habeo de coniunctis verbis: in singulis quae observabo? ut naturam eorum consideres. Sunt enim quaedam sono litterarum aut levia aut gravia aut splendida et plena: alia contra dura, levia, sordida, exilia: de quibus facilius auribus iudicari quam oratione tradi potest.

A quali syllaba magis incipiendum est? a longa; nam vitandae sunt plures breves et plura monosyllaba.

Quid hic aliud observabimus? ut quae verba magis sonantia sunt, ea potius conlocemus, quae Lucilius *εὔφωνα* appellat, id est quasi vocalia, ut pro Caelio: aliut fori lumen est, aliut lychnorum, cum potuisset etiam structius dicere aliut lucernarum.

Antiqua verba quae maxime adfectabo? quae non adeo sunt abolita, ut sunt in XII tabulis et saliari carmine; nam haec supra docui esse vitanda propter obscuritatem.

Propria verba quae partes orationis magis desiderant? principia et narratio.

Quid? graves ornataeque sententiae et sublimes orationis loci non plerumque propriis verbis pulchre et granditer explicantur? vero, qualia sunt: vehebantur in essedo trib. pl., lictores laureati antecedebant et cetera.

In elocutione proprietas tantum verborum captanda est an et significatio? ita, ut dictatorem dictum dicas, flaminem proditum, Vestae virginem captam.

7. Translatione verborum quot ex causis utimur? quattuor. Quibus? necessitatis, decoris, brevitatis, intentionis. Etiam illa inter translationes ponimus, quae non verbis, sed nominibus translatis immutantur? vero, cum Atratinus Caelium pulchellum Iasonem appellat et Cicero Clodiam Palatinam Medeam.

In translatione quid observandum est? ut non longe sumatur; si quando audentius verbum aliquod transferemus, ne omnino praeceps ab-

---

9 Cic. p. Cael. §. 67. 18 Cic. Phil. II, §. 58. 26 p. Cael. §. 18.

---

1 Habeo — — obseruabo *BDP*: Habeo de singulis uerbis. in coniunctis quae (quid ς) obseruabo *EF*ς 3 alia *B*: alias *DP* et leuia *B* 4 tradi potest *BD*: doceri potest *P*, potest tradi *v*ς 5 sillaba *B* 6 monsillaba *B* 7 ut *B*: *om. DP*ς consonantia *P* sunt *BDP*: sint *v*ς 8 euphona *BP*: eufona (eufonia *corr.*) *D* 9 est *om. P* lycinorum *P* 10 structius dicere *BD*: dicere structius *P* 11 adeo] audeo *P* aboleta *B* 14 desiderant magis *B* 15 narrationes $D^2v$ς 16 sublimis *B* non $BD^1P$: nam $D^2EFv$; Quid — — loci? plerumque — — explicantur *edd.* 17 granditer *B*: grauiter *rell. et* ς uero *DP*: *om. EFv*ς, uero — — et cetera *om. B* 18 uehebatur *recte libri Tulliani* trib. pl.] et tr. pl. *D* (t *una erasa*), ettripl. *P*, et r. pl. *EF*, et *v* 20 elocutio *P* uerb. capt. est *BD*: capt. est uerb. *P* et *BD*: *om. P* significatio *B*: significationis *rell. et* ς 21 ut si dictatorem *v*ς fluminem $D^1$, flumine $D^2EF$ 24 intentionis] '*h. e. intendendae seu augendae significationis causa*'. Capp. illam *D* inter *BD*: in *P* 25 nominibus] *sc. propriis* uero $BD^1P$: uerum $D^2F$, ut *Ev*ς; *fort.* uero, ut cum 26 pulcellum *P* Clodiam *BDPv*: Clodium ς 29 audentius *B*: licentius $D^1(?)v$ς, libentius $D^2P$ aliquid transferamus *B*

p. 92. 93 C.

ruptumque videatur. Quem ad modum id ponemus? aliquo verecundiore adminiculo fulciemus, ut inseramus paene aut quodammodo aut prope dixerim aut ausim dicere et talia.

Quid aliut observabimus? ut obscuritatem vitemus, quam creat multitudo et continuatio translationum. Cur ita? quoniam auditor propria intellegit, de translatis | suspicatur: simul et translatum verbum, si infrequentius positum fuerit et excitatius, dices insignius factum ac notabile.

8. Quae alia in elocutione observanda sunt? ut verba sint latina, aperta, ornata, apta.

Latina quem ad modum? duplici modo, tam singula quam copulata.

In singulis quid observabimus? ne sine ratione sint posita eorum, quae grammaticorum in arte traduntur, aut sine auctoritate aut sine levitate.

Quid in copulatis? ne insequenter ac perturbate proferantur, vel generibus vel casibus vel personis.

Aperta quem ad modum erit elocutio? si utamur verbis propriis, usitatis, sicuti nummis, ut dixi, publica moneta signatis: item si abstineamus ambiguitate, frequentia translationum, alte petitis translationibus vel longius tractis vel nimis amputatis, et fere quae de lucida oratione praecepta sunt.

Ornata elocutio quem ad modum fit? ex rebus ipsis et locis communibus et generalibus egressionibus et sententiis perpetualibus et inlustribus exemplis et conlationibus et imaginibus et synonymis et adlocutionibus.

In elocutione id quod aptum est quo modo servabimus? si rerum qualitatem consideremus, item perpetuae orationis, partium quoque eius, personarum, temporum.

In rerum qualitate quid videndum est? utrum parva res agatur an magna, privata an publica, ut ita genus elocutionis accommodemus tenue parvis, moderatum mediocribus, sublime magnis.

9. Quot sunt genera principalia orationis, id est characterum elocutionis? tria: *ποσότητος*, *ποιότητος*, *πηλικότητος*.

---

1 ponimus *B* uerecundorem *P*, uerecundiori *vς* 2 amminiculo *B* inseraramus *B* 3 et talia *BDP*: et cetera talia *EFvς*, et cetera *D in marg.* 4 Quid a. obseruabimus?] ita *B* 6 si frequentius positum sit excitat iudices insignius *B* 7 fuit *P* 8 in alia *B* 9 apta *B*: *om. rell. et* ς 11 In singulis obseruanda sunt dictis ea quae grammatici dicunt aut (haud *corr. m. 1)* sine auctoritate haud sine leuitate *B* 12 grammaticorum in arte *nos*: grammaticis inprum (in prumto *corr.*) arte *D*, grammaticis in eorum *P*, a grammaticis in promptu arte *EFvς* sine levitate] ‘*ἄνευ λειότητος; nam verba sono levia* (*λεῖα*) *duris opponuntur.*’ Capp. 13 ac ne *B* 15 utamur *BP*: utimur *DEF*, utemur *vς* 16 sicuti *nos*: sicut in *mei*, sicut ς ut dixi *om. B* abstineamus ambiguitate (*sed DP* ambiguitatẽ) *BDP*: abstineamus ab ambiguitate *vς* 17 alte *BDP*: uel alte *vς* 18 longis *B* quae dulcida *B* 20 rebus *BD*: tribus *P* 21 et gener. egress. *om. B* et (*ante* sent.) *om. P* 22 adlocutionibus: *i. e. ἠθοποιίαις*, *v. ind. rerum.* 23 in elocutione *BP*: in locutione *D* obseruabimus *P* (in elocutione qualitas obseruanda ẽ. In rerum autem qualitate considerandum uel prouidendum est *v. 26 B)* 26 prouidendum $D^2vς$ utrum *EFv*: ut *B et D sup. lin.*, *om. D*¹*P* 27 ita genus *B*, *ut coni. Capper.*: ita ad genus *PDEFv* 30 πηλικοτητος *BPE*: πηλικοτητος *DF et P in marg.*, *πηλικότητος* uel *τηλικότητος v*, *πηλικ.* vel *ἡλικότητος* [id est quantitatis discretae, qualitatis, quan-

p. 93. 94 C.

*Ποσότητος* quot sunt genera? tria: *ἀδρόν*, id est amplum sive sublime, *ἰσχνόν*, id est tenue sive subtile, *μέσον*, id est mediocre sive moderatum. |

*Ἀδρὸν* uniforme est? non; nam est aut *αὐστηρὸν* aut *ἀνθηρόν*. *Ἀδρῷ* quod est contrarium? tumidum et inflatum. *ἰσχνὸν* uniforme est? non; nam est aut severius aut floridius. *ἰσχνῷ* quod est contrarium? aridum ac siccum. *μέσον* uniforme est? non; nam est aut severum aut laetum. *μέσῳ* quod est contrarium? tepidum ac dissolutum et velut enerve.

*Ποιότητος* quot sunt genera? tria: *δραματικόν*, *διηγηματικόν*, *μικτόν*.

Sunt et alia *ποιότητος* genera? sunt, quae vocari possunt publica sive communia. Quae ista sunt? *ὀρθόν*, *ἀποφαντικόν*, *ἐγκατάσκευον* sive *λοξόν*, *ἀσύνδετον*, *ἐκ παραλείψεως*, *συγκριτικόν*, *ἐλεγκτικόν*.

Cur haec genera publica appellas? quia omnibus superioribus serviunt.

*Πηλικότητος* quot sunt genera? tria: *μακρόν*, *βραχύ*, *μέσον*.

In oratione perpetua aptum quibus modis servabimus? duobus: aut in tota oratione aut in partibus.

Elocutionis species quot sunt? duae, singulorum verborum et coniunctorum.

Singulorum quae ratio est? ut splendida sint, non dura, antiqua, non abolita, propria ad exprimendum, translata non inprobe.

Coniuncta verba quem ad modum fiunt? schematibus, id est figuris, et conpositione.

10. Genera figurarum quot sunt? tria: *λέξεως*, *λόγου*, *διανοίας*.

Quae eorum differentia est? quod *λέξεως* in singulis verbis fiunt, ut nuda genu, quas uno nomine *ἐξηλλαγμένας* possumus dicere: *λόγου* vero in elocutionis compositionibus, quae pluribus modis fiunt, ut *πολύ-*

---

titatis continuae] *ed. Capp.* 1 genera *D sup. lin. ab alia m.* tria id est ΑΔΡΟΝ quod est amplum *P* siue] uel *B* 2 ΕΙCΧΝΟΝ *B* tenues $D^2$ siue *DPEF*: uel *Bvς* 4 nam est contrarium *mediis om. P* ΑΥCΤΗΡΟΝ aut ΑΝΤΗΡΟΝ *B*, ΔΙCΤΕΡΟΝ aut ΑΝΘΗΡΟΝ *D*, *om. v*, *ἀνθηρὸν* aut *αὐστηρόν Capp.* 5 et *om. P* uniformest *D*, uniforme — — est contrarium *om. B* 6 est aut *DP*: aut est *vς* *ἰσχνῷ* — — siccum *om. P* 7 et siccum *B* *μέσον* — — laetum *om. BDv*, uniforme — — *μέσῳ om. EF* uniformae *P* aut seuerum aut letum *P*: aut * aut * ς *lacunose* 8 *μέσῳ* — — enerue *om. P* *μέσῳ*] ΛΑΕCΩ *D*, *quae lectio orta videtur ex* ΛΑΕΤΩΜΕCΩ ac] ad *D pr. m.*, aut *D corr.*, et *B* et uelut *B*: id est uelut *Dvς* 9 *et* 11 poiotitos *P* *δραματικόν* — — genera tria *(v. 15) om. B* ΔΙΗΡΗΜΑΤΙΚΟΝ *DEF*, diegmaticon *P* 11 sunt (*ante* quae) *om. P* 12 sunt ista *vς* orthon *P*: ΟΡΟΟΝ *DEF*, *ὅρου* ς (*ὀρθόν* — — *ἐλεγκτικόν om. v*) apophanticon anticon *P*, ΑΤΙΟΦΑΓΙΤΙΚΟΝ *D* *ἐγκατάσκευον* — — *ἐλεγκτικόν*] ΕΝΚΕΑΙΜΜΕΝΟΝ et cetera *P* *ἐγκατάσκενον* sive *λοξόν* ς: ΕΝΚΕΚΑΤΑΥΗΝΟΝCΙΥΕ ΟΖΟΝ *D et similiter EF* 13 ΑCΥΝΑΕΤΟΝ *D*, *ἀσύνθετον* ς *ἐκ παραλείψεως nos*: ΕΚΠΑΡΑΛΑΕΤΥCΩC *D*, *item EF sed corruptius*, *ἐκ παραθέσεως* ς 14 appellantur *P* 15 *Πηλικότητος* — — *μέσον om. P* 16 quibus obseruabimus modis? in duobus *vς* 20 non dura, non antiqua *malim* 21 improbe *B*: inproba *DPvς* 22 scematibus i. e. figuris *BP*: figuris i. e. schematibus *Dvς* 23 compositionibus *B* 26 quas uno *B*: quasi in uno *DP* *ἐξηλλαγμένας scripsi*: ΕΞΕΓΔΑΓΜΕΝΑC *B*, ΕΞΕΑΜΡΑC *DEF*, *om. Pv*, *ἐξαλλαγάς Capp.* 27 compositionibus *B*: compositionis *D*, compositione *Pvς* ut — — *παρονομασίᾳ (p. 127, 1) om. P* ΡΟΛΥΡΤΟΤΟΣ. ΕΠΑΝΑΦΟΡΑ ΑΝΤΙCΤΡΟΦΗ. ΠΑΡΟΝΟΜΑCΙΑ *B*,

p. 94. 95 C.

πτωτον, ἐπαναφορά, ἀντιστροφή, παρονομασία: διανοίας autem in sensibus, ut προθεράπευσις, ἠθοποιία, ἀποστροφή: quibus etiam, | sive elocutionem mutaveris aut verborum ordinem inverteris, eaedem tamen figurae permaneant, verum utraque λέξεως et λόγου non ita.

Opera figurarum quot sunt? quinque: ut augeas, ut abicias, ut probus existimeris, ut inparatus, ut ornes elocutionem.

Quid est conpositio? quam structuram vocamus.

Quae sunt principales eius species? κόμμα, id est caesum, κῶλον, id est membrum, περίοδος, id est circuitus.

Structurae qualitas est tripertita: aut enim rotunda est, id est volubilis, aut plana, id est procurrens, aut gravis, id est stabilis ac resistens.

His vitiosa quae opponuntur? resistenti aspera et confragosa, procurrenti fluxa, volubili contorta et nimis rotata.

Quot modis struimus? quattuor. quibus? conversione verborum, adiectione, detractione, inmutatione.

11. Quae in structura observanda sunt? ut frequentior sit rotunda quam plana; ne hiulca sit vocalium et maxime longarum crebra concursione, ne aspera duarum consonantium conflictu; ne monosyllaba una plura iungantur; ne brevia multa continuentur, ne longa multa; ne ultima syllaba prioris verbi eadem sit quae prima posterioris; ne prima et ultima efficiant obscenitatem; ne multis exilibus verbis aut syllabis vastis deformetur oratio; ne plures genetivi plurales iungantur.

Quando utimur structura gravi? cum aut indignatio est aliqua aut nimia miseratio.

Qui est compositionis ordo? ut ante ponamus genera quam species, communia quam propria, remota quam proxima; leviora verba ut non nimis longe differamus; ut verbis plerumque in conclusione quam nominibus utamur, nisi et melius cadant nomina et maiorem vim habeant novissime conlocata; item ut caveamus, ne ordo faciat ambiguitatem.

---

ΠΟΛΥΡΤΟΤΟΕ ΕΠΑΝΑΦΟΡΑ ΑΝΤΙΕΤΡΟΦΗΤΙΑΡΟΝΟΜΑCΙΑ *D*, πολυπτώτῳ, ἐπαναφορᾷ, ἀντιστροφῇ, παρονομασίᾳ *edd.* 1 ΔΙΑΝΟΙΑC *B*: ΔΙΑΝΟΤΑΕ *D*, dianoeae *P* 2 ut *BD*: *om.* ς, ut — — ἀποστροφή *om. P* ΗΘΟΡΟΙΗΑ *B*, ΗΘΟΓΙΤΝΟΙΕΙΑ *D* quibus — — non ita *om. B* 3 eadem *DP*, *sed* eaedem *in P corr.* 4 permanent ς 6 inparatus *DP*: paratus *B* 8 Coma id est caesum. Colon id est membrum. Periodos id est circuitus *B*: caesum (cesum *P*) id est comma. membrum (membrorum *P*) id est colon (ΚΑΛΟΝ *D*). circuitus id est periodos (perihodos *D*) *DPv*ς 10 qualitatis *P* est tripertita *DPEF*: tripertita est *Bv*, tripartita est ς; *fort.* Structurae qualitas quae est? est tripertita 11 ac *BD*: atque *P* 12 His uitiosa apponuntur opponuntur *B* resistenti *BEF*: resistentia *DPv*ς procurrentia *v*ς *et D corr.* 13 uolubilia *v*ς *et D corr.* rotata *BD*: torta *P* 14 Conuersione uerborum. adiectione uerborum *B* 16 frequentior *BD*: frequentius *P* rutunda *P* 17 hiulcae *P* et *om. B*, *item P*, *sed hic in rasura* crebra concursione *om. B* 18 ne *Bv*: *om. DP*, aut *EF* una *om. B* 19 continentur *B* multa *B*: ne multa *DP* 21 obscoenitatem *v*ς 22 genitiui *Bv*ς 23 Quando — — miseratio *om. B* utemur *P* 25 Compositionis ordo id est structurae *B* ordo est compositionis *v*ς 26 leuiora uerba ut non *DPEFv*: leuiora quam grauia uerba ut non *B*, leuia quam grauia, et uerba non ς 27 differamus longe *B* 28 nisi et *B*: nisi si et *P*, nisi ut et *D*, nisi ut *EF*ς, nisi *v*, *ut uoluit Capp.* cadant *BD*: cadent *P* habent *P* 29 item] et *B*

p. 95. 96 C.

Quid aliud in structura observandum est? ne studium operis appareat, ne cessantem numerum verbis inanibus compleamus, ne numerosa sint omnia, ne dissoluta, ne eodem modo structurae saepe utamur.

12. In singulis generibus dicendi qua structura frequentius utendum est? in demonstrativo, si laudatio sit, rotunda et plana, si vituperatio, rotunda et gravi, in deliberativo plana et gravi, in iudiciali rotunda. |

Quid in generibus orationis? in tenui plana, in mediocri rotunda et plana, in amplo rotunda et gravi.

Quid in partibus orationis? in principiis rotunda et gravi, in narratione rotunda et plana, in excessu rotunda et gravi, in partitione plana et gravi, in argumentatione rotunda et plana, in peroratione omnibus.

Quid in generibus argumentationis? in epagoge, id est inductione, plana et gravi, in enthymemate, id est ratiocinatione, varie, prout genus enthymematis fuerit; nam in elenctico rotunda, in dictico plana, in gnomico gravi, in paradigmatico gravi et plana, in syllogistico rotunda.

Quid? agentium personae qua structura frequentius uti debent? orator omnibus, pater, senex, rusticus, imperator et quaecumque est gravis persona plana et gravi, iuvenis, miles et quaecumque colorata persona est rotunda et gravi.

## DE MEMORIA.

13. Memoria qualis est? naturalis et artificiosa: quae in se ita mixtae sunt, ut naturalis arte servanda sit, artificiosa natura adiuvanda. Cur ita? quoniam utraque sine altera levis est.

In omni memoria quid observandum est? ut non tantum firme contineamus, verum etiam cito percipiamus. Scripta sola? immo et cogitata.

Et quae sunt ab adversa parte dicta, semper eo quo dicta sunt ordine refutabimus? non semper, sed opportunis locis disponere debemus.

---

2 numerum *mei*: orationem *vς* sint nomina *P* 3 disso'ata *B* 4 qua structura *om. B* utendum est *BD:* utemur *P* 5 sit *BDPv*: est *EF* 6 grauis *P* in deliberatione ς rutunda *D et sic deinceps* 7 in generibus orationis] *'i. e. in characteribus elocutionis, in dicendi formis, ἰδέαις λόγου s. stylo.'* Capp. rotunda — — amplo *om. B* 9 et graui *BD*: *om. P* 10 et plana *BD*: et graui *P* excussu *P* et graui *BD*: et plana *P* in partitione plane *(sic)* et graui. in argumentatione rotunda et plana *P*: in partitione plana *B*, in partitione rotunda et plana *DEFvς* 11 in peroratione omnibus *BP*: per orationem omnem *DEFvς*, *sed in D* omnem *corr. ex* omnis 12 *ἐν ἐπαγωγῇ et deinde ἐν ἐνθυμήματι* ς 13 uarie *BD*: uariae *P*, uaria *EFvς* 14 fuerit nam *B*: fuerit *Dvς*, nam *P* elentico *D*, elepotico *B*, electisco *P* in epidictico *B* 16 Quid agentium personae *P*: Quae agentium personae *BDv*, In agentium personis *EFς* debent? *v*: debet *BDPEF* (debet orator? omnibus *edd.*) 17 pateris (pateri *corr.*) *D* 18 iuuenes *P* est colorata persona *vς* colorata *Bv*: calorata *D*, colora. uta *P* 21 artificialis *vς* 24 ut cito percipiamus *mediis om. B* firme *P*: *om. DEFvς* contineamus *nos:* eam (ea *vς*) contineamus *libri; cf. Quintil I, 3, 1. XI, 2, 2* 25 et cogitata *BD*: etiam cognita *P* 26 semper — — uidemus (*p. 129, 3*) *om. B* quod dicta *D* 27 refutabimus *Capp.*: reputabimus *DP*, pertractabimus *E*, tractabimus *F*, reponemus *vς*; *Capper. ad III, 2 extr. verba transponenda censet; at firmat lectionem librorum etiam Martianus Capella, qui Fortunatianum ob oculos habens hanc ipsam sententiam in capite de memoria (p. 431 Capp.) repetivit.* oportunis locis desponere *P* deuemus *D*

p. 96. 97 C.

In memoria quid plurimum valet? mentis intentio, qua ea quae dicimus quasi videmus, si quidem, dum alia dicimus, alia quae dicturi sumus providemus.

Artem memoriae quis primus ostendit? Simonides. Ex Simonidis facto de convivio quid adsumimus? iuvari memoriam signatis in animo sedibus. Tunc ad scripta vel cogitata aliquid signi ad eius similitudinem conlocabimus.

Hac exercitatione qui utebantur? Charmadas et Scepsius Metrodorus.

Quae melior et simplicior memoriae ratio est? ut si longior fuerit oratio, per partes ediscatur. Cur ita? quoniam dandi sunt quidam termini, ut contextum verborum, qui est difficillimus, continua et crebra meditatio, partes deinde ipsas repetitus ordo coniungat, et his, quae difficilius haeserint, aliquas adponamus notas et eas saepe repetamus, et isdem ceris ediscamus, quibus scripsimus.

Quem ad modum ediscendum est? voce modica et magis murmure, item ut saepe nos temptemus an teneamus.

14. Quid vel maxime memoriam adiuvat? divisio et conpositio: nam memoriam vehementer ordo servat, sicut accepimus de Simonidis convivio.

Quae est maxima ars memoriae? exercitatio et labor.

Quem ad modum hanc exercebimus? primo poematibus, dehinc orationibus, novissime operibus durioribus, qualia scripta sunt iuris.

Cur ea quae nocte meditamur, facilius ac firmius tenemus? quoniam nusquam avocatur intentio et post istam cogitationem vel lectionem nihil amplius animo cogitamus, sed statim capimus quietem.

Semper ad verbum ediscendum est? si tempus permiserit: sin minus, res ipsas tenebimus solas, dehinc his verba de tempore accommodabimus.

Quid aliud in hac observabimus? ne consuescamus nobis ignoscere: nam et admoneri et, cum dicas, ad librum respicere vitiosum est.

---

1 qua ea quae $D^1E$: quia ea quae *D corr. Fv*, quaeq. *P*, quod ea quae ς 2 uideamus *vς* dum *DP*: cum *B* dicturi simus ς 3 pronideamus *Dvς* 4 Artem — — conuiuio *(v. 18) om. B* qui *EF*, *item D corr. ex* quid 5 in *P*: *om. DEFvς* 6 cum tunc a scripta aut cognita *P*; *videntur ante* tunc *quaedam deesse* cogita *D add. s. l.* ta eius] eorum, *sc.* scriptorum vel cogitatorum *coni. Capp.* conlocauimus *D*, collocamus *vς* 8 exercitatione utebatur et charmadas *P* utebantur *DEF*, *ut coni. Capp.:* utebatur *vς* et *om. P* Scepsius *Capp.:* sceptius *D*, schefetius *P*, septius *E*, scoptius *F*, Scephus *v* et metrodorus *mei* 9 est *om. P* 10 ediscatur *P*: discatur *DEFvς* quidam sunt *P* 11 continuet $D^1$, continue et *P* 12 repetimus ordo coniungerat his *P* incesserint *P* 13 adponamus *P*: opponamus *DEF*, opponemus *v*, apponemus *Capp.* saepius *P* hisdem ceteris *D*; ceris: '*i. e. in eo ipso exemplari, quod ipsi propria manu descripserimus*'. Capp. 15 et *om. P* 16 ita ut *vς* an teneamus *om. P* 17 namq. eam uehementer *P* 18 de conuiuio simonidis *P* 19 ars *BP*: pars *DEFvς* et] uel *P* 20 dein *B* 21 iuris sunt scripta *P* 22 nocte *BD*: noctu *P* 24 animo cogitamus *BD*: cogitamus animo *P* sed *BP*: et *Dvς* 25 Semper *P*: asemper *D* (ASEMPER *ex* A. SEMPER, *ut videtur, v. ad I, 1*), an semper *B*, ac semper $D^2vς$ discendum *P* est, si *edd.* si minus *D pr. m.* (sin *firmat B*) 26 tenebimus solas *BP*: solas tenebimus *Dς*, solas *om. v* his *BD*: hic *P* 27 Quid aliud *BD*: Quid amplius *P* suescamus *P*, ne consuescamus — faciam *(p. 130, 2) om. B* 28 ad dictionis librum *P*

p. 97. 98 C.

Si natura memoria durior fuerit aut non suffragabitur tempus, quid faciam? non te ad omnia verba alligabis: nam oblivio unius verbi aut deformem haesitationem aut etiam silentium inducet.

## DE PRONUNTIATIONE.

15. Pronuntiationem quid Tullius vocat? actionem. Ea quid praestat? ut conciliemus, persuadeamus, moveamus.

His generaliter et naturaliter quid accidit? delectatio.

Pronuntiatio quibus modis constat? voce, vultu, gestu. His quid accedit? cultus sive habitus.

Vox quibus constat? natura et scientia.

In natura vocis quid observabo? qualem vocem habeas. Ea quibus constat? quantitate et qualitate.

In vocis scientia quid observabo? quo modo ea utaris. |

Bonitas vocis quibus constat? claritate, firmitate, suavitate. Claram quae res efficit? anaphonesis: quid firmam? usus: quid suavem? observantia cibi et potus et Veneris continentia.

Haec omnia quae res praestat? natura, quae augetur diligentia. Quae est diligentia et cura vocis? triplex, alendi eam, custodiendi, restituendi.

16. Vox quo modo alitur? si a lectulo statim corpus deambulando moveamus intra mille passus, quia, si quid indigestum adhuc insidet, parva exercitatio corporis deducit, nimia extenuat ac fatigat.

Post ambulationem quid faciendum est? statim ad studia nos conferamus: et priusquam scribere incipiamus, ut animus legendo calescat, legemus aliquid tacite vel cum tenui murmure, tunc deinde scribemus [sed non clara voce, ut quidam].

Post stilum quid faciendum est? ad curam vocis nos transferemus. Quae ea est? ut sedentes versus paucos pronuntiemus lenta et gravi voce, deinde per gradus paulatim extollamus, ut quantum potest surgat; tunc rursus per eosdem gradus eam paulatim revolvamus, donec sine damno ad murmur usque perveniat.

---

2 allegabis *D* 3 inducet *Aldina:* indicit *BP*, indiget *D*, indicet *EFv*, *fort.* inducit 5 uocat] dicit *B* 6 persuademus *P* 7 et generaliter *B* ac natur. *P* dilectatio *P* 8 accedit *D*: accidit *Pvς*: *v. infra c. 23 et cf. Capella p. 431 Capp.* 12 qualitate et quantitate *PF* 13 uta*ris *D* 15 facit *B* anafonesis *DF* firmamus $D^1$ usus *BP*: *om. DEFvς* 17 naturam. quae auget *P* 18 eam *B habet post* restituendi 20 passus si quid indigestum insidet. nimia uero corporis exercitatio extenuat *B* quia *Pv*: qui *D*, quid *EF* adhuc insidet indigestum *vς* et parua *P* 21 corporis *P*: corpus *D*, *om. EFv*, per corpus ς nimia *D*: et nimia *P*, nam nimia *EFvς* extenuat ac *B*: extenuatae *D*, extenuat et *Pvς*; *cf. Capella p. 431* 22 *immo* conferemus 23 legimus $D^1P$, legemus — quidam *om. B* 24 tum *P* sed — quidam *del. Christ* 26 stilum *BP*: illum *D*, illud *EFvς* 27 ea est *P*: est *DEF*, est haec *vς* pronuntiemus] *sequitur in DEFvς*: Quae ratio est elocutionis — Quid sensus? si locos quoque communes *p. 132, 1 — 132, 20. Verum ordinem a nobis restitutum BP soli servarunt. quorum lectio Capellae quoque loco p. 431 firmatur* 28 deinde — qui modus est *om. B* gradum *P* surgat *P*, *ut coni. Capp.*: surgant *DEFv* 29 reuoluamus *P*: reuoluerimus *Dvς*

p. 89. 100 C.

In exercitatione ista qui modus est? non amplius quam quingentorum versuum, quia plus vox laborat in lectione quam in vera actione, si tamen augustiae temporis tolerent et vires pronuntiantis.

17. Vox quo modo custodienda est? Quotiens declamandum fuerit, si occupationes permiserint, aliquid ante pronuntiabis, ut vocis itinera praemollias. Quid? si fuerit repente dicendum? hoc idem consequi poteris ipsa moderatione actionis; ut in principiis vox tua submissa sit, deinde paulatim se intendat.

Quid in desinendo observandum est? sicut vitandum est, ne vox in clamorem subitum prorumpat, ita etiam ne a clamore subito concidat.

In cibo capiendo sunt aliqua observanda? sunt, ut stomacho inservias: nam si melius prandio valet, prandendum est saepius, non tamen semper, sed cibo tenero et exiguo, qui ante cenae tempus dissipetur: in cenando autem non multis nec gravibus utendum est. Quid in potu? frigidis potionibus abstinebis, quia iis indurantur arteriae, calidis autem aperiuntur; nam per illas vox fluit.

18. Si leviter vexata vox fuerit, quid faciam? uteris acrioribus cibis, quibus, si quid obstat voci et obstrepit, perrumpatur: nam medici etiam dormituris lasar instillant et experrectos iubent sorbere aliquid aceti acris

Quid si vehementer fracta vox fuerit, quem ad modum eam restituam? siti, ut eius itinera siccentur, item ambulatione multa, ut umor in inferiora loca ex superioribus evocetur, et vini abstinentia, quod est voci laesae infestissimum. Quod si non possumus, dulci utemur ac diluto potius. Cibus quoque lenissimus arteriae prodest aliquid, si simplex sit nec multis medicamentis impedita: maxime tamen gly|cyriza utendum est, vel, si possis, suci eius modicum sub lingua habeto ad imaginem lenticulae vel pisi.

In summa quid observabo? Ne operosam vocis tutelam habeas, ne ei nimium indulgeas et tamen parcas, et ut arteriis ne desit umor nec supersit; oportet enim illas non umidas esse, sed lubricas.

---

1 amplius quam *B*: amplius *DFvς* 2 quia — — permiserint *om. B* 3 augustiae temporis tolerent et uires *P*: augustiae temporis tolerent res *DEF* (*sed D pr. m.* ueres), augustia temporum toleret (tolleret *v*) res *vς* 4 quodammodo *P* quotiens] cum *P* 5 pronuntiabis *BD*: pronuntiabimus *P* 6 Quod si *Dv* fuerint *P* poterit *D pr. m.* ipsa *P*: in ipsa *DEFvς* 7 summissa *BD* 10 subito *P* a *om. P* concidat *Pv*: considas *D*, considat *EF* 12 ualeat *P* 13 qui ante caene *P*: quam cenae *D*, quem caenae *EFv*, qui in coenae ς 14 nec multis *vς* grauibus cibis *B* 15 abstinebis *EF*: abstinebit *Dv*, abstinendum *P* his $D^2Pς$ indurantur *P*: inuruntur *DEFς* callidis *P* 17 uox erit *P*, fuerit uox *vς* utere *vς* acribus *P* 18 etiam dorm. *B*: dorm. etiam *DP*, etiam *om. vς* 19 lasar *BDPv*: laser *EFς* et] ut *P* iuuent soruere *P* acris aceti *B* 20 Quid — — impedita *(v. 25) om. B* restituat *D pr. m.* 21 intinera *D* item ut ambulatione multa utamur ut in inferior ex *P* ut umor *D corr. ex* aut umor 23 infensissimum *P* dulci utamur *P*, utemur dulci *vς* cibus] ciuis *D* 24 lenissimis *DP* arteriace *P* aliquid *P*: quid *DEF*, quod *v*, Quid ς sit *P*: si *DEFv*, *om.* ς ne *P* 25 impedita *DEFv*: impedisitam *P* (*ex* impedita sit), impedito ς tamen *mei* (*sed D post* glyc.): *om. vς* glucyriza *B*, lyciridia *P*, glycerizia *DEF*, glycyrrhiza *Capp.* utendum et de suco *B* 26 sucum *P*, succi ς modicum *Bv*, *ut coni. Capp.*: modice *DPς* 27 ei] te *P* 28 et ut *BDP*: ut et *vς* arteriis *BP*: arteriae *DEFvς* humor *Bς*

p. 98. 100 C.

19. Quae ratio est elocutionis, ea est et pronuntiationis an non? ea. Cur ita? quoniam ut elocutio emendata esse debet, dilucida, ornata, apta, ita et pronuntiatio. Quo modo erit emendata? si vitio careat. Quid dilucida? ut sonus vocis medius sit, nec gravissimus nec acutissimus. Quid ornata? ut virilis sit. Quid apta? ut monotonian vites, id est, ut varia utaris pronuntiatione. Id quem ad modum faciam? pro qualitate rerum, id est negotiorum.

Rei observatio qualis est? quadruplex, una in tota causa, ubi sunt et genera dicendi, altera in partibus orationis, tertia in sensibus, quarta in verbis. Nam pro qualitate horum omnium pronuntiatio esse debet.

Huic distributioni quid accedit? ut personarum etiam et locorum et temporum servemus qualitatem.

20. Apte principia quem ad modum pronuntiabo? Si qualitatem schematum, id est figurarum, diligenter inspexeris: aliter enim in causa endoxo et amphidoxo et paradoxo et adoxo et dysparacolutheto pronuntiandum est.

Quid narrationem? si omnes species eius diligenter consideraveris. Quid partitionem? expedite ac simpliciter. Quid argumentationem? varie, agiliter, acriter, pugnanter, instanter. Quid epilogos? si partes eorum perspexeris.

Quid sensus? Si locos quoque communes intuearis, invectivi sint an defensionales, descriptivi an activi, auctivi an minutivi; item, si figuras schematum spectes.

Verba quoque quam in re vim habeant considerabo? utique: nam ut res ex sensibus constat, ita et sensus verbis explicantur.

Omnibus verbis pronuntiationem accommodabo? non omnibus, sed necessariis.

Personarum qualitatem quem ad modum spectabo? ut scias quis agat, aput quem agat, pro quo, adversus quem, quibus praesentibus, quibus obpugnantibus, quibus faventibus.

---

1 an non ea *P*: non ea *D*, Ea *EFv* (ea est et pronuntiationis. Cur ς) 2 ut *v*: uelut *P*, et *DEF* dulcida *B* 3 ita *om. P*; apta sit pronuntiatio *B*, *a quo* Quae ratio — — esse debet *absunt* 4 medii *P* ne grauissimus *D* 5 sit uirilis *v*, sit *om.* ς monotoniam ς 8 et *om. P* 9 genera dicendi: '*sc. demonstrativum, deliberativum et iudiciale, v. supra III, 12 in.*' Capp. 10 qualitate omnium et pronuntiatio *P* 11 hic distributione *P* accedit *Dv*: accidit *PEF*ς 13 principio *P* schematum id est figurarum *B*: figurarum id est schematum *rell. et* ς; *de re v. supra p. 109, 2* 14 endoxon *P*, eudoxo *v* 15 et paradoxo *nos*: paradoxo *P*, *om. BDEFv*ς et adoxo *om. Pv* 16 omnes eius partes ς diligenter consideraueris *P*: consideraverimus *DEFv*ς 17 partionem *D*, petitionem *P* 18 instanter *BP*: et instanter *DEFv*ς item epilogorum partes *B* eorum *nos*: eius *DPEFv*ς respexeris *P* 20 locos *B*: locus *DP* commune est *P*; *post* communes *sequitur in DEFv* lenta et graui — — lubricos *p. 130, 27 — 131, 29; v. supra ad p. 130, 27. Locum, antequam lectio in BP cognita esset, male habitum fuisse solus Capperonerius recte sensit* 21 an actiui, auctiui an *scripsi*: an auctiui an *P*, an actiui an *BDEFv*, an natiui, an ς minutiui *BP*: minui *DF*, imminutiui *E*, minimi *v*, minus ς figura *D*, figuras, id est schemata *coni. Capp.* 23 in re *P*: in se *rell. et* ς 24 constat *P*: constant *Dv*ς (constant sensus ex uerbis *B*) explicant *P* 25 sed] non nisi *B* 27 qualitatum *D pr. m.* ut scias quid agas apud quem pro quo *v*ς

p. 100. 101 C.

In locis quid observabo? ut scias ubi agas. Quid in tempore? ut videas quando tibi sit promenda oratio, ne temporis non conpetat qualitati.

21. Quae de vultu praecepta sunt? primo ut a personis eorum, quorum res agitur, adfectus mutuetur.

In vultu quae res plurimum valent? oculi. His quem ad modum conmovebimus? pro causarum qualitate et personarum et omnium illarum rerum, de quibus in praeceptis vocis plenius dixi.

In vultu oculorum tantum perspectio necessaria est? immo et palpebrae scire debes quem ad modum moveri debeant. Cur ita? quoniam eae velut deserviens ministerium praestant oculis.

Quid aliud observabo? supercilia. Cur ita? quoniam his multum agitur; nam et oculos formant et fronti inperant: his enim vultus et contrahitur et attollitur et remittitur.

Qualia *καθόλου* supercilia esse debent? nec inmota nec nimium mobilia nec ulla inaequalitate dissidentia nec contra ea, quae dicimus, ficta.

Quid aliut in vultu observabo? ne naribus quicquam ostendas. Cur ita? quoniam eis non fere quicquam decenter ostenditur. Quid aliut observabo? ne labris quicquam ostendas, similiter ut naribus.

In summa vultus qualis esse debet? severus, non maestus nec stupens nec languidus. |

22. De gestu quae praecepta sunt? ut scias gestum voci conpetere et animo debere, quoniam gestus motu corporis constat.

In singulis membris corporis quid observabo? ne capite solo gestum facias, et ut scias quale id esse debeat, id est rectum, et ubi et quem ad modum moveas.

Quid cervix qualis esse debet? et ipsa recta. Quid collum? ne contrahatur aut tendatur. Quid mentum? ne pectori sit adfixum. Quid umeri? ne eorum indecens adlevatio atque contractio. Quid brachia? ut eorum sit moderata proiectio. Quid manus? ut has diligenter observes, quoniam plurimos habent motus. Has quem ad modum movebimus? pro qualitate

---

2 non *BDPEv*: *om. F*ς qualitati *BP*: qualitas *DEFv*ς. *Inter* qualitati *et* Quae de uultu *in B haec addita sunt:* Quando ergo et quomodo et ubi et quare et quis quid agit *(hoc verbum est extra versum)* si sit et si quid sit utrum probandum improbandumue sit Omne enim quod est aut corporeum aut incorporeum est. Corporeum sensibili incorporeum autem intelligibili specie continetur et omne assumimus uel abdicamus aut bonum bene sit aut malum male aut bonum male aut malum bene: 3 sunt *BD*: *om. P* a *BD*: ex *P* 4 mutuetur *BD*: mutuemur *P* 5 his *P*: hos *DEFv*ς 6 pro causarum curarum qualitate *P* 7 plenum *D pr. m.* 8 perfectio *P* et] et in *P* palfebrae *D* 9 eae *B*: meae *D*, ea *P*, hae *v*ς 10 deseruientes *E*ς 12 formant is fronti *P* 13 admittitur *P* 14 mouilia *D* 17 ita *om. P* in eis *B*, his *DP*ς quicquam decenter *DP* (*in D sup.* decenter *add.* siin): quicquam nisi indecenter *EFv*ς (in eis nihil decenter *B*) 18 ne labro quid *P* 19 non maestus *BD*: nec maestus *P* 23 capite solo (solum *B*) *BP*: a capite soluto *DEFv*ς (*sed* ς *sine* a); *cf. Quintil. XI, 3, 71* 24 esse id *B* debeat *BP*: debet *DEFv*ς et *post* ubi *om. mei* (rectum et quomodo moueas *B*) 26 ceruix et ipsa qualis *P* contrahuntur *D pr. m.* 28 adque *D* bracchia *D* ut eorum] sicut et ceterorum *P* 29 proiectio] contractio *B ex versu superiore*

p. 101 C.

rerum, id est generum dicendi, causarum, partium orationis, personarum, sensuum, verborum, sicut etiam de voce dixi. Quae alia de manibus praecepta sunt? ut eo ne protendantur, quo facies spectat, nisi forte aliquid execremur.

In pedibus quid observandum est? ne prolato dextro stemus; nam eandem manum ac pedem proferre deforme est: item ne nimium sint extensi, quod non tantum deforme, verum etiam obscenum est.

23. Quae de cultu praecepta sunt? ut is sit splendidus et virilis: nam quarundam rerum levior quidem cura est, notatur tamen neglegentia.

Quem ad modum cingemur? nec submisse nec subcincte. Quid in umbone? nec fluxe nec adstricte. Amictum semper observabimus? dum incipimus tantummodo: ceterum procedente actu iam paene ab initio narrationis minime possumus. Sinus ab umero recte potest labi? potest in ipso actu velut sponte: nam cum ad argumenta ac locos ventum est, reicere a sinistro togam et deicere eum etiam, si haereat, convenit.

Quae *καθόλου* in actione observanda sunt? ne pronuntiatio artem redolere videatur, quod quidem non tantum in pronuntiatione, verum etiam in omni opere vitandum est: item ut id, quod nos magis decet, adfectemus, et ut nihil sit in nobis notabile.

---

1 partium *BD*: et partium *P* 3 eo ne *v*: eo *P*, eae (*corr.* eane) *D*, ea ne *F*, eae ne *E* 4 execremetur *P* 5 est *om. P* dextro pede stemus *B* 6 item *PEF*: et *B*, *om. Dvς* 7 non tantum *BD*: non solum *P* sed etiam *P* 8 ut is sit $BD^1P$: ut sit $D^2vς$ ac *B* 9 quarundem *P* quidem *BD*: *om. P* 10 cingendum *P* summisse *BDP* subcincte *B*: succincte *DPς* 11 fluxe *BPv*: flexe *DEF* astricte *B* 13 laui *P*, delabi *Quintil. XI, 3, 144* 14 actu uel sponte .ñ. ometecum ad argumenta et locos *P* rei. cetera sinistro togum *P* 15 eum (*sc.* sinum) *DEv*: cum *P*, eam *Fς*; *cf. Quintil. l. c.* 16 obseruanda *BD*: seruanda *P* 18 id *BDP*: *om. vς* nobis decet magis *B* 19 et ut *BPv*: ut et *DE*, ut *Fς* in nobis sit *vς* (nihil sit in nobis aliquid *B*) EXPLICIT *P*, FINIT *Dv*, c̄ (*sup. lin. ead. m.* consulis) CHIRII FORTUNATIANI ARTIS RHETORICAE. lib. III. expl. INCIPIT. AURELII. AUGUSTINI. DE DIALECTICA *B*. *De subscriptione, quae in DEv ad hos Fortunatiani libros pertinet, vide ad calcem Augustini.*

VII.

# AURELII AUGUSTINI

## DE RHETORICA

### QUAE SUPERSUNT.

*B* = codex Bernens .

*D* = codex Darmstadtiensis.

*E* = codex Emmeramus.

*F* = codex Frisingensis.

*v* = editio princeps.

ς = editio vulgata.

Libri sunt iidem quibus in Fortunatiano emendando usi sumus. Integras lectiones dedimus librorum *BD*, selectas ex *EFv*.

# AURELII AUGUSTINI

## DE RHETORICA

### LIBER.

1. Oratoris officium est proposita quaestione civili dumtaxat primum ipsam intellegere, generalis sit an specialis, simplex an coniuncta ex pluribus, absoluta an conparativa: deinde cum intellexerit, invenire in eam congruentes partitioni locos et his morales seu naturales adcommodare sententias: exinde iudicare de inventis, repudiare quae parum commode occurrerint, tum iis quae iudicio examinarit dare ordinem certum. Etenim quamvis multa et pertinentia inventa sint, tamen, nisi pro qualitate et magnitudine sua certis et quasi legitimis sedibus conlocentur, aut oberunt aut non magno opere proficient. Subinde ordinationi rhetor explicationem rerum commodare debebit, quae duabus partibus constat, structurae qualitate et quantitate verborum. Haec omnia memoria suscipiet, quam et plerique Graecorum et magister M. Tullius in primis oratori adfirmant necessariam, hoc, ut opinor, modo: Venio nunc ad thensaurum rerum omnium, memoriam, quae nisi custos inventis ordinatisque rebus adhibeatur, intellegimus omnia, etiam si praeclarissima sint in oratore, peritura. Memoriam pronuntiatio sequetur, res, ut Demostheni videtur, inter oratoria officia vel prima vel sola, quae consistit duobus, motu corporis et sono vocis. Haec quantum summatim

16 de Orat. I, §. 18.

ITEM AURELII AUGUSTINI DE RHETORICA *B*, *in quo Augustini dialectica praecedit*, DE OFFICIO ORATORIS *DEF*, *qui est titulus primi capitis, quod ita in his codd. tertium Fortunatiani librum excipit, quasi sit novum eius rhetoris caput;* De officio oratoris incipit *v*
5 intellegere] *'sic etiam Sulpitius Victor paulo post initium:* sunt autem tria *(oratoris officia)* intellectio, inventio, dispositio'. Capp. 6 dein *D sed* de 2. *m. superscr.* in eam *DF*: in ea *BEv* 7 naturales seu morales *vς* 8 sentias *D* 9 his *Bvς* examinauerit *EFvς* 10 multa pertinentia *ς* 12 magno opere *D*: magnopere *rell. et ς* proficiunt *BD* 13 accommodare *F* 14 suscipiet *nos*: suscipi *BDFv*, suscipit *E*, suscipi debent *ς* 15 magister *mei: om. ς* oratoria *B* 16 thensaurum *D*: thesaurum *rell. et ς* 17 cogitatisque *libri Tulliani* 18 intellegimus *D*: intelligimus *BEv*, intellegemus *F*, intelligemus *ς contra libros Tullianos* 19 sequitur *BEF* 21 consistit *mei*: constat *vς* corporis motu *Fvς* quantum *mei: om. v*, tantnm *ς*

p. 318. 319 C.

tetigisse satis est, quae sunt oratoris officia. Reliquum est videre qui sit finis.

2. Finis est, ut opinor, in omnibus rebus, ad quem cuncta referuntur, cuius causa fiunt reliqua omnia: a Graecis τέλος dicitur; quod etiam in philosophorum paene omnibus disputationibus quaeritur, quis sit finis bene vivendi, virtus an voluptas, et cetera. Finem igitur proprium oratoris officii alius alium probaverunt. Quibusdam enim visum est summam oratoris officii in bene dicendo esse, quibusdam in recte dicendo, quibusdam in vere dicendo, quibusdam in persuadendo consistere. Quin etiam illi, qui bene aut vere dicere finem officii oratoris putaverunt, non abnuunt tamen horum ipsorum finem esse persuadere, ut sit finis oratoris officii bene dicere, finis bene dicendi persuadere. Ergo quasi consensu omnium finis est oratoris officii persuadere. Hoc quia in calumniam videbatur posse recidere (non enim | semper persuadet orator, nec, si aliquando persuadere non possit, facultatem et nomen oratoris amittit) addidit Hermagoras, quo calumniam effugeret, et ita scriptum reliquit, finem esse oratoris officii persuadere, quatenus condicio rerum personarumque patitur.

3. Alia subinde ex eodem verbo persuadendi calumnia nascitur, inventa sane a Platone *et* tractata multum in Gorgia, sed posthac multo inpudentius a quibusdam technicis, obtrectatoribus Hermagorae, frequentata. Negant quippe proprium finem esse oratoris officii persuadere, sed communem paene cum universis: nam et mathematicos de iis, quae in notitiam ipsorum ceciderint, persuadere, et medicos de iis, quae in arte ipsorum contineantur, persuadere, opifices etiam et tabernarios fabros et si qui huius modi sunt posse de eo quod agant cuivis probabiliter persuadere, quasi ratione faciant: ergo non esse integrum finem, qui solam communitatem habeat, careat proprietate; esse actum persuadendi communem cum multis et idcirco persuadere non esse proprium finem oratoris officii. Huic quoque calumniae Hermagoras percommode obstitit. Dicit enim esse oratoris officium persuadere, quatenus rerum et personarum condicio patitur, dumtaxat in civilibus quaestionibus. Nam medicorum et philosophorum et ceterae huius modi quaestiones extra regulam civilem, quam πολιτικὴν Graeci vocant, conlocantur.

4. Sunt autem civiles quaestiones, quarum perspectio in com-

---

1 satis sit *vς* relicum *D* qui sit *BF*: quis sit *DEς*, quid sit *v* 2 finis *om. D* 3 DE FINE. Finis est *DEFv* 4 fiant *Ev* finis ΤΕΛΟC *B*, TELUS *D* 5 disput. omnibus ς, omnium disput. omnibus *v* 6 et cetera *om.* ς 7 offici *B*, officii *om.* ς aliis alius *B* summa *DF* 8 esse *om.* ς 10 finem officii *mei*: officium ς 11 ut sit — — persuadere *om. B* ut sit oratoris (*om.* finis) ς 12 dicendo ς 13 officii *om.* ς Hoc quia — — officii persuadere *om. B* 14 reccidere *D*, incidere *E* 16 quo] quod *D* et ita scriptum reliquit *om.* ς 17 officii *om.* ς 19 et *add. Christ* multo ς: multum *mei* post hanc *B* 20 thecnicis *B*, thecnitis *D*, τεχνικοῖς ς obtrectatoribus *BFv*: obtrectantibus *DEς* 21 officii *om. F*ς 22 *et* 23 his *BEv* 23 eorum *B* ceciderunt *mei et v* 24 continuantur *D*, continuentur *EF* 26 rationem *BDEFv* 28 iccirco *B*, ideo *F* officii *om.* ς 29 oratoris *B corr. ex* oratorium 32 politicen *DEFv* 34 *ante* Sunt *est in meis titulus:* DE CIUILIBUS QUAESTIONIBUS

p. 319. 320 C.

munem animi conceptionem potest cadere, quod Graeci *κοινὴν ἔννοιαν* vocant. Verum ut facilius intellegatur, quae sit haec ipsa condicio, quam demonstratam esse volumus, omnia quaecumque huius modi sunt, ut ea nescire pudori sit, et quae vel ignorantes, quasi sciamus tamen, cum simulatione prae nobis ferimus, quotienscumque in dubitationem vocantur, efficiunt civilem quaestionem. Quod dico, huius modi est. Si de pondere alicuius rei quaeratur, si non videaris scire quot librarum sit, non est erubescendum: si de longitudine non videaris scire quot pedum sit, non est erubescendum: si de ceteris huius modi rebus, quas persequi longum est; et ideo quotienscumque in dubitationem venerunt, licet faciant quaestionem, tamen civilem facere non possunt. At ubi quaeritur, sitne aliquid iustum an iniustum, honestum an inhonestum, laudandum an reprehendendum, praemio adficiendum an supplicio, utile an inutile, et si qua huiusmodi sunt, nemo non etiam extra omnem artem et scientiam conlocatus erubescat, si haec nescire videatur. Inde est quod omnes persuasum habent aut certe aliis persuadere non dubitant, posse se concipere animo discrimen iusti et iniusti, honesti et inhonesti ceterorumque quae supra diximus. Et idcirco quae dubitationes in huius modi rebus oriuntur, civiles vocantur quaestiones, quasi non propriae paucorum, sed communes universorum. Quae cum ita sint, merito [quae communi conceptione animi perspici possint] quaestiones, quae *κοινῇ ἐννοίᾳ* deprehendi possunt, civiles vocantur, et hae sunt, in quibus versari et praestare debebit orator.

5. Duo sunt primi et quasi generales civilium modi quaestionum, quorum alter thesis, alter hypothesis vocatur a Graecis. Nos priori nomen nisi graecum dare non possumus, ne posteriori quidem, quamquam videamur *dare latinum potuisse*, dedimus: quippe controversiam dicimus, quod nomen tam in thesin quam in hypothesin potest cadere; in utroque enim quaestio, id est controversia est. Porro hypotheseos significatio et declaratur ex ipso composito nomine esse aliquid, quod est *ὑπὸ τὴν θέσιν*, id est sub illo genere quasi species.

---

1 quod *mei*: quam ς CENEN ENNOIAN *B*, CAENEN ENNOEAN *D* 2 intellegat *DF*, intelligas *B* 4 pudoris sit *mei* 5 prae *D pr. m.*: pro *D corr. BEFv* quotiescumq. *B*, quotiensq. *D*, quotiens *vς*, *et sic item iidem v. 10* 8 uideris *DEF* 9 si *DEF*: sī *B*, sic *vς* huismodi rebus qua *D* 10 uenerint *EFvς* 12 aut iniustum *BDEF* aut inhon. *EF* aut reprehendendum — — aut supplicio *BDEF* 13 aut inutile *F* 14 scientiam *v*: conscientiam *BDEF* 16 habent *nos*: habeant *mei et* ς dubitant *mei*: dubitent ς se posse *vς* 18 iccirco *B* 20 ista sunt *D* meritoq. communi conceptione animi perspici possint quaestiones quae CYNONENNOIA deprehendi possunt ciuiles uocantur *BDEF*, merito quae comm. animi conceptione sive *κοινῇ ἐννοίᾳ* deprehendi possunt, civiles vocantur quaestiones *Capp.; nos vv.* quae c. c. a. perspici possint *ut glossema eiecimus, quod iam modorum diversitate* (possint — — possunt) *convincitur* 22 haec *B* praestare *mei*: perstare ς. *Sequitur in DEFv titulus:* DE GENERIBUS CIUILIUM QUAESTIONUM 23 Ciuilium quaestionum primi et quasi generales duo sunt modi *B* quaestionum modi *vς* 24 ypothesis *B et sic deinceps* Nos — — potest cadere *om. B* 26 uideamur dare Latinum potuisse, dedimus *scripsi*: uideamur dedisse dedimus *DF*, uideamur dedisse *Evς* 27 thesim *D* 28 contrauersia *B*, *item infra* Porro — — species *om. B* et *D*: *om. EFς* 29 esse] est *D*

p. 320 C.

Thesis est res, quae admittit rationalem considerationem sine definitione personae: hypothesis est seu controversia, ut inproprio nomine utamur, res, quae admittit rationalem contentionem cum definitione personae. Melius autem declarabuntur sub exemplo. Thesis est quaestio huius modi; an navigandum sit, an philosophandum: hypothesis est quaestio huius modi: an decernendum Duillio praemium. Nec desunt, qui hic etiam Hermagoran criminentur, et Apollodorus in primis, qui negat quicquam aliut esse hypothesin quam thesin, et nullius momenti esse discrimen personarum: quamquam utrumque hoc genus quaestionis Hermagoras distinxisse videatur; non minus enim infinitam et interminatam esse hypotheseos quam theseos quaestionem. Nam cum quaeratur, sit necne animadvertendum in Oresten, non personam esse quae faciat quaestionem, sed factum, et nihil interesse an ita quaeratur, sit necne animadvertendum in matricidam: quod si ita est, nihil inter hypothesin thesinque distare.

6. Ad haec nostri: primo omnium qualitatem personarum quaestionibus differentiam adferre, quae ipsis etiam hypothesibus, id est controversiis, saepe evenire, ut punita et inpunita, honorata et inhonorata quaedam relinquenda videantur, non tam ex rerum qualitate quam quantitate personae: dein illo etiam distare haec duo genera quaestionum, quod in thesi perspectio sit alicuius rei qualis sit, in hypothesi contentio: et quantum interest inter perspectionem et contentionem, tantum inter thesin et hypothesin esse discriminis. Deinde in thesi quaeri quid omnes oporteat facere, in hypothesi quid unum aut alterum aut paulo plures, certe definitum hominum modum. Etiam illa differentia accedit, quod in thesi quasi ignorantes quaerimus quid sit optimum factu, in hypothesi quasi scientes defendimus. Tum quod omnis thesis de futuro est, hypothesis raro: quin immo numquam nisi de praeterito aut eo quod iam agatur facit quaestionem. Nemo enim neque reus fieri potest, nisi fecerit aut fecisse dicatur, neque praemium aut aliquid huiusmodi petere, nisi iam meritus sit aut meritum esse se contendat. Huic loco opponunt tyrannidis et proditionis reos et veneficii et parricidii inperpetrati, et si qua in eundem modum |

---

1 *ante* Thesis *est in DEFv capitulatio:* DE DIFFERENTIA THESEOS ET HYPOTHESEOS amittit *B* 2 ypothesis est sub illo genere quasi species seu *B* est seu *DEF*: *v. habet* est *post* controv., ς *post* utamur 3 ammittit *B*, admittat *D* definitionē *D* 5 sit *om. B* 6 Duillio $D^1$: duello *EF*, duelli $BD^2v$ praelio *B* qui — — in primis *om. B* 7 Hermagoram *v*ς appollodorus *D* 8 hypothesim in quam *D*, *sed* in *punct.* 9 quamquam *v*: cum quod *D*, cum *EF*; quamquam — — uideatur *om. B* 12 Orestem ς non personam — — adferre quae *om. B* 14 distaret ς 15 At *D* quaestionum *EFv* 16 adfferre quae *D*; afferunt quae *EFv*, affirmare ς ipsis etiam *BDv*: etiam ipsis *EF*, ipsisque etiam ς 17 euenire *D*: euenit *BEF*, solent euenire *v* quaedam relinquenda *BD*: cum quaedam requirenda *EFv* 18 quantitate *mei*: qualitate ς personae. distant autem haec *B* 20 contentio] ‘*Graece ἀγών, i. e. actio forensis*’. Capp. 21 spectionem *B* 22 quaeri *D*: q̄r. (*i. e.* quaeritur) *B*, quaerimus *EFv* 27 nisi *mei*: sed *ed. Capp.* 30 se esse *Fv* Huic — — ueneficio *p. 141, 5 om. B* oppunuut *D*, ponunt *F* 31 beneficii *D*, *item paulo post* beneficio et parricidii *v*: *om. DEF* inperpetrati *D*: perpetrati *EF*, non perpetrati *v*ς

p. 321 C.

excogitari possunt. In quo studio criminandi falluntur: nam et in eo qui proditionis reus est, non de futura re quaeritur, id est de ipsa proditione, sed de eo, an susceperit consilium proditionis, quod utique praecessit; et de tyrannide aeque, an cogitarit tyrannidem, et de parricidio non perpetrato et de veneficio. Ergo semper aut de praeterito aut de praesenti in hypothesi nascitur quaestioa, in thesi contra numquam nisi de futuro. Quae si ita sunt, satis est utriusque declarata diversitas.

7. Nunc, quoniam quidem de differentia generalium et specialium quaestionum satis dictum est separataque thesis ab hypothesi, ut perinde distaret re ac nomine, consequens esse videtur dicere, quid sit quod hypothesin, id est controversiam efficiat. Est igitur circumstantia rerum, quam *περίστασιν* Hermagoras vocat, sine qua ulla omnino controversia non potest esse. Quid sit autem peristasis, facilius partitione quam definitione eius deprehendi potest. Sunt igitur partes circumstantiae, id est peristaseos, septem, quas Hermagoras *μόρια περιστάσεως* vocat, Theodorus *στοιχεῖα τοῦ πράγματος*, id est elementa, quod ex eorum coniunctione quaestiones fiant perinde atque ex coniunctione literarum nomina et verba fieri videmus. Sed sive *στοιχεῖα* sive *μόρια* rectius dicuntur, nos omissa controversia nominis, quae sint ipsa dicamus. Sunt igitur haec: quis, quid, quando, ubi, cur, quem ad modum, quibus adminiculis, quas graeci *ἀφορμάς* vocant. Horum autem omnium aut plurimorum rationalis congregatio conflat quaestionem. Sed nimirum singulorum proprietas exprimenda est.

8. Quis significantiam habet personae, quae spectatur duobus modis, ex nomine et qualitate. Ex nomine hoc modo: quis? Camillus, C. Marius, L. Sulla. Ex qualitate: quis? dives et pauper, imperator. Est autem definita in nominibus, infinita in qualitatibus personarum perspectio, quando in appellationem nihil praeter nomen cadit, in qualitatem et fortuna et aetas et condicio et disciplina et cetera, quae sunt infinita numero. Quid significantiam habet rei, quae facta ab aliquo vel dicta vel cogitata, fieri dici cogitari, futura esse dictum iri cogitatum iri videatur, bona vel mala, honesta vel inhonesta, iusta vel iniusta, utilis vel contra, necessaria vel parum, magna vel parva, usitata vel nova. Quando temporis significa-

---

4 cogitari *D* 7 est *v*: *om. BD, post* declarata *habent EF* *Post* diuersitas *est in B titulus:* De differentia peristaseos id est circumstantiae, *in DEF*: De differentia peristasi, *in v*: De peristasi 8 Nunc quando *v* 9 ut perinde — — efficiat *om. B* 10 esse *om. vς* 13 non potest esse *BD*: non *om. EF*, esse non potest *vς* 14 sunt autem partes peristaseos id est circumstantiae numero septem *B* 15 myoria *B*, MIOPIA *ED²v* 16 id est elementa *om. ς* 18 stoichia *B*, stoechia *DEF* 20 et ubi *BD* 21 aφORMOAS *BD*, *περιστάσεως ἀφορμάς ς* plurimorum rationalis *EFv*: ration. plurim. *BD*; *at cf. p. 142, 14* 22 quaestionem *mei*: quaestionem, aut legalis *ς*; *at v. infra p. 142, 14* ni mirum *B* 24 modis id est ex *B* 25 *C.*] .C. *B addito s. l.* cessar uel clarus 26 et *om. ς* est enim *B* 27 in omnibus *D* 28 in qualitatem uero et *vς* 31 futuram esse *BD*, futurum esse *EF*, factum iri *v* dictum iri cogitatum iri *EFv*: dictu. iri (dicituiri *D*) cogitatuiri *BD*, dicitur; ut cogitatio viri *ed. Capp.* (dicit, ut cogitatio uiri *ed. Pith.*) 32 uel parum, magna uel parua *scripsi*: uel parum magna uel parum *D pr. m.*, uel parua magna uel parum *B*

p. 321. 322 C.

tionem habet, velut ‘interdiu an noctu, sacro an inreligioso die.’ Etiam ex accidentibus, quae interdum dant tempori suam qualitatem, velut: in belli tempore an in pacis tempore, in seditione an in concordia, in libertate an in dominatione, et si qua in eundem modum cadere possunt. Ubi loci significationem habet, velut in civitate an extra, in sacro loco in profano, in mari in terra. Cur significat causam faciendi vel dicendi vel cogitandi, rem, ut mea fert opinio, ad constituendam quaestionem in primis necessariam. Quem ad modum significationem habet ex facti vel quod fiat futurumve sit demonstratione, veluti ‘clam palam, per vim per dolum’, et si qua similia in eundem modum cadunt. *Ἀφορμαί*, quas nos | adminicula dicimus, demonstrationem habent earum rerum, per quas factum esse aliquid dicatur, ut est laqueus, gladius, venenum, literae, internuntius, mandata, servus, conscius, sicarius. Horum articulorum, ut supra dixi, aut omnium aut plurimorum rationalis concursus faciet civilem quaestionem.

9. Rationales quaestiones sunt, quas Hermagoras logicas vocat. Melius enim putant sic eas cognominari quam verbales, quia logicae non ex verbi, sed ex rationis significatione appellatae sunt a technicis, cum alioquin *λόγος* interdum verbum significet, interdum rationem. Igitur rationales seu logicae quaestiones fiunt modis quattuor. Haec enim in illis quaeruntur: an sit, quid sit, quale sit, an inducendum sit in iudicium debeat. Ubi quaeritur an sit, genus id quaestionis Hermagoras *στοχασμόν* vocat, nos coniecturam possumus dicere: idem Theodorus *περὶ τῆς οὐσίας*, id est de substantia. Nihil enim neque factum videri potest, quod non habuerit substantiam, neque futurum, quod non habiturum sit substantiam. Quidam hoc genus quaestionis ex eo, quod per id quaeritur, an sit vocaverunt. Altera rationalis est quaestio, quam Hermagoras finem vocat, Theodorus *περὶ τῆς ἰδιότητος*, id est de proprietate, quidam quid sit, nonnulli de eodem et altero, id est *περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ θατέρου*. Tertiam rationalem quaestionem uno nomine omnes qualitatem vocant.

10. De quarta magna contentio est, quam supra de inducendo iudi-

---

*et corr. D*, uel non parua uel magna parum *v*, uel parua *EF*, vel non, parva vel magna ς 1 interdie *D*, *sed* e (*post* i) *in ras.*, interdum die $BD^2$ 2 accedentibns (*sed* i *sup.* ce) *B* in belli tempore *BDv*: in temp. belli *EF*, in belli ς 3 an in *BDFv*: an *E*ς 4 possint *B* Ubi — — sacro loco *om. F*, Ubi locum demonstrat ut in sacro (*om.* loco) *E* 5 uelut *B*: ueluti *Dv*ς an in profano *v*ς 6 in terra *mei*: an in terra *v*ς 7 rem — necessariam *mei*: res — necessaria ς 8 facti ς: facto *mei et v* quid fiat *BEF* 10 amminicula *B* 14 quaestionem. DE RATIONALIBUS QUAESTIONIBUS *mei* 15 sunt *v*: *om. BDEF* 16 putant *Christ*: putat *mei*, puto ς eas sic *v*ς congnominari *D* 17 a *τεχνικοῖς* ς 18 significat *B* 19 quattuor modis *EF* 20 quaerentur *BDv*, quaeretur *F*, quaeritur *E* quid sit *abest ab ed. Capp.* an *om. D* duci *EFv* an inducendum sit in iud. debeat] ‘*vulgo dicitur* translatio, status translationis *et* praescriptio, *Graecis μετάληψις et παραγραφή seu παραγραφικόν.*’ Capp. 22 idem *Dv*: item *BEF*ς 23 enim neque *nos*: neq. enim $BD^2$, enim $D^1EFv$ς 26 uocauit *EF* 27 ΔΙΟΤΗΤΟΣ *B* 28 de eodem et altero ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΘΑΤΕΡΟΥ (ΕΤΕΡΟΥ *BEF*) *BDEF*: *περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου*, id est de eodem et altero *v*ς. *Cum desit in codd.* id est, *Graeca ex glossemate adiecta videntur*

p. 322. 323 C.

cio diximus. Plerique enim negant esse eam, quando id agat, ne res possit venire in quaestionem. Sed inter omnes Hermagorae praecellit auctoritas, qui et quaestionem putat et in primis necessariam et agitari in foro multum et adhibendam etiam in ceteris statibus primo statim congressu, si causae condicio patiatur. Nihil enim statuo tam interesse eorum, quibus iudicium intenditur, quam declinare iudicium. Porro ipsam declinationem iudicii habere nonnullam iudicii speciem. Nam si ita res ageretur, ut quotiens nollet aliquis causam induci, esset hoc in ipsius potestate, nulla erat quaestio: nunc cum semper existant qui impediant, ipsa illa contentio, qua alter in iudicium vocat, alter recusat iudicium, facit quaestionem, quod controversiae genus Hermagoras *μετάληψιν* appellat. Nostrorum pauci reprehensionem, plerique translationem vocaverunt, utrique sane rationem secuti. Qui reprehensionem dixerunt, eo scilicet, quod cum maxime inducatur in iudicium causa, reprehenditur et quasi retrahitur: qui translationem, quod reus non omnino excludat actionem, sed, ut praesentem condicionem actionis excuset, in aliut genus iudicii transferat, vel habitum iam vel futurum. |

11. Sunt item aliae quaestiones quattuor, quas inventores *νομικάς*, nos legales appellamus. In his sunt scriptum et voluntas, quod illi *ῥητὸν καὶ διάνοιαν* appellant, *ἀντινομία*, quam nos contentionem legum contrariarum vocamus, ambiguitas, quam illi *ἀμφιβολίαν*, conlectio, quam illi *συλλογισμόν*. Verum haec paulo post diligentius tractabimus, ita ut significantia cuiusque evidentius exprimatur et species generibus addantur.

Interim mihi videtur esse dicendum, quibus omnis quaestio articulis et quasi nodis subinde adstricta ad perfectam speciem sui veniat. Est aliquod dictum, quod graeci *φάσιν* nominant: id scinditur in duas partes, et est eius alterum *κατάφασις*, alterum *ἀπόφασις*. Cataphasin (non sufficit enim aientiam exprimere) intentionem verbo factam possumus

---

1 *malis* negant esse eam quaestionem agat *B*, *ut coni. Capp.*: agant *DEFvς*; *an* agatur? 2 in quaestionibus (quaestionem *EF*) et inter *BDEF* 4 in statibus ceteris *B* sic causae *B* 9 erat *BD*: erit *EF*, esset *vς*; *fort.* nulla futura erat 11 contrauersiae *B* metalemsin *BD* 12 uocauere *vς* 13 cum *om. B* 15 sed ut praesentem *scripsi*: sed in praesentem *BD*, sed praes. *v*, sed in praesenti *EF*, sed uel in praesentem ς 16 excuset *BD*: excuset aut *EFvς* 18 *ante* Sunt *est in meis capitulatio:* DE LEGALIBUS QUAESTIONIBUS quatuor *B* 19 legales dicimus *B* in his sunt *scripsi*: in his (His *sine* in *B*) nomina (omnia *D*) sunt *BDEFv*, *Nομικὰ* sunt ς 20 *ἀντινομία Aldina*: ANTINOMH *B*, ANTIωΦΝΑΠΑΝ *D et similiter EF*, *om. v* 22 *συλλογισμὸν* uocant ς 26 astricta *B* peruenient *vς*. *Sequitur in meis titulus*: Quid sit phasis quid cataphasis (et apophasis *add. E*) id est (i. e. *om. v*) quid intentio quid negatio status, *ex quo ipso fere apparet hos titulos non ab ipso auctore adiectos esse; cf. etiam capitis formam p. 141, 7* 27 nominant *mei*: uocant *vς* 28 est eius alterum *κατάφασις*, alterum *ἀπόφασις*. Cataphasin (non sufficit e. aientiam exprimere) intentionem *scripsi*: est eius alterum apophasis cataphasin (apophasin. catafasis *F*, *καταφασις* et alterum *αποφασις E*) non sufficit enim magnificentiam exprimere intentionem *BDEF*, est eius altera apophasis. altera cataphasis. Non sufficit enim magnificentiam exprimere. Intentionem *v*, est eius altera *ἀπόφασις*, altera *κατάφασις*. non sufficit enim aientiam exprimere: *κατάφασιν* intentionem ς

p. 223. 324 C.

dicere, id est verbum quo crimen intenditur, veluti: 'pulsasti, prodidisti, occidisti.' Quod autem illi apophasin, nos abnuentiam criminis eius, quod accusator intenderit, veluti: 'non pulsavi, non occidi, non prodidi.' Ex his duobus, dicto et responso, vel intento et negato, media nascitur quaestio hoc modo. Intentio est 'occidisti', negatio 'non occidi', quaestio 'an occiderit.' Sed ut iam a coniecturali modo recedamus, intentio est 'iniuria occidisti', negatio 'non iniuria occidi', quaestio est 'an iure occiderit'. Vel in aliquo legali statu. Intentio est 'non licebat tibi hoc facere per legem': negatio est 'licebat mihi hoc facere per legem': quaestio est 'licueritne hoc facere per legem'.

12. Hanc quidam, ut nos usque adhuc diximus, quaestionem vocaverunt, quidam statum nominaverunt, ab eo videlicet, quod in ea et exordium quaestionis et summa consisteret. Primo enim quasi eminus, cum hinc dicatur factum esse, inde non esse factum, nulla pugna est, sed quasi futurae pugnae meditatio: deinde cum propius accessum est et quasi ad manus ventum, altercationi et contentioni mutuae media quaestio intervenit, sit necne factum. In ea uterque consistit, omisso quod ante dicebat: unde ei quaestioni status nomen inpositum est. Hoc idem Theodorus κεφάλαιον appellat, translatione usus videlicet a principali parte corporis, quod in hoc etiam conplexu duorum, quae utrimque dicta sunt, quasi caput quoddam totius controversiae efficitur.

13. Consequens huic locus est, aut perinde aut magis etiam necessarius, quo demonstratur quid sit causa, quid continens, quid de quo contenditur. Causam Hermagoras αἴτιον vocat, συνέχον continens, de quo contenditur κρινόμενον. Est igitur causa, quae nisi praecesserit, controversia fieri non potest. Quod dico, tale est. 'Abdicatur a patre filius' controversia idcirco non est, quia nulla cur abdicaretur a patre, causa praecessit. Denique addamus causam et statim controversia effecta est: 'iuravit se non ducturum uxorem et abdicatur.' Quod iuravit αἴτιον factum est, id | est causa, cur abdicationem mereretur. Συνέχον, id est continens, est, quod ad refutandum αἴτιον, id est ad refellendam causam videtur adferri, ut est in hac materia: 'Militem, qui iuraverat se deserturum, imperator occidit et reus fit caedis.' Hic enim αἴτιον est, id est causa iudicii, quod occidit; neque enim fieret reus, nisi occidisset: συν-

---

2 eius in altero *EF* 3 quod *scripsi*: quod uerbum *BD*, quod uerbum quod *F*, uerbi quod *E*, quod per uerbum *vς* uelut Impulsaui *B* 4 intentione et negatione *vς* 6 ut *om. B* modo, '*i. e.* causa *vel* statu, *ut vulgo loquuntur*'. Capp. 7 est *om. vς* iure *B*: iniure *D*, iniuria *vς* 9 mihi hoc facere per legem *BDEF*: mihi ς, Negatio — per legem *om. v* 9 quaestio — — per legem *om. B* 10 an licueritne *D*, *sed* an *postea additum*, licuerit *F*, an licuerit *Ev* 11 uocauere *vς* 12 nominauere *v*, nominarunt ς 17 sic *D* 19 CEFALEON *B* 20 utrumque *D* 21 capud *D* 23 sit *om. B*, ut *D* de quo contenditur] *i. e. iudicatio* 24 causam. etion hermagoras continens dicit SINECON *B* 25 est ergo ς 27 cur abdicetur ς 30 id est *BEF*: uel *Dvς* 33 imp̄ *D*, imperatorē *BEF* aetion est .i. (= id est) causa iudicii *E*: aetion est causa iudicii *BDFv*, *αἴτιον*, id est, causa iudicii est ς 34 *συνέχον*, id est continens, est id *Eς*

p. 324 C.

ἔχον est, id est continens, id propter quod occidisse *se* dixit, ius iurandum scilicet militis, quo deserturum se esse iuraverat. Hoc interdum συνέχον Hermagoras, id est continens, appellat, ab eo quod omnis rei defensio ab illo contineatur: interdum αἴτιον αἰτίου vocat, quasi causam causae. Nam quem ad modum reatus causa est quod militem occidit, ita occidendi causa, quod miles deserturum se esse iuravit.

14. Nunc quoniam scimus quid sit causa, quid continens, videamus etiam quid sit de quo contenditur, id est quid sit τὸ κρινόμενον. Est autem nihil aliud quam exploratio τοῦ συνέχοντος, id est continentis. Quod dico, tale est; etenim in eadem controversia perseverandum puto, quo sint lucidiora quae tradimus. Αἴτιον est quod occidit militem hic imperator: συνέχον est, quo reus nititur, id est ratio, propter quam occidisse se dicit; est autem, quod miles iuravit se deserturum: κρινόμενον est examinatio huius ipsius, quod ad defensionem reus attulit. In quo ita quaeritur, num alia causa imperatori fuerit, cur occiderit militem, et haec praetexatur: ut videatur non quia iuraverit occisus, sed [alia] quadam vel simultatis vel invidiae causa. Poterit etiam hoc modo articulus iste tractari: an, etiam si iuraverit, parum tamen haec iusta causa fuerit cur debuerit occidi. Et tota perspectio totius συνέχοντος, quod ad αἴτιον adfertur, κρινόμενον vocatur. Evenit tamen nonnumquam, ut in una controversia non semel αἴτιον et συνέχον et κρινόμενον, sed saepius ipsa omnia per vices revoluta tractentur, ut in hac controversia: 'reus est Ulixes laesae rei publicae, quod procos occiderit.' Hic enim αἴτιον est quod occiderit: αἴτιον αἰτίου vel συνέχον, quod eos, qui bona sua depopulabantur et pudicitiae uxoris insidiabantur, occidit: κρινόμενον est, numquid tamen, etsi hae res praecesserunt, alia tamen causa quam praetexit occiderit: vel numquid ne pessime quidem de se meritos indemnatos debuerit occidere. Deinde ad hoc κρινόμενον aliut συνέχον adfert Ulixes, quo dicat se iussu Minervae interemisse. Deinde hoc ipsum συνέχον fit κρινόμενον, quod quaeritur, utrum non propter iussum Minervae occiderit, et utrum in tali re *ne* Minervae quidem obtemperare debuerit. Est autem αἴτιον proprius accusatoris locus, συνέχον defensoris, κρινόμενον utriusque commune.

15. Subinde dicendum puto, quem ad modum et quot modis contro-

---

1 se *addidimus; cf. infra v. 12* 2 miles *E*, milite *B*, militem *F*, *item D, sed hic corr. ex* militis quod se deserturum iurauerat ς 3 sinechon id est continens hermagoras *B*; *videtur* i. e. continens *hic glossema esse* 4 interdum uero *vς* 8 τὸ *om. vς* KPEINOMENON *BD* 9 TOY CINEXONTOC id est continentis *B*: continentis id est τοῦ συνέχοντος *rell. et* ς 10 quo *D corr. in* quae 12 est quod *B* nititur reus *EF* se occidisse ς 13 desertorem *BD*, *sed D corr. ex* desertorum 14 adtulit *F* 15 occideret *EF* 16 alia *om. BD* quadam *v*: quacūque *EF*, quamquam *BD*, *fort. ex* quapiam 18 causa iusta *EF* 20 nonnunquam *B* 21 semel $D^1v$: simul $BD^2EF$ 22 *et* 28 ulyxes *v*, Ulysses ς 25 *et* 27 nunquid *B* 26 praecesserint *vς* 27 merito *B* 29 *et* 30 minaeruae *D* 29 Denique *E* 30 quod *mei et v*: quo ς utrum non *BD*: utrumne *vς* 31 ne *addidi* optemperare *E* 32 decusatoris *D* 33 commune. DE THEMATIBUS QUAE NON CONSISTUNT *mei* 34 Dicendum subinde *vς* contrauersa *B*

p. 324. 325 C.

versiae asystatae fiant: tametsi ne dici quidam controversias oportet, quae statum non habent, sed plegmata inrationabilia, id est ἄλογα. Fiunt igitur asystatae modis quattuor: uno, cum aliquid deest ex circumstantia (quae autem vis sit circumstantiae, et supra diximus), id est cum quaestionibus aut causa aut persona aut locus aut aliquid eorum deest, quibus effici circumstantiam diximus. Hoc autem genus | asystati in scholasticam materiam non potest cadere, idcirco quia ne fingi quidem poterit ullum thema deficiente circumstantia. In veritate tamen nonnumquam evenit ut aliquid horum desit, et per inprudentiam actoris profligata causa veniatur ad iudicem. Alter est modus asystati, quem κατ' ἰσότητα appellant. Nos tametsi nomen latinum dare non possumus, tamen vim intellegere debemus. Nam cum eadem utrimque dicuntur et nulla re ne parva quidem discernuntur, tum huius modi πλέγμα propter aequalitatem utriusque partis statum implicat, ut: 'vicini adulescentuli, qui speciosas uxores habebant, noctu alter alterum obvium habuerunt: accusant invicem adulterii.' Nam quidquid altera pars dixerit, hoc altera dicat necesse est: 'Verisimile est te adulterium voluisse committere, quia adulescens es.' ''Te quoque verisimile est voluisse, quia adulescens es.'' 'Verisimile est, quia speciosam uxorem habeo.' ''Te quoque verisimile est, quia et ego speciosam uxorem habeo.'' 'Facultatem tibi vicinitas praebuit': ''et tibi eadem vicinitas praebuit facultatem.'' 'Cur nocte in me?' ''cur tu autem in me incidisti?'' Nihil est quo distinguatur, et idcirco utervis eorum sive accusat alterum, se criminatur, sive se purgat, defendit eum, quem criminari videtur.

16. Tertium est asystati genus, quod Graeci καθ' ἑτερομερίαν appellant, id est, cum reo nulla defensio est, et aut color in facto non invenitur aut parum probabilis color invenitur: unde etiam Democrates praeceptor meus solitus erat dicere, eas etiam controversias, in quibus color diu quaeritur, statum non habere. Verum ille constantius: nos si adferatur aliquid ad defensionem vel mediocriter probabile, admittimus. Sed si

---

1 asystata *Bv*, *item D, sed hic pr. m.* asystate fiat *BDv* tamenetsi *BF* 2 plegmata *BDEF*: plasmata *v*, *ut est in Fortun. I, 3 extr.* inrationalia *BD* alogo $D^1$, alogos $BD^2EF$, longa *v* 3 asystatae *Dv*: asystata *Bς*, asystata uocis *EF* uno *EF*: unū *BDv*, unus ς circumstantiis *EF* 4 et *B*: ut *DF, om. Evς* 5 personam *D* 6 circumstantias *vς* asysistati *D* scolasticam *mei* 7 cadere non potest *EF* 9 auctoris *DEF* 10 quem *D sup. lin.* KATA *mei* ICOTHTA aequalitas *D* dicunt *B* 11 tametsi $D^1$: tamensi $BD^2Ev$, tamen etsi *F* deuemus *D* 14 implicat *B*: amplificat *DEFv, sed D* ficat *in ras. ex* amplicat, *ut videtur* uxores spec. *vς* 15 noctu alterultrum (alterutrum se *v*) obuium habuerunt *BDv (EF interpolati sunt)* 16 pars dixerit hoc altera dicat nec. est *B*: pars dicat nec. est *D*, pars dicat nec. est et alteram dicere *EF* Verisimile est *mei*: id est. Verisimile est *vς* 17 *et* 18 aduliscens *D* 17 uoluisse uerisimile est *vς* 19 uxorem habeo. facultatem tibi uicinitas praebuit quia et ego speciosam uxorem habeo. Cur nocte *B* tibi praebuit uicinitas *EF* 21 cur nocte *mei*: cur tu nocte *vς*; cur tu nocte in me incidisti? *coni. Capp.* 22 distingatur *B* utervis *nos*: utrius *BD* (rius *D in ras.*), uter *Ev*, ut *F*, uterque *Capp.* accuset *vς* se *om. B*, sed *D* 23 purget *vς* 24 KATA *mei* 25 cum reo *mei et v*: cum secundum alteram partem reo ς, *quod foedum esse glossema locutionis* καθ' ἑτερομερίαν *apparet* est defensio *vς* in *D sup. lin.* 26 inuenitur color *vς* 28 quaeretur *D pr. m.*

p. 325. 326 C.

evidenter confossa causa est, ut oportet, secundum heteromerian explodemus. Nonnumquam incidunt quaedam quaestiones, maxime in veritate, quae summam accusatori, nullam reo largiantur facultatem: verum eas non controversias, sed communes locos dicimus: quippe est in his non probatio criminis, sed ut in expressum atque evidens facinus expressio.

Quartus est modus asystati vel caliginosissimus, adeo ut nonnumquam etiam doctis hominibus soleat obrepere: habet enim nonnullam speciem probabilis consistentisque materiae. Ea est huius modi, in qua iudex ferendae sententiae rationem explorare non potest. Hoc Graeci ἄπορον vocant, sed subiciamus exemplum: 'Petebat ab alio usuram quasi pecuniae creditae: ille accepisse se pecuniam confitebatur, sed depositam et idcirco velle se restituere sortem sine usura. Pendente interea iudicio lex de novis tabulis lata est: repetit ille quasi depositam, ille retinet quasi creditam.' Non | enim video quid sit hic quod in sententia ferenda iudex sequi possit, cum petitor idem interdum credidisse, interdum deposuisse se dicat, et ille alter interdum depositam accepisse, interdum creditam, et neuter sua priore, sed uterque alter alterius praeterita sententia utatur.

17. Pertinere etiam nonnihil ad rem videtur scire figuras controversiarum, quibus invicem differant, quo magis in evidenti sit, quem ad modum quamque tractemus. Sunt igitur schemata, id est figurae controversiarum, quattuor: ἔνδοξος, quod nos opinionis bonae possumus dicere, ἀμφίδοξος, quod nos opinionis confusae ex utroque, bono ac malo, possumus dicere, παράδοξος, quod nos opinionis malae possumus dicere: tametsi quidam parum diligenter graece loquentes paradoxa pro his, quae sunt bonae opinionis, accipiunt: unde vulgo etiam olympionicas et ceteros victores Graecorum et sacrorum certaminum paradoxos vocant, magis consuetudine quam ratione ducti. Nam, ut opinor, παράδοξον est, quod est παρὰ τὴν δόξαν, contra opinionem bonam. Denique licet alias vulgarem illam significationem huius nominis probare malimus, tamen hoc loco, ut multa nove tam a technicis quam a philosophis cognominantur, accipere debemus non pro solito usu consuetudinis quam pro condicione praecepti. Quarta est

1 confossa *D*: confusa *B*, confusa *EFv*, confessa ς; *cf. Val. Max. VIII, 1, 11* eteromerian *B addito s. l.* alteram partem exploremus *F* 3 facultatem accidunt (accedunt *D corr. et v*) uerum *Dv* 4 in his non est *vς* 5 adque *D* 6 modus est *EF* 7 obripere *B* 9 dicunt *B* 10 petebat *BEF*: petebant *D*, petebat quis *vς* 11 iccirco *B* 13 est allata *v*, est lata ς 14 iudex sequi *B*: iudex sibi *DEFv*, *sed D pr. m.* sebi, iudici liquere ς 17 propriore *D* utebatur *EF* 18 DE FIGURIS CONTROUERSIARUM. Pertinere *mei* 19 quo — — tractemus *om. B* 20 themata ς 21 Eudoxos *v*, εὔδοξον ς opinionis bonae *B*: opinionis bonae ex utroque bono aut malo confusae *DF*, opinionis bonae ex utroque bono confuse *E*, opinionis bonae ex utroque bono *vς* possumus dicere *DEFv*: dicimus *B* 22 ἀμφίδοξον ς quod nos *om. D* confusae *om. Dv*, *ante* possumus *habet* ς 23 παράδοξον ς dicere *v*: *om. BDEF* 24 quiddam *B* paradoxon *mei et v* 25 etiam vulgo *EF* 26 graecorum et *B*: *om. vell. et* ς 28 contra *mei*: id est contra *vς* uulgares *DEFv* (uolgares *D corr.*) 29 probare malimus huius nominis *vς* noue tam *B*: noua etam *D*, noua tam *v*, noua et *EF*, noua iam *Capp.* 30 a technicis *B*: athecinis *D*, a mathematicis *EF*, a technicis et mathematicis *v* quam a *mei et v*: et Capp. non pro *BDF*: non pro tam *v*, non tam pro *Eς* 31 conditione *hic B*

p. 326. 327 C.

species controversiae, quae graece ἄδοξος dicitur, quam nos non, ut vulgo, malae opinionis, sed nullius opinionis, id est humilem et sordidam *vocamus*. Sed evidenter haec propositis exemplis *liquebunt*.

18. Ἔνδοξος controversia huius modi est, in qua tam persona quam res est honesta, velut: ‘Scipio victis Poenis petit praemium ut spectet ludos laurea coronatus.’ Et persona honesta est Scipionis, et quod petitur non inprobum. Ἀμφίδοξος est, in qua vel honestatem personae turpitudo rei maculat, velut si idem Scipio petat praemii nomine mortem Tiberi Aselli; nam petitoris honesta persona est, quod petitur inhonestum: vel contra, si abdicatus fortiter fecerit et petat praemii nomine redire in domum patris: persona quae petit inhonesta, abdicati: res quam petit honesta, ut in domum patris redeat. Παράδοξον est controversiae genus, ut supra definiebam, in quo utraque inhonesta sunt, tam res quam persona, velut: ‘inpudicitiae reus fortiter fecit: petit praemii nomine accusatoris sui mortem.’ Nam et persona petentis inhonesta est, si quidem fuit reus inpudicitiae, tametsi aliquid turpitudini derogaverit quod fortiter fecit, et res quam petit improba. Ἄδοξον est controversiae genus sine opinione utraque, humile et sordidum: ‘Pauper vestimenta vendebat: extitit alius pauper qui vindicaret ea et furto ablata esse sibi diceret. Ille venditor ait se ab adultero deprehenso illa vestimenta detraxisse: invicem accusant, ille adulterii, hic furti.’ Hic enim et personae humiles pauperum et res, quae fecisse videntur quaestionem, abiectae, vestimentorum vindicatio et agnitio. Et quamquam intervenit crimen adulterii non abiectum, tamen, quia plura sunt ἐν τῇ περιστάσει humilia et sordida, totius controversiae speciem sibi vindicant. Dinoscere autem has controversiarum figuras cum ad multa alia convenit, tum vel in primis ad id, ut modum praefandi, id est principia edendi, congruentem qualitati materiae invenire possimus. Non enim eadem species debet esse principii in themate endoxo et amphidoxo et paradoxo et adoxo, sed sua cuique forma tribuenda.

19. Iam primum in endoxo genere materiae Hermagoras negat esse praefandum. Nam si benivolentiae, inquit, conciliandae gratia praefari so-

---

1 species *mei et v*: facies ς ἄδοξος ς 2 vocamus *addidi* (*nisi* dicimus *ex* quae — — dicitur *cogitatione supplendum est*): *om. BDEFv*, possumus dicere ς 3 euidenter haec *mei*: uideamus haec ς liquebunt *om. BD*ς, linquebant *F*, colluceant *E* (sed nullius opinionis euidenter propositis. id est humilem et sordidam. sed haec exemplis liquebunt *v*) 4 Eudoxos *v*ς 5 praetium praemium *B*, *sed voci* praetium *linea superposita est* 8 Tyberii *Bv* 9 persona honesta est: quod autem petitur *v*ς 10 et petit *BEF* redire *mei*: reditum *v*ς, *fort.* redire ut liceat 13 sunt inhonesta *v*ς 14 fecit fortiter *B* et petit ς 17 improba est *v*ς controu. genus est *v*ς 19 ablata esse sibi *B*: abesse sibi *DEFv*, ablata sibi esse ς 21 pauperum *om. B* 22 res quas *DEF* uidentur fecisse ς quaestionem — — possimus (*v. 28*) *om. B* quaestione abiecta *DEF*, quaestionem abiectio *v* uendicatio *v*ς 23 cognitio *E* non abiectum *DEFv*: objectum ς 24 ἐν τῇ] *mei*: αὐτῇ ς 25 dinoscere *D*: ignoscere *F*, agnoscere *E*, dignoscere *v*ς 27 praefundi *D* 28. 30 *et p.* 149, 5 eudoxo *v*ς 29 et *ante* amphid. *om. BDEFv*, *ante* paradoxo *om.* ς sed est cuique sua *v*, sed est sua cuique ς 30 Iam *BD*: Nam *EFv* 31 praefandum *v*: praefundum $D^1$, profandum *B*, profundum $D^2EF$ inquid *D*

p. 327. 328 C.

lemus, in bonae opinionis themate, quale est illud Scipionis, benigni sunt ii, aput quos sumus locuturi, nihil autem attinet parare quod paratum est. Sed mihi longe aliter videtur, et pace tanti viri dixerim; neque enim est semper spectanda auctoritas, utique cum ratione vincatur. Censeo igitur nihil prohibere in endoxo genere materiae quo minus praefemur. Nihil enim, opinor, mali benignos iudices benigniores facere praefando, ut, cum offensos adversariis videmus, offensionem illam dicendo augere conemur. Denique auloedos et citharoedos et ceteros huius modi artifices, quamquam non polliceantur orationem, videmus tamen praeloqui. Quia ante actionem et omnino curta et sine capite oratio est, quae sine principio ab ipsis rebus orditur, utemur etiam principiis in bonae opinionis controversiis, sed brevioribus et erectioribus paulo et confidentibus et plenis dignitatis, sine iactantia dumtaxat, ne res pariat invidiam, ut est illud aput M. Tullium contra contionem Metelli, in qua exultare videtur contra tribunum pl.: ubi uis uel in ipsa consistere? sic enim, ut opinor, insequar fugientem, quoniam congredi non licet cum resistente. Quod numquam profecto tam magnifice dicere in exordio statim orsus fuisset, nisi et ipsius actoris esset honesta persona et res, de qua locuturus erat, non improba. Itemque alio loco, cum de coniuratorum animadversione loqueretur: ‘Video, p. c., in me omnium vestrum ora atque oculos esse conversos, et deinceps. Quae omnia huius modi sunt, ut actor et splendore suo et rebus his, de quibus locuturus est, quasi honestissimis videatur merito confidere. Pleraque huius modi exordia aput G. Gracchum, quanto nobilior is fuit, *tanto maioris sunt* spiritus: quae dicentem profecto M. Erucium aut aliquem ex Cannensi caterva nemo ferret. |

20. In amphidoxo genere materiae moderatione quadam utendum erit, cum principia ducemus, ut et turpitudinem, quae subest, et dignitatem, quae est in re aut persona, ** vel inlustrando augeamus: ita varie utrumque miscebimus, ut alterius partis turpitudinem alterius honestas tegat,

15 fragm. 1. 20 in Catil. IV, §. 1.

1 est illud *Bv*: illud est *D*, est *om. EF* 2 hii *DF*, hi *BEvς* elocuturi ς parare *BD*: apparere *v*, partiri *EF* paratum *Bv*: parum *D*, partitum *EF* esse *D pr. m.* 3 uiri *D corr. e* uideri 5 praefamur *B*, praeferemur *D corr.*, proferentur *EF* 6 mali est ς facere *mei et v*: reddere ς 7 conemur *B*: conamur *rell. et* ς 8 cytharedos *B* 9 qui ante $D^1v$ 10 est oratio *EF* 12 dignitatis *Sigonius*: dignitatibus *mei et v, sed D* dignitatib; *ita, ut* b; *sit in rasura, sub qua latet vera* s 14 metalli *D* contra (a *in D corr. e* t) R. PL *BD*, contra r. p. *v*, contra r. p. uel *EF* 15 ubi uis uel in ipsa consistere *mei et v*: *om.* ς; *fort.* ubi uis tu in ipsa consistere? insequor *EF* 17 nunquam *B* 18 auctoris *Dv* 19 coniunctorum *B* 21 conuersas *B*, *sed* o *sup.* as *add.* et *om. mei et v* 22 et splendore *v*: explendore *D*, ex splendore *BEF* 23 uidetur *mei* 24 g. graccum *B* nobilior is fuit *BDEF*: nobilioris fiunt *v*ς tanto m. sunt *supplevimus* 25 merucium *BD*, mericium *EF*, Minutium *v*, M. Erutium ς 26 amphidoxon *DEF* 27 principia ducemus (dicemus *EF*) *BDEFv*: principiamus ς ut *om. B* quae subest — — turpitudinem *(v. 29) om. EF* 28 *lacunae signum posuimus; videtur tale aliquid deesse:* uel tegendo minuamus ita uarie (uariae *D*) utrumque (utrimque *BD*) miscebimus *BDv*: vel ita varie utrumque misceamus ς

p. 328 C.

neque tamen cum tanta iactatione, quanta in illo superiore genere materiae, sed quasi cum quadam confidenti verecundia. Si in re turpitudo erit, quantum fieri poterit, avocabimus iudicem ad personae dignitatem: si in persona, ad rei dignitatem quasi de periculoso in tutiorem locum refugiemus, sed summatim leviterque cedentes, despicere ut potius suspicionem metus quam timere videamur. Laborabimus autem in eo, ut confusa utraque dignitate rei et personae plus fiduciae in honestate quam metus in turpitudine habere videamur. Sed ut limpidius hoc genus principandi deprehendatur, dabo exemplum, quod habuit M. Tullius, cum pro M. Scauro loqueretur: erat enim controversia amphidoxos, quippe qui niteretur dignitate personae M. Scauri, premeretur turpitudine criminis de pecuniis repetundis. Utrumque in principio statim ita confudit orator, ut et turpitudinem criminis dignitate personae contegeret, neque tamen largiter nimium neque exultanter, sed ita, ut exprimat nonnullam etiam metus suspicionem: Maxime fuit optandum M. Scauro, iudices, ut nullo susceptio cuiusquam odio sine offensione ac molestia et cetera.

21. In paradoxo, id est in malae opinionis themate, ubi et personae et rei dignitas pariter laborabit, longioribus principiis utendum erit et purgandis suspicionibus opera tribuenda et demisse loquendum cum sententiis tum verbis etiam propius blanditiam sitis, et querimonia quasi falsi inlati criminis et falsae infamiae conpositae adversus nos per invidiam, summissiore toto corpore conformato ad verecundiam, summisso voltu, oculis terram intuentibus, neque illam acriter, sed, si possumus, etiam rumore dissimulato.

In adoxo, id est in humili genere materiae, proxima sermoni debent esse principia, neque sententiis alte petitis neque verbis ultra modum ornatis nec structura graviore, sed quasi resoluta et simplici. Vis autem omnium sententiarum, quam his principiis adhibemus, ea esse debebit, ut rem a proprietate revocet ad communitatem, et dicat omnium interesse illam rem vindicari, propterea quod quanto quaeque minora sunt, tanto crebrius et magis inter multos cadere possint; nec tam oportere spectari magnitudinem rerum et personarum quam rationem aequi et iniqui, veri

15 fragm. 1.

1 superiori *Bv* 3 auocabimus *BD*: aduocabimus *EFvς* 4 de periculoso loco *vς* 5 ut despicere ς 6 metus *B*: *om. DEFv* 8 uideamus *B* principandi *mei et v*: principiandi ς 11 ne premeretur *EFv*, *haud scio an recte* 12 in principiis *vς* 13 contigeret *B*, contegerit *EF* 14 expromat *BEF*, *item D*, *sed hic corr. ex* exprimat 15 iudici *B* 17 et personae et rei dignitas *E*: et persona et dignitas *BDFvς* 19 dimisse *mei et v* loquendum *B*: loquendum sequendum *DEF*, loquendam: sequendum etiam *v*, loquendum: et sequendum ς 20 etiam *om.* ς querimonia *v*: querimoniam *BDEF* 21 aduersum ς inuidiam *B*: inuidiam iam *D*ς, inuidiam etiam (*vel* et iam) *EFv* 22 submissiore *B* conformato *B*: conformati *EF*, confirmati *Dv* 23 neque etiam illam ς, *fort.* n. illa 24 rumore *mei et v*: timore ς dissimulato *nos*: simulato *libri* 25 In adoxo id est Inglorioso hoc est *B* debeat *D* 27 uis $BE^2v$: uim $DE^1F$ 28 athibemus *D* debet *vς* 31 carere possit *D*

p. 328 C.

atque falsi; eandem enim esse horum in minimis vim quam in maximis. Talia principia sunt pleraque aput Demosthenen in iis libris, qui inscribuntur idiotici, et magis aput Lysian et aput quosdam ex nostris veteribus. Certe M. Tullius, cum pro Archia diceret, non aliter exorsus est.

---

1 adque *D* 2 Demosthenem *vς* iis *v*: his *BDEF* 3 Lysiam *EFvς* ARS. RHETORICA. LIB̃. III. EXPLICIT INC̃PIT DEDIALECTICA LIB. IIII. *D*, EXPLĨC BEATI. AG̃. RHETORICA cuius et grammaticam lege INCIPIT ARS RHETORICA. CLODIANI. DE STATIBUS *B*, EXP̃L SCOLICA ENCHIRIADIS DE ARTE RETHORICA *E*, FINIT *F*; *in v sequitur particula ex Martiano Capella de elocutione (cap. 31—38 nostrae edit.), post quae demum haec legitur subscriptio:* Chiri consulti Fortunatiani Rhetoricorum Libri tertii et ultimi Finis.

VIII.

# Q. FABII LAURENTII VICTORINI

## EXPLANATIONUM IN RHETORICAM

## M. TULLII CICERONIS

LIBRI DUO.

---

ACCEDIT INCERTI AUCTORIS TRACTATUS DE ADTRIBUTIS PERSONAE ET DE ADTRIBUTIS NEGOTIO.

*D* = codex Darmstadtiensis saec. VII.

*F* = cod. Frisingensis saec. X num. 200, nunc Monacensis Lat. n. 6400.

*B* = cod. Bambergensis M, IV, 4; saec. XI.

*O* = ed. Orelliana in Scholiastarum Ciceronis volumine priore.

# LIBER PRIMUS.

Omnis, quicumque incipit cuiuscumque generis orationem, haec tria in principiis adhibere debet: ut auditores faciat attentos, benivolos, dociles. Ergo hic Cicero facit dociles auditores, cum, quid sit eloquentia, ostendit; attentos, cum dicit se de eloquentia dicturum, re scilicet magna; benivolos, si quidem ostendit futurum ei commodum, qui his artibus fuerit edoctus. Eloquentia igitur qualis sit per se ipsam non ostendit, sed est capax qualitatis, quam non in se habet, sed accipit ab agente. Nam ut cuiuscumque ingenium fuerit eius, qui ea utitur, proinde qualis sit vel quid faciat demonstrat. Ergo quoniam quivis mediocriter sapiens potest videre eloquentiam, si in homine stulto sit, malam esse, si in sapiente, bonam esse, propterea Cicero non utrum bonum an malum sit eloquentia quaerit, sed utrum plus boni an plus mali habeat ostendit. Tractat autem in principiis quattuor thesis: unam talem, studendum esse sapientiae cum eloquentia: aliam, parum prodesse solam sapientiam, tamen prodesse: tertiam, multum nocere eloquentiam, si sine sapientia sit. Et quia potest dici: 'ergo eloquentiae studendum non est? nam ubique sapientiam laudas', respondetur studendum esse eloquentiae, quia per eloquentiam vim suam sapientia exserit necessario. Quarta thesis: studendum esse eloquentiae, sed tamen quae sit mixta sapientiae. Animadvertere tamen debemus in principiis deliberationis propositionem, partes propositionis, exsecutionem partium, postremam vero sententiam, quod diligenter attendenti facile cognitu est. Sed antequam ad id, unde coepit Cicero, veniamus, dicendum primum videtur, quid sit ars, deinde quid intersit inter artem et virtutem. Ars est, quae significantiam sui plenam non habet, sed intellegitur ad aliquid pertinere: non enim, ut codice nominato scimus statim quid sit codex, ita mox scire possumus, quid sit ars, nisi additum fuerit cuius ars, poeticae, grammaticae, eloquentiae. Virtus est animi habitus, in naturae modum rationi consentaneus, et ideo in naturae modum; duobus enim constamus, anima et corpore. Anima inmortalis est. Si inmortalis est, a divinis descendit: si a divinis descendit, perfecta est. Sed acies quamvis perfectae animae quodam corporis crasso tegmine inretitur et circumfunditur, et ita fit, ut quandam oblivionem sui capiat. Cum

---

INCIPIT COMMENTŪ VICTORINI RETHORIS IN .M. .T. CICERONIS RETHORICAM *F*, MARII FABII VICTORINI RETHORIS IN RETHORICIS M. TVLL. CICERONIS LIBER .I. INCIPIT *B*; *in cod. Vaticano est inscriptio*: Q. LAVRENTII FABII VICTORINI MARII COMMENTARIORV̄ *etc.*, *cf. A. Mai in Spicileg. Rom. V, p. XI.*

5 magna] *hic incipit D*, *in quo primum folium periit* 6 si quidem *D*, *ut coni. Orelli:* siquidem quia *BF* 7 eloquentiā *D* ipsam *BDF*: ipsa *O* 9 fuerit *B s. l.* perinde *BO* 14 theseis *O* 16 sit *DF*: ea sit *BO* 17 non esse *DBF*, *sed* esse *in D corr. ex* est, *ut apparet* 21 deliberationis, propositionum partes, exsecutionem *ed. Capp.* postremo *BFO* 22 cognitum *F et corr. D* 26 ut *D* (*add. s. l. m. 2* uel): uelut *BFO* 27 cuius ars poeticae *D* (*sup.* ars *additum* artis): cuius artis (ars *B corr.*) ut ars poeticae *BF*, cuius ars, ut ars poet. *O*

p. 102. 103 C. p. 3. 4 O.

vero || studio ac disciplina veluti detegi coeperit atque nudari, tunc in naturae suae modum animi habitus revertitur atque revocatur. Hanc virtutem Plato dicit nunc arte fieri, nunc cum hominibus nasci, nunc exercitatione confici, nunc a deo dari. Haec virtus in rhetoricis a Cicerone eadem ponitur quae sapientia. Alibi vero, id est in libris de re publica, ab eodem Cicerone illa virtus dicitur quae prudentia. Virtus igitur habet partes quattuor, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Prudentia est rerum bonarum et malarum per omne tempus scientia. Iustitia est animi habitus ita informatus, ut omnibus meritis tribuat dignitatem. Fortitudo est con|siderata periculorum susceptio et laborum perpessio. Temperantia est animi circa res inutiles atque inhonestas victrix ac pudica dominatio. Harum partium partes in consequentibus cognoscemus. Nunc ad id, quod ostendere proposuimus, revertamur, scilicet ut, quid inter artem et virtutem intersit, videamus. Harum quattuor partium, quas diximus inesse virtuti, nulla omnino in artem cadit. Ars enim tantum praecepta tradit, non aliquid secundum ipsa praecepta faciendum. Ideo ars sapientiae tradi non potest: per se autem tota constat ac permanet; quae perfecta est, si haec quattuor teneat, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Datur autem ars eloquentiae, et recte datur. Etenim si constat quattuor rebus, natura, usu, exercitatione, arte, necessario et artis praecepta in eloquentiam dantur. Quae si deest, profecto tria illa multum interdum nocere, numquam prodesse possunt. Dicendum etiam videtur, quae distantia sit inter rhetorem, sophistam et oratorem. Rhetor est, qui docet litteras atque artes tradit eloquentiae: sophista est, apud quem dicendi exercitium discitur: orator est, qui in causis privatis ac publicis plena et perfecta utitur eloquentia. Et ut sciamus alium esse rhetorem, alium oratorem, hos libros artium rhetoricarum vocavit, ubi docet artem dicendi, illos alios tres de oratore nominavit, ubi illa, quae habere debeat orator, ostendit. Nunc ergo considerans quid et quantum sit illud, de quo dicturus est, id est eloquentia, recte se inducit diu cogitasse, non utrum bona an mala sit eloquentia, sed utrum plus boni an plus mali habeat.

Saepe et multum hoc mecum cogitavi] Horum si unum sit, non ostendit satis diutinam cogitationem. Possumus enim frequenter aliquid cogitare, sed statim a cogitatione desistere: possumus itidem diu aliquid cogitare, sed id una tantum die facere. Recte ergo utrumque coniunxit ‘saepe et multum hoc mecum cogitavi.’ Et quia in publicum proferri res non debuit nisi certa et deliberata, recte ait ‘mecum cogitavi.’

Bonine an mali plus] Causa deliberationis, non utrum bona an mala sit eloquentia, sed utrum plus boni an plus mali habeat eloquentia. Non tamen vacat ratio ordinis: potuit autem dicere ‘maline || an boni plus’, sed Cicero naturam tenuit eloquentiae, quae cum primum agere coepit, profuit hominibus; nam ‘conpulit eos et congregavit.’ Post autem depravata ingenio malo-

5 in incerto libro p. 853 ed. II. Turicensis.

1 detegeri *D* adque *D* 6 habet .IIII. partes *F* 9 meritam *coni. O coll. p. 164, 18* 17 quae] quia quae *F*, *sed* quae *expunctum* 20 in eloquentia *F* 22 sofistam *et paulo post* sofista *DF* 23 tradit *D* (*add. manu secunda* or *super* it): artes. traditor eloquentiae *FO*, *in B syllaba* or *erasa est* 26 Rhetoricorum *O* 27 orator habere debeat *O* 30 boni aut plus *DF* *Post* habeat *sequitur in B inscriptio:* Marci Tullii Ciceronis liber primus rhetoricorum incipit; *nam in hoc codice totum opus Tullianum per partes descriptum est, unde fit ut permulta Victorini lemmata desint* 32 cogitionem *D* 34 coniuncxit *D* 36 mecum $D^1$: hoc mecum $D^2BEO$ 37 sit *om. D* 38 sed quaerit utrum *F* 40 natum *D*

p. 103. 104 C. p. 4. 5 O.

rum, multum nocuit rei publicae. Bene igitur ordinem tenuit, ut diceret 'bonine an mali plus.'

Hominibus attulerit et civitatibus] Res publica duobus constat, publico et privato: ideo 'hominibus et civitatibus'. Hoc et in Verrinis animadvertere debemus, qualiter ubique Cicero aut homines defendat aut civitates.

Copia dicendi] Quoniam nomen eloquentiae id sibi optinet ac vindicat, ut cum ad aures venerit, non nisi optima accipiatur, ideo maluit definire eloquentiam. Ne quis ergo audita eloquentia, quae quasi sono ipso id optinuit, ut mixta videatur esse sa|pientiae, ne quis, inquam, deliberandum non cre-deret, utrum plus boni an plus mali habeat eloquentia, sed ipsam per se satis aestimaret bonam, propterea maluit definire eloquentiam, dicendo 'copiam dicendi': quae quia potest ad utrumque flecti, causam deliberationis induxit.

Ac summum eloquentiae studium] Postquam docuit quid esset eloquentia per definitionem, securus postea, occupatis iam auditorum sensibus, eloquentiam nominavit. Sed recte ait 'ac summum eloquentiae studium'; non enim potest declarari quid possit eloquentia, nisi in aliquo fuerit ac plena fuerit.

Nam cum et nostrae rei publicae detrimenta considero] Ostensurus quantum boni aut mali possit eloquentia, de re publica loquitur, et recte. Non enim in privatis rebus eloquentia periclitanda est, sed in publicis. Ita ipse in Verrinis cum de se vel de eloquentia sua optimam probationem adferret, publicas causas commemorat, tacet privatas: me qui tot annis in causis iudiciisque publicis ita sim versatus. Nunc denique, ut bonum demonstret eloquentiae, de rei publicae incommodis vel commodis loquitur. Animadvertendum tamen, quod partes non eodem ordine exsequatur, quo proposuit. Ait enim supra 'bonine an mali plus': nunc a malis eloquentiae incipit. Sed supra naturam, ut diximus, secutus est, nunc cogitationis rationem servat. Illa enim prima cogitationi occurrunt, quae vicina sunt a nostra memoria. Ideo et de recentibus et quod esset magis propinquum, elegit, cum ait, 'nostrae rei publicae detrimenta considero'; consideratio enim rei publicae praesentis est. Ergo quoniam hucusque multa incommoda per solam eloquentiam rei publicae contigerunt, recte a malis eloquentiae coepit, post dicturus de antiquioribus bonis et malis.

Et maximarum civitatium veteres animo colligo calamitates] Recedit paulatim a re publica nostra ad extraneas civitates, et recte || post Romam maximas civitates nominat. Ergo quoniam vetustiora sunt harum exempla civitatium, animo se ait colligere. In re publica autem nostra quae sint gesta, considerat: recte itaque maximarum civitatium collegit calamitates. Illic enim aliquid operatur eloquentia, ubi populus maior est.

Non minimam video] Quia de modo hic agitur, id est, utrum plus boni an plus mali adferat eloquentia, ideo ait 'non minimam video esse invectam partem incommodorum'.

Per disertissimos homines invectam partem incommodorum] Quod supra

---

22 Cic. Div. in Caecil. §. 1.

---

1 igitur *DF*: ergo *BO* 2 an mali plus attulerit hominibus *edd.* 3 hominibus attulerit hominibus *DBF, sed in D alterum* hominibus *erasum* 5 qualiter *D in ras.* 11 in dicendo *DF* 12 quia *om. D* 20 in *post* enim *D s. l.* 21 de *post* uel *D s. l.* 22 tot annos *libri Tulliani* 23 *ante* nunc *in D* ita demum *erasum* 25 exequitur *FO* 29 adeo *D* 30 reip. *B*: reip. praesentis *DF* 31 rei publ. nostrae praesentis *O e cod. Basil.* 34 ciuitatum *O* 36 ciuitium *D*, ciuitatum $B^2FO$ 38 ciuitatum *O* 41 esse — incommodorum *om. edd.* (*in B tamen deest* esse) 43 invectam esse *O*; inuectam p. incomm. *om. B*

p. 104. 105 C. p. 5. 6 O.

disputavimus, noluit per eloquentiam dicere, sed per disertissimos homines, id est, qui habeant copiam dicendi solam. 'Invectam' vero per metaphoram navis; res publica enim dicitur gubernari.

Cum autem res a nostra memoria propter vetustatem remotas] Expositis malis incipit dicere, quid boni habeat eloquentia: 'a nostra memoria' inquit 'remotas'. Ut excuset memoriam quasi neglegentem, addidit 'propter vetustatem'. Ergo illa, quae nimis a memoria nostra remota sunt, qui scire possumus? 'Ex litterarum monumentis' inquit 'repetere instituo'. Haec monumenta dupliciter accipiamus, aut annales aut historias; primo enim annales fuerunt, post historiae factae sunt.

Multas urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias] Dicendum est hoc loco, quid sit civitas. Est autem civitas collecta hominum multitudo ad iure vivendum. Cum ergo fuerit civitas constituta, necesse est ut primo bella patiatur, postea pacem agat. Pax enim a pacto dicta: pactum vero esse non potest, nisi si causa praecedat, id est bellum. Hoc et Sallustius tenuit, cum de rebus Romanis loqueretur; dixit enim prius bella gesta, post pacem esse fundatam. Res inquit Romana plurimum imperio valuit Servio Sulpicio et Marco Marcello consulibus, omni Gallia cis Renum atque inter mare nostrum et Oceanum, nisi qua paludibus invia fuit, perdomita. Hic bellum geritur, deinde pacem memorat consecutam. Optimis autem moribus et maxima concordia egit inter secundum atque postremum bellum Carthaginiense. Quaeritur autem, utrum in bellis aliquid possit eloquentia. Potest sine dubio, et tantum quantum virtus potest. Nam si virtute bella finiuntur, et eloquentia bella finiuntur: ideo ergo ait 'plurima bella restincta'. Iam illud notum est, quod bella ardere dicantur: ardebat omnis Hispania citerior: item: quis tanti incendia belli.

Firmissimas societates, sanctissimas amicitias] Inter socium et amicum hoc interest: socius est, qui nobis aliquo pacto ad aliquid nobiscum gerendum coniungitur: amicus est, qui mihi usu vitae similis pio ac fideli amore coniungitur. Et quia socius aliquid nobiscum gerit, ideo ait 'firmissimas societates': quia amicus pio nobis amore coniungitur, ideo ait 'sanctissimas amicitias'. Ergo interdum amicus est et socius non est, si nihil mecum gerat: et rursus, cum sit socius, amicus non est, si aliquid mecum invitus gerat. Propterea Cicero ubique duo haec iungit, socios populi Romani atque amicos: ita et hic 'firmissimas societates, sanctissimas amicitias'.

Intellego] Recte 'intellego'; ait enim supra 'ex litterarum monumentis repetere instituo'. Ergo id quod legitur intellegendum est.

Cum animi ratione, tum facilius eloquentia conparatas] Ubique duo haec coniungit. Sed quando aliquid duae res agunt, triplici modo agunt: aut aequales sunt, aut nunc ista plus praestat, nunc illa. Hic sapientiae dat pro-

---

16 Hist. lib. I. 27 Sall. hist. I. Verg. Aen. 1, 566.

---

2 uero] autem *B* metaforam *DF* 8 monimentis *et deinde* monimenta *F* 9 accipimus $D^2BFO$ 10 historia facta *D pr. m.* 11 firmissimas — — amicitias *DB*: *om. FO* 14 ut *sup. lin. D* agit *D ex corr.* 15 dicta (*aut* dictu) *D pr. m.*: dicitur *D corr. m. s. BFO* nisi si *D*: nisi *BFO* 17 fondatam *D* 19 Rhenum *BO* 20 qua *F*: quia *D*, quae a *BO* 22 egit *DF*: egit res p. *BO*, egit populus Rom. *Dietsch secundum Augustinum* 24 potest *D pr. m.*: potest enim *BFO et D sup. lin.* 25 si *mei*: *om. O* 26 dicantur $D^1$: dicantur ut ait $D^2BFO$ 30 nobiscum *om. cod. Basil., incl. O* 32 firmissimas ait *B* 34 mecum nihil *B* 38 monimentis *BF* 39 id] ideo *D*

p. 105. 106 C. p. 6. 7 O.

prias agendi rationes. Sed quia virtus omnis magnitudine sui tarda est, idcirco subiunxit et tempus, ut illud quod sapientia invenerit, facilius eloquentia conpleatur. Ergo ad aliquid cito faciendum alterum alterius auxilii eget. Recte igitur rei publicae commodum ex confectione utriusque coniungit.

Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit, ut existimem sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse numquam] Supra ostendit, quantum obesset eloquentia quantumque prodesset, sed mixta sapientiae: nunc vult ostendere singillatim, quantum sapientia sola prosit, quantum eloquentia sola obsit. Quod cum ostenderit, quoniam et sapientia sola parum prodest et eloquentia sola multum obest, rursus dicturus est eloquentiam sapientiae esse iungendam. Omnis res aut nimium prodest aut parum prodest, aut nimium obest aut parum obest: sapientiae unum dat, ut sola parum prosit rei publicae, nihil tamen obsit. Eloquentiam vero solam saepe ait nimium obesse, qua in re obesse semper ostendit, sed interdum satis obesse. Illam uero aliam partem tollit soli eloquentiae, ut vel parum prosit | rei publicae, nihil tamen obsit. Verum quod ait ‘ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa’, ipsa, inquit, ratio, sapientiae scilicet, quam eloquentiae dicimus esse iungendam.

Quare si quis omissis rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii] Ostendit quid sit plena sapientia. Sapiens est enim, qui divina atque humana optime novit. Ergo studium rectae rationis ad divina, studium honesti officii ad humana referamus. Quod autem ait ‘studium’, rectius dixit, quam dixisset, ‘quare si quis omissa ratione atque officio’. In his enim nominibus perfecta philosophia est, quam quia nullus orator plene potest adsequi, ideo nobis horum vel studium habendum esse demonstrat.

Consumit omnem operam in exercitatione dicendi] ‘Consumit’ inquit: iam in ipso verbo inest inutilis labor. Quod autem ait ‘in exercitatione dicendi’, timet eloquentiam nominare, ut supra diximus, ne sen‖sum audientis offendat. Itaque haec definitio est eloquentiae: eloquentia est exercitatio dicendi.

Is inutilis sibi, perniciosus patriae civis alitur] Omnis homo aut sibi aut patriae consulit aut plus sibi quam patriae. Recte ergo homines ad haec duo miscenda, sapientiam et eloquentiam, primo ab utilitatibus suis, deinde etiam publicis invitantur. ‘Qui’ inquit ‘fuerit in sola dicendi exercitatione versatus, omissis studiis rationis et officii, et sibi inutilis et perniciosus patriae civis alitur: ‘qui vero ita sese armat eloquentia’: bene ‘armat’, quasi sapientia pro robore sit, pro armis eloquentia. Adtendamus tamen, ut supra pro eloquentia aut copiam dicendi aut exercitationem aut disertitudinem nominaverit, nunc, ubi et de sapientia loquitur, ut securus eloquentiam nominet. Hic quoque duo illa servat, quae supra diximus; ‘qui’ inquit ‘sapientiae miscuerit eloquentiam, is et suis et publicis rationibus utilissimus atque amicissimus civis fore videtur’: utilem circa privata, amicum circa publica accipiamus.

Ac si volumus huius rei quae vocatur eloquentia] Primo rem quandam constituit, cui eloquentiae nomen inposuit, et ostendit unde nascatur elo-

---

4 indiget *O* 7 nunc $D^1$: nunc uero $D^2BFO$ 9 sigillatim *O* quoniam sapientia *F* 15 qua — ostendit sed *DBF*: *om. O* et interdum *O* 17 prosit rei p. nihil tamen obsit *DF*: prosit rei p., multum tamen obsit, soli sapientiae dat, ut vel parum prosit, nihil tamen obsit *BO* 18 ipsa *semel habet D* 24 quam si dixisset *O* quare *om. O* 28 iam in isto verbo est *BO* 29 ne *om. D* 30 eloquentia est *om. DF*; *fort.*: haec definitio est: eloquentia est 32 ciuilis *D* 37 se *D*, *sed* se *superscr.* 38 ut, cum supra *BO* 40 nominat *F* 43 priuatā *D* 45 nascitur *F*

p. 106. 107 C. p. 7. 8 O.

quentia. 'Sive ex arte' inquit 'sive ex studio sive exercitatione sive ab natura', huius, inquit, eloquentiae, cuius incerta est origo, 'si volumus considerare principium, invenimus' inquit 'id ex honestissimis causis natum atque optimis rationibus profectum.' Causa est animi inpulsus ad aliquid agendum: ratio est gerendorum ordo ex causa venientium, ut quid quo loco facias ac dicas intellegas. Ergo, inquit, si eloquentiae principium considerare volumus, primum causa attendenda est. Haec causa honesta est: deinde rationes et easdem optimas invenimus. Inter studium autem et exercitationem hoc interest: studium est animi ad aliquid agendum pertinacia, exercitatio est suscepti actus continuatio. Ex his quoque supra diximus nasci eloquentiam posse.

2. Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur] Incipit commemorare causas fuisse honestas, quibus eloquentia non ad ipsum, quod est, nata sit, sed circa agendum principium sum|pserit. Ut supra diximus, aiunt philosophi e duobus hominem constare, anima et corpore. Animam vero esse perfectam, sed inpediri crassitudine corporis, quo minus se talem exserat, qualis est per naturam. Ergo mundo constituto erant homines nimis inpediti corpore, et in quibus vis animae obruta atque oppressa esset. Tunc necessario rapto vivebant et malis moribus, oppresso animae bono, circa res omnes viribus corporis abutebantur. Sed quia natura non aequaliter se per omnes fundit, aliquando unus extitit, qui se bene intellegeret et qui videret esse in hominibus animam illam divinam, quae haberet in se multas utilitates, si tamen posset ab ali|quo e latebris quibusdam elici atque proferri. Ergo his causis eloquentia initium non nascendi, sed agendi sumpsit. 'Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum modo vagabantur': sic Vergilius:

> Haec nemora indigenae Fauni nymphaeque tenebant
> Gensque virum truncis et duro robore nata:
> Quis neque mos nec cultus erat, nec iungere tauros
> Aut conponere opes norant aut parcere parto.

Et sibi victu fero vitam propagabant] Sapiens omnis memoriae studet. Illi, in quibus vis animae mole corporis oppressa delitescit, non memoriae student, sed ferino ritu subsidia singulis prospiciunt diebus. Sic Sallustius: Et quoniam vita ipsa, qua fruimur, brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere convenit, non pecorum more vivere, quae natura prona atque ventri oboedientia finxit: ut isti homines fuerunt, qui sibi victu fero vitam propagabant.

Non divinae religionis, non humani officii ratio colebatur] Plena philosophia, quae constat ex duobus, ex physica et ethica. Physica est, quae de divinis agit, ethica, quae de humanis disserit. Sed quia hodie illud docet, quod oratori est necessarium, ethicam prosequitur: quae si tunc ab homini-

---

26 Aen. 8, 314. 33 Cat. 1.

---

1 ab $D^1$: a $D^2BFO$ 3 inveniemus *O*; *recte infra p. 165, 23* reperiemus, *ut est in libris Tullianis* 4 est (*post* causa) *om. F* 8 inveniemus *O* 14 agentem *F* 15 e *om. F* 19 obpressa *F* 21 se per *F*: semper *BDO*; *sed in D* m *erasa, in B expuncta* 26 bestiarum passim *F* sic $D^1$: sicut $D^2BFO$ uirgilius *BFO et sic alias* 27 tegebant $D^2$ 29 Queis *O* neque cultus *BO* 32 animi $B^1$ delitiscit *D* 33 singulis *Orelli*: solis *mei* salustius *BFO* 36 obedientia *BFO* 38 philosophia est quae *BO* 39 fysica *(bis) mei* 40 disserit *om. cod. Basil., inclusit O* hodie *DB*: cicero *FO*

p. 107. 108 C. p. 8. 9 O.

bus ignorata est, multo magis physica ignorata est. Ergo indicat, ut illi vixerint, qui animae commodis ignoratis corporis viribus pleraque gesserunt.

Nemo nuptias viderat legitimas, non certos quisquam inspexerat liberos] Utrumque enim vaga atque incerta Venere conficiebatur: neque erant iura, quae id fieri prohiberent.

Non ius aequabile quid utilitatis haberet acceperant] Illic enim nullius iniuria vivitur, ubi est iuris aequalitas, aequa libertas, ubi aliquid aut omnibus licet facere aut omnibus non licet.

Perniciosissimis satellitibus] Vires corporis esse ait cupiditatis ministras, quae in animis hominum quandam optinent tyrannidem.

Quo tempore quidam, magnus videlicet vir et sapiens] Ut facilius intellegentiam consequamur, rerum similitudo proferenda est. Anima ita est ut vinum. Nam, quemadmodum vinum pro vase, in quo est habitum, aut retinet aut amittit violentiam, proinde anima, si optimum et castum corpus offenderit, servat naturam, sin alias, velut amittit. Ita ergo cum mortale genus brutum atque inscium rerum omnium | vagaretur, extitit quidam vir magnus, in quo anima suam retineret naturam et qui intellegeret omnes homines habere in se quiddam divinum, sed id vitio corporis opprimi atque deperire: quod si fuisset elicitum, maximas inde commoditates hominibus posse contingere. ‖

Cognovit, quae materies et quanta ad maximas res opportunitas in animis inesset hominum] Materia non ad hoc ipsum materia est, quod materia vocatur, sed ad id, quod inde fieri habet, materia est. Opportunitas vero non accidit neque in altero est, sed in eadem materia est. Potest autem in ligno esse materies ad aliquid faciendum, sed, si putrescit, opportunitas in materia non est. Similia et de reliquis materiis possumus dicere. Ergo non suffecerat inventa in hominibus materia, nisi in eadem materie etiam opportunitas fuisset ad maximas res.

Si quis eam posset elicere] Est ergo qui potest elicere, et est quod potest elici. Hoc deinde attendamus. Unus potest videre aliquid effici posse, non tamen etiam efficere. Denique etiam istum sapientem et magnum virum Cicero ait vidisse in hominibus materiem, sed dubitasse de effectu. Ait enim: ‘si quis eam posset elicere’. Utrumque tamen dat huic viro, et intellegere et efficere; est enim et sapiens et eloquens.

Et praecipiendo meliorem reddere] Erat ergo in hominibus animus, sed ideo ‘reddere’, quia videbatur amissus: erat bonus animus, et ideo ait ‘praecipiendo meliorem reddere’. His causis igitur honestissimis, ut videmus, iste quidam conpulsus est ad eloquentiam, hoc est ad id, unde nasci ad actus primum coepit eloquentia. Quae enim causa honestior quam homines bestiarum modo viventes praeceptis utilibus atque honestis ad humanam atque divinam cognitionem traducere? Ergo istum virum magnum atque sapientem quemcumque accipiamus; multi enim Saturnum, Platonem, Aristotelem atque alios volunt intellegi, sed errant.

---

1 ignorata est *altero loco om. B*, est ignorata *O* uixerunt $D^2BO$ 3 legitimas uiderat nuptias *O* certo *D* quisque *B* 6 acceperat *O et edd. Cic.* 14 perinde *O* 15 ammittit *D* Ita igitur $B^1O$ 17 retinet *D* 19 hominib; *D pr. m.*: hominum *D corr. BFO* 21 ad *om. F* in *om. F, sup. lin. D* 22 hoc *D s. l.* quod *mei*: quo *O ex cod. Basil.* 23 fieri habet] ‘*i. e.* potest, *Graeco loquendi more* γίνεσθαι ἔχει’. Capp. autem *B, sed s. l.* uero 26 reliquis materies *D* 27 sufficeret *F*; *at v. p. 163, 1. 173, 14* inuentam in h. materiam *DF, item* $B^1$, *sed* materiam in hominibus eadem materia *O* 29 elicere et — potest *om. D* et est *F*: et *BO* 32 materiam in hominibus *O* 36 ait] in *D* 38 quidam ut (*ex* uir?) *D*, quidem *F* 41 cogitationem *F* 43 errat *D*

p. 108. 109 C. p. 9. 10 O.

Qui dispersos homines in agris et in tectis silvestribus abditos ratione quadam conpulit unum in locum et congregavit] Duas res supra posuit, honestissimas fuisse causas optimasque rationes, ut ad actus eloquentia nasceretur. Explicitis ergo honestissimis causis incipit ostendere optimas eloquentiae ad actus fuisse rationes. Et ut intellegas iam de causis esse dictum, 'ratione quadam' inquit 'conpulit unum in locum et congregavit'. Diximus rationem esse rei gerendae ordinem necessarium, ut puta, hoc primum debet fieri, hoc deinde, hoc tertio, ut nunc primo conpelluntur homines, post congregantur, deinde in unam quamque rem inducuntur utilem atque honestam.

Conpulit unum in locum et congregavit] 'Conpulit' quasi invitorum est, iam volentium 'congregavit'. Sed debemus scire, quid sit conpulit et congregavit, quasi civitatem fecit. Nam, ut supra diximus, civitas est collecta hominum multitudo ad iure vivendum. Ergo eloquentia plurimum prodest; nam facit civitatem et quidquid utile atque honestum est insinuat. ‖

Et eos in unam quamque rem inducens utilem atque honestam] Cicero duplex esse honestum docet, unum illud solum atque purum: aliud, quod cum utili inductum sit. Sed solum illud aput paucos est, eos scilicet, qui soli gloriae student nihilque ad sui utilitatem gerunt, quidquid sanciunt, consideratione boni malique generatim sanciunt, non gratia in eodem versantium personarum. Honestum vero illud cum utili ideo honestum vocatur, quia id quod iunctum ac duplex est ab eo quod | maius est nomen accipit. Verum illud honestum philosophorum est, hoc illorum sapientium, qui rei publicae student, qui in civitate versantur. Quod quidem honestum utilitati semper adiunctum est et utilitas honestati. Hoc etiam Socrates ait, nihil esse utile, quod non honestum sit, nihil honestum, quod non utile sit. Sed ut ipsum intellegamus, rerum exempla proferenda sunt. Esse iudicem honestum est: iuncta est tamen utilitas honestati; nam nemo ei iniuriam facit, nemo servis eius; prodest in posterum, liberis prodest. Amicis ergo si quid praestat, etiam utile est. Sed quamquam haec duo iuncta sint, non tamen ita mixta sunt, ut vino aqua miscetur, scilicet ut secerni nullo modo possint, sed ita mixta sunt, ut secerni posse videantur, quem ad modum si fiat acervus ex tritico et hordeo. Quamquam ergo duo haec mixta sint, tamen aliquo modo et secerni possunt. Etenim, si quid alicui praesto nec gratiam reposco, honestum est: at id ipsum quod praesto, si gratiam reposco, fit utile. Ergo primum sit illud solum honestum, quod per se placet nulla adiuncta gratia; hoc medium honestum, quod cum utilitate est: tertia sit commoditas, quae solis lucris intenta est abiecta omni honestate. Honestum vero philosophicum soli gloriae studet abiecta etiam utilitate. Nunc ergo, quoniam collectis hominibus et congregatis civitas facta est, quid debet persuaderi? quid hominibus insinuari? Non honestum illud solum, quod philosophorum est, non commoditas, quae hominum perditorum est, sed illud medium honestum atque utile, quod in omni re publica, quod in omni civitate versatur.

---

3 causas *om.* $B^1$ 7 ut *D s. l.* 8 hoc tertio *F*, *ut coni. Orelli:* ac tertio *DBO*, *sed* $D^1$ terti*, *fort.* tertiũ 11 quod sit *O* 16 adque *D*, *ut plerumque* 17 cum utile *D* inductum $DB^1F$: iunctum $B^2O$ 20 illud coniunctum cum utili *O* honestum uocatur $D^1$: uocat hon. *F*, hon. uocat $D^2BO$ 21 accepit *B* 22 est *om. F* 28 in posterum (um *in* is *corr.*) *D*: posteris *BFO* liberis eius *BFO*, *in D* eius *s. l. m. 2* 29 iuncta sunt *et v. 32* mixta sunt *O* 30 uina aqua miscentur *F pr. m.* 32 haec duo *BO* 33 et *om. F* 34 ad id *DF* 36 hoc medium honestum *F*: hoc medium honestum utile *DBO* 37 philosophum *F pr. m.*; *hic terminatur in B folium octavum sive fasciculus primus; fasciculus sequens intercidit. Quae desunt inserto fasciculo a manu saec. XIII ex codice malae notae repleta sunt, quare per hanc partem lectiones codicis B exscribere noluimus.*

p. 109. 110 C. p. 10. 11 O.

Primo propter insolentiam reclamitantes] Nihil egerat eloquentia, si statim, ut insinuare coepit quid esset honestum atque utile, persuasisset. Sed ostendit magnas inesse vires eloquentiae, si ad id, quod erat optimum, traduxit invitos. Et ne videantur idcirco reclamasse, quod res optima non esset, ideo ait 'propter insolentiam' et 'primo reclamitantes'. Deinde ne eloquentiae quibusdam venenis etiam ad malam rem traducti videantur, 'propter rationem' inquit 'atque orationem studiosius audientes'. Ergo ubi ratio est et sapientia, malitia inesse non potest. 'Rationem' ad sententiarum gravitatem referendam sciamus, 'orationem' ad ornamenta verborum.

Ex feris et inmanibus mites reddidit et mansuetos] Difficile est rem aliquam cuicumque tollere, difficilius aliam dare. Hic utrumque factum est. Sublata est hominibus feritas atque inmanitas, data humanitas et mansuetudo. ‖

Ac mihi quidem videtur hoc nec tacita nec inops dicendi sapientia perficere potuisse] Sunt multa, quae solo habitu sui perfecta sunt, multa quae et habitu et usu: ut athleta si habeat corporis magnitudinem, non continuo perfectus est, nisi ei et usus accedat; ut orator concepto totius scientiae habitu non continuo perfectus est, nisi ei et usus accedat: sapientia vero habitu sui perfecta est nec indiget vocis, id est usus. Sufficit ei autem intra animos contineri: usu ergo nihil consequitur. Et si quando concepta verbis voluerit indicare, non ideo sapiens sapientior fit, quia indicat se sapientem, sed perfecta ac salva sapientia quiddam ei ad actus alios accedit. Ergo homines ex inmanibus ac feris mites redditi ac mansueti paulatimque honestum atque utile didicerunt. Sed quia de exordio eloquentiae loquitur, videamus utrum hoc sola sapientia fecerit, an sapientia, sed cum eloquentia. Primo itaque | cognoscere debemus quot modis quid persuadeat sapientia. Et possumus intellegere multum hic eloquentiam valuisse. Sapientia igitur sola duobus modis aliquid persuadet: aut cum tacet et aliquid *quod* facit, quia bonum est, alter imitatur, id est, ut quidquid tacitus fecerit sapiens, id alter re, non verbis ductus imitetur: aut cum aliquid faciendum vel non faciendum verbis persuadet, et hoc duplici modo: nunc naturalibus verbis, nunc per eloquentiam. Hoc loco negat tacitam sapientiam hoc perficere potuisse, negat inopem dicendi, id est, quae verbis naturalibus uteretur, sed illam sapientiam, quae iuncta esset eloquentiae.

Ac mihi quidem videtur hoc nec tacita nec inops dicendi sapientia perficere potuisse] 'Perficere' inquit: alioqui plenae sapientiae officium est invenire, ut supra: 'quo tempore' inquit 'quidam magnus videlicet vir et sapiens cognovit, quae materies et quanta ad maximas res opportunitas in animis inesset hominum, si quis eam posset elicere et praecipiendo meliorem reddere'. Ergo animum in hominibus esse sapientia cognovit. Ut congregarentur et in unam quamque rem utilem atque honestam inducerentur, sapientia quidem, sed eloquentia opitulante perfecit.

A consuetudine subito converteret et ad diversas vitae rationes traduceret] Magna vis eloquentiae, si subito convertit, et hoc est, quod non pot-

---

1 *et* 5 reclamitantes *D*: reclamantes *FO* 1 egerit *F* 2 coeperit *F* 5 et primo *D*: primo *FO* 6 videantur. Propter *edd.* 7 est et est $D^1$ 12 data $D^1$: et data est $D^2FO$ 14 *et* 35 inobs *D* 15 sunt. sunt multa $D^2FO$ 21 se sapientem *F*: sapientem *D*, sapienter *O* 23 et mansueti *O* paulatim quoque *FO* 24 haec *F* 28 aliquid quod facit *scripsi:* aliquid facit *DF pr. m.*, et id quod facit *in D add. in marg. et in F s. l. m. 2*, aliquid facit et id quod facit *O* 30 doctus *FO* uel inficiendum *O* 34 esse *D* 36 alioqui $D^1$: aliocui $D^2$, aliquid *F*, alioquin *O* 37 inquit *om. O* et sapiens uir *O* 38 in *om. F* 40 in *D sup. lin. habet* 44 si *DF*: *om. O*

p. 110. 111 C. p. 11. 12 O.

est sapientia: alioquin et sapientia perficit, sed non subito. Et quod ait ‘et ad diversas vitae rationes traduceret’, ut supra diximus, difficile est cuiuslibet rei consuetudinem tollere: hoc difficilius alias etiam vivendi persuadere rationes.

Age vero urbibus constitutis] ut supra, cum de commodis eloquentiae loqueretur, hunc ordinem fecit, multas urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias. ‖ Et quamquam hic homines ex inmanibus primo aequales facti, post etiam obsequi ultro coeperint, supra dictum tamen ordinem servatum possumus invenire. Primo itaque beneficiis eloquentiae civitates factae sunt, ut ait supra ‘multas urbes constitutas’. Civitas autem fieri dicitur, cum homines unum in locum congregantur ad iure vivendum.

Ut fidem colere] Hic bella restinguntur. Si enim cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur, quasi quaedam bella gerebantur. Cum ergo fides colitur, aut id agitur, ne sint bella, aut restinguntur illa, quae fuerunt.

Et iustitiam retinere discerent] Iustitia omnis a nobis circa alios est, ut uni cuique meritum proprium tribuamus. Potest tamen hic quasi societas custodiri. Iustis enim condicionibus societas facienda vel conservanda est.

Et aliis parere sua voluntate consuescerent] Iustitia aequales homines esse fecit: hic iam et minores se esse patiuntur sua etiam voluntate. Possunt tamen hic amicitiae copulari: nostra enim voluntate nulli obsequimur, nisi amici fuerimus. Antea autem si viribus corporis cuncta agebantur, non sua voluntate quisquam alteri paruit, nec potuit amicus esse qui cogebatur.

Ac non modo labores excipiendos communis commodi causa] Perfectum est, inquit, eloquentia, ut libenter omnes laborem pro publica salute susciperent, ac non modo laborem susciperent, sed etiam vitam amitterent. Multum ergo egit elo|quentia, ut illi vitam parvi penderent, qui iam dudum sibi victu fero vitam propagabant.

Qui tandem fieri potuit?] Quaeritur, utrum homines ad has rationes vivendi per naturam deducti sint an praeceptis videantur adducti. Erat quidem in hominibus natura melior, sed oppressa corporis vitio ad malum declinaverat. Verum quia nihil uniformiter funditus existit, quin semper aliquid sit, quo intellegamus quid in ceteris desit, iste quidam magnus vir ac sapiens cognovit bonam in hominibus naturam multumque esse profuturam, si praeceptis melior fuisset effecta. Ergo omne quod perfectum est, natura et disciplina perfectum est. Sed quia iste primus vir disciplinam accipere non potuit, perfectus fuit natura et usu. Cum enim cognovit habitum suum, et diu secum pertractando cognovit esse in hominibus bonam naturam, quae ut perfecta esse posset, praeceptorum adhibuit disciplinam. Ergo in hominibus fuit materies, id est natura, quam perfectam praecepta fecerunt inventa per sapientiam, insinuata per eloquentiam.

Profecto nemo nisi gravi ac suavi commotus oratione] Quamquam natura fuerit apta ad perfectam vitam, tamen ipsam naturam praeceptis ait ad has vivendi rationes esse perductam. ‘Gravi’ inquit ‘ac suavi commotus oratione’. Gravitatem ad sapientiam, suavitatem ad eloquentiam refera-

---

1 ait ad *O* 2 traducere *O* cuilibet rei *O* 3 tollere: et hoc *O* 5 uero *D*: ergo *F* 7 hinc *FO* 13 *et* 15 restinguuntur *O* 20 consuescerent *om. F* 21 facit *O* se *F*: *om. DO* 22 amicitia *rasura ex* amicitiae *D* 23 ante $D^1$ 26 inquit cum eloquentia *F* 30 utrum *D corr. ex* autem 31 sunt *F* 33 funditur *D* qui semper aliquid quod intellegamus *D* 34 quidem *F* 36 esset effecta *O* 38 Cognouit enim *O* 41 natura $D^1$: perfecta natura *FO*, perfecta *in D add. 2 m. post* fuit

p. 111. 112 C. p. 12. 13. 14 O.

mus: immo gravitatem ad sententias, suavitatem ad verborum ornamenta referamus. ‖

Cum viribus plurimum posset, ad ius voluisset sine vi descendere] Omnis res a simili vincitur: ut puta eloquens vincitur ab eo, qui eloquentior fuerit; fortis non vincitur nisi ab eo, qui fortior fuerit; astutus non vincitur nisi ab eo, qui astutior fuerit. Animadvertendum ergo acumen Ciceronis: homines, inquit, fortissimi ad aequalitatem vivendi non fortitudine, qua solet vinci inferior fortitudo, sed eloquentia deducti sunt. Ergo supra omnes vires eloquentia est, sed quae sit mixta sapientiae.

Ut inter quos posset excellere, cum his se pateretur aequari] ‘excellere’, viribus scilicet. ‘Cum his se pateretur aequari’; ita supra: ‘non ius aequabile quid utilitatis haberet acceperant’.

Et sua voluntate] non coacti viribus corporis: sed in his iam fecerat eloquentiae persuasio voluntatem.

Ab iucundissima consuetudine recederet] Non dixit ‘a consuetudine recederet’, sed ‘a iucundissima’ inquit. Omnium enim rerum etiam malarum aput gerentes iucundissima consuetudo est.

Quae praesertim iam naturae vim optineret propter vetustatem] Ergo hominum natura bona est, sed malitia per consuetudinem naturae vicem coeperat optinere.

Ac primo quidem sic et nata et progressa longius eloquentia] Satis fecit propositioni suae; supra enim dixit: ‘ac si volumus eius rei, quae vocatur eloquentia, considerare principium, reperiemus id ex honestissimis causis natum atque optimis rationibus profectum’. Ita et hic: ‘ac primo quidem sic et nata et progressa longius eloquentia’.

Et item postea maximis in rebus pacis et belli] Ostendit diu eloquentiam profuisse. Verum quod ait ‘maximis in rebus’, ut supra: ‘cognovit quae materies et quanta ad maximas res opportunitas in animis inesset hominum, si quis eam posset elicere’: ergo maximae res pax atque bellum. |

Cum summis hominum utilitatibus] cum illa scilicet utilitate, quae cum honesto est.

Postquam vero commoditas quaedam prava virtutis imitatrix] Omne perfectum bonum, id est, quo natura humanas res nullo adiuncto incommodo munerata est, duobus ad plenum constat, re ipsa et specie atque imagine sui. Ut puta, mel habet rem, scilicet dulcedinem; habet speciem, id est colorem atque aspectum, quo quasi facie, ita ut est, dulce credatur. Ita vir fortis habet rem, virtutem scilicet; habet speciem, id est pulchritudinem corporis. In distorta enim membra neque iuxta naturam sui competenter apposita virtus non potest cadere, ut Vergilius et ceteri quoscumque fortes et pulchros etiam fuisse dixerunt. Sic vestis etiam habet rem, utilitatem texturae; habet speciem, gratiam scilicet ‖ circa aspectus faciem. Ergo ille nescio quis magnus vir ac sapiens et hi, qui postea consecuti accepta vitae praecepta tenuerunt, ut perfecti essent, habuerunt rem, id est sapientiam, habuerunt speciem, scilicet eloquentiam. Qui homines quoniam ex merito virtutis dignissima praemia consecuti sunt, id est, magistratus atque alias utilitates, multi, dum praemia sibi paria exoptant, re ignorata speciem solam sequi

---

12 acceperant *D pr. m.*: acceperat $D^2FO$ 16 sed ab *O* 22 huius rei *O* 24 perfectum $D^2F$ 25 eloquentia uidetur $D^2FO$ 27 cognouitque quae *D* 28 in *D s. l., om. F* si — elicere *D in marg.* 30 cum honestate *O* 36 facie *Capperonnier*: facile *DF* 38 neque — apposita *D*: nec quae — apposita sunt *F* 41 aspectum *O* faciem *nos*: facie* $D^1$, facies $D^2$, faciei *FO* 42 et sapiens *O* uitae *D s. l.* 44 scilicet *DF*: id est *O* 45 aut alias *O*

p. 112. 113 C. p. 14. 15 O.

coeperunt, id est, praeterita sapientia solam dicendi copiam consecuti sunt. Praemiis itaque solis inducta commoditas re ignorata speciem coepit virtutis imitari. Atque adeo contigit, ut mali mores adepti copiam dicendi circa incommoda rei publicae sola eloquentia, omissa sapientia, sint abusi. Commoditas autem, id est prava virtutis imitatrix, tertia illa est, honesto illi soli contraria.

Pervertere urbes ac vitas hominum labefactare adsuevit] Sic supra: 'bonine an mali plus attulerit hominibus et civitatibus'; his duobus enim res publica conflata est.

3. Veri simillimum mihi videtur] Nunc de incommodis eloquentiae locus incipit. Quaeritur autem, qui fieri potuerit, ut eloquentia mixta sapientiae, quae congregavit homines, quae persuasit utile atque honestum, quae urbes constituit, iura docuit, quae multum hominibus profuit, ut eloquentia, inquam, mixta sapientiae coeperit obesse hominibus et civitatibus. Hoc scilicet fuit exordium malorum. Primum urbibus constitutis necesse est crevisse easdem civitates propria sive vicina multitudine: in his deinde non omnes sapientes atque eloquentes fuisse, sed paucos: quamquam omnes hanc habendi materiem continerent. Necesse ergo erat, ut auctis cumulatisque civitatibus sapientes homines atque eloquentes rem publicam gubernarent ipsiusque tantum curam gererent: occupatis itaque circa rem publicam sapientibus privatorum negotia callidi homines et dicaces agere ac tractare coeperunt. Et primum parvarum controversiarum, post omnium fortunarum patroni fieri coeperunt. Qui cum interdum contra iustitiam malas causas defenderent, saepe etiam vincerent, coacti sunt sapientes illi rei publicae intenti civibus ac necessariis suis resistere contra illos callidos ac disertos, qui adsiduitate dicendi notissimi populo atque amicissimi esse coeperant. Itaque isti callidi cum contra illos sapientes viros dicerent, saepe pares, interdum superiores fuisse a populo iudicati sunt et digni haberi coeperunt, qui rem publicam gubernarent. Quibus postquam commissa res publica est, multa | incommoda, multa naufragia contigerunt. Ita ergo factum est, ut eloquentia, quae primum profuerat, sed mixta sapientiae, post sola multum offecerit utilitatibus rei publicae. At cum per hos male eloquentes cuncta gererentur, sapientes illi deturbati ea quae gerere consueverant scribere coeperunt, hique habiti sunt philosophi, et per hos factum est, ut usque ad nostram memoriam rerum honestarum memoria atque imitatio perveniret. ‖

Veri simillimum mihi videtur quodam tempore] Quoniam animo in praeteritis versatur multasque in mentem revocat facies rei publicae, confirmat opinionem suam: fuisse sine dubio tempus, quo res publica a sapientibus gubernata sit, privatorum negotia a callidis hominibus; qui postea pares sapientibus interdumque meliores a multitudine iudicati commissam sibi rem publicam pessum dederunt.

Nec vero ad privatas causas magnos ac disertos homines accedere] ideo quia publica fuerunt anteponenda privatis: 'magnos' ad sapientiam, 'disertos' ad eloquentiam referamus.

Arbitror alios fuisse non incallidos homines] Callidi sunt, qui dolo ac fraude exitum virtutis imitantur.

Cum saepe mendacio contra verum stare homines consuescerent] Multo

---

2 inducta *DF*: indita *O* 3 adeo *DF*: ideo *O* incommoda $D^1$: commoda $D^2FO$ 5 sola *D* 6 et *DF*: ac *O* 7 duobus enim *om. F* 12 omnibus *D* 15 propria $D^1$: propria doctrina $D^2FO$ 17 materiam *O* ut *D s. l.* 21 priuatarum *F corr. m. 2* post omnium *DF*: postremum *O* 23 sint *D* 28 conmissa *D* 37 a *D s. l.* 38 callidis $D^1$: callidissimis $D^2FO$ 39 sibi *D extra versum m. 2* 45 exitum] externum? 46 a mendacio c. u. homines stare *O*

p. 113. 114 C. p. 15. 16 O.

melius res ipsas nominavit, quam si has in negotiis positas nominasset, ut puta ‘cum saepe mendaci oratione contra causam veram stare consuescerent.’

Itaque cum in dicendo saepe par] ‘in dicendo’ inquit; ergo iam omissa est sapientia, si de sola dicendi copia iudicium est.

Nonnumquam etiam superior visus esset] Ostendit verum iudicium non fuisse, ubi vincere aliquis videtur potius quam probatur.

Fiebat ut et multitudinis et suo iudicio dignus, qui rem publicam gereret, videretur.] ‘Multitudinis’ inquit ‘iudicio’: iam in multitudine varietas ipsa vilis est. Quod autem ait ‘suo iudicio’, hoc quoque inritum est: quisnam autem de se potest aut debet habere iudicium? Ad postremum ‘dignus videretur’, ut supra: ‘itaque cum in dicendo saepe par, nonnumquam etiam superior visus esset’.

Hinc nimirum non iniuria, cum ad gubernacula rei publicae temerarii atque audaces homines accesserant, maxima ac miserrima naufragia fiebant] In metaphora permansit: ‘gubernaculum’ et ‘naufragia’ utrumque navis. Negat ergo cuiquam debere mirum videri, rem publicam pessum datam, cum ad eius regimen accesserint homines temerarii atque audaces. Hoc autem interest [inter audacem et temerarium]: audax potest interdum et pro bono accipi, temerarius non nisi malus. Audacia ergo duplex est. Nam et ille, qui in prosperis rebus temere aliquid adgreditur, audax est, et ille, qui provisis rationibus fortiter aliquid incipit, audax est. Quoniam ergo audacia duplicem frontem habet, hic praemisit temerarium, ut intellegeremus audacem; temeritas enim et inconsiderantia causae sunt, harum eventus audacia.

Quibus rebus tantum odii atque invidiae suscepit eloquentia] Omnis causa habet eventum suum omnisque eventus causam. Ut puta, ignis cum in lignum inmissus fuerit, idem lignum incendatur necesse est. Hic ignis in lignum missus causa est, causae vero eventus incendium. Ita ergo eloquentia primo odium contraxit: | iam ex odio, id est ex causa, necesse est aliquis consequatur eventus. Ergo in|vidia consecuta est: plerumque enim ex odio invidia nascitur, plerumque inquam; nam et alium habere potest eventum. Si enim hostem oderis, non invides, sed inimicus es; si servum oderis, non invides, sed irasceris: non ergo semper odii est eventus invidia. Sunt enim causae, quae interdum non necessarios eventus habent, ut si pugno percutias et occidas: sunt item causae, quae necessarios habent eventus, ut ignis missus in stipulam faciat incendium necesse est.

Quibus ex rebus tantum odii atque invidiae suscepit eloquentia] Postquam, inquit, res publica ab insipientibus et dicacibus administrari coepit, sapientes illi eloquentiam odisse coeperunt, et omisso studio rei publicae privatim atque otiose ea, quae gerere in re publica non licebat, litteris scriptisque exercere coeperunt. Atque ideo factum est, ut usque ad nostram memoriam recti atque honesti memoria perveniret.

Ut homines ingeniosissimi] Ingenium est vis quaedam naturaliter animis insita, suis viribus praevalens. In ingenio itaque et sapientia est et eloquentia, ut in his est, quos ingeniosissimos vocavit. Est in ingenio et sola eloquentia, ut supra: ‘tum ingenio freta malitia’.

Hoc vero a plerispue eorum desertum obsolevisse] Absolute ‘hoc vero’, id est, status ille, quo in re publica sapientes atque eloquentes homines versabantur, omissus est atque in oblivionem redactus, illo praesertim tempore,

---

2 ueram causam *O* 7 gerere *DF* 9 autem *DF*: aut *O* 12 Hic *D* 14 metafora *DF* gubernaculum *D s. l.* et *om. F* 17 inter audacem et temer. *D in marg. m. 2* 21 fontem $D^1$ 29 nam alium *O* 35 ex *om. O* 39 ut *D s. l.* 43 est in ingenio et $D^1$: et in ingenio et $D^2$, et in (*om.* $F^1$) ingenio est *FO* 45 Absolute. Hoc uero *O*

p. 114. 115 C. p. 16. 17 O.

quo rei publicae periculis maxime fuerat succurrendum: et 'hoc' quasi per indignationem pronuntiandum. Quod vero ait 'a plerisque', recte; non enim omnes sapientes a re publica recesserunt. Nam Atheniensibus Solon leges scripsit, et quia norat multos esse in re publica corruptissimos, in exilium ultro profectus est. Scripsit isdem Atheniensibus leges et Draco, duorumque hominum legibus utuntur. Lycurgus etiam Lacedaemoniis leges scripsit. Non ergo omnes sapientes a re publica recesserunt, sed quia plerique recesserant, pauci reliqui facile aut cesserunt aut oppressi sunt.

Nam quo indignius rem honestissimam et rectissimam violabat stultorum et inproborum temeritas et audacia] Quando aliquid faciendum persuademus, ab honesto, ab utili, a possibili persuademus; interdum et necessarium ponimus. Isdem praeceptis etiam illam rem, quae non sit facta, reprehendimus, ut hic Cicero conqueritur sapientes a re publica recessisse. Si quidem ut id non facerent, suberat honestas 'nam quo indignius rem honestissimam et rectissimam violabat'; suberat utilitas 'summo cum rei publicae detrimento'; utique a re publica periculum submovere utile est: suberat possibilitas: 'stultorum' inquit 'et inproborum temeritas et audacia'; facile enim stulti ac temerarii superantur. ‖

Eo studiosius et illis resistendum fuit et rei publicae consulendum] Hic quoque honestum atque utile servavit. Honestum est enim inprobis resistere, utile rem publicam, in qua sis, habere defensam.

4. Quod nostrum illum non fugit Catonem] nostrum, id est Romanum. Nam reprehensio illa superior sapientium atque eloquentium de Graecorum principibus facta est, quod enim disertis ac dicacibus hominibus facile rem publicam cesserint: nunc vero venit ad Romanos, quos ostendit ita sapientes atque eloquentes fuisse, ut numquam rem publicam deseruerint; neque quicquam illis tantum disertis concessisse. | Quod cum facit, praeponit Graecis Romanos seque per Romanos. Verum exempla cum proferimus, non unum aliquod, sed quam multa possumus, cum decore tamen proferre debemus, ut nunc Cicero commemorato Catone statim alios subicit, simul quod in Romanorum laude unius hominis quamvis egregii non sufficit exemplum.

Quibus in hominibus erat summa virtus, summa virtute amplificata auctoritas, summa, quae et his rebus ornamento et rei publicae praesidio esset, eloquentia] Virtutem in artibus semper sapientiam accipiamus. Verum sapiens atque eloquens habere debet illam, quae totam efficit auctoritatem. Itaque si accedat sapientia, amplificatur auctoritas. Si his duobus accesserit eloquentia, erit, qui haec potuerit habere, perfectus, ut hic maioribus nostris, Catoni, Laelio atque aliis tradit sapientiam, auctoritatem, eloquentiam.

Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiae studendum est] Meminerimus in hac praefatione quattuor thesis esse: principalem illam, iungendam esse eloquentiae sapientiam: secundam illam, non multum prodesse rei publicae solam sapientiam, tamen prodesse: tertiam illam, numquam omnino eloquentiam solam prodesse rei publicae, nimium obesse plerumque. Postea de origine eloquentiae disseruit et, quae eius circa actus natura fuerit, dispu-

---

2 recte dicit $D^2F$; r. dixit $O$ 4 scribsit $D$, *item v. 5 et 7, et sic saepe alias* 5 tracon $F$, Dracon $O$ duorum $F$ 6 Lacedaemonibus etiam $O$ 8 recesserunt $F$ 17 stultitia $D$ *pr. m.* ac $D$: aut $F$ 23 sapientum $O$ 24 quod enim $D$: quod $F$, quod ii $O$ 29 tamen cum decore $O$ 32 summa uirtus $D$: summa uirtus et $FO$ ampl. auctor. summa uirtute $F$ 33 summaq. et his $D$, quae * (*videtur* et *erasum*) $F$ (*om.* summa), et quae $O$; *fort.* summaque, quae et his praesidii $D$ *corr. ex* praesidio 35 totum $D^2$ effecit $DF^1$ 36 potest $F$ 38 tradit $F$. tradat $D$, tradidit $O$; *an* dat? 39 meminerimus *nos*: meminimus $DFO$ 41 esse iung. $O$

p. 115. 116 C. p. 17. 18 O.

tavit ostenditque primo eloquentiam profuisse, sed quam diu fuerit mixta sapientiae: post eandem eloquentiam repudiata sapientia maxima naufragia intulisse rei publicae magnumque exinde odium atque invidiam contraxisse. Ne quis ergo existimet eloquentiam semper esse fugiendam, quippe multa incommoda per hanc contigisse monstravit necessario, quarta haec thesis est, studendum eloquentiae, sed quae sit mixta sapientiae. Et est hic quasi exhortatio. In exhortatione vero deliberationis praecepta servantur. Tractatur utilitas, tractatur honestas, tractatur possibile. Utilitas porro duobus generibus conprehenditur, si mala repellamus, si prospera consequamur. Ergo hic tractat utilitatem ab utroque, et primo ut mala repellantur. ‘Sed eo vevehementius’ inquit ‘studendum est eloquentiae, ne mali magno cum detrimento bonorum et communi omnium pernicie plurimum possint.’ Deinde quod bona consecuntur: ‘cum praesertim’ inquit ‘hoc sit unum, quod ad omnis res et publicas et privatas maxime pertineat’. Postremo etiam ad solam privatam utilitatem descendit et ibi utile atque honestum ipsis nominibus signat. ‘Hoc tuta’ inquit, quod utile est, ‘hoc honesta, hoc inlustris’, quod ex utili atque honesto est; ‘hoc eodem’ inquit ‘vita iucunda fiet’. Magna exhortatio, si quidem inter studia utilitatis atque honestatis circa eloquentiam conparandam, quae quidem studia multum habent laboris, etiam vitam futuram dicit esse iucundam. Superest ergo possibile, ut ostendat eloquentiam posse consequi: ‘si’ inquit ‘eloquentia non solum natura neque exercitatione, sed etiam arte constat’: quoniam artem discere in nostra potestate est, possumus, inquit, eloquentiam consequi. In hac exhortatione est etiam auxesis; auget enim laudes eloquentiae. Auxesis porro duobus modis fit, ratione et conparatione. Auxit eloquentiam ratione, ubi ait per hanc et publicas et privatas res administrari posse, per hanc vitam tutam, honestam, inlustrem, iucundam futuram, per hanc unum quemque rei publicae, sibi atque amicis prodesse posse. Auget vero eloquentiam conparatione, cum ait locutione sola fieri, ut beluis omnibus antecellamus, cum alias inferiores beluis simus, praeclarumque esse, si propter quod beluis praestas, hoc ipsis etiam hominibus antecellas: quod poterit fieri, si eloquens fueris. Nunc quoniam exhortationis atque auxesis praecepta monstravimus, ad interpretationem in his positae orationis redeamus.

Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiae studendum est] Quarta illa thesis: studendum est eloquentiae, sed quae sit mixta sapientiae. Et verecunde ‘meo’ inquit ‘animo’, ne quid sibi usurpasse videatur: non dixit ‘eloquentiae studendum censeo’. Sed quod ait ‘nihilo minus’, id est, quamquam multa incommoda attulerit rei publicae, tamen eloquentiae studendum est, sed ut ei sapientiam coniungamus.

Etsi ea quidam privatim et publice perverse abutuntur] Magna exhortatio, cum ait ‘quidam’, ut, si pauci sunt, facile opprimi posse videantur. ‘Privatim et publice’; res publica enim his duobus constat, hominibus et civitatibus. ‘Perverse abutuntur’; obest enim rei publicae, quae prodesse debebat.

Magno cum detrimento bonorum et communi omnium pernicie] Et hic optime exhortatur. Ne quis enim diceret, quid mea, si boni periclitantur? recte addidit ‘et communi omnium pernicie’. Ergo studendum est eloquentiae, ne opprimamur.

---

4 estimet *F*, aestimet *D* 5 monstrauit, necessario quarta *O* est *om.* $D^1$ 6 mixta sit *O* 13 consequantur *F* unum sit *O* 16 tota *D* 20 esse dicit *F* 21 sinquit $D^1$, si *om.* *F* eloquentiam $DF^1$ 29 omnibus *om.* *O* 31 etiam *add. m. 2 in F* potuerit *F* 36 uerecunde ς: iocunde *mei* 40 quidam et priuatim *O* 42 res enim publ. *O* 43 quae *DF*: quod *O* 47 opprimantur *F pr. m.*

p. 116, 117 C. p. 18. 19 O.

Nam hinc ad rem publicam maxima commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum praesto est sapientia] Bene persuadet sapientiam iungendam esse eloquentiae, si rerum omnium moderatrix est. Ergo multa, inquit, ad rem publicam commoda veniunt ex eloquentia vel sapientia. Sed quia multi propriis magis utilitatibus volunt esse consultum, recte subdidit: 'hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt, laus, honos, dignitas confluit': quae omnia et utilia sunt et honesta.

Hinc amicis quoque eorum certissimum et tutissimum praesidium conparatur] Ostendit hic, quid agat orator; sapiens enim cum eloquentia negotia suscepta non decipit, et inde fit ut commodis amicorum deesse non possit. Ut ipse Cicero in Verrinis: et qui omne reliquum tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis laboribusque consumam.

Ac mihi quidem videntur homines] Diximus supra auxesin ratione et conparatione fieri: hic conparatio est hominum et beluarum et inter se hominum.

Hoc si forte non natura modo neque exercitatione conficitur, verum etiam artificio quodam conparatur] Ut supra diximus, possibile hic tractatur, id est, posse ab hominibus per artem eloquentiam conprehendi. Necessario ergo prius, quam eloquentiae praecepta traderet, exhortatus est ab honesto, ab utili, a possibili, et debere ab hominibus et posse eloquentiam conprehendi.

Sed ante quam de praeceptis oratoriis dicimus, videtur dicendum de genere ipsius artis] Omnis ars duplex est, id est, duplicem faciem habet secundum praeceptum sententiamque Varronis, qui ait esse artem extrinsecus unam, aliam intrinsecus. Ars extrinsecus talis est, quae nobis scientiam solam tradit, intrinsecus, quae ita dat scientiam, ut illud ipsum, quod scientia dat, quibus rationibus faciamus ostendat. Ita illa ad | scientiam solam proficit, haec ad scientiam, quae in actu sit. Ut puta si dicam 'grammatica ars est gnara partium orationis, gnara syllabarum, gnara litterarum; per hanc discimus omnia vitia devitare': haec cum dico cumque per hanc vitari vitia dico, non tamen quo modo vitentur ostendo: artem illam extrinsecus doceo, per quam sola scientia discitur. Si autem dicam, quae sint partes orationis, quae syllabae, quae litterae quibusque modis omnia illa constent, quo pacto vitia vitentur, tunc erit illa ars, cui est nomen intrinsecus: non quae ad scientiam nostram tantum proficit, sed quae in actu sit. Ergo et ars rhetorica duplex est; nam est extrinsecus et intrinsecus. Intrinsecus autem illa est, quae nobis ad actus praecepta artis insinuat: extrinsecus porro, quae nobis, quid sit rhetorica, demonstrat: quam cum demonstraverit, scimus tantum, sed exercere non possumus. Hanc itaque artem extrinsecus, quae solam scientiam parit, quinque rebus Tullius ostendit, genere artis, officio, fine, materia, partibus. Ipse etiam ostendit se de ea arte, quae est extrinse-

11 Div. in Caecil. §. 41.

1 maxima *mei*: plurima *O* 2 rerum *om. mei* 3 si quidem rerum *O* 6 honor *F* 8 et *D*: ac *O*: et tutiss. *F s. l. m. 2* 10 decipit *mei*: deserit *O* 11 reliquum *om. libri Tulliani* 12 laborisque *D pr. m.* 14 auxesin ratione *nos*: auxesis in rat. *D*, auxesin in rat. *F*, auxeseis et rat. *O* 17 Hoc si *F*: Hic *D* 1c non natura] *hic redit manus vetus in B* 23 dicamus *BFO* 26 aliam — — tradit *om. F*[1]; intrinsecus aliam *F*[2] 28 scientia dat *F*[2]: scientiam dat *DBF*[1] 30 gnara syllabarum *om. F* 33 doceo *DB*: dico *F* 34 constent *D partim in rasura* 42 sedeaarte *D corr. in* se de arte

p. 117. 118 C. p. 19. 20. 21 O.

cus, esse dicturum. Intrinsecus vero artem, quae nobis ad actus praecepta dat, interim differre; ait enim: 'sed ante quam de praeceptis oratoriis dicimus, dicendum videtur de genere ipsius artis'. Quoniam primo artis generi satis faciendum est, quale genus rhetoricae artis sit, explicemus. ‖

5. Civilis quaedam ratio est] Ut supra promisimus, de genere artis rhetoricae nobis dicendum est. Genus, hoc ipsum quod sonat genus, vox est. Haec vox generis triplicem significantiam habet. Est genus, id est patria, parentes, origo, sanguis, quo modo est illud: 'unde genus ducis?' Est item genus, sub quo multa similia ex eodem descendentia continentur, ut animal genus; etiam homo, equus, piscis animalia: sed horum omnium genus animal. Est tertium illud genus, quo cuiuslibet rei qualitas indicatur: si dicas, cuius generis vestis, cuius generis factura. In hoc genere artem rhetoricam ponit, id est, qualis vel quanta sit demonstrat. Et recte: si enim ars genus est, illud quaerendum est, sub quo genere artis sit; est enim ars grammatica, ars dialectica, ars rhetorica. Sed istae omnes artes in genere qualitatis sunt ponendae, quo quales vel quantae sint demonstrentur. Ergo et rhetoricam in genere qualitatis ponit, quo qualis vel quanta sit demonstretur. Deinde debet attendere, ubi sit ars rhetorica, an sola sit, si par, si aequalis, maior minorve sit. Atque ideo quia haec diligenter inspexit, rhetoricam civilis cuiusdam rationis partem dicit esse maiorem. Et quia ad genus artis rhetoricae descendimus, quae sit vel ubi sit, attendamus. Omnis patria quidquid agit, civilis ratio dicitur. Haec civilis ratio duplex est: una, quae res certas sollemni cursu ac sine ullo tumultu agit, et altera, quae in lite ac disceptatione versatur. Ut homo quidquid agit duobus modis agit, factis et dictis, ita civilis ratio est una in factis et dictis, sed quae facta et dicta in actu atque opere constituta sint: alia in factis et dictis, sed quae facta et dicta in iudicio vel quaestione versantur. Ita una illa ratio in actu est atque opere: hanc vero alteram civilem rationem, quae in quaestione versatur, | scientiam nominavit. Hic enim docetur, quid iustum, quid utile, quid honestum sit. Haec rursus civilis ratio, id est scientia, in duobus est: in rhetorica, id est artificiosa eloquentia, et in sapientia, id est rerum conceptione ex natura veniente. Sed quia orator plus per eloquentiam gerit, idcirco rhetoricam civilis rationis partem esse dixit, sed quia duplex est, cuiusdam rationis partem; nam *est* ibi et sapientia. Et ut genus exprimeret rhetoricae, partem amplam magnamque esse confirmat.

Civilis quaedam ratio est, quae multis et magnis ex rebus constat] ‖ Cum dicit 'quaedam ratio', ostendit duplicem esse: unam, quae in opere constituta sit, alteram, quae in quaestionibus: quam rationem civilem, in qua rhetoricam ponit, ut supra diximus, scientiam debemus intellegere. Et quod ait 'multis et magnis ex rebus constat'; notum est enim, quam crebris et de

---

2 dicamus *BFO* 3 Videtur dicendum *O* 5 est *om. O* 11 est *om. F*, est uox *B* 13 quae qualis *F* demonstratur *F* enim *D*: quidem *BO et F, sed hic m. 2 in loco eraso* 14 illud quaerendum est, sub quo genere artis sit; est enim ars *F ante rasuram*: illud sub quo genere artis ars *DBO*; *in F verba* quaerendum ē, sit *et* enim *erasa sunt, relictum est* ars *ante* enim 15 sed *D in ras. m. 2* 16 demonstrantur *O* 17 qualitatis *om. F*[1] quo] quae *D*[1]*F* 18 minor maiorne *O* 19 quia *DB*: qui *F* 23 et sine *BO* 24 ita civilis — et dictis *(v. 26) exciderunt ex ed. Capp.* 26 sunt *O* 27 *fort.* uersentur 33 magnam partem *F* partem esse diximus (dicit *corr.*) *D m. 2 in marg. habet* dixit *Rangius:* diximus *libri* cuiusdam ciuilis rationis *F* partem [dixit] *O* nam ** ibi et sapientia et *D*[1]: nam et sibi et sapientiae *D corr. m. 2 BFO* 34 Et *om. D*[2]*BFO* exprime *D (absorptum est* ret *a syllaba* rhet), exprimat *BFO* rhetoricae *D*: rhetoricam *BFO* 36 constat] *addunt BFO*: eius quaedam magna et ampla pars est artificiosa eloquentia 37 ratio est *D*[2]*BFO* constituta est *O* 39 rhetoriam *D*

quam magnis rebus iudicia vel quaestiones habeantur. Parum ergo fuerat dixisse ‘multis ex rebus’, nisi addidisset ‘et magnis’.

Eius quaedam magna et ampla pars est artificiosa eloquentia] Cum ait ‘quaedam pars’, ostendit eloquentiam et scientiam ex duplici constare, id est, ex sapientia et artificiosa eloquentia, sed eloquentiam partem esse maiorem. ‘Et magna’ inquit ‘et ampla pars.’ Magnum est, quod in cumulum sui et magnitudinem crescit, amplum, quod late patet et per multa diffunditur: ita et supra: ‘quae multis et magnis’. ‘Magnum’ ita ibi, ut hic posuit, ‘multum’ vero ad amplitudinem referamus. ‘Magna et ampla pars est’ inquit ‘artificiosa eloquentia’: non eloquentia solum, sed artificiosa eloquentia, quae rhetorica vocetur.

Nam neque cum his sentimus, qui civilem scientiam eloquentia non putant indigere] Diximus supra partem illam civilis rationis, quae in iudiciis versetur, scientiam vocari hancque ex duplici constare, sapientia scilicet et artificiosa eloquentia. Quare nunc se ab his dissentire dicit, qui horum altero scientiam civilem constare dicunt. ‘Nam neque’ inquit ‘cum his sentimus, qui civilem scientiam eloquentia non putant indigere.’ Multi, inquit, dicunt, civilem scientiam sine eloquentia stare posse; cuncta enim per naturam, id est per sapientiam, facile posse cognosci. Multi autem dicunt civilem scientiam sola eloquentia constare posse, illudque esse iustum vel iniustum, quod eloquentia potuerit persuadere. Sed ego, inquit, ab utrisque dissentio. Nam civilis scientia et ex sapientia constat, qua cuncta sentimus, et ex eloquentia, qua id, quod sentire possumus, explicamus. Sed quia eloquentia posita in re publica facilius quod fuerit adgressa persuadet, idcirco eam in civili scientia partem dixit esse maiorem. |

[Et ab his] qui eam putant omnem rhetoris vi et artificio contineri] Ergo omnis civilis scientia sola rhetorica non potest contineri; rhetorica enim civilis scientiae pars est. Quod autem ait ‘vi et artificio’, || artificium est, quo ad aliquid citius faciendum per praecepta formamur. Iam id, quod ex artificio conficitur, vis est: ergo hic ‘rhetoris vi’ inquit ostenditque unde vis illa descendat, ‘et artificio contineri’.

Quare hanc oratoriam facultatem] Artificiosam eloquentiam facultatem oratoriam vocavit; arte enim unius cuiusque rei facilitatem consequimur, et haec eadem vis est, quae, ut supra diximus, ex arte colligitur.

---

4 eloquentiam et *om. F* 8 Et ita supra *O* 9 est *F*: *om. DBO* 12 *et* 16 cum iis *O* 14 uersatur $D^2BF$ dupli *D* 15 ab illis *BO* horum] sine *F* 19 cognosci] cognosci dicunt *F* 23 quia *om.* $B^1$ 25 dixit partem *F* 26 Et ab his *om. D* iis *O* ergo *nos*: si ergo *DBFO* 27 scientia ciuilis *O* enim *DF*: *om. BO* 28 ait rhetoris *DFO* ui et artificio, artificium est *D*: *in O et plerisque codd. haec est interpolatio (cf. p. 170, v. 29 sqq.)*: ui et artificio, tale est, ac si dicatur: Grammatica est gnara literarum; per hanc enim discimus omnia uitia uitare: non dico tamen quomodo uitentur. Artem illam extrinsecus doceo, per quam solum uitentur, sed non quomodo. Si autem dicam, quae sint partes orationis, quae syllabae, quae literae quibus characteribus constent, quo pacto uitia uitentur: tunc erit illa ars, cui est nomen intrinsecus, non quae ad scientiam nostram tantum proficit, sed quae ad actus [*corr.* in actu] sit. Ergo et ars rhetorica duplex est. Nam est extrinsecus et intrinsecus. Intrinsecus autem illa est, quae nobis ad actus praecepta artis insinuat. Extrinsecus porro, quae nobis, quid sit rhetorica, demonstrat: quam cum demonstrauerit, scimus tantum, sed exercere non possumus. Haec itaque res [hanc itaq. in rem *D in marg.*, hanc itaq. rem *F*], quae solam scientiam parit, ui et artificio continetur. [contin. *om. F et margo D*] Artificium est *etc. Verba interpolata in B antiqua manu deleta, in D in marg. manu saec. XI. suppleta sunt, F autem in initio non habet nisi haec:* rethoris ui et artificio (artificiosa *ante ras.*) uitia uitare. Non dico tamen quomodo *etc.* 29 iam *DF*: nam *BO* ex *om. O* 31 descendit *BO* 33 rei *om.* $B^1$ facultatem *BFO*

p. 119. 120 C. p. 22. 23 O.

Officium autem eius facultatis videtur esse adposite dicere ad persuasionem, finis persuadere dictione] Officium est unius cuiusque personae actus congruens secundum mores civitatis: ergo officia pro personis diversa sunt. Aliud enim est officium patris, aliud amici, aliud, ut ad rem redeamus, oratoris. Officia vero omnia ad finem spectant: finis quoque ad officia refertur. Nam neque officium recte definiri potest sine admixtione finis, neque finis sine officii coniunctione, et hoc in omnibus personis ac rebus, ut hic Cicero in definiendo oratoris officio finem nectit officio; ait enim ‘officium autem eius facultatis videtur esse dicere adposite ad persuasionem’. Ergo officium oratoris est dicere, sed adposite ad persuasionem, ubi iam finis admixtio est, id est persuasionis. Nam solum dicere non bene officium definit oratoris; potest enim esse multorum: nam et poetae et philosophi dicunt. Itaque oratoris officium plenissime finis admixtione declaravit. Deinde finem oratoris officii ait esse persuadere: sed non satis plene finem oratoris ostenderat, si solum ‘persuadere’ posuisset; nam persuadetur tabulis, tormentis, testibus multisque aliis rebus. Ergo ut finem proprium oratoris declararet, fini adiunxit officium; ait enim ‘finis est oratoris officii persuadere dictione’: ‘dictione’ inquit, quod est oratoris officium. Ita, inquit, et medici officium est curare, sed quia multi et incantatione et ligaturis curant, ‘curare’ inquit, sed ‘adposite ad sanandum’. Ergo ut evidentius officium medici demonstraret, finem quoque iunxit officio, id est curationi sanitatem. Deinde finis est medicinalis officii, inquit, sanare, sed quia multi item sanant, addidit sanare curatione. Ita ergo semper officium et finis sine altero exprimi non possunt. Hanc tamen distantiam dicit esse inter officium et finem, ut in officio, quid agendum sit, in fine, quid conplendum sit, considerare debeamus. Hic Marcomannus erravit, qui dixit finem oratoris officii non esse persuadere, nec finem medicinalis officii sanare; etenim saepe oratorem non persuadere et medicum non sanare, | ideoque addidit: quatenus rerum condicio personarumque patiatur. Sed non intellexit Ciceronem, qui finem in rebus ipsis posuit, non in eventu, id est, qui finem in officio constituit et in his ipsis rebus, quae, dum in officio sunt, ad finem ‖ tendunt. Quare et oratoris officii finem esse conpletum, si adposite ad persuasionem dicat, et medicinalis officii finem esse conpletum, si quidquid ad sanitatem spectare videtur, adhibuerit. Marcomannus itaque finem non in rebus, sed in eventu collocavit.

Materiam artis eam dicimus, in qua omnis ars et ea facultas, quae conficitur ex arte, versatur] Res interdum specialiter definimus, cum, quid sint, ab isdem ipsis incipimus demonstrare, ut paulo ante definivit genus, officium, finem, in arte scilicet rhetorica. Interdum quo clarius rem definiamus, a genere incipimus eius rei, quam definimus, sed a genere, quod vicinum sit, non valde remotum, ut nunc Cicero, cum materiam artis rhetoricae demonstraturus sit, non a materiae definitione coepit, sed a materia artis. Primum autem genus est materia; materia porro in duas species dividitur. Est autem materia artis, est non artis. Rursus materia artis dividitur in artes plurimas,

---

1 faculta persuasionem *D pr. m.*, tis uidetur — ad *add. s. l.*, *sed om.* adposite apposite dicere *BF*: dicere appos. *O* 4 est enim *BO* oratoris *D pr. m.*: artis oratoris *D corr. BF*, artis oratoriae *O* 9 apposite dicere *B* 11 definiuit *B* 14 ostenderet *F corr. ex* ostenderat 19 est *om. F*[1] 21 curationis sanitatem *DB*[1]*F* 25 debemus *B*[1] marcomagnus *B*[1], *item infra* 26 non esse pers. — et medicum] *haec absunt ab ed. Capp.* 27 non persuadere oratorem *BO* 28 sanare ideoque *DBF*: sanare contingit: ideo *O* quatenus] quantum *F in ras. m. 2* 29 ipsis *F*, *sed* sis *in ras.* 30 in iis *O* 34 non in rebus finem *O* 35 dicemus *D* ea *om. D* 36 sit *B* 38 rem *om. B* 39 uicinum *DF*: sibi uicinum *B*, finitimum *O* 41 a *post* non *D s. l.* 42 autem *mei*: enim *O*

p. 120. 121 C. p. 23. 24 O.

grammaticam, dialecticam, rhetoricam aliasque multas. Ergo a materia artis, quae medio supra est, incipit, ut definiat materiam artis rhetoricae. 'Materiam' inquit 'artis': ut genus esset, non addidit rhetoricae. Verum quod ait 'eam dicimus', ostendit artis omnem materiam in duobus esse, id est in eo, ubi facit aliquid, et in eo, unde facit: ut puta, fabri materia est in eo, ubi facit, id est ferrum, quod tundit: est item fabri materia in eo, unde facit, id est ferrum, de quo tundit. Ita et medici materia est, ubi facit, morbus ac vulnera, item, unde facit, instrumenta, quibus curat. Sic et materia rhetoricae artis potest in eo esse, ubi facit, id est in deliberatione, demonstratione, iudiciali. Potest et in eo esse, unde facit, id est in argumentis, quaestionibus et in reliquis materiae necessariis. Verum Cicero generaliter materiam artis illam dicit, in qua omnis ars et facultas veniens ex arte versatur, id est ubi fit, non unde fit: ut medici materia sit morbus ac vulnera, fabri ferrum, quod tundit, rursus rhetoricae artis materia sit deliberatio, demonstratio, iudicialis, non argumenta et illa omnia, quibus materia rhetoricae artis impletur. Verum quod ait, 'in qua omnis ars et ea facultas, quae conficitur ex arte, versatur', cum accipimus alicuius rei artem, necesse est nos aliquid ex ea consequi. Quare id, quod ex arte conficitur, ut supra docuimus, facultas dicitur; cuncta enim per artem facilius transiguntur.

Has autem res alii plures, alii pauciores existimarunt] eas res scilicet, in quibus materia artis rhetoricae consistit. Sunt autem, ut Aristoteli et Ciceroni placet, tres, id est triplex materia, demonstrativa, deliberativa, iudicialis. Itaque quantum ad materiam rhetoricae artis spectat, hoc plenum est. Iam quidquid plus est, a pleno || plus intellegitur: quidquid minus, a pleno minus intellegitur. Verum quod plus est, dupliciter plus est, aut in eo, ubi modus est, aut in infinito. Et ideo addidit praeter illud, quod dixit, 'alii plures existimarunt'. |

'Nam Gorgias' inquit 'Leontinus, antiquissimus fere rhetor, omnibus de rebus oratorem optime posse dicere existimavit: hic infinitam et inmensam huic artificio materiam subicere videtur'] Ergo illi, qui in pluribus rebus rhetoricam materiam constituunt, exhortationem et consolationem in rerum generibus ponunt, id est in materia rhetorica. Sed quia orator in civili ratione versatur, consolatio porro privatorum est, consolari amici est potius quam oratoris. Deinde quia officium oratoris est persuadere dictione, exhortatio sive dehortatio ad materiam non pertinent oratoris. Cum enim exhortor, nihil persuadeo, sed volentem aliquid, ut magis velit, instigo: et cum dehortor, nolentem aliquid non tunc primum persuadeo ut nolit, sed ut magis nolit instigo. Ergo necessario exhortationem et consolationem Tullius a materia rhetoricae artis separavit. Item illi, qui res pauciores rhetoricae materiae tribuunt, demonstrationem tollunt. Dicunt enim in demonstratione nihil persuadere oratorem (cum re vera persuadeat), sed falso. Nam cum aliquem vituperamus sive laudamus, ut aput omnes talis habeatur, qualem demonstramus, sine dubio persuademus. Ergo Cicero Aristotelen secutus triplicem materiam esse dicit oratoris officii: demonstrativam, deliberativam, iudicialem. Sed has materias in publicis causis constituit hisque personas certas tribuit: quare has tres res definit in civili negotio positas cum certae significatione personae. Demonstratio est, inquit, certae personae aut laus aut

---

1 a *BF sup. lin.* 2 quae in medio ς 4 dicemus $DF^2$ 7 ferrum *D*: malleus *BF*, malleum *D corr. in marg.* de quo (quod *D pr. m.*) *DBF*: quo *O* 10 et *om. B* 15 iudicialis (*sc.* materia) *D*: iudiciale *BF* 20 existimaverunt *O* 23 expectat *DB*, exspectat *F* 26 existimaverunt *BO* 29 rebus *D*: *om. BFO* rhetoricae *O* 40 re *D s. l.* 42 Aristotelem *BFO* 43 *ea quae post* iudicialem *O uncinis inclusa addidit ex cod. Basil. saec. XV, recte absunt a meis* 45 definiuit *BFO*

p. 121. 122 C. p. 24. 25 O.

vituperatio: deliberatio est, inquit, quae posita in publicis causis adsertionis suae sententiam dicit: iudicialis est, inquit, quae in iudicio civili posita duo agit, aut accusat aut petit: contra aut defendit aut negat.

Nam Gorgias Leontinus antiquissimus fere rhetor] Hic oratorem dixit de omnibus rebus optime posse dicere: qui, ut videmus, a pleno excussit et excessit non ad id, quod habet modum, sed in infinitum. Denique hoc ipse Cicero ostendit: 'hic infinitam' inquit 'et inmensam huic artificio materiam subicere videtur'.

Aristoteles autem, qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta subministravit] Duo, quae oratori maxime sunt necessaria, Aristoteli circa scribendam artem dedit, inventionem et elocutionem: adiumentum enim de inventione venit, ornamentum de elocutione. Hic ergo Aristotelis sententiam sequitur; nam rhetoricam materiam triplicem constituit, demonstrativam, deliberativam, iudicialem. ||

6. Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur intellegere videtur] Scimus Ciceronem materiam rhetoricae artis triplicem constituere, iudicialem, deliberativam, demonstrativam, hocque etiam Aristoteli placuisse. Quare superius reprehendit eos, qui oratori infinitam materiam constituerant: reprehendit eos, qui addiderant exhortationem et consolationem: reprehendit et eos, qui subtraxerant demonstrationem. Nunc etiam Hermagoran, qui aeque artes scripsit, confutat ac lacerat, dicitque hunc vehementer errasse, quod materiam oratoris in duas partes dividat, in causam et in quaestionem. Quorum unum dicit esse oratoris officii, causam scilicet, aliud longe ab oratore remotissimum et nec ab ipsis philosophis diligenter conprehensum, scilicet quaestionem. |

Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur intellegere videtur] Duobus modis reprehendit Hermagoran, quod non perspexerit rei illius vim, quae omnino longe remota est ab oratoris officio, id est quaestionis: et quod videatur de se polliceri ea, quae oratori adtribuit ad dicendum. Hoc quoque duobus modis reprehendit. Nam erravit, inquit, si non, quod omnis orator, sed quod ipse possit, ad materiam rhetoricae artis adplicuit. Deinde, inquit, nec ipse potuit; nam numquam illum ex arte dixisse omnes videmus. Ergo quoniam duo diximus in Hermagora reprehendisse Ciceronem, quod rem non adtenderit, quod multum de se videatur esse pollicitus: primo eum demonstrat rem, quam oratori attribuerit, non vidisse. Sed ante quam id ostendamus, quid sit causa, quid quaestio videamus.

Causam esse dicat, quae habeat in se controversiam in dicendo positam cum personarum certarum interpositione] Causam, inquit, hanc esse dicit, controversiam in dicendi contentione positam cum certis personis: 'quam' inquit 'causam nos quoque oratori dicimus attributam'. Nam 'huic' inquit 'causae tria genera supponimus: iudiciale, deliberativum, demonstrativum'. Quaestionem porro hanc esse dicit, controversiam quidem in dicendo positam, sed sine certis personis; quae scilicet rhetorica dictio vocatur.

---

3 defenditur aut negatur *D ante rasuram* 5 omnibus de rebus *BO* excussit et *mei*: *om. edd.* 6 ad id *B*: ab id *D*, in id *FO* 10 sumministrauit *mei* aristoteli $D^1$: aristoteles $D^2BFO$ 12 hic *F in ras.* 13 rhetoricae *O* 16 uideatur $F^1$ 19 constituerunt $D^2F$ 20 et *om. B* 21 etiam *om. O* Hermagoram *BFO, item v. 27 et p. 176, 3 et 33* 22 in causam] '*quam Graeci rhetores ὑπόθεσιν*, in quaestionem, *quam θέσιν solent appellare*'. Capp. 23 et quaestionem *O* 27 uideatur *F* 29 quaestionis (*sc.* vim) *mei*: quaestionem *O* 32 nam ñumquam *F*, *sed* ~ *erasum*, nam non numquam *D corr.* ex arte illum *O* 35 eum] cum $B^1$ 37 dicat *DBF*: dicit rem *O*, dicat rem *libri Tulliani* 38 hanc inquit *O* 40 oratoris $D^1$ dicimus esse *O*

p. 122. 123 C. p. 25. 26. 27 O.

Thesis porro duplex est, theoretice et practice. Theoretice est, quae divina cognoscit, practice, quae in hominum negotiis et civili disceptatione versatur. Ergo primo adserit Hermagoran vim rei, quam oratori attribuat, non vidisse; nam thesin oratoris materiam non esse persuadet. Quae cum duplex sit, theoreticen magis exaggerat, nec parvis aut levibus quaestionibus, sed infinitis: ‘verine sint sensus, quae sit mundi forma, quae sit solis magnitudo’. Sed quare et practicen thesin posuit, id est, ‘ecquid sit bonum praeter honestatem’? Thesin quidem Cicero materiam oratoris esse non dicit illamque theoreticen omnino removet: practicen autem thesin dicit ab oratore tractari, sed ut argumenti locum teneat, non materiae. Ergo ita tollit oratori practicen thesin, ut materia eius non sit, liceat autem ei pro argumento proferre.

Ecquid sit bonum praeter honestatem] Stoici dicunt honestatem solam bonum esse. Iam multi disputant, utrum et utilitas bonum sit, utrum et dignitas bonum sit. ‘Verine sint sensus’, ut Lucretius negat esse veros sensus odoris, visus, tactus, saporis, auditus. ‘Quae sit solis magnitudo’: utrum tantus sit, quantus videtur, an maior vel multo minor. ‘Quae sit mundi facies’: multi enim dicunt mundum in modum sphaerae esse collectum, multi oblonga rotunditate esse formatum, multi plana facie, multi quadrata, multi in camerae modum, scilicet ut sub terra non sit similis, ac supra caput est, mundi facies.

Quas quaestiones procul ab oratoris officio remotas facile omnes intellegere existimamus] | Bene ait ‘ab oratoris officio remotas’; oratoris officium enim est negotium civile tractare. Non tamen dixit ab oratore remotas; potest enim orator, postquam proprio officio satis fecerit, etiam philosophiae operam dare.

Nam quibus in rebus summa ingenia philosophorum plurimo cum labore consumpta intellegimus] Quando aliquid negamus aut tollimus, quare id faciamus demonstrare debemus, ut nunc Cicero ab oratoris materia tollit thesin et probat se recte tollere. Nam, inquit, res illas, in quibus philosophi ingeniosissimi magno cum labore versati sunt, has oratori quasi parvas partes adplicare dementiae est, oratori scilicet, qui aegre suum quoque inplet officium.

Quod si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem] Ostendit iam Hermagoran, quod primum fuit, vim rei illius non vidisse, quam ad oratoris materiam quasi parvum aliquid adplicarat. Nunc illud aliud tractat ‘nec quid polliceatur intellegere videtur’. Et ostendit primo non recte eum fecisse, si ex eo, quod ipse posset, in ceteros praecepta constituerit. ‘Quod si’ inquit ‘magnam in his Hermagoras habuisset facultatem, videretur fretus sua scientia falsum quiddam statuisse de oratoris officio’. Deinde nihil illum potuisse confirmat, simulque illi et rhetoricam et philosophicam tollit; practice enim rhetoricae est, theoretice philosophiae. ‘Nunc vero’ inquit ‘ea vis est in homine, ut ei multo rhetoricam citius quis ademerit quam philosophiam concesserit’. ‖

Quod si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem studio et disciplina conparatam] Ostendit, quibus rebus facultatem totius scientiae conse-

---

3 primum *F* 7 etquid *DBF*, *item v. 13* 10 illa *B*, *corr. m. 2 in* ita 13 bonum *mei*: bonum in vita *O* 14 bonam *B* 17 tantum sit quantum (quantus *corr. 1 m.*) *D* multo *om. F* facies *mei*: forma *O* 18 collectum *B corr. 1 m. ex* collocatum 19 rutunditate *D* 24 off. enim est *DBF*: est enim off. *O* 28 faciamus *F*: facimus *DBO* 29 thesis tollit *F* 35 paruum *Capp.*: parum *DBFO* adplicarat *DBF*: applicuerat *O* illut *D* 38 facultatem *DBF*: facultatem studio et disciplina comparatam *O* 39 constituisse *O* illum nichil *B* posuisse *D* 40 philosophiam *BFO* 41 rhetorice *D* 44 magnum $D^1$ in his rebus *BO et D corr.*

p. 123. 124 C. p. 27. 28 O.

quamur: ‘studio’ inquit ‘et disciplina’. Studium est animi consensus ad aliquid: disciplina est praecepta, quibus acceptis id, quod desideramus, inplemus; itaque studium in nobis est, praeceptum extra nos, sed ad nos.

Neque eo, quod ars eius, quam edidit, mihi mendosissime scripta videatur] Ea vis est, inquit, in Hermagora, ut ei citius quivis adimat rhetoricam quam philosophiam concedat. Sed non, inquit, ideo hoc dixi, quo mihi ars eius, quam edidit, mendosissime scripta videatur. Iam cum ait ‘non mendosissime’, non negat mendose. Et quoniam dixit esse aliquid in eius artibus, quod sit probandum, quippe quae non mendosissime scriptae sunt, ait eum multa ex antiquis artibus collegisse, ut, si quid forte probabile est, alienum sit. Deinde quam astute ibi Hermagorae dat ingenium et diligentiam, ubi sibi de alienis multa conquirit: alioquin, ubi propria eius inventa perscribit, nihil illi horum dat, quin immo multa tollit, cum ait: ‘et nonnihil ipse quoque novi protulisse’.

Verum oratori minimum est de arte loqui, quod hic fecit: multo maximum ex arte dicere] Orator duo habere debet, ut artem tradat dicendi, ut ipse ex arte dicat: sed officium eius hoc verum est, ut ex arte dicat. Illud autem accidens, ut artem dicendi tradat, quod rhetoris officium solum est. Ergo non quidem mihi Hermagoras videtur mendosissime artes scripsisse: sed oratori maximum illud est, non ut artem tradat, quod rhetoris proprium est, sed ut ex arte dicat, quod oratori maxime est necessarium. Tollit ergo Hermagorae | exercitationem ex arte dicendi: ‘quod eum’ inquit ‘minime potuisse omnes videmus’. ‘Minime’ inquit ‘potuisse’: nec hoc illi dat, ut quomodocumque potuerit. Ergo si nec sapiens fuit nec dicendi peritus, recte ‘nec quid dicat attendere nec quid polliceatur intellegere videtur’. Orator enim vir bonus esse debet et dicendi peritus. Deinde conclusio: quare convicta Hermagorae et refutata sententia superest ut materiam rhetoricae illam, quae et Aristoteli placuit, constituamus, triplicem scilicet, iudicialem, deliberativam, demonstrativam.

7. Partes autem eae, quas plerique dixerunt] Meminimus de arte extrinsecus quinque res Ciceronem se spopondisse dicturum: de genere artis rhetoricae, de officio, de fine, de materia, de partibus. Itaque quoniam quattuor res explicitae sunt, hoc extremum est, ut de partibus disseramus. ‘Partes sunt eae’ inquit ‘quas plerique dixerunt’. Multa Cicero ab aliis recte in artibus posita secutus est, ut paulo ante Aristotelis sententiam secutus triplicem materiam rhetoricae artis esse dixit, iudicialem, deliberativam, demonstrativam. Itaque et nunc ‘partes’ inquit ‘quas plerique dixerunt’. Alii enim partes septem, multi quattuor, sed plerique quinque esse dixerunt. Eorum et sententiam Cicero secutus quinque partes esse confirmat: ‖ inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronuntiationem.

Inventionem esse dicit ad negotii fidem aut verarum rerum aut veri similium excogitationem. Sed orator in veri similibus maxime versatur; duo

---

2 *fort.* sunt praecepta id *D s. l.* 4 neque eo *mei*: neque eo dico *O* 6 philosophicam *D, fort. recte; cf. etiam p. 176, 40* inquit non ideo *F* quod mihi *O* 7 iam — — mendosissime *om. B*¹ non (*ante* mendos.) *in F expunctum* 8 aliquid esse *O* 12 proprietas *D*, propria *F in ras. m. 2* eius *B et F corr.*: ei *DF*¹ 13 et nihil *B*¹*F* 15 oratoris *F ante rasuram* 16 dicere *D*: dicere quod eum minime potuisse facere *D in marg. et F*, dicere quod eum min. pot. facere omnes videmus *BO* 17 eius ex hoc *BF*, *in D* ex *s. l. add.* 19 ne quidem *F* 21 maximum *B* 24 recte inquit *F* 26 coniuncto (conuicto *corr.*) hermagora *F* 28 constituamus triplicem; scilicet *O* 30 eae *DF*: hae *B*, hae sunt *O* 33 explicatae *BF*¹*O* 34 hae *FO* 38 dixerunt esse *F* 39 scientiam *B*¹ Inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio *O, quasi sit lemma*

p. 124. 125 C. p. 28. 29 O.

enim genera sunt argumentorum, necessarium et probabile. Necessarium in veris rebus est, probabile in veri similibus. Dispositionem dicit esse, ut inventa locis necessariis per ordinem disponamus. Elocutionem porro in duobus ponit, in idoneis verbis et in sententiis, scilicet ne in verbis singulis barbarismus sit, ne in pluribus soloecismus: deinde sive verba sive sententias, ut conpetenter inventionibus dispositis applicemus. Memoriam vero illam esse dicit, ut circa inventiones retinendas argumenta vel verba firmiter concepta teneamus. Ergo dicentis haec memoria est, non legentis. Deinde 'pronuntiatio est' inquit 'ex rerum et verborum dignitate vocis et corporis moderatio', id est, ut rem magnam dicturus pompam corporis vocisque praepandas, ut rem humilem dicturus haec eadem moderatius ostentes. Pronuntiatio ergo in duobus est, in voce et in corpore. Corpus vero duo habet, motum sui et vultum, quo scilicet ad negotium conposito saepe rebus addimus aut detrahimus dignitatem.

Nunc his rebus breviter constitutis eas rationes, quibus ostendere possimus genus, officium, finem rhetoricae artis, in aliud tempus differemus] Iam quinque res, quas se de arte extrinsecus dicturum esse promiserat, exsecutus est. Ostendit enim, quod esset genus artis rhetoricae, quod officium, qui finis, quae materia, quae partes. Quibus omnibus cognitis scimus tantum quid sint, nihil tamen nobis ad actus prosunt. Harum tres res semper in sola scientia sunt, id est genus, officium, finis. Et ideo se alio tempore de his dicturum esse promittit; ad praecepta enim artis rhetoricae minime pertinent, ut ipse ait. 'Nam et verborum multorum indigent': quippe de his longa est disputatio, 'et non tanto opere ad artis discriptionem et praecepta pertinent'. Verum de duabus rebus dicturus est, de materia ac partibus, quae iam dudum, tantum ut sciremus quid essent, edocuit. Nunc in has praecepta dat, | scilicet ut harum rerum non solum scientiam, sed etiam actus habeamus. Ergo ostendit eum, qui artem rhetoricam scribat, de duabus reliquis rebus, de materia artis ac partibus, satis esse dicere. 'Eum autem' inquit 'qui artem rhetoricam scribat, de duabus reliquis rebus, materia artis ac partibus, scribere oportere existimamus'.

Ac mihi quidem videtur coniuncte agendum de materia ac partibus] Recte ait 'coniuncte agendum'; partes enim sine materia esse non possunt. Nisi enim aut controversiam aut deliberativam aut demonstrativam dicamus, quae materiae sunt, inventione, || dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione, quae partes sunt, uti non possumus. Coniuncte ergo agendum est de materia ac partibus. Itaque ostendit primo quod esset genus artis rhetoricae, quod officium, qui finis, quae materia, quae partes. Ex his tria in aliud tempus distulit, id est genus, officium, finem, adque ideo de duobus reliquis, quae ad praecepta pertinent, se ait esse dicturum, de materia scilicet ac partibus. Partes porro quinque sunt: inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio; harum solam inventionem in duobus libris tractat et in hanc praecepta tradit. Pauca etiam de elocutione commemorat. Reliqua

---

1 sunt genera *BO* 2 veris in rebus *O* uerissimilibus *D* 4 singularibus $B^1F$ 7 illa *D* 8 haec *B corr. ex* hoc 10 pompam et corporis *O* 11 praepandas *D*: perpendas *BFO* ut *om. F* 12 et corpore $B^1$ 15 rebus *D s. l.* 16 genus et finem et officium huius artis *B*, genus et officium et finem huiusce artis rhetoricae *O* aliud in *B* 18 rhetoricae artis *O* 24 est longa *O* tantopere *DBF* discriptionem *D*, descriptionem *BFO* 25 rebus *om. F* 26 esset *D* in has $DB^1$, *ut coni. Orelli:* in his $B^2F$ 27 earum *F* 30 de materia *BO* 34 enim aut $DF^1$: enim $BF^2O$ controuersiam aut iudicialem *F; glossam* aut iudicialem *O post* demonstratiuam *habet* 37 quid $B^1$ 43 in hanc *D pr. m. et F, sed hic ex corr.*: in haec *D corr.*, in hac *B*

p. 126. 126 C. p. 29. 30 O.

vero ne contingit quidem, id est dispositionem, memoriam, pronuntiationem. Ergo quoniam de sola inventione dicturus est et quia in omni causarum genere inventio plurimum valet, incipit de inventione tractare.

8. Omnis res, quae habet in se positam in dictione ac disceptatione aliquam controversiam, aut facti aut nominis aut generis aut actionis continet quaestionem] Ut diximus, tractatus incipit inventionis. Et primum hoc debemus scire conpendium, quod omnis inventio quinque locis constat. Debemus enim primo considerare, quae sit constitutio: deinde, simplexne sit causa an duplex: tertio, scripti an rationis: quarto, quae causae quaestio, quae ratio, quae iudicatio, quod firmamentum: quinto, ut omnes causae partes nobiscum pertractemus. Deinde partes orationis, principium, narratio, divisio, confirmatio, confutatio, conclusio. Ergo, ut se ordo habet, primum de constitutione dicemus. Hoc tamen animadvertamus, quod Cicero hos quattuor status rationales ‘constitutiones’ vocet atque hos semper in omnibus negotiis dicat esse principales, id est, coniecturam, finem, qualitatem, translationem. Has ergo constitutiones appellavit, illos autem alios quattuor legales non constitutiones, sed ‘status’ vocat, nec umquam horum aliquem principalem dicit esse posse. Sed ut originem statuum melius nosse possimus, formam similitudinis attendamus. Omnis constitutio sic est ut aspectus. Aut enim aliquid videre volumus nec videmus, et est coniectura: aut cum videmus aliquid et quaerimus quid sit, et est finis: aut cum videmus quid sit, et quaerimus quale sit, et est qualitas. Translatio porro | ab hac similitudine videtur esse remota. Igitur constitutionem esse dicit quaestionem, ex qua causa nascitur. Quaestio est vox intentionis et negationis, id est ‘fecisti’, ‘non feci’ aut ‘iure feci’. ‖ In hac ergo quaestione semper sit necesse est constitutio. Causa est vero, quae nascitur ex quaestione, id est, an fecerit, an recte fecerit. Hoc tamen tenere debemus, quod a Cicerone et causa et quaestio ad eandem significantiam proferatur, ut nunc causam pro quaestione, nunc quaestionem pro causa ponat. Itaque constitutio facile inveniri potest, si extremam partem thematis attendamus. In qua cum intentionem ex nostra persona proposuerimus, debemus attendere, quid ad intentionem conpetenter responderi possit: tunc in responsione constitutionem necesse est inveniri.

Omnis res, quae habet in se positam in dictione ac disceptatione aliquam controversiam] Recte ‘in dictione ac disceptatione’; sunt enim multae controversiae non dictione, ut opificum. Verum quod ait ‘quae habet in se positam in dictione ac disceptatione aliquam controversiam’, dictio potest esse demonstrativa materia, disceptatio vero deliberativa et iudicialis. Deinde dictio potest esse narratio, ut ipse ait: ‘dicendo explananda sunt omnia’: disceptatio vero quaestiones; ibi enim totius controversiae pugna versatur. Ergo quaecumque res posita in dictione ac disceptatione facit aliquam controversiam, necesse est habeat quaestionem, id est constitutionem aut facti aut nominis aut generis aut actionis. Et primum rebus indicat quae-

---

1 nec *BF* contingit *D, sed* n *post* i *erasa* 2 et quoniam *B* 9 scripti an rationis] ‘*alludit ad celeberrimam et primariam statuum divisionem, in νομικόν legalem et λογικόν rationalem*’. Capp. quae causae quaestio] ‘*v. Quintil. III, cap. 11.*’ Capp. 10 omnes $DB^2$: oms *F*, omnis $B^1O$ 12 confutatio *D* (*add. s. l.* reprehensio): reprehensio *BF*, reprehensio, confutatio *O* Primum ergo, ut se ordo habet *O* 16 hos $B^1O$ quattuor $DF^1$: quinque $F^2O$, *om. B* 18 possumus *D* 20 uoluimus *D* 26 uero est *BO* 28 profertur *O* 30 adtendamus *F* 39 narratio *BF et D corr.*: narratioeet *D ante ras.*, narrationis *B corr. m. 2 et O* dicenda *D* 40 quaestionis *BO* 43 nominis] ‘*statum intellige definitivum, quem paulo supra* finem *dixit*; generis, *qui status vulgo* qualitas *vocitatur; hodie* quaestionem iuris

stiones sive constitutiones: post his dabit nomina, partim ex rebus sumpta, partim ex modo actionis. Ita nunc rebus indicat constitutiones, cum ait in omni controversia aut facti aut nominis aut generis aut actionis quaestionem esse oportere; de his enim rebus sit quaecumque controversia necesse est. Sed ante quam nomina det constitutionibus, definit quid sit constitutio vel ante nascatur. 'Quaestionem' inquit 'ex qua nascitur causa', hanc constitutionem vocare debemus. Quaestionem porro esse diximus vocem utriusque partis, id est 'fecisti', 'non feci', vel 'recte feci': causam vero illam, an iuste fecerit. Hoc etiam diximus, quod Cicero idem velit quaestionem esse quod causam, et quod his circa eandem significantiam communiter utatur. Denique statim demonstravit se his uti communiter.

Eam igitur quaestionem, ex qua causa nascitur] Hic primam fecit quaestionem. Deinde ubi ostendit, quid sit constitutio, ait: constitutio est prima conflictio causarum ex depulsione intentionis profecta, cum facti controversia est'. Incipit constitutionibus nomina dare. 'Cum facti' inquit 'controversia est'. Idem debemus facta intellegere, quod dicta. Ut enim utrum aliquid factum sit quaeritur, ita et utrum aliquid dictum sit potest quaeri. Quare huic constitutioni, quoniam incerta et non apparentia coniecturis vel suspicionibus indagantur, recte coniecturae nomen inposuit. Alii hanc constitutio||nem realem vocarunt, quod enim quaeratur, utrum res, de qua agitur, facta esse videatur: alii στασιασμὸν Graeco quidem vocabulo, quod enim de incerto investigando maximum certamen habeatur: unde et 'stadium' dicitur, quod ibi exerceantur certamina. Sed Cicero constitutioni huic ex modo actionis nomen inposuit. In hac autem constitutione modus actionis hic est, quod res coniecturis quaeritur: ideo ergo coniecturam vocavit.

Cum autem nominis, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur] Nominis, inquit, est controversia, cum de facto constat, sed quaeritur quo id factum nomine appelletur. Atque ideo, quoniam facti vocabulum pro necessitate suscepti negotii nobis adposita definitione nudandum est, constitutio definitiva nominatur. Huic quoque constitutioni non ex re, sed ex modo actionis nomen inposuit. Res est enim huius constitutionis nominis ambiguitas, modus actionis est nominis definitio. Recte ergo huic constitutioni non ex re, sed ex modo actionis nomen inposuit.

Cum vero qualis res sit quaeritur, quia et de vi et de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur] Et supra ostendimus, cum de genere artis rhetoricae disputaremus, genus in triplici significatione consistere: esse genus sanguinem, esse genus, sub quo similia multa teneantur, esse genus qualitatis, id est, quo unius cuiusque rei qualitas indicetur. Ergo, inquit, cum et de facto et de nomine convenit, sed quaeritur quale sit id, quod in iudicio versatur, quoniam de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur, qualitas scilicet. Verum huic constitutioni non ex modo actionis, ut superioribus duabus et post quartae, sed ex re, id est ex negotio, nomen inposuit. Hic enim res illa est, quod de negotii genere

---

*appellamus*; aut actionis: translationem *seu* translativum statum *innuit*' Capp. 2 ita $D^1$: itaque $D^2BFO$ nunc *in F erasum* modo rebus $B^1F$, *in D* modo *add. s. l.* 4 quamcumque controuersiam esse *F* 8 uel] aut *B* 9 [Vel] hoc etiam *O* 10 his *BF*: is *D* 11 demonstrabit *O* 12 facit *O* 16 id debemus *DBF* 17 factum sit — — aliquid *om. B*$^1$ et *om. F* quaeri] *add. in marg. D*: postquam quaeritur 20 constit. realem] '*hic idem status ab Hermogene definitur ἀδήλου πράγματος ἔλεγχος οὐσιώδης, i. e.* probatio substantialis *seu* de substantia et existentia incertae rei.' Capp. uocauerunt *BO* quod enim *D*: quod ea *BFO, cf. v. 22 et p. 168, 24* 21 STADIAZON *D*, stadiagon *BF* vocabulo quidem *BO* 22 enim *D*: in ea *BFO* 24 in hac a. quaestione $B^1$ 43 ex negotio *DF*: ex *om. BO*

vel qualitate quaeritur. Itaque ex re huic constitutioni nomen inponit, ut generalis vocetur, id est qualitas.

'At cum' inquit 'causa ex eo pendet' et reliqua] Cum, inquit, talis fuerit controversia, ut in hoc sit tota contentio, cum aut ab alio nos accusari debere dicimus, aut non nos, sed alios accusari, aut non aput hos, sed illos, non hac lege, sed illa, non hoc crimine, sed illo, non hac poena, sed illa, quoniam in his omnibus de translatione actionis controversia est, constitutio translativa nominatur. Huic quoque constitutioni ex modo actionis nomen inposuit; agitur enim, ut actio transferatur. Verum quod ait 'non hoc crimine, sed illo', nonne et in ‖ fine, cum quaeritur utrum fur an sacrilegus sit, id quaeritur, quonam magis crimine accusandus sit? Sed hoc interest, quod in fine crimina utraque iunguntur; non enim cum sacrilegum dico, furem nego: in translatione vero uno est accusandus crimine, sive illo, quod intendimus, sive illo, ad quod reus transferri postulat actionem.

Atque harum aliquam in omne causae genus incidere necesse est] Sive, inquit, in iudiciali sive in deliberativa sive in demonstratione necesse est aut coniecturalem aut finitivam aut generalem aut translativam incidere constitutionem. Ubi, inquit, harum nulla fuerit inventa, ibi nulla | est controversia: quare nec causa esse iudicanda est. Si enim constitutio nulla est, unum latus recedat oportet. Id enim constat, quod utrimque latere concurrente fulcitur. Igitur si constitutio non erit, nec causa esse iudicanda est; est enim asystata controversia.

Ac facti quidem controversia in omnia tempora potest distribui] Nunc postquam constitutiones et rebus et nominibus indicavit, ut has manifestius cognoscere possimus, isdem statibus exempla supponit. 'Ac facti quidem controversia' inquit 'in omnia tempora dividitur'. Et supra diximus, cum de facto sit quaestio, coniecturam vocari. Ergo hic coniecturae tria tempora adsignat, praeteritum, praesens, futurum: quod quidem exemplis docet. Sed hoc scire debemus, nullam rem in iudicium, id est in iudiciale genus, cadere posse nisi de praeterito. Omnia enim argumenta non de futuris, quae incerta sunt, sed de praeteritis colliguntur. Itaque coniectura, quamquam habeat tria tempora, tamen principalis esse non potest, nisi de praeterito sit. De praesenti vero vel de futuro incidere possunt post statum alium principalem. Ergo ne et hanc coniecturam principalem posse esse credamus.

Bonone animo sint erga populum Romanum Fregellani] In hoc themate demonstratio continetur; nam describendi nobis sunt Fregellani, qui semper videbantur adversi. Ita et quod ait: 'si Carthaginem reliquerimus incolumem, num quid sit incommodi ad rem publicam perventurum': et hic deliberativa potest esse. Deliberat senatus, an Carthagini parcat. Ergo nihil in iudicium nisi de praeterito cadit.

Nominis est controversia, cum de facto convenit et quaeritur id quod factum sit quo nomine appelletur] Nunc de fine tractat: 'cum nominis' inquit 'est ‖ controversia', id est cum quaeritur, quo id, quod factum est, nomine

---

1 imposuit *BFO* 3 pendet etc. *O* 4 ab alio, non ab hoc nos *O* 7 controuersia est] *add. in BF et in marg. D*: agitur enim ut actio translatitia nominetur 9 transferatur] *quam hic O e cod. Basil. addidit glossam, ea recte mei carent* 11 for *D* 13 accusandus est *B* 14 transferre *F* 17 definitivam $B^2O$ 19 causae $B^1$ constituo *D* unum latus] *'i. e. altera litigantium pars.'* Capp. 25 agnoscere *O* possumus *D* 26 Et] ut *F, sed in ras.* 27 hic *D*: huic *BFO* coniectura *D* 28 et futurum *B* quo quidem *D* 34 ne et *DF*: ne *B*, nec O esse posse *O*, posse *om. B* 35 fragelliani *BF*, *item v. 36 B* 37 ita et *mei*: itaque *O* 41 controversia est *BO* 42 definite $B^1$ 43 quaeritur (quod id *add. s. l.*) quo (quod *corr.*) factum (est *add.*) nomine appellaetur *D*

p. 128. 129 C. p. 33. 34 O.

appelletur. Verum cum de nomine ambigitur, et de re necesse est ambigatur. Nomen enim rei est, res vero numquam sine nomine est. Quare cum de nomine dubitatio est, de re quoque dubitetur necesse est. Ergo definitivus status huiusmodi est, cum de facto constat et de re vel nomine controversia est. Inter factum enim et rem hoc interest: res est certam sui formam et speciem circa cognitionem retinens. Ergo si species rei nota est, nomen quoque notum sit necesse est. Factum est confusum quiddam et incertum, hoc solo certum, quod nescio quid factum est. In fine itaque factum constat, sed res non constat. Et quia rei nomen semper adiunctum est, ideo de nomine controversia est. Quod, inquit, nomen breviter nobis definiendum est et contra atque adversarius dicat describendum. Et dat exemplum: ‘ut si qui sacrum ex privato subripuerit, fur an sacrilegus sit iudicandus.’ Factum constat; nam sacrum ex privato constat esse sublatum: de nomine incertum est, utrum ille fur an sacrilegus iudicetur. Quare definitionibus nostris nomen illi aliud, quam adversarii volunt, inponere debemus. |

Definienda res erit verbis et breviter describenda] Ad unum quidem utrumque tendit, sed quia multi modi sunt definitionis, videamus interim quid intersit inter definitionem et descriptionem. Definitio talis est: homo animal est rationale, bipes, risus capax. Descriptio vero talis est: homo est, qui erectum verticem rotundo capitis attollit, cui sunt sub collo umeri brachiaque demissa, et cetera in hunc modum, sed, ut ipse ait, ‘breviter describenda’. Ergo quoniam de fine tractavimus, nunc quoque quid tractetur de qualitate videamus.

9. Generis est controversia, cum et quid factum sit convenit, et quo id factum nomine appellari oporteat constat] Cum ait ‘cum et quid factum sit convenit’, tollit coniecturam: deinde cum ait ‘et quo id factum nomine appellari oporteat constat’, tollit finem. Ergo superest ut quale vel quantum sit id, quod factum est, videamus, et dat exemplum: ‘utrum iustum an iniustum sit, utrum utile an inutile’. Quod cum quaeritur, non nomen rei, sed rei qualitas quaeritur, et ideo qualitas appellata est. Incipit Hermagoran reprehendere, qui demonstrationem et deliberationem sub qualitate constituerit.

Huic generi Hermagoras quattuor partes supposuit, deliberativam, demonstrativam, iuridicialem, negotialem] Reprehendit, ut diximus, Hermagoran, quod demonstrationem et deliberationem sub qualitate posuerit, cum ipsa qualitas, id est constitutio, sub deliberativa vel demonstrativa sit. De qua re in consequentibus latius disputabitur. ‖

Quod eius, ut nos putamus, non mediocre peccatum reprehendendum videtur] Ait grave Hermagorae peccatum se debere reprehendere, et id breviter, ne si, inquit, taceamus, quod primum est, Hermagorae artes adpro-

---

2 sine nomine nunquam *O* 5 est] enim *F*, *add.* est *s. l.* 8 nescio quid *DB*: scitur quod *F*, scitur quid *O* Itaque in fine *O* 12 quisacrum *D*: quis sacrum *BFO* fur *mei*: utrum fur *O et libri Tulliani* 14 utrum — — sacrilegus *om. B*[1] 15 illi *om. F* 16 eritur *D* 17 multimodae sunt definitiones *BO* 18 describt. *D*, *item v. 19* est animal *BO* 19 risu *D corr. ex* risus 20 erectum *D*: rectum *BFO* rutundo *D* capitis *DBF*: capite *O* attollat *F* cuius *O* humeri *BFO* bracchiaque *D* 24 et quo — constat *om. O* 25 *post* constat *F et in marg. D habet*: sed omnino quantum et quale sit quaeritur Cum ait cum et quid *D*: Cum ait (et *B*) quid *BF*, Cum ait — conuenit *om. O* 26 *et* 27 tollit *Orelli*: tulit *libri; Capperonnerii interpretatio* ‘removit, exclusit a disputatione’ *ab huius verbi potestate aliena videtur. Idem vitium est infra p. 184, 26 et 192, 15* 26 quod factum *D* 29 inutile sit *BFO*, *item D corr.* 32 generi *om. D* partes quattuor *BO* 33 iudicialem *D corr.* 35 constitutio *mei*: constitutio generalis *O* uel *DF*: et *BO*

p. 129. 130 C. p. 34. 35 O.

bare videamur, et quare easdem artes non simus secuti, causas dare nequeamus: deinde, inquit, ne si latissime Hermagorae peccatum persequi voluerimus, quod quidem est tertium, nostris, inquit, praeceptis moram videamur adferre. Sed, quod medium est, de peccato Hermagorae breviter disputabimus.

Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causae putari] Quaestio haec est, quod non recte Hermagoras deliberationem et demonstrationem sub qualitate posuerit. Cicero ergo ait non recte deliberationem et demonstrationem sub qualitate positas, quia genera causarum sint. Quod si genera causarum esse Hermagoras fuerit confessus, sine dubio non haec debuit sub qualitate ponere: sin negaverit, docebit Cicero genera esse causarum. Igitur male Hermagoras deliberationem et demonstrationem sub qualitate collocavit. Ac primo per condicionalem quaestionem, id est hypotheticam, ingreditur propositionem. Ubicumque enim 'si' est, sub quadam condicione propositio est. Si, inquit, hoc est, illud non est; hoc autem est: igitur illud non est. Ita et hic: 'si deliberatio' inquit 'et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causae putari'; genera autem causarum sunt: igitur generis causae partes esse non possunt:' et docet genera esse causarum. Primum igitur ponamus genus causae, secundum partes generis causae, id est coniecturam, finem, qualitatem, translationem: tertium sit illud quidquid qualitati subicitur, ubi Hermagoras deliberationem et demonstrationem constituit. Ergo Cicero primum dicit deliberationem et demonstrationem, quia prima sunt, | secunda esse non posse; quod si secunda non sunt, multo minus tertia esse posse: quod Hermagoras constituisse conspicitur. Itaque meminisse debemus Ciceronem de duobus tractare, id est de primo et secundo, scilicet de genere causae et partibus generis. 'Si' inquit 'deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non recte partes generis causae possunt putari', id est constitutiones. Quod cum docet constitutiones esse non posse, multo magis videntur partes constitutionis esse non posse.

Eadem enim res alii genus esse, alii pars potest: eidem genus esse et pars non potest] Aristoteles ait res omnes, quae in dictis et factis et in omni mundo aguntur, decem esse: quarum rerum nomina ponemus. Prima substantia est, deinde quantitas, qualitas, ad aliquid, ubi, quando, situs, habere, facere, pati. Graeco autem vocabulo sic vocantur; *οὐσία*, *ποσόν*, *ποιόν*, *πρός τι*, *ποῦ*, *πότε*, *κεῖσθαι*, *ἔχειν*, *ποιεῖν*, *πάσχειν*. Harum prima, ut diximus, substantia vocatur. Reliquae novem in substantia sunt, quae accidentes vocantur. Ut puta, membrana substantia est: accidunt autem ei crocum, scriptura, et cetera, cum interea et substantia res sit et ea, quae accidunt, res sint. Nunc ad id, quo de nunc agitur, revertamur. 'Eadem enim res' inquit 'alii genus esse, alii pars potest'. Hic rem substantiam illam ponamus: quae dum sola est, patet omnibus accidentibus. Sed cum ab una accidenti fuerit occupata, iam in se incidentem aliam non admittit. Ut puta, lana alba res est, sed substantia. Haec res patet multis accidentibus; potest

---

1 eiusdem *O* 2 ne *om. F* 3 inquit *om. F* 10 sunt $D^2BFO$ esse] esset *D corr. in* essent 11 fuerat $B^1$ 13 demonstrationem et deliberationem *O* 14 ypothecam *D* 24 non possunt *DB* 28 generis *om.* $B^1$ 31 eidem $FB^2$: idem $DB^1$ 32 aristotelis *D* 34 ad *om. F* 35 facere *BF*: facile *D* Graecis autem vocabulis *O* usia pason poeon (pocon $F^1$, poion *F s. l.*, pofon *B*) prosti pu pote (poten *D corr. et F*, pothen *B*) cisthe (cisten *F*) echin (echein *B*) poein paschin *DBF* 37 reliqua *F* 39 scribtura *D* 40 acciderunt *D* 41 illam *om. Basil., incl. O* 42 accedentibus *D* una *D*: uno *BFO* 43 incidentem aliam *D*: accidens (incidens $B^1$) aliud *BFO* 44 patet et *F*

p. 130. 131 C. p. 35. 36 O.

enim lana illa aut russea fieri aut veneta aut nigra. Sed si unum colorem in se susceperit, iam in se colorem alium non admittit. Similiter et homo substantia est. Potest autem id, quod homo est, nunc servus esse, nunc dominus: sed postquam dixeris dominum, in eo, quod dominus est, esse et servus non potest: aut cum dixeris servum, in eo, quod servus est, esse et dominus non potest. Ita ergo et hic deliberatio et demonstratio res est, sed illa substantia, quae, quam diu sola est, patet accidentibus, id est generi causae et causae partibus. Ita quam diu in incerto sunt, genus alii, alii partes esse possunt. Cum vero generis nomen acceperint, in eo, quod genus sunt, et partes esse non possunt. Hoc est, quod ait: ‘eidem genus esse et pars non potest’. Ergo si genus generis pars esse non potest, multo minus partis generis partes putabuntur.

Deliberatio autem et demonstratio genera sunt causarum] Id, quod primo dubie proposuit, adsumpsit sine dubitatione. Neque enim dicit ‘si deliberatio’, sed ‘deliberatio autem et demonstratio genera sunt causarum’. Et id triplici argumentatione convincit, scilicet demonstrationem et deliberationem genera esse causarum.

‘Nam aut nullum’ inquit ‘causae genus est, aut iudiciale solum, aut et iudiciale et demonstrativum et deliberativum] id est, aut nullum causae genus est aut unum aut tria. Duo enim propterea non dixit, quoniam deliberatio et demonstratio, quamquam inter se diversa sint, simul tamen aut in generibus causae ponuntur et fiunt tria genera causae: aut simul tolluntur et remanet unum, id est iudiciale solum. Ergo tollit duo, id est, nec unum esse nec nullum, ut id, quod reliquum est, | adprobetur. Nullum, inquit, causae genus esse non potes dicere; nam qui artes scribis multasque dicis esse causas, nullum non potes dicere: tollit rem unam; deinde unum iudiciale solum esse non potes dicere, propterea quod et deliberatio et demonstratio genera sunt et causarum; nam et inter se diversa sunt et ab iudiciali multum separata. Id porro, quod diversum est, tunc omnino diversum est, si inter se et rebus et exitu distet. Atque ut rationes ex similibus colligamus, res est lectio, exitus intellectus. Ergo haec tria genera causarum re inter se distant; aliud enim agitur in demonstratione, aliud in deliberatione, aliud in iudiciali. Rerum quoque exitus dis|par est; nam demonstrationis finis est honestas, deliberationis utilitas, iudicialis aequitas. Quod si haec tria inter se et re et exitu distant, profecto genera causarum constitui debebunt. Non ergo recte deliberationem et demonstrationem qualitatis partes esse dixit. In his autem, quae hucusque disputavimus, videamus quinquepertitum syllogismum: ac primo quaestionem, de qua agitur, constituamus. Haec autem est quaestio, quod non recte Hermagoras deliberationem et demonstrationem sub qualitate posuerit. ‘Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causae putari:’ hoc primum est. ‘Eadem enim res alii genus esse, alii pars potest: eidem genus esse et pars non potest:’ hoc secundum est. ‘Deliberatio autem et demonstratio genera sunt causa-

---

1 russea *D*: rosea *BO*, *item F sed ita rasura corr.* colorem unum *O* 5 dixero *BO* esse et dominus *D*: et dom. esse *BO*, dom. esse *F* 7 accedentibus *DF*$^1$ generi causa *D* 10 idem *DB*$^1$*F* genus] genus id est simile ac iudiciale est *DBF* 14 si *D sup. lin.*; dicit deliberationem *D corr. m. 2* 18 aut et *B*: aut *DF*: *v. p. 185, 2 et 14* 20 est *om. B* 21 diuisa *B*$^1$ sunt *O* 25 potest dicere: nam qui artes scribit multasque dicit esse causas, nullam non potest dicere *BO* 26 tollit *coni. Orelli*: tulit *mei et edd.* 27 non potest *DBO* et causarum *D*: et *om. BFO* 29 si a se *F* 31 re *om. B*$^1$ 34 si *om. B*$^1$*F* 35 debent *D pr. m.* 37 disputabimus *D* primum *BO* 42 eidem *BF*: idem *D, item p. 185, 9.*

p. 131. 132 C. p. 36. 37 O.

rum:' hoc tertium est. 'Nam aut nullum causae genus est, aut iudiciale solum, aut et iudiciale et deliberativum et demonstrativum:' hoc quartum est. 'Relinquitur ergo ut omnia tria genera sint causarum:' haec conclusio est. Videamus ergo illum, quem promisimus, syllogismum quinquepertitum: 'Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causae putari.' Haec propositio est. Et quia necesse est ex primi confessione secundum quoque in confessionem venire, propositio nobis adprobanda atque iungenda est; atque ideo Cicero adprobat propositionem. 'Eadem enim res' inquit 'alii genus esse, alii pars potest: eidem genus esse et pars non potest.' Adprobavit ergo propositionem. Rursus post adprobatam propositionem illud, quod quasi in propositione dubie proposuerat, adsumit hoc modo: 'deliberatio autem et demonstratio genera sunt causarum.' Deinde adprobat adsumptionem, ut supra diximus, triplici argumentatione. 'Nam aut nullum causae genus est, aut iudiciale solum, aut et iudiciale et deliberativum et demonstrativum.' Postremo tres adhibet conclusiones. Ubicumque enim 'ergo' vel 'igitur' est, conclusio sit necesse est. Prima igitur conclusio adprobationis de adsumptione est. Quid enim ait in adsumptionis adprobatione? 'nam aut nullum causae genus est, aut iudiciale solum, aut et iudiciale et deliberativum et demonstrativum.' Concludit ergo haec tria genera esse causarum: 'relinquitur ergo' inquit 'ut omnia tria genera sint causarum'. Secunda conclusio propositionis est sive argumentationis eius. Quid enim argumentatur in propositione? 'si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causae putari.' Concludit hoc ipsum: deliberatio igitur et demonstratio non possunt recte partes alicuius generis causae putari. Tertia autem conclusio quaestionis est. Quae enim quaestio est? quod Hermagoras deliberationem et demonstrationem non recte sub qualitate | constituit. Concludit itaque quaestionem: 'male igitur eas generalis constitutionis par‖tes esse dicit.' Verum cum in primo syllogismo de duabus rebus tractaverit, de primo et secundo, id est de genere et partibus generis, cur hic in tertia conclusione partis partium mentionem fecit? quod scilicet tertium est. Hoc primum sic excusatur, quod haec conclusio praeter syllogismum est; est enim quaestionis, quae extra syllogismum est, sed ex ea syllogismus. Deinde quod per hanc extremam conclusionem sensim descendit ad alium syllogismum, ubi hoc tractat, deliberationem et demonstrationem, cum partes generis esse non possint, multo magis partium partes esse non posse. Sed primum quam de eodem syllogismo tractemus, ea, quae in eo obscura sunt, explicemus.

10. Pars autem causae est constitutio omnis] Disputasti quidem supra, o Cicero, deliberationem et demonstrationem, quia genera sint, partes generis esse non posse: non tamen ostendisti utrum constitutio pars generis sit an ipsum genus; incertum est enim utrum deliberatio sub qualitate sit an qualitas sub deliberatione. Doceas itaque oportet utrum pars an genus sit constitutio; haec ergo incidens quaestio est, utrum constitutio pars an genus sit. Iam supra ostendit deliberationem et demonstrationem genera esse causarum, quod et inter se distent et ab iudiciali plurimum dissideant et suum

---

1 solum iudiciale *O* 6 hoc *F* 7 prima *F corr. ex* primi 8 iungenda *mei*: adiungenda *O* 9 enim *om. F* 11 dubie in propos. *O* propositionem *F* 14 aut et]-et aut *B* 15 *et* 19 et demonstr. et deliberat. *O* 16 necessest *D* 18 adprobationem aut *D pr. m., add. s. l.* nam 27 concludi *D pr. m.* 28 dixit *BO* 31 est *om. D* sic *BF*: si *D* 32 haec *om. F* 33 syllogismumst *D*: syllogismum sit *BFO* quo *D* 34 haec *B* 35 possunt *BF* 36 possunt. sed *B* de eodem *mei*: de eo *O* 37 exemplicemus *D* 38 constitutio est *O* 43 constitutio — an genus sit *om. B*$^1$ 44 ostendit *om. D*; *add. in marg. m. 2*

p. 132. 133 C. p. 37. 38 C.

quaeque finem habeant, quo referri debeant. Nunc ei docendum est, utrum constitutiones causarum partes sint, et sic argumentatur proposito themate: quid primum invenis? genus an constitutionem? Utique primum necesse est cognoscas, utrum deliberativa an controversia sit, tunc deinde quae sit constitutio. Ergo pars causae est constitutio omnis.

Non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam adcommodatur] Prius enim causa cognoscatur necesse est, deinde constitutio. Plus autem causam esse quam constitutionem, sic etiam possumus cognoscere, quod in singulis causae generibus constitutiones variantur, causa autem omnium constitutionum capax est: verum cum causa et constitutio iuncta sibi esse videantur, causa tamen unum alteri prius fit. Omne enim, quod loquimur sive quod mente concipimus, aut simplex est aut coniunctum. Simplex est, quod ad aliud non adtendit, ut tabula, saxum et reliqua huius modi. Coniunctum vero, ut de duobus unum prius habeat, quattuor modis fit: aut tempore aut loco aut ordine aut causa. Aetas cum in homine sit, tempore in ordinem secernitur. Si dicas iuventas, utique consideratione temporis iuventas ante senectutem est. Deinde loco iuncta domus secernuntur. Cum enim dicis atrium, ideo primum intellegis, quia consideras interiorem locum esse, ubi triclinium est. Ordine vero sic: si, cum in eodem loco multi sedeamus, pro ordine sedentium nobis anteferamur. Causa au‖tem sic: de iis, quae iuncta sunt, unum prius efficitur, ut puta, pater et filius iuncta sibi sunt; neque enim ante pater quam filius nascatur, aut ante filius quam ille sit pater. Sed quia filio ad nascendum pater causa est, idcirco ex causa pater filio praefertur. Ita hic in themate causa et constitutio coniuncta sunt, sed ut prior causa sit, causa efficitur; ut constitutio enim nascatur, causa praecedit. Quod ipse ait: |

Non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam adcommodatur] Hic quoque animadvertamus syllogismum quadripertitum. Prima est enim propositio cum adiuncto: ‘quod si generis causae partes non possunt recte putari, multo minus recte partis causae partes putabuntur.’ Huic propositioni adprobatio non fuit subicienda; manifestum est enim, si partes causae non sint, multo minus partis causae partes putari. Ergo incidit quaestio, utrum constitutio pars sit: et, ut supra docuimus, probat partem. Sed haec incidens quaestio non pertinet ad syllogismum, verum, quia necesse fuit, interiecta est. Deinde adsumit illud, quod proposuerat: ‘et deliberatio et demonstratio generis causae partes non possunt recte putari’, et adprobat adsumptionem: ‘quod ipsa sunt genera’ inquit. Postremo concludit propositionis secundam partem. Quid est enim in secunda parte propositionis? ‘multo minus recte partis causae partes putabuntur.’ Concludit hoc ipsum: ‘multo igitur minus recte partis eius, quam [hic] dicit, partes putabuntur’; primae enim parti propositionis per incidentem quaestionem satis fecit. Quid est enim in prima parte propositionis? ‘quod si generis causae partes non possunt recte putari.’ Itaque ostendit generis causae partem esse constitutionem.

---

1 habeant finem *O* refferri *D* 3 invenias *BO* 4 cognoscat *D pr. m.*, agnoscas $D^2BFO$, *fort.* cognoscatur an controuersia *D*: an demonstratiua controuersia *BFO* 7 plus] prius *F* 8 agnoscere *O* 9 autem *mei*: enim *O* 11 uidebantur *D ante rasuram* causa tamen *mei*: causa *om. edd.*; *cf. infra v. 25* 13 non ad aliud *O* 16 iuuentas *(bis) mei*: iuventus *O* 17 domus *DB*: domo *F*, *om. O* 19 ordinem *B* sic est: si *O* 20 anteferamur *DBF*, *ut Orelli in adn. voluit*: anteferamus *edd.* de his *mei* 23 est] est et *D* 28 aduertamus $B^1O$ 29 quod si demonstatio et deliberatio generis *F* 30 partes *om.* $B^1$ 34 necessaria $BF^2O$ fuit *om. F pr. m.* 35 et delib. *mei*: Sed et delib. *O*, Sed delib. *B corr. m. 2* 40 quam $DF^1$: quod $BF^2O$ hic *om. D*

p. 133. 134 C. p. 38. 39 O.

Quadripertitus ergo est syllogismus; est enim propositio, adsumptio, adprobatio adsumptionis, conclusio. Quaestio vero incidens ad syllogismum minime pertinet.

Deinde si constitutio et ipsa et pars eius quaelibet intentionis depulsio est, quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio nec pars constitutionis est] Omnis pars tunc plene pars est, si generis et nomen et definitionem recipiat, ut puta, animal genus est. Iam ex animali homo, equus, avis: deinde ex avi corvus, cornix, aquila. Itaque haec omnia generis sui et nomen et definitionem recipere debebunt. Generis vero nomen quod est? animal. Ergo et homo equus avis corvus cornix aquila animalia dicuntur. Deinde generis definitio quae est, id est animalis? Animal est corpus animatum. Itaque et homo et equus et avis et corvus et cornix et aquila corpus animatum est. Verum definitio a genere transit in species, specierum vero definitio in genus transire non potest. Non enim cum hominem definio 'homo est corpus animatum bipes', iam cum dico 'bipes', ad generis definitionem [non] pertinet: est enim animal et quadrupes. Itaque nunc accepta similitudine ad argumentationem Ciceronis redeamus. Et primo quaestionem, quae in contentione versetur, adtendamus. Illa autem, ut supra diximus, quaestio est, quod deliberatio et demonstratio non recte sub qualitate sint positae. Supra id iam duabus argumentationibus vicit: quarum prima illa fuit, deliberationem et demonstrationem, si genera sint causarum, partes generis esse non posse: et probavit genera esse causarum. Secunda vero argumentatio talis fuit: quod si generis partes esse non possunt, multo magis partes partium esse non posse. Nunc tertiam adfert argumentationem: 'si' inquit 'constitutio et ipsa et pars eius quaelibet intentionis depulsio est, quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio nec pars constitutionis est.' Ut supra diximus, omnis pars generis sui et nomen et definitionem debet recipere: genus hic autem constitutio est: sub constitutione quattuor constitutiones, sub qualitate demonstratio, deliberatio, iuridicialis, negotialis. Itaque videamus, an deliberatio et demonstratio generis nomen et definitionem recipiant. Generis nomen est constitutio: quod nomen tollit Cicero demonstrationi et deliberationi. Sed ne dicat Hermagoras constitutiones dici posse, ostendit definitionem generis cadere non posse in deliberationem et demonstrationem: quod si definitio non cadit, nomen quoque cadere non debebit. Constitutionem autem sic definimus: 'constitutio est intentionis depulsio': quam scilicet definitionem in deliberatione vel demonstratione videmus esse non posse. Quod si deliberatio et demonstratio neque nomen constitutionis neque definitionem recipiunt, nec constitutiones sunt nec partes constitutionis. Ipsi autem placet constitutionem intentionis depulsionem esse: et concedit ei alias definitiones: 'sive' inquit 'constitutionem primam causae accusatoris confirmationem dicat, sive defensoris primam deprecationem', necesse est deliberationem et demonstrationem neque constitutionem esse nec partes constitutionis. Hoc loco animadvertere debemus genus syllogismi, quod obscuritate sui et artificio colligatum syllogismis fere omnibus antecellit. Sic itaque iste colligitur syllogismus a primo ad secun-

---

4 pars constitutionis eius *B* 5 eaea nec constitutione nec *D* 6 tum *B* 8 aquila *B corr. ex* ala et definitionem et nomen *F* 10 homo et equus et avis et corvus et cornix et aquila *BO* 11 definitionem id est animalis. quae est animal est *F* 12 et *ante* coruus *om. F* et cornix *om. DF* 15 iam — — bipes *om. F*[1] non *mei*: *om. O* 16 similitudine *mei*: sumptione *O* 17 versatur *BO* 20 uicit] dixit *B*[1] 22 fuit quod si *mei*: fuit quidem, si *O* 27 accipere *F* hoc *F* 29 iudicialis *D* uidemus *B*[1] 31 tollit *F*, *sed s. l. m. 2* tulit 35 in deliberationem uel demonstrationem *D* uel] et *B*[1]*O* 40 accusatoris *om. D* defensoris *BF*: definitionis *D* 42 partem *BO* 44 collegitur *D*

p. 134. 135 C. p. 39. 40 O.

dum, a secundo ad tertium, a primo ad tertium. Primum enim et tertium simile esse medium facit, quod utrique coniungitur. Sed ut melius possit artificium Ciceronis intellegi, prius quaelibet similitudo facienda est. Ponamus itaque haec tria. 'Victorinus docet' unum sit: 'intellegis' aliut sit: 'spem habet' tertium sit. Itaque faciamus syllogismum a primo ad secundum: 'si Victorinus docet, intellegis': nunc a secundo ad tertium: 'si intellegis, spem habet': deinde a primo ad tertium: 'ergo si Victorinus docet, spem habet'. Primum enim et tertium, quod potest veri simile non videri, medio illo quasi quadam adprobatione coniungitur. Hoc ergo || et in Cicerone videamus. Primum hoc sit: 'si constitutio et ipsa et pars eius quaelibet intentionis depulsio est': secundum hoc sit: 'quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio nec pars constitutionis est': 'tertium hoc sit: deliberatio et demonstratio neque constitutio nec pars constitutionis est'. Nunc videamus syllogismum a primo ad secundum: 'Si constitutio' inquit 'et ipsa et pars eius quaelibet intentionis depulsio est, quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio nec pars constitutionis est.' Deinde a secundo ad tertium: 'at si quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio nec pars constitutionis est, deliberatio et demonstratio neque constitutio nec pars constitutionis est.' Nunc a primo ad tertium: 'si igitur constitutio et ipsa et pars eius quaelibet intentionis depulsio est, deliberatio et demonstratio neque constitutio nec pars constitutionis est.' Ergo a primo ad tertium conclusio est syllogismi. Denique Cicero 'si igitur' inquit 'constitutio'; ubicumque enim 'ergo' vel 'igitur' ponitur, conclusio est argumenti.

Deinde coniecturalis causa non potest simul ex eadem parte eodem in genere et coniecturalis esse et definitiva] Aliud incipit argumentum, id est, quartum syllogismum, quo ostendat non recte sub qualitate deliberationem et demonstrationem positas. Quem syllogismum prius quam ostendamus, ea, quae in re sunt, ante videamus. 'Deinde' inquit 'coniecturalis causa'. Si, inquit, coniecturam per id, quod est, attendamus, | nihil aliud invenimus quam coniecturam solam, nec in eo, quod coniectura est, possumus finem intellegere: rursus, inquit, si finem per se ipsum consideremus, nihil aliud quam finem invenimus: nec in eo, quod finis est, possumus translationem intellegere. Ita ergo constitutiones singulae habent proprium suum, in quo positae genere conmixtionem constitutionis alterius non admittunt. Si ergo constitutiones singulae per semet ipsas consideratae habent proprium suum, conmixtionem alterius non admittunt. Male igitur, o Hermagora, deliberationem et demonstrationem partes constitutionis, id est qualitatis, esse voluisti, cum deliberatio sive demonstratio per se consideratae non solae intellegi, sed omnes in se constitutiones continere possint.

Simul ex eadem parte eodem in genere] Et supra legimus: 'pars autem causae est constitutio omnis.' Genus autem est constitutionis id, quod valet, quod se explet, id denique, quo una quaeque constitutio ab aliis constitutionibus segregatur: pars autem communis potest esse cum multis.

Et omnino nulla constitutio nec pars constitutionis] Quoniam de deliberatione et demonstratione quaestio est, quae deliberatio et demonstratio par-

---

5 habes *BFO* 7 habes $B^2D^2FO$ spem habes *mei et O* 10 sit *D*: est *BFO* 11 hoc sit *D*: illud est *BFO* 14 et *ante* pars *om.* $B^1$ 17 demonstr. et delib. *O* 20 constitutio nec *BF*: constitutione *D*, const. neque *O* 26 quo *mei*: quod *O* ostendit *O* 28 inquid *D*, *ut plerumque* 29 inueniemus *O* 32 inuenimus *DF*: inspiciemus *BO* 34 Si ergo — admittunt *mei*: *om. O* 35 ipsa* $D^1$: *fort.* ipsae 36 *ante* alterius *in D* constitutionis *erasum est* o *D*: o *B sup. lin.*, *om. FO* 42 quod se $DB^2$: quo se $B^1F$

p. 135. 136 C. p. 40. 41. 42 O.

tes constitutionis ab Hermagora ponuntur, recte, cum de solis constitutionibus loqueretur, partes etiam tetigit.

'Et omnino' inquit 'nulla constitutio nec pars constitutionis potest simul et suam habere et alterius in se vim continere: altera adsumpta numerus constitutionis duplicatur, non vis constitutionis augetur] Sapienter dixit: multae enim constitutiones in causa esse possunt. Sed si plures sint, ad numerum constitutionum, non ad augendam vim alterius constitutionis accedunt.

At deliberativa causa simul ex eadem parte eodem in genere] Cum, inquit, constet unam quamque constitutionem alteram in se non admittere, deliberativa ex eadem parte eodem in genere omnes solet recipere constitutiones: ergo nec constitutio nec pars constitutionis est. 'Simul ex eadem parte'; deliberatio enim pars causae est. Videamus nunc quadripertitum syllogismum. Proponit sic, primo specialiter, deinde generaliter. Specialiter sic: 'deinde coniecturalis causa non potest simul ex eadem parte eodem in genere et coniecturalis esse et definitiva': specialiter enim et de coniectura proposuit. Rursus 'nec definitiva causa potest simul ex eadem parte eodem in genere et definitiva esse et translativa'. Et hic specialiter de fine proposuit. Nunc proponit generaliter de omnibus constitutionibus et earum partibus: 'et omnino' inquit 'nulla constitutio nec pars constitutionis potest simul et suam habere et alterius in se vim continere'. Huc usque proposuit: deinde adprobat propositionem: 'ideo' inquit 'quod una quaeque ex se et ex sua natura simpliciter consideratur, altera adsumpta numerus constitutionis duplicatur, non vis constitutionis augetur'. Post adprobationem propositionis adsumit quod sibi necessarium est: 'at deliberativa' inquit 'causa simul ex eadem parte eodem in genere et coniecturalem et generalem et definitivam et translativam continet quaestionem, et unam aliquam et plures nonnumquam'. Quod quoniam manifestum est et apertum omnibus, non fuit necesse adprobare adsumptionem. Sequitur ergo conclusio, quae duplex est: prima ad id, quod adsumptum est: 'at deliberativa causa simul ex eadem parte eodem in genere — — ergo ipsa nec constitutio nec pars constitutionis est.' Secunda ad utrumque, quo de agitur; pariter enim de deliberatione et de demonstratione tractatur: 'genera' inquit 'igitur, ut ante diximus, haec causarum putanda sunt, non partes alicuius constitutionis'.

11. Haec ergo constitutio, quam generalem vocamus, partes videtur nobis duas habere] Postquam docuit deliberationem et demonstrationem non partes qualitatis, sed genera esse causarum, ad ipsius qualitatis descendit disputationem. Ac primo hanc in duas partes dividit, in iuridicialem et negotialem. Quarum partium hoc compendium tenere debemus, quod iuridicialis semper de praeterito est et negotialis semper de futuro: quae tempora in ipsarum partium definitione videtur Cicero non declarasse; ait enim: ‖ Iuridicialis est, in qua aequi et recti natura et praemii aut poenae ratio quaeritur.] Hic omnino tempus quasi praeteritum non demonstrat, nisi quod magis futurum tempus videtur includere, cum ait 'praemii aut poenae ratio quaeritur'. Quo loco primum ostendendum est et poenam et praemium de praeterito esse posse. Nam et post supplicium de aliquo iniuste sumptum pos-

---

4 Altera autem assumpta *O* numerus constitutionis *mei*: numerus constitutionum *O et libri Tulliani; cf. v. 22* 6 sed *om. B*$^1$ 11 ergo *mei*: ergo ipsa *O* 15 et *D*: *om. BFO* 16 simul *om. O* 22 num. constitutionum *BO* 26 quaestionem *D*: constitutionem *FO, item B, sed in ras.* aliquam *mei*: aliquando *O cum Capper.* 31 de *om. F utroque loco, BO ante* demonst. 32 igitur *mei*: ergo *O* 34 nocamus *mei*: nominamus *O et libri Tulliani* 37 diuidit partes *O* et *om. O* 40 definitionem *D* 41 et praemii *DF*: aut praemii *BO et libri Tull., et sic O item p. 190, 13*

p. 136. 137 C. p. 42. 43 O.

sunt nonnulli in iudicium vocari, et quod non recte praemio aliquem donaverint, possunt in iudicium vocari, ut Verres, qui supplicium sumpsit de civibus Romanis et anulo aureo scribam in contione donavit. Ergo praemii et poenae ratio potest de praeterito esse. Sed occurrit illud: potest tamen praemii et poenae ratio etiam de futuro esse, ideoque in iuridiciali qualitate tempus praeteritum non recte definivit. Cum iam huic loco sic respondetur, quod dixerit ‘ratio’; ratio enim semper de praeterito est facto: de futuro autem cum quaeritur, ratiocinatio dicitur. Et est ibi tantum meriti ratio, quod meritum praeteritum est. Atque ita ratio numquam nisi de praeterito est. Cum enim dicis ‘petit praemium’, necesse est adferat meritum. Ita in eo, quod petit praemium, nulla ratio est: sed cum ais eum mereri, tum ratio est, ex praeterito veniens. Ergo cum ait Cicero ‘iuridicialis est, in qua aequi et recti natura et praemii aut poenae ratio quaeritur’, in eo, quod ait ‘ratio’, praeteritum tempus includit.

Iuridicialis] A iure; aequi enim et recti ratio non nisi iure constat. Deinde,

‘Negotialis est’, inquit ‘in qua, quid iuris ex civili more et aequitate sit, consideratur] Negotialis qualitas talis est, cum aliquid generatim iure cautum ad speciem devocamus. Ut puta: ‘*detur* viro forti praemium’: vir fortis petit inimici mortem. In eo, quod dicit, ‘detur viro forti praemium’, dat quidem viro forti praemium, sed non etiam designat illud forte quod petit. Ergo in negotiali qualitate ex aequitate praecedentis iuris nova iura firmantur, id est, ut liceat id, quod in contentione versatur: et ideo de | futuro est. Quod etiam iuris periti faciunt, qui, si forte id, quo de agitur, iure non cautum est, per interpretationem statuti iuris id etiam, quod in eodem iure nominatim non continetur, adfirmant. Hoc est, quod ait: ‘cui diligentiae praeesse apud nos iuris consulti existimantur’. Hoc quoque tempus futurum demonstrat, cum ait ‘quid iuris sit consideratur’. Consideratio enim de incerto est, et quia iuris consideratio est, de futuro est.

Ac iuridicialis quidem in duas partes distribuitur, absolutam et adsumptivam] Negotialis qualitas stat nec aliquas ex se partes fundit: iuridicialis vero in duas partes funditur, in absolutam qualitatem et adsumptivam. Deinde hic quoque rerum conpendium || tenere debemus, quod in absoluta qualitate factum ipsum iustum adserimus, in adsumptiva vero qualitate non factum iustum, sed causam facti iustam fuisse contendimus. Itaque in absoluta qualitate aequi et recti natura quaeritur, in adsumptiva vero praemii et poenae ratio quaeritur: quae adsumptiva quattuor locis dividitur: concessione, remotione criminis, relatione criminis, conparatione. Verum hic quattuor horum locorum Cicero ordinem convertit: nam a postremo, quod hic posuit, retrorsum versus ordo est. Etenim vim singularum defensionum considerare debemus. Primo hoc est innocentis hominis, ut dicat ‘non feci’: deinde ‘feci, sed non sic vocatur’: tertio ‘feci et sic vocatur, sed iure feci’. Deinde hoc ipsum ‘iure feci’ aut licuisse sibi debebit ostendere, quae est qualitas absoluta: aut si non licuit, debet sibi extrinsecus adsumere aliquid, quo id probet, quod iniuste factum videtur. Videamus nunc, quae sit

---

6 Cui iam hoc loco *Baiter* 11 mereri tum *D*: meritum *BF* 12 cum *om. B* 18 est talis *F* 19 detur *hic addidimus* praemium *DF*: praemium detur *BO* vir fortis — praemium *om. F* 20 dicit detur *scripsi*: dicitur *D*, dicit *BO* 21 forte *DBF*[1]: forti *F s. l.*, fortis *O* 22 ex aequalitate *F* 28 et quia i. cons. est *F s. l. m. 2* 30 quidem ipsa in duas distribuitur partes *BO* 34 qualitate — adsumptiua uero *om. B*[1] 41 prim* *D*[1], *fort.* primum 44 extrinsecus adsumere aliq.] ‘*qui status ideo vocatur qualitatis adsumptivae.*’ Capp.

p. 137. 137 C. p. 43. 44 O.

de his quattuor adsumptionibus fortior adsumptio. Primo debet dicere ‘feci, sed profui’, et probare plus se profuisse quam obfuisse, quae est qualitas compensativa, quam ideo Cicero conparationem vocat, quod conparetur id, quod in crimen vocatur, et id, quod se reus profuisse dicit: quae conparatio semper in eodem facto est. Ut puta: quidam muros civitatis dissipavit, hostes fugerunt: reus fit laesae rei publicae. In eodem est conparatio. Nam quod muros deiecit, videtur laesisse rem publicam: et quia [muros deiecit] hostes fugerunt, videtur profuisse rei publicae. Ergo hoc primum debet adsumere ‘feci, sed profui’. Deinde debet dicere ‘feci quidem, sed ut facerem, ante provocatus sum’, id est ‘feci, sed meruit’: quae est relatio criminis. Tertio debet dicere ‘feci, sed alter me inpulit ut facerem’: quae est remotio criminis. Postremo si haec cuncta defecerint, id est, si ut hoc faceret, nec profuit nec iniuriam reddidit neque ab alio conpulsus est, quoniam nihil est quo se defendat, debebit factum fateri, sed veniam postulare, quae est qualitas venialis, quam concessionem Cicero vocavit. Hunc ergo ordinem Cicero hoc loco convertit, quem in posterioribus servat. Itaque concessio duas partes habet, purgationem et deprecationem. In purgatione tria sunt: inprudentia, casus, necessitas. Si haec non fuerint, deprecatio est, sed haec aut apud imperatorem aut apud populum. Itaque in purgatione factum conceditur, sed facientis animus excusatur. Hoc | est, quod ait: ‘cum factum conceditur, culpa removetur’. In deprecatione vero et factum et culpa conceditur, sed tamen venia deprecatur. Hoc est, quod ait: ‘deprecatio est, cum et peccasse et consulto peccasse reus se confitetur, et tamen ut ignoscatur po‖stulat’. Haec ergo deprecatio non nisi aut apud imperatorem aut apud populum valet, apud iudices vacat.

Remotio criminis est, cum id crimen, quod infertur, ab sua culpa vi et potestate in alium reus demovere conatur] Remotionem criminis hanc esse dicit, cum reus id, quod ei intenditur, ab se removet et in alium transfert; atque id duobus modis facit: si in alium aut causam aut factum transferat seque ut id faceret, dicat alium coegisse. Verum quod ait ‘factum’, potest hic quaestio moveri. Nam cum omnis qualitas facti confessionem teneat, cur hic factum non confitetur, sed in alium transferre conatur? denique nullus artium scriptor in hac qualitate facti translationem nominavit. Sed ideo, quia nullus intellexit. Nam factum sic a se removet, salva tamen confessione facti. Ut in hoc themate, quod Cicero in secundo libro posuit: ‘Mancinus cum Numantinis foedus fecit iniussu populi ac senatus. Pulso eodem in exilium atque hostibus dedito petitur ad poenam etiam ille, qui porcam tenuit. Contra dicit.’ Nam hic et causam et factum in alium removet. Causam sic: ut porcam tenerem Mancinus vi coegit ac potestate. Deinde factum sic: foedus non ego feci, sed Mancinus, qui aut debuit aut potuit. Manet tamen facti prima illa confessio, quod porcam tenuit; non enim potest negare a se porcam fuisse tentam. Ergo remotio criminis duobus modis constat, si aut causam in alium transferamus aut factum.

---

35 secundum lib. II, c. 30.

---

2 profuit *mei* 4 et id *DBF*: ad id *O* quod *DB*$^1$: quo *B*$^2$*FO* 8 muros deiecit *delevit Christ* 10 ut *D*$^1$: ut hoc *D*$^2$*BFO* 13 haec *B* 21 factum quidem *F* 24 postulat] *add. in B* quod genus perraro potest accidere 26 ab sua *DF*: ab se et ab sua *BO* causa *F, sed ead. m. s. l.* culpa 27 demouere *D*: dimouere *F*, remouere *BO* 28 interditur *D, corr. in* interdicitur 29 seq. ut *F*: seut *D*, seu ut *BO* 31 hic *F m. s. s. l.* 33 scribtor *D et sic plerumque* nominauit? *O* 38 ut porcam tenerem — — deinde factum sic *mei: om. edd.*

p. 138. 139 C. p. 44. 45 O.

Relatio criminis est, cum ideo iure factum dicitur, quod alius ante iniuria lacessierit] Relatio criminis talis est, si in eo, quod fecimus, vicem nos reddidisse dicamus, ut puta: 'occidi, quia ille me volebat occidere: hoc ergo feci, sed meruit'.

Conparatio est, cum aliud aliquod alicuius factum rectum aut utile contenditur, quod ut fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum] Inter conparationem et concessionem hoc interest, quod in conparatione de eadem re conparatio est, ut supra diximus: dissipasti muros, laesisti rem publicam. Contra ille: dissipavi quidem muros, sed hostes fugerunt. In eodem conparatio est, ut supra diximus: 'Dissipasti muros', id est, quod muri dissipati esse dicuntur: ideo ait 'quod ut fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum'. Alioquin Verres, qui multa signa et vasa ex Sicilia sustulit et utitur hac defensione, quod a bellis tutam Siciliam reddiderit, non poterit dicere: 'ideo signa sustuli, ut defenderem provinciam'; neque enim propterea tulit signa, ut provincia esset defensa. Itaque utitur veniali statu, id est concessione per deprecationem. Ergo in conparatione id, quod intenditur, ideo a nobis factum dicere debemus, ut ex eo ipso bonum illud, quod contigit, fluxisse dicamus.

In quarta constitutione, quam translationem nominamus, eius constitutionis est controversia] Et supra docuimus, quid in se translatio contineret, scilicet ut aut omnem actionem commutet aut aliqua || ex parte debilitet. Hoc est, quod hic ait: 'aut omnino aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur.' |

Huius constitutionis Hermagoras inventor esse existimatur] Inveniendi duo genera sunt: unum tale, cum in medium proferimus id quod erat, sed latebat; aliud, quod quasi non erat, sed a nobis primis videtur inventum. Itaque de his Cicero leviorem inventionem dedit Hermagorae, scilicet ut id, quod latuerit, in medium protulisse videatur. Hoc est, quod ait:

Non quo non usi sint ea veteres oratores saepe multi, sed quia non animadverterint artis scriptores eam superiores et non rettulerint in numerum constitutionum] Ideo autem translationem multi scriptores inter constitutiones referre noluerunt, quod omnis constitutio actionem constituat, translatio autem id videatur agere, ne actio sit. Sed Hermagoras recte hanc inter constitutiones posuit; nam hoc ipsum, quod actionem commutat, actio est. Itaque multi, inquit, Hermagoran reprehenderunt, quod translationem inter constitutiones rettulerit, sed invidia magis quam ex vero.

12. Et constitutiones quidem et earum partes exposuimus] Postquam, quid essent singulae constitutiones vel quid possent, docuit et earum partes, id est qualitatis, exposuit, promittit se his constitutionibus exempla subditurum, sed tum, cum coeperint argumenta tractari, quae argumenta dilucidiora futura esse promittit, si isdem argumentis in tempore exempla subponat. Hoc est, quod ait:

Nam argumentandi ratio dilucidior erit, cum et ad genus et ad exemplum causae statim poterit accommodari] Genera causarum scimus tria esse, demonstrativum, deliberativum, iudiciale: exempla vero causarum sunt themata scilicet.

Constitutione causae reperta statim placet considerare, utrum causa sit simplex an iuncta: et si iuncta erit, utrum sit ex pluribus quaestionibus iuncta

---

1 dicatur *mei* 3 ergo *mei*: ego *O* 15 *immo* sustulit *vel* abstulit 17 contingit *D* 19 translationem *DF*: translatiuam *BO* eius *mei*: cuius *O* 28 latuerat *BO* 29 sunt $DB^1F$ 30 et non *DBF*: nec *O* retulerint *BFO* 39 qualitatis *mei*: qualitates *O*; *at v. p. 194, 15* 40 coeperit $F^1$ 48 utrum ex *F*

p. 139. 140 C. p. 45. 46. 47 O.

an ex aliqua conparatione] Quoniam in his duobus libris Cicero nihil nisi de inventione tractat, idcirco per ordinem, quae sint invenienda, demonstrat. Postquam, inquit, constitutionem inveneris, considerare debebis causam, utrum simplex sit an iuncta, id est, utrum de una re agatur an de pluribus. Constitutio sic invenitur: ‘occidisti’ ‘non occidi’ aut ‘iure occidi’. Causa vero haec est ‘an occiderit’ ‘an iuste occiderit’. Ergo haec causa simplex an iuncta sit considerare debemus. Deinde si iuncta, utrum ex pluribus quaestionibus an ex aliqua conparatione. Ex pluribus quaestionibus causa iuncta est, ut in Verrinis accusatur Verres, quod multa furatus sit, quod cives Romanos necarit, quod peculatum commiserit. Itaque quando ex pluribus quaestionibus causa iuncta est, ipsae quaestiones inter se diversae sunt. Ex conparatione autem causa iuncta est, cum, quid potissimum faciendum sit, consideratur, ut in divinatione agitur, utrum Cicero accuset an Caecilius. Sed quia conparandi duo modi sunt, conparativus et superlativus, idcirco ait:‖

Ex conparatione, in qua per contentionem, utrum potius an quid potissimum sit, quaeritur] Verum his locis, quae tractavimus, ipse etiam Cicero perspicua exempla supponit.

Dein considerandum est, in ratione an in scripto sit controversia] Primo, inquit, constitutio invenienda est, secundo, utrum causa sit simplex an iuncta, | tertio, in ratione an in scripto sit controversia. Scriptum non tantum leges accipiamus, sed et senatus consultum et testamentum et verba sola et multa huius modi. Huius scriptionis genera sunt quinque, ut ipse primum rebus, dein nominibus indicavit, id est primum scriptum et voluntas, secundum leges contrariae, tertium ambiguitas, quartum collectio sive ratiocinatio, quintum definitio legalis, ut est in Caeciniana.

13. Ratio est autem, cum omnis ratio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit] Ideo ait: ‘cum omnis ratio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit’, quoniam [et ratio scriptionem habet] et scriptio rationem habet, sed cum auctoritate, quippe ex scripto, id est ex testamento vel lege venientem. Ergo, inquit, ratio est, cum res, quae in contentione versatur, non in auctoritate legis, sed in argumentatione versatur.

Ac tum considerato genere causae] Reperto, inquit, genere materiae et constitutione et causa, utrum simplex an iuncta sit, et ipsa causa scripti an rationis habeat controversiam, deinde videndum est, quae sit quaestio, quae ratio, quae iudicatio, quod firmamentum. Verum de his tria praecipua sunt in omni causae genere perquirenda, firmamentum vero perraro adhibetur. Et si quando adhibetur, necesse est aut in themate sit aut in historia, alias lemma dicitur, id est falsum argumentum. Ergo tria illa sine intermissione ubique inspicienda sunt, id est quaestio, ratio, iudicatio. Quaestio est, quae nascitur ex constitutione, ut est illud: iurene occiderit. Ratio est, quae facit controversiam, ut puta: occidi Clodium, pro‖pterea quia ille me voluit occidere. Infirmatio rationis est: Etiam si te Clodius voluit occidere,

---

11 aduersae *O* 13 diuinatione ς: diuisione *mei* 15 an *mei*: aut *O* 16 tractabimus $D^2BO$ 18 deinde *BO* 19 secunda (secundo causa *corr.*) simplex *D* 20 scriptio *D* 22 scriptionis] ‘*h. e. controversiae in scripto positae, seu status legalis*’. Capp. 23 deinde *O* 25 definitio legalis] ‘*Non admittitur hic status a rhetorum vulgo; vide tamen rhetorem Herennianum, qui Tullio consentit*’. Capp. ceciliana *F* 26 *et* 27 ratio $DB^1F^1$ (*v.* 27 oratio *B*): quaestio $B^2F^2O$ 28 et oratio *DB*; et ratio script. habet *delet Christ* 29 habet *om. B* orationem *DB* habet *DBF*: *om. O* 31 contentione $FB^2$: contione $DB^1$ in *post* non *om. F* 36 praecipua *D*, *item F*, *sed est voc. in ras.*: praecipue *BO* 42 quia *mei*: quod *O*

p. 140. 141 C. p. 47. 48 O.

tu tamen non iure occidisti. Iudicatio est, utrum, cum eum Clodius voluerit occidere, iuste tamen a Milone occisus esse videatur, ut Cicero de Oreste exemplum dedit.

14. Firmamentum est firmissima argumentatio defensoris et † aptissima ad iudicationem] Firmamentum, si verum sit, valde prodest, sed soli defensori; accusator enim pro firmamento adsertionem habet. Sed hoc, ut diximus, raro in causam cadit. Cuiusmodi autem sit firmamentum, ipse Cicero docet: 'ut si velit dicere Orestes eiusmodi animum matris suae fuisse in patrem suum, in se ipsum ac sorores, in regnum' et reliqua.

Et ceteris quidem in constitutionibus ad hunc modum iudicationes reperientur] Quoniam omnis ratio de facto iam confessio est, idcirco in omnibus constitutionibus dicit iudicationem de infirmatione rationis fieri praeter in coniectura; in coniectura enim facti nulla confessio est. Quare in coniectura eadem erit iudicatio, quae quaestio: factum est, non est factum, factumne sit?

Quot autem in causa constitutiones aut earum partes erunt] qualitatis scilicet partes; reliquae enim constitutiones partes non habent. Ergo quot in causa constitutiones vel partes erunt, tot necesse erit inveniri quaestiones, rationes, iudicationes, firmamenta.

His omnibus in causa repertis, tum denique singulae partes totius causae considerandae sunt] Sub diversa significantia Cicero partes posuit. Aliae sunt enim partes oratoris officii, aliae partes qualitatis, aliae partes causae, aliae partes orationis. Itaque partes causae sunt, ut suscepto negotio per rerum ordinem ea, quae dicenda sunt, diligenter inspicias. Quod cum pertractaveris, id est cum causae partes inspexeris, tum demum tibi ordinandae sunt partes orationis: non enim, inquit, quia primum exordium est, sola tibi primo erunt consideranda principia et scribenda, sed considerato omni negotio, tunc apposite sumere exordium debebis.

Eae partes esse sex omnino nobis videntur] Multi enim quattuor esse dixerunt, id est exordium, narrationem, quaestiones, epilogos. Cicero autem sex esse dicit, id est 'exordium, narrationem, partitionem, confirmationem, reprehensionem, conclusionem', epilogos scilicet, et recte 'confirmationem' et 'reprehensionem'. Hoc enim maximum est oratoris officium, ut argumenta sua primum adserat, deinde adversariorum dissolvat. Quare, inquit, quoniam primum exordium est, principio in exordium praecepta trademus.

Exordium est oratio animum auditoris idonee conparans ad reliquam dictionem] Optima definitio est, quae a genere incipit, deinde descendit ad speciem, postremo ita propria conplectitur, ut excludat omnino id, quod cum aliis potest esse commune, ut hic sex partes orationis Cicero ponit. Orator porro duo agit: aut fidem facit aut animos commovet. Quare in quattuor illis mediis partibus fides fit, in narratione, in partitione, in confirmatione, in reprehensione: in exordio vero vel epilogis animi commoventur. Ita-

---

1 iure non *O* cum eum *F*: eum *D*, cum *BO* 2 ut *om. O* 4 *****issima $D^1$, *fort.* adpositissima 6 haec *D* 7 firmam. ipsum sit *B* ipse *Christ*: ipsum *libri* 8 ut si *mei*: si *O* Orestes dicere *O* matri *O* fuisse ut in *F*, *in D* ut *sup. lin. est* 10 Et in ceteris quidem const. *O* repperiuntur *F* 11 confesso $B^2F^2$ (*corr. ex* confessio) *et O* 12 praeter *mei*: praeterquam *O* 15 Quod *D* 16 partes *post* scil. *om. B* partes (*ante* non) *om. F* 19 tum *om. libri Tulliani* 21 enim sunt *O*; *in F* enim *post* sunt *s. l. est* 24 ornandae *D* 26 primo erunt tibi *O* negotio omni *B* 27 debemus *BF* 28 eae *mei*: hae *O* 29 quaestiones *mei*: quaestionem *O*, argumentationem *coni. Capp. ex Isid. II, 7, 1.* 29 *et* 31 epilogos *DF*: epilogum *BO* 30 narrationem *om.* $B^1$ 34 in exordium *scripsi*: exordium *DF*, exordii *BF corr. et O*; *Cicero:* in rationem exordiendi praecepta dabimus 40 modiis *D*, *om.* $B^1$ 41 in *ante* repreh. *om.* $D^1$ uel *DB*: et *FO*

p. 141. 142 C. p. 48. 49 O.

que ut definiat exordium, a genere incipit: ‘exordium est’ inquit ‘oratio’; omnis enim pars oratio est. Deinde sic descendit ad speciem, ita ut excludat quattuor illas partes medias, quibus fides fit: ‘animum’ inquit ‘auditoris idonee conparans’. Sed quia et in epilogis animi conparantur, ita proprium conplectitur, ut excludat etiam epilogos: ‘ad reliquam’ inquit ‘dictionem’. Ita ergo exordii plena definitio est: ‘exordium est oratio animum auditoris idonee conparans ad reliquam dictionem’. Verum cum aliquid fieri volumus, primum definire debemus, quid sit illud, quod fieri volumus, ut hic de exordio definivit, quid esset exordium. ‘Exordium | est’ inquit ‘oratio animum auditoris idonee conparans ad reliquam dictionem.’ Deinde debemus definire, quid inde fiat, ut hic fecit: ‘quod eveniet’ inquit, ‘si eum benivolum, adtentum, docilem fecerit’. Sed quia non bene aliquid facimus, nisi prius sciamus, ubi faciendum sit, prius ostendit, ubi faciendum sit, postremo quemadmodum faciendum sit. Ait ergo tunc nos optime exordiri, si causarum genera cognoscamus, hoc est, ubi faciendum sit.

Genera causarum quinque sunt: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum] Hic quaestio nascitur: cum supra dixerit genera causarum tria esse, demonstrativum, deliberativum, iudiciale, cur hic rursus genera causarum quinque esse dixit? Verum haec quaestio occulta nimis ratione ac difficili disputatione dissolvitur. Animadvertere enim debemus, quid Cicero secutus sit. Res multae sunt: quarum una substantia, reliquae accidunt. Itaque cum substantiae acciderit una qualitas, potest et alia accidere, sed quae non sit in eodem genere, in quo prima qualitas fuit. Ut puta, si dicas: foliorum genera duo sunt, de membrana et de charta. Hic folium substantia est; accessit ei una qualitas, membrana et charta. ‖ Potest tamen eidem substantiae, id est folio, alia qualitas accedere, quae non sit in eodem genere, in quo prima qualitas, si dicas: foliorum genera tria sunt: est oblongum, est latum, est quadratum. Quare, si circa primam qualitatem numerus definitionis varietur, vitium est: sin autem in eadem substantia circa alias qualitates numerus definitionis varietur, non est vitium, ut hic ait primum: ‘causarum genera tria sunt’. Causa hic substantia est, accidit ei una qualitas, ut sit demonstrativum genus, deliberativum, iudiciale. Deinde ait: ‘causarum genera quinque sunt’. Licet eadem sit substantia, alia tamen ei qualitas accidit. In iudiciali enim sive alio genere causae invenitur et honestum causae genus et admirabile et humile et anceps et obscurum. Ergo duplici hoc modo possumus intellegere, aut quod substantiae multae saepe accidunt qualitates, aut quod multae qualitates substantiales sunt, id est quod eis qualitatibus possunt aliae accidere qualitates. Ut hic substantia est causa; accidit causae, ut sit iudicialis: itaque iudicialis qualitas est. Rursus haec ipsa qualitas substantialis est. Nam accidit ei, ut habeat in se aut honestum causae genus aut admirabile aut humile aut anceps aut obscurum. Item in deliberativo genere causae vel demonstrativo potest usu venire. Quare nullus hic error est generis causarum circa definitionem numeri, si quidem substantiae nunc plures accidant qualitates, ut supra docuimus, nunc multae sint qualitates substantiales, id est, quibus possint aliae incidere qualitates, quod similiter supra docuimus.

---

1 inquit *om. BO* 3 illas medias partes *F*, partes illas med. *O* 15 cognoscimus *F* 16 sunt quinque *O* 20 animaduertere — secutus sit $B^1$ *ante* Verum haec *habet* 21 reliquae, quae *O ex coni. Capp.* accidentia *B corr.* 24 duo sunt — foliorum genera *(v. 27) om.* $B^1$ 25 qualitas de membrana et de charta *O* 26 accedere *mei, (ut modo dixit* accessit): accidere *O* 27 sunt tria *BO* 34 iudiciale *D* 36 accedunt *D pr. m.* 41 idem $B^1F^2$ 42 usu uenire $DB^1$: usu euenire *F*, hoc ipsum uenire $B^2O$ 44 accidunt *O* sunt *O* 45 possunt $B^1FO$

p. 142. 143 C. p. 49. 50 O.

Ergo quinque genera dixit esse causarum, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum: et definit genera ipsa.

'Honestum' inquit 'causae genus est, cui statim sine oratione nostra favet auditoris animus] Definitio nunc ex rebus ipsis, nunc ex eventu rerum colligitur. Has itaque definitiones Cicero non ex rebus ipsis, sed ex eventu rerum colligit: saepe enim honestis vel non honestis rumorum opinionibus abutimur. Et quia rumori facile creditur, per|venit autem rumor usque ad iudicem, orator porro apud iudicem agit, necessario non rei honestum sequi debet, sed opinionem, quae etiam iudici nota est. Ergo Cicero honestum causae genus non ex rebus definit, sed ex eventu rerum, qui notus est iudici. 'Honestum' inquit 'causae genus est, cui statim sine oratione nostra favet auditoris animus'. Ergo si et statim et sine oratione nostra favet iudex, opinionem sequitur, id est eventum rerum.

Admirabile, a quo est alienus animus eorum, qui audituri sunt] Et haec definitio de animis iudicum est. Admirabile est, inquit, causae genus, cum is defenditur, quem ob magnitudinem criminis defendi nullus posse credebat. Itaque hic iudices benivoli faciendi sunt. ‖

Humile, quod neglegitur ab auditore et non magno opere attendendum videtur] Humile causae genus est, si de re abiecta sit controversia. In hoc genere attenti auditores faciendi sunt. Haec quoque definitio de animis iudicum sumpta est.

Anceps, in quo aut iudicatio dubia est aut causa et honestatis et turpitudinis particeps] Haec definitio et ab ipsis rebus sumpta est. Verum anceps, inquit, causa duobus modis est, si aut iudicatio dubia sit aut inhonestissima materia, ut in Orestis themate, quia non una ratio est, iudicatio quoque fit dubia. 'Occidisti'. 'Iure occidi; nam illa patrem meum occidit.' 'Etiam si patrem occidit, non iure a filio mater occisa est.' Iudicatio, an cum illa patrem occiderit, iuste a filio occisa videatur. Deinde potest et haec esse ratio: 'Iure occidi; nam ut id facerem Apollo respondit.' Infirmatio rationis: 'Etiam si id Apollo respondit, non iuste a filio mater occisa est' Iudicatio, an cum Apollo responderit, iuste mater a filio videatur occisa. Ergo in hoc themate iudicatio dubia est. Deinde fit anceps causae genus, si habeat in se causam et honestatis et turpitudinis: 'si lenonis filius fortiter faciat et praemium petat'. Honestum est, quod fortiter fecit, turpe, quod filius lenonis. In hoc quoque genere causae benivolentiam conparare debemus.

Obscurum, in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicata est] Quod obscurum est, tribus modis semper obscurum est: si aut is, qui enarrat, non intellegit, aut is, cui narratur, tardior est, aut si res ipsa perplexa est. Verum hic duo posuit; superfluum enim fuerat, cum de oratore hic perfecto loquatur, aliquid de eius inprudentia dicere. Hic itaque iudices dociles facere debemus. Ergo ostendit primum quid esset exordium, animorum, inquit, commotio: deinde ostendit quid inde fiat, aut attentus aut docilis aut benivolus: deinde ubi fiat, id est in generibus quinque causarum. Et ostendit, quae essent genera. Nunc per quid faciendum, id est, per principium et insinuationem: itaque breviter quid in hac lectione contineatur, explicabimus.

---

2 definiuit *B pr. m.* 4 auditoris fauet *O* ipsis *om. B*$^1$ 6 collegit *D et F corr.* honesti uel non honesti *D* 7 abutimur *B*: abutemur *DF* 8 porro cum apud *F* 9 opinione *D* 10 definiuit *BO* 14 admirabile est *O* alienatus *BO* 16 nullius *D* 28 ratio esse *O.* 33 turpitudinis participem *Capp.* 39 perplexa sit *DBF*, *corruptum ex* perplexast 40 si aliquid — — diceret *BO* aliquit *D* 45 itaque *mei*: utique *O*.

p. 143. 144 C. p. 50. 51 O.

'Exordium' inquit 'in duo dividitur, in principium et insinuationem] Horum duorum hanc differentiam teneamus, quod in principio aperte et, ut ipse ait, protinus iudices nobis aut attentos aut dociles aut benivolos conparamus, in insinuatione vero occulte et quibusdam circuitionibus. Hoc quoque conpendium tenere | debemus, quod in omnibus causae generibus principio nobis utendum est, in admirabili vero nunc insinuatione, nunc principio: principio tunc, si auditores non omnino erunt alienati, insinuatione tunc, si vehementer erunt alienati.

16. Benivolentia quattuor ex locis comparatur] Benivolos, || inquit, iudices quattuor locis facere debemus vel possumus, a nostra persona, ab adversariorum, a iudicum, ab ipsa causa. Rursus a nostra persona quattuor ex locis benivolentiam iudicis possumus conparare: 'si de nostris' inquit 'factis et officiis sine adrogantia dicemus'. Plena enim gloria in his duobus est, in factis et officiis. Officium est, quod ex legibus vel ex natura necesse est nos implere, factum vero est, quod supra quam debemus praestamus. Ergo si de nostris factis et officiis, sed sine adrogantia dicemus. Deinde, 'si crimina' inquit 'inlata et aliquas minus honestas suspiciones iniectas diluemus', id est si ea, quae ad deformationem personae nostrae praeter iudicialem quaestionem fuerint obiecta, diluemus. Deinde si aliquid futurum mali praedicamus, quo modo ipse Cicero: moneo, praedico, ante denuntio. Postremo a nostra persona benivolentiam conparamus, si, inquit, pro nobis supplici utamur oratione. Deinde ab adversariorum persona tribus ex locis benivolentiam iudicis conparamus, si eos aut in odium aut in contemptionem aut in invidiam deduxerimus. In odium sic, si eorum turpia vel crudelia facta proferamus: in invidiam sic, si eorum potentiam, gratiam, pecuniam proferamus. Et quoniam haec interdum non modo non crimini, sed etiam decori sunt, recte addidit horum omnium usum adrogantem; multae enim res per se malae sunt, multae, cum sint mediae, ex eventu bonae vel malae fiunt. Deinde in contemptionem sic adversarios adducimus, si eos contemnendos esse dicamus, quod aut neglegentes sint aut ignavi. Ab iudicum persona vero duobus ex locis benivolentiam conparamus, si eorum bene gesta sine adulatione proferamus et si dicamus praesentis iudicii magnam esse expectationem. Postremo ab ipso negotio duobus ex locis benivolentiam conparamus, si nostram causam laudando extollamus, adversariorum vituperando deprimamus.

Attentos autem faciemus, si demonstrabimus ea, quae dicturi erimus, magna, nova, incredibilia esse] Nunc docet quem ad modum attentos iudices facere debeamus: attentos, inquit, iudices facimus, si nos magna promittamus esse dicturos, ut ait Vergilius: maius opus moveo: deinde si nova nos dicturos esse dicamus. Interdum enim etiam si magna non sit res, tamen nova animos auditorum facit attentos. Postremo, si incredibilia; necessario etenim attente audiendum est, quod vix credi posse promitto. Deinde si haec, inquit, magna, nova, incredibilia dicamus nunc 'ad omnis pertinere', ut saepe Cicero id, de quo agatur, non ad solum reum, sed ad omnium

---

20 Verr. Act. I, §. 36. 39 Aen. 7, 45.

---

10 a quattuor *DBFO*, *sed* a *in D s. l.* 15 est uero *F* 19 praedicemus *FO* 23 contentionem *D*, contemptionem *F partim in ras.* 25 gratiam] gloriam *F* 26 dedecori *F*, *sed prius* de *in ras.* 32 expositionem *F*, *sed* expect. *s. l.* 38 facimus *DF*: faciemus *BO* promittamus *B ante* ut ait *habet* 39 dicturos esse *BO* Virgilius *BFO* 40 enim *om. B* 41 postremum *F* 42 posse credi *O* 43 omnes *O* 44 id *nos*: ait *DBFO* agatur *mei*: agitur *O* non solum ad *BF*

p. 144. 145 C. p. 51. 52 O.

fortunas dicit pertinere: nunc ‘ad eos, qui audiunt’, ut Cicero saepe ait, hoc ideo agi, ut a iudicibus iudicia transferantur: nunc ‘ad aliquos inlustres’, si dicamus rem istam ad sacerdotes, ad senatores vel alios huiusmodi pertinere: nunc ‘ad deos inmortales’, ut Cicero de domo sua dicit, rem ad deos pertinere, ne ipsi Ciceronem domo expulisse videantur: nunc ‘ad summam rem publicam pertinere’. Ergo his omnibus attentos ‖ iudices facimus. Nec non, inquit, etiam tunc attentos iudices facimus, cum nos breviter dicturos esse promittimus. Et ne mentiri nos iudices putent, quod breviter nos | dicturos esse promittimus, ‘exponere’ inquit ‘debemus iudicationem aut iudicationes, si plures erunt’. Deinde ostendit, quo pacto dociles auditores facere debeamus: si, inquit, in principiis ea, quae sunt nobis dicenda, ponamus, ut nobis iudices ad cognoscendum negotium conparemus. Praeterea, inquit, cum dociles iudices facimus, simul attentos iudices facere debemus. Ita ipse Cicero in Cluentiana facit dociles iudices, cum ait: Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes. Deinde facit attentos, cum ait: quarum altera mihi niti et magno opere confidere videbatur invidia inveterata iudicii Iuniani et reliqua. Tunc etenim, inquit, iudex melius docilis fiet, si et attentus fuerit effectus. Haec de principiis: nunc nobis de insinuatione dicendum est.

17. Insinuatione est igitur utendum, cum admirabile genus causae est] Diximus principiorum triplicem esse finem, scilicet, ut aut benivolos iudices aut attentos aut dociles faciamus. Idem nobis et in insinuatione faciendum est, sed hoc interest, quod in principiis haec aperte facimus, in insinuatione occulte et quibusdam circumitionibus: nec in alio causae genere nisi in admirabili, tunc cum animi iudicum erunt vehementer offensi. Ergo, inquit, insinuatione tunc erit nobis utendum, cum animi iudicum fuerint offensi. Et ostendit, quibus rebus offensos iudicum animos possumus agnoscere; prius enim vulnus inspiciendum est; sic adponenda medicina. Tribus, inquit, vel maxime causis animi iudicum offenduntur. Verum cum ait ‘maxime’, ostendit et aliis causis offendi iudices, sed his plerumque: si aut in negotio ipso inest aliqua turpitudo, ut res ipsa praeter personas aut iudicis aut agentis pariat offensionem; aut si iam aliquid iudicibus ab iis, qui primum dixerint, persuasum videtur et ideo is, qui post dicturus est, non libenter auditur; aut si illi, qui audituri sunt, alios audiendo coeperint esse defessi. Quare, cum haec animadverteris, singula haec dicendi arte sanabis.

Si causae turpitudo contrahet offensionem] Duobus modis causa contrahit turpitudinem: aut enim res turpis est aut persona. Si, inquit, persona turpis fuerit, aut alium hominem subicies, qui amatur, aut rem pro persona. Deinde si res turpis fuerit, aut aliam rem, quae honesta est, subicies aut pro re hominem. Si utrumque turpe fuerit, et res et persona, commodum erit causam non suscipere: tamen si quid leviter turpe fuerit, potest suscipi.

---

14 p. Clu. §. 1.

---

1 dicit *om. O* 6 omnis *D* 7 attentos tunc *F* 8 Et ne — promittimus *om. F* quod] quam *B* 16 mihi niti *DB*$^{1}$: inniti *FB*$^{2}$ magno opere *h. l. D* 17 inuidiam *D* 18 et rel. *mei*: etc. *O* 20 igitur utendum est *BO* 21 ut *om. D* 22 et insinuationem *F* 23 haec *DF*: hoc *BO* 24 circuitionibus *BO* nisi admirabili tunc animi iudicum cum erunt *F* 26 nobis erit *F* 27 possimus *O* primo (*corr.* primum) *F* 31 iudices *D* agentum *D* 32 ab his *mei* dixerunt *O* 34 coeperunt *BF* esse defessi offensi *D pr. m.*, esse fessi *B*, esse offensi *D corr. FO* 35 singula haec *B*$^{1}$*F*: singula hac *DB*$^{2}$*O* 36 contrahit *F* contrahitur turpit. *D* 41 est turpe *F*

p. 145. 146 C. p. 52. 53. 54. O.

Deinde, inquit, debebis dissimulare de defensione; postquam mitiores reddideris auditores, paulatim ingredi in eandem defensionem et dicere ea, quae adversariis displiceant, tibi etiam displicere, sed nihil horum ad tuum negotium pertinere. Deinde, inquit, occulte et de adversariis detrahere debebis. Postremo, inquit, de simili negotio aliquorum iudicium adferri oportebit exemplum. Animadvertere tamen debemus, ut et in insinuatione quattuor locis praeceperit benivolentiam conparandam, id est ab ipsa || causa, a nostra persona, ab adversariorum, a iudicum. A causa dixit posse benivolentiam conparari, ubi ait: ‘aut pro eo homine, in quo offenditur, alium hominem, qui diligitur, interponi oportet’ et reliqua. Deinde ostendit, quem ad modum a nostra persona benivolentiam comparemus, cum ait: ‘et dissimulare te id defensurum, quod existimaris; deinde, ubi | iam mitior factus erit auditor, ingredi pedetemptim in defensionem et dicere, ea, quae indignentur adversarii, tibi quoque indigna videri.’ Ab adversariorum vero persona docet quemadmodum benivolentiam conparemus, cum dicit: ‘et negare te quidquam de adversariis esse dicturum, neque hoc neque illud, ut neque aperte laedas eos, qui diliguntur, et tamen id obscure faciens, quoad possis, abalienes ab iis auditorum voluntatem.’ Postremo docet, ut a iudicum persona benivolentiam conparemus, cum ait: ‘et aliquorum iudicium simili de re aut auctoritatem proferre imitatione dignam.’ Verum quod ait, ‘deinde eandem aut similem aut maiorem aut minorem agi rem in praesentia demonstrare’; etenim semper post exemplum facienda est comparatio. Comparatio porro nunc a pari, nunc a maiori, nunc a minori semper fiat necesse est.

Ostendit, quod primum fuit, si per causae turpitudinem auditores offensi extitissent, quibus modis ab iis posset benivolentia conparari. Nunc inquit, si oratio adversariorum dictis fidem fecerit et ideo iudices videntur abalienati, tribus modis benivolentiam conparamus, si aut de eo argumento, quod sibi firmissimum crediderant adversarii, te dicturum esse promittas, aut si ab eo dicto incipias, quod adversarius nuper dixerit, aut si, inquit, cum admiratione dubites, cui potissimum respondeas quaestioni. Cum enim, inquit, te iudices viderint paratum ad respondendum, existimabunt sibi non recte ab iis, qui ante dixerunt, id, quod crediderant, fuisse persuasum. Postremo docet, quo pacto benivolentiam nobis a iudicibus conparemus, si forte ipsi iudices defetigati fuerint multos audiendo. Primo, inquit, oportebit ‘polliceri brevius te, quam paratus fueris, esse dicturum’. Deinde, si ita se habebit negotium, utile erit rebus novis vel ridiculis risum iudicibus aut iocum movere, atque id duplici modo: aut ex tempore, si forte clamor aut strepitus alicunde fuerit exortus, aut cogitatis paratisque, ut vel a || fabula incipias vel apologo ad praesens negotium pertinentibus. Fabulae sunt, quas fere videmus extitisse ex Phaedris, Medeis, Clytaemnestris aliisque similibus. Apologi sunt ex rebus humilibus conpositae quaedam formae ac species ad viven-

---

1 de defensione *D*: defensionem. Et *F*, defensionem *BO* 5 iudicium *Baiter coll. v. 19:* iudicum *libri* 6 et *om. F* 10 et reliqua *mei*: etc. *O* 11 comparamus *F* id te *O* 12 existimaris *mei*: existimeris [defensurus] *O* 13 pedetentim *O* in defensione *D corr.* 15 quidquam *h. l. D* 17 facies *B* alienes *O* ab his *mei* 18 a *F corr. ex* ad (*ex* ab?) 19 iudicium *F*: iudicum *BD* 20 consimilem *O et libri Tulliani, item B ante rasuram* 24 *Additum in O ante* ostendit *lemma:* Sin oratio adversariorum etc. 25 ab his *mei* possit *DF* 27 comparemus *FO* de eo *Capp.*: ab eo *mei* 29 nuperrime *Cic.* 31 aestimabunt *mei* 32 ab his *mei* *post* persuasum *O habet lemma:* Sin auditoris studium etc. 34 defatigati *BFO* 35 paratus *F, ut coni. Capp.: om. DB* fueras *DB* si se ita *F* 38 aliunde *O* cogitatus paratusque *DFB*$^2$; *lectio prima in B incerta est* 39 *fort.* uel ab apologo 40 clytemestris *DBF* 41 uidendum *F*

p. 146. 147 C. p. 54. 55 O.

dum, ut exstat illa de mure et leone. Ergo si, inquit, negotii dignitas patietur, risum vel iocum movere oportebit: sin autem tale negotium fuerit, ut iocandum non sit, a re aliqua tristi ac severa commodum erit incipere. 'Nam ut' inquit 'cibi fastidium nunc dulci re, nunc subamara relevatur', ita, inquit, studium audiendi apud iudices nunc rebus ridiculis, nunc asperioribus redintegratur.

Ac separatim quidem quae de principio et de insinuatione dicenda videbantur, haec fere sunt] Supra, inquit, quid in principiis faciendum esset, quid in insinuatione, separatim disputavimus: nunc, inquit, breviter in utrumque praecepta dabimus.

Exordium sententiarum et gravitatis plurimum debet habere] Sententiarum, inquit, non illarum, quae generaliter dicuntur, ut est illud: obsequium amicos, veritas | odium parit: — praeceptum est autem, ne quid in principiis generaliter dicatur —, sed hic sententias accipiamus sensus atque inventiones plurimas atque easdem graves. Praeterea, inquit, ut commendati simus auditoribus, in exordio omnia illa habere debemus, quae nobis vel orationi nostrae pariant dignitatem.

Splendoris et festivitatis et concinnitudinis minimum] In exordio, inquit, nihil splendidum, nihil diligenter accuratum habere debemus, ne ipsa dicendi diligentia diffidentiam negotii demonstremus. Docuit quid in principiis, quid in insinuatione, quid generaliter in utroque observare debemus: quare, postquam ostendit quid faciendum esset, praecipit rursus quid non faciendum sit. 'Vitia vero' inquit, 'haec sunt certissima exordiorum'. Cum ait 'certissima', ostendit et supra se nonnihil de vitiis exordii dixisse. Ait enim, 'splendoris et festivitatis et concinnitudinis minimum' in exordio esse debebit. Verum haec maxima vitia exordiorum esse dicit atque haec omnino vitanda esse praecipit: 'vulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra praecepta.'

Vulgare est, quod in pluris causas potest accommodari] Id est, quod dicitur generale principium et quod non unius, sed omnium potest esse causarum, si sic incipias: 'Iovem ego optimum maximum', aut 'vellem, si fieri posset, iudices.'

Commune, quod nihilo minus in hanc quam in contrariam partem causae potest convenire] Inter vulgare et commune hoc interest: vulgare omnium controversiarum est, commune in eadem controversia utriusque partis: itaque commune specie includitur, vulgare vero generale est. Quare commune erit, quod tam a nobis quam ab adversariis dici potest.‖

Commutabile, quod ab adversario potest leviter mutatum ex contraria parte dici] Commutabile est, inquit, quod non quidem ab adversariis dici pro se possit, ut a te prolatum est, sed commutato verbo vel addito possit in partem contrariam commutari.

Longum est, quod plurimis verbis aut sententiis ultra quam satis est

---

12 Terent. Andr. 1, 1, 41. 31 Cic. div. in Caec. §. 43.

---

1 existat *D*, exstat *F*, *sed* at *in ras.* illa *om. F*, *eraso post* mure *vocabulo* 3 ac *DF*: et *O*, *om. B in rasura* 4 dulci re *mei*: dulci re mitigatur *O* 7 et insinuat. *O* 9 in insinuationem sep. disputabimus *D* 14 sensum *F* 15 Praeterea *mei*: propterea *O* 16 auditoribus. In *O* 17 uel *mei*: et *O* 22 praecepit *DB*$^{1}$*O* faciendum non sit *O* 23 inquit *om. O* 29 plures *BFO* 33 Commune est *O* hanc quam *D pr. m.*: aliquam *D*$^{2}$*BF* in *om. mei* 36 concluditur *B*$^{1}$ 37 ab *B*: *om. DF* 38 Commutabile est *FO* 40 ut *D pr. m.*: ita ut *D*$^{2}$*BFO*

p. 147. 148 C. p. 55. 56 O.

producitur] Meminimus in duobus esse orationem nostram, nunc in verbis singulis, nunc in coniunctis, quae sententiae dicuntur. Itaque, inquit, longum est, quod nimis aut in verbis aut in sententiis involutum est.

Separatum, quod non ex ipsa causa ductum est nec sicut aliquod membrum adnexum orationi] Separatum est, quod non est proprii negotii neque eius causae, qua de agitur, ut si homicida tibi accusandus sit et tu ab adulterii facinoribus exordium sumas.

Translatum est, quod aliud conficit quam causae genus postulat] | Et supra dixit: ‘quare, cum tam diversa sint genera causarum, exordiri quoque dispari ratione in uno quoque necesse est.’ Ergo translatum est, inquit, cum ignorato genere causae aut dociles pro attentis aut attentos pro benivolis faciendos nobis iudices putamus.

Contra praeceptum est, quod nihil eorum efficit, quorum causa de exordiis praecepta traduntur] Contra praeceptum est, inquit, quod iudicum animos sibi non conparat, interdum etiam infestos facit. Quare finitis exordii praeceptis nunc nobis de narratione dicendum est.

19. Narratio est rerum gestarum aut ut gestarum expositio] Definit quid sit narratio. In definitione vero, ut saepe iam diximus, omnia, quae ad rem definiendam pertinent, colligi adque includi debent. Quare quoniam non tantum illa narrantur, quae vere gesta sunt, sed etiam illa, quae non sunt gesta, sed geri potuerunt, ideo ait ‘narratio est rerum gestarum aut ut gestarum expositio.’ Gestarum expositio est negotiorum civilium et historiarum: ut gestarum rerum expositio est comoediarum, fabularum et thematum, quae in auditorio dicuntur. Ergo tria genera narrationis esse dicit: unum, quod sit in causae expositione, ut est illud: C. Quintius frater huiusce P. Quintii fuit, et huic similia. Verum quoniam narratio causae non id solum agit, ut res gestas explicet, verum etiam multa futuris praestruit quaestionibus, animadvertamus, ut Cicero utrumque complexus sit. ‖ ‘In quo ipsa causa’ inquit; hoc ad rerum expositionem: ‘et omnis ratio controversiae continetur’: hoc ad quaestiones pertinet. Ergo unum narrationis genus est, in quo ipsa causa et omnis ratio controversiae continetur: aliud genus narrationis est, quod extra causam est, sed ad causam facit, ut est illud: Agonis est quaedam Lilybaetana liberta Veneris Erycinae. Haec narratio extra causam est; agitur enim qui magis debeat accusare: sed tamen ad causam facit; locus enim introducitur, in quo se Caecilius iniuriam a Verre passum esse commemorat, qua se laesum accusare debere contendit. Verum haec narratio extra causam quattuor modis fit: aut criminationis causa aut similitudinis aut delectationis aut amplificationis. Criminationis causa fit, ut: Dio quidam fuit Halesinus: P. Asellius mortuus est C. Sacerdote praetore. Similitudinis causa fit, ut est illud: sic iste multo sceleratior et ne-

---

25 Cic. p. Quint. §. 11. 32 Cic. div. in Caec. §. 55. 38 Cic. Verr. lib. I, §. 27. 40 ibid. §. 70.

---

4 Separatum est *O* dictum *DF* est *om. F* 10 esset *D* 11 ignoto *O* 17 gestarum rerum *O*, *item v. 22 et 202, 23* 19 definiendam $DB^2$: aperiendam $B^1FO$ 22 gestarum expos. est *DB*: gestarum expos. est rerum *F*, gest. rerum exp. est *O* ut] non *F*, *sed* ut *s. l.* 24 sit *mei*: fit *O* 32 lilybitana *DBF* 33 cusam *D* 34 facit *DBF*: facit, id est, pertinet *O* 37 cusam *F* 38 fit ut *mei*: sic *O* 39 p. pasellus *D*, *sed* p. *expunctum*, pasellus *BF*; *est locus ex Cic. Verr. act. II, I, §. 27, ubi legitur*: Dio quidam fuit Halaesinus, qui, cum eius filio praetore C. Sacerdote hereditas a propinquo permagna venisset *etc. Unde verba* ‘P. Asellius mortuus est’ *venerint exputare non possumus.*

quior quam ille Hadrianus, aliquanto etiam felicior fuit. Digressio et haec videri potest, sed non est, quia non interponitur narratio, quae † causae est. Delectationis causa fit non alienae ab eo negotio, quo de agitur, ut si prata, si nemora, si fontes rivosque describas et hanc ipsam descriptionem ad causam adplices. Amplificationis causa fit, ut est illud de Eriphyla, quae visum ornamentum adamavit. Amplificat crimen Verris, quod cum illa rem visam adamaverit, Verres multa etiam non visa concupierit. Ergo secundum genus narrationis hoc est, quae digressio dicitur, quae fit aut criminationis aut similitudinis aut delectationis aut amplificationis causa. Tertium genus narrandi est, quod extra oratorem est. Hoc est, quod ait 'remotum a civilibus causis'; est autem poetarum vel historiographorum, dat tamen cursim etiam in hanc narrationem praecepta. Haec, inquit, narratio re|mota a civilibus causis duo membra habet: nam aut propter negotia exponenda sumitur *aut in personis exprimendis versatur*, quod est comoediographorum vel tragoediographorum. Versidici vero in utroque versantur; nam Vergilius Aeneae et mores et facta describit. Ergo haec narratio extra oratorem in duo dividitur, in negotia et in personas. Verum illa narratio, quae in negotiis est, tres habet partes: fabulam, historiam, argumentum. Fabulam dicit esse, quae nihil veri nec veri simile continet, et dat exemplum: 'cuius modi est:

angues ingentes alites, iuncti iugo'.

Verum hic quaestio est, cum in definitione generali narrationis dixerit 'narratio est rerum gestarum aut ut gestarum expositio', cur in fabulae definitione, quae utique, quoniam et ipsa narratio est, generi similis esse debuit, ait 'fabula est, in qua nec verae nec veri similes res continentur'. Deinde 'historia est, inquit, quae res veras continet, sed a nostra memoria remotas', et dat exemplum: 'quod genus:

Appius indixit Carthaginiensibus bellum.'

Argumentum est, quod quidem non est factum, sed fieri potuisse creditur, ut in Terentio adulescentis vita narratur:

'nam is postquam excessit ex ephebis, ‖ Sosia'.

Negotii ergo narratio tres partes habet, fabulam, historiam, argumentum. Fabula nihil veri nec veri simile continet, historia † gesta praeteritorum, argumentum non verum, sed veri simile.

Illa autem narratio, quae versatur in personis exprimendis, talis esse, inquit, debet, ut in narratione rerum vis et animus personae agentis osten-

---

6 Verr. IV, §. 39. 21 Pacuv. fragm. 36 p. 109 Ribb. 28 Ennii Ann. v. 230 Vahl. 30 Andr. 1, 1, 24.

---

1 Adrianus *BO* degressio *O*, *item v. 8.* 3 causae est del****tionis (deliberationis *corr. m. 2*) causa *D*, causa (causae $B^1$) deliberationis. delectationis causa *BFO*, *fort.* extra causam est. Delectationis c. aliena $DB^1$ 6 erephyla *D* amplificauit *F* 9 simultitudinis *D* 11 a] ac *D* 12 etiam cursim *O* narratione *D* 14 sumitur *DF*: sumitur: aut propter personas *O*, *B post* tragoediogr. *habet* uel propter personas, *item F sed m. 2 sup. lin.*; *nos* aut in personis exprimendis versatur *supplevimus ex v. 35; cf. etiam Cic. §. 27* 15 uel *mei*: et *O* 20 eiusmodi *F* 21 iunctiugo *D* 22 est *om. D* 27 quod genus *DB*: quod (quo *corr.*) genere *F*, quod genus est *O* 28 in bellum *D* 32 negotii *DF*: a negotiis *BO* 33 hist. gesta praeteritorum *BF*: histo*****rum (*in extremis* rerum *dispicitur*) $D^1$, historia torum *D corr. m. 2*, *fort.* historia memoriam gestarum rerum 35 illa uero n. *F* 36 uis et animus p. ag. ostendatur *scripsimus:* uis et animos pers. agentis ostendat *D*, uim et animos pers. agentis ostendat *F*, uim (uis $B^1$) pers. agentis et (et *in B s. l.*) animos ostendat *BO*

p. 149. 150 C. p. 57. 58 O.

datur, et dat exemplum de Terentio, ubi Demeae et Micionis senum persona morum contrario secernitur:

'venit ad me saepe clamitans: quid agis, Micio?
cur perdis adulescentem nobis?'

et reliqua. In his omnibus rigor et austeritas personae obiurgantis ostenditur. Verum ne nos perturbet, quod et in illa narratione, quae in negotiis est, saepe etiam persona describitur (nam describitur Catilina, describitur Sertorius et reliqui), et in illa rursus narratione, quae de personis est, gesta etiam narrantur, non, inquam, nos perturbent, quia mixta sunt: sed animadvertere debemus, quid propter quid dicatur. Saepe enim persona describitur, ut negotium patescat, saepe gesta narrantur, ut apertius, qualis sit persona, videatur. Sed ad praeceptum narrationis illius revertitur, quae ipsam causam continet et totius controversiae narrationem.

20. Oportet igitur eam tris habere virtutes, ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit] Tres virtutes sunt narrationis, ut brevis sit narratio, ut aperta, ut probabilis, verum ut haec tria semper omnia sint, non unum aliquod ex tribus. Itaque istae virtutes narrationis, licet et aliis partibus orationis conveniant, narrationis tamen sunt propriae: aliarum autem partium orationis virtutes narrationi convenire non possunt. Quaelibet reprehensio, quaelibet confirmatio, quaelibet criminatio potest habere haec tria, sed quasi aliena. Ipsae autem quae habent, narrationi non conveniunt, ut inductiones, ut ratiocinationes et reliqua huius modi, quae fidei sunt, non adfectus. Igitur tres istae virtutes narrationi oratoriae convenire possunt et illi narrationi, quae extra civiles causas est. Namque historia et brevis esse debet in expositione et aperta et probabilis, ut Sallustius sibi omnia in Catilina tribuit: quam verissime potero, paucis absolvam, cum aliis historiographis singula tradidisset in libro primo Historiarum: dat Catoni brevitatem 'Romani generis disertissimus paucis absolvit', Fannio vero veritatem. Sed ante quam dicamus, ut brevis narratio fiat, ut aperta, ut probabilis, principio docendum videtur, quid sit narratio oratoria, quid agat vel quo distet a reliquis partibus orationis. Oratio, quae negotium explicat atque insinuat audienti, narratio dicitur, explicans quid gestum sit aut per verum aut per veri simile, id est, aut per id quod gestum est, aut per id quod geri potuit: quae oratio tametsi partibus ratione plenis inclinet in actoris commodum, non tamen ad pugnam continuo easdem partes ducit; negotium enim iudici insinuatur, non pars negotii. Agitur ‖ enim, ut causam iudex norit; causa vero duarum partium est. Sed suptilitas exponentis aliquid, quod suae parti prosit, insinuat; nam iudex sic ab uno audit, quasi extra partem. Et vere is optimus patronus in narrando, qui ita narrat, ut et adversarius ita narrare potuisse credatur: verum talis oratio esse non potest, cum crimina

3 Adelph. 1, 1, 35. 25 Catil. 4. 27 Hist. fr. I, 2.

1 mieonis *F*, demicionis *D*, mitionis *B* 2 contrario *mei*: contrarietate *O* 3 clamans *Terent.* 5 rigor *mei*: et rigor *O* obiurgatis *D* 8 in *om. B* 9 narrantur. Non *O* 10 saepe enim gesta *F* 14 tres *O* uirtutes *mei*: res *O et libri Tulliani* 16 semper omnia *mei*: semper per omnia *O* 17 narrationis *om. O* 18 rationis $D^1$ 19 narrationis *D* 20 criminatio *om. F* 21 ipsae *DF*: ipsa *BO* indictiones *D corr.* ratiocin.] narrationes *F* 22 effectus *F*, *ut videtur*, *sed* ef *ex corr.* 24 est causas *F* 25 Salustius *BFO* 26 uerissime *F*: braeuissimae *D*, breuissime *BO* historiografis *DF* 27 dat *mei*: *om. O* 30 dicendum $B^2FO$ quo *B corr. e* quid 31 distat *F* 33 similem *D* 34 ratione *D*: narratione *BF*, narrationis *O* inclinetur *BFO* 35 ducit *D corr. ex* dicit 38 partem. Et *nos*: parte *** *D*, partesed $D^2$, partem sed *BFO* 39 patronus est *BO*

p. 150. 151 C. p. 58. 59 O.

proponuntur. Quibus in propositionibus etsi dicatur ‘ille fuit, illud consecutum est’, et cetera similia, tamen narratio non est, quoniam haec omnia ad criminationem continuo ducuntur et non id agitur in hac oratione, ut iudex sciat causam, sed ut audiat crimen admissum. At in narratione cum causa omnis fuerit explicata, tunc crimen aut ab accusatore proponitur post narrationem quasi intentio, aut a defensore quasi quaestio, ut purgetur: ‘Sextus Roscius occisus est’. Accusator dicit a filio, Tullius negat: hinc esse criminatio potest et defensio. Insinuatur iudici per narrationem totum negotium, ubi, quando, quo modo Sextus Roscius sit occisus. Hoc utraque pars dicat necesse est: huic singuli subtiliter interiaciunt id, quod parti suae prodesse possit, non pugnae modo, sed adiuncta veri similitudine, ut ita narret, quasi et adversarius eodem modo narrare possit. Explicito negotio causaque cognita incipit adversarius dicere, quod Sextum Roscium filius interemit, et haec est criminatio. Si autem defensor est, proponit crimen quasi quaestionem ‘occidisse patrem Sextus Roscius arguitur’, et adfert argumenta quibus hoc possit dissolvere. Ita in dictionibus aliis criminationes intelleguntur vel propositiones criminum, cum oratio exponendi quodammodo inplicatam secum habet intentionem: ut ‘occidisti’ aut ‘tulisti’. At ubi narratio est, post narrationem dicuntur: sed tamen in narratione significantur iudici, non aperte ab oratore dicuntur.

Brevis erit, si unde necesse est, inde initium sumet, non ab ultimo repetetur] Dixit supra narrationem oratoriam tres virtutes habere debere, ut brevis sit, ut aperta, ut probabilis: nunc docet, brevis narratio quem ad modum esse possit, et brevis pro qualitate negotii. Brevis, inquit, erit, si initium sumas a rebus necessariis, non ab ultimo: ut puta, si nobis bellum Troianum narrandum sit, debemus a raptu Helenae incipere, non a Leda, quae Helenam genuit. Ergo praecepta dat in brevem narrationem, quae in initio narrationis, quae in fine, quae in medio servare debeamus. Adque hoc praeceptum de initio narrationis est, quod ait: ‘brevis erit, si unde necesse est, inde initium sumet, non ab ultimo repetetur.’

Et, si cuius rei satis erit summam dixisse, eius partes non dicentur] Ut puta, cum sufficiat dicere ‘occidit’, nos dicamus ‘et voluit et potuit et occidit’, cum harum partium summa sit ‘occidit’, et hoc dixisse sufficiat: verum hoc praeceptum de medio narrationis esse potest. ‖

Et si non longius, quam quod scitu opus est, in narratione procedetur] Id est, si | narres quo usque narrandum est, non etiam illa narrentur, quae iam in tractatus cadunt, ut puta: ‘quidam fortiter fecit, petit praemii nomine aerarii dimidium: contra dicitur.’ Narrandum est, quemadmodum fortiter fecerit, non etiam quemadmodum ad civitatem regressus sit et quemadmodum praemium petierit et quemadmodum ei contra dictum sit. Verum hoc praeceptum de fine narrationis est.

Et si in nullam rem aliam transibitur] scilicet ut illa tantum narres, quae

---

1 illud fuit $B^2FO$ 3 dicuntur *D* 9 dicat utraque pars *B* 10 interiaciant *F*, interiiciunt *O* suae proposit *D add.* s *sup.* pos, *fort. ex* prosit 11 narret *mei*: narretur *O* 14 haec est *F*: haec *BDO* 15 adfere *F pr. m.*, afferre *F corr.* 16 ita indictionibus *F* 17 exponendi *mei*: explicandi *O*, exponentis ς 18 ut] aut *D* 21 sumet *B*: sumit *D*, sumetur *FO* non *mei*: et non *O et Cic. libri* repetetur *F*: repetit *D*, repetet *B* 22 super *D* 27 in initio *om.* $B^1$ 30 sumet — repetet *BD*, sumetur — repetetur *FO* non *mei*: et non *O* 31 rei *om. D* *fort.* ut puta, si, cum 32 sufficit *F* nos *D*: non *BF* noluit *F*, *sed* n *in ras.* et *ante* potuit *om. D* 35 in narrando *O et libri Cic.* procedi-tur $D^2BF$ 42 nullam in rem *BO*

p. 151 C. p. 59. 60 O.

ad causam pertinent, non etiam aliqua, quae extra sunt et quae ad negotium minime pertinent.

Et si ita dicetur, ut nonnumquam ex eo, quod dictum sit, id, quod non sit dictum, intellegatur] ut posita secunda quae sunt, sua prima declarent. Si dicas 'inde cum reversus essem', utique cum dicis 'reversus', ostendisti et profectum nescio quo et pervenisse, postremo reversum.

Et si non modo id, quod obest, verum etiam id, quod neque obest nec adiuvat, praeteribitur] Etenim qui brevitati studet, non modo illa in narratione praeterire debet, quae obfutura sunt, verum etiam illa, quae nihil profutura.

Et si semel unum quidque dicetur] id est, ut non modo illa praetereantur, quae aut obfutura sunt aut nihil profutura, verum etiam illa, quae prosunt, ut semel dicantur, non bis aut amplius.

Et si non ab eo, in quo proxime desitum erit, deinceps incipietur] Praeceptum omne duplex est: nunc enim ostendit quid faciendum sit, nunc quid non faciendum. Ita hic Cicero in superioribus ostendit quid esset in narratione faciendum, nunc ostendit quid sit non faciendum. 'Et si non ab eo' inquit 'in quo proxime desitum erit, deinceps incipietur', id est, ne a re illa, quam nuper diximus, ad aliam rem sumamus exordium: si dicas 'profectus urbe sum, et cum essem profectus, ad villam veni, et cum venissem.' Quare is, qui breviter narraturus est, iterare nihil debet.

Ac multos imitatio brevitatis decipit, ut, cum se breves putent esse, longissimi sint, cum dent operam ut res multas brevi dicant] Saepe, inquit, etsi dictio in verbis brevis est, tamen longa efficitur, cum non necessariae res in narratione ponuntur. Quod ut nos non praetereat, primo nobis discendum est, quemadmodum possimus intellegere, quod ubicumque dicta sint singula verba, significant res suas singulas, ut 'sedet, currit, eo, venio': item copulatio rationabilis verborum plurimorum unam rem continet, maxime autem, si in narratione sit, cum praemissa verba tertia persona concludit, ut: M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso segnior neque minus gravis et multiplex cura patres exercebat. Haec tertia persona unam rem fecit omnium superiorum. Itaque in oratione tot res erunt, quot erunt tertiae personae. Ergo in hac oratione: 'accessi ad aedes, puerum evocavi, respondit, quaesivi dominum, domi negavit esse', tertia persona est 'respondit'. Iam igitur una res est: ‖ fit autem altera, cum ait 'domi negavit esse'. Quare cum sufficeret 'domi negavit esse', abundavit rebus superfluis, quia dixit ante 'respondit'. Ita ergo multos imitatio brevitatis decipit, qui cum res brevissime dicant, tamen, quia plures quam oportet dicunt, incipiunt breves non esse. Quamobrem, inquit, si breves esse volumus, non solum verba non necessaria praeterire debemus, sed etiam res.

Aperta autem narratio poterit esse, si, ut quidque primum gestum erit,

---

30 Sall. Hist. lib. I, fr. 54 ed. Dietsch.

---

3 dictum non sit *O* 4 secunda, quae sunt sua prima, declarent *O* 7 nec obest *O* 8 breuitate *F* studet et $D^1$ 9 offutura *F* 11 unum quodque *BO* 12 offutura *DF* 14 in quo] quo in $DB^2$, quod in $B^1F$, *ut etiam cod. Wirzeb. Ciceronis habet* 18 quo in *mei* 22 decipit *BF*: decepit *DO* se *om. DF* breuis *B* 23 breuiter *B* 25 discendum *DB*: dictum *F*, *sed* dicendum *sup. l.*, dicendum *O* 26 quot (quod *corr.*) res ubicumque *D* 41 primum gestum erit a primum *D*

p. 151. 152 C. p. 60. 61 O.

ita primum exponetur] Dixit quemadmodum brevis narratio esse possit: nunc quemadmodum aperta esse possit, exponit. Illud autem praescire | debemus, quod et in apertam narrationem illa dat praecepta, quae et in brevem. Hic etiam quid in principio apertae narrationis, quid in fine, quid in medio facere debeamus, ostendit. Nunc itaque totam conplectitur narrationem, cum ait ‘aperta autem narratio poterit esse, si ut quidque primum gestum erit, ita primum exponetur’, scilicet, ut non perverso narrandi ordine fiat iudicibus in cognitione confusio.

Et rerum ac temporum ordo servabitur] scilicet ne id primum narres, quod postea factum est. Quod si feceris, et in rerum et in temporis ordine deliquisti.

Ut ita narrentur, ut gestae res erunt aut potuisse geri videbuntur] hoc est, quod ait supra in definitione narrationis: ‘narratio est rerum gestarum aut ut gestarum expositio’, id est vera et veri similis.

Hic erit considerandum, ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur] Ut in praeceptis brevis narrationis primo ostendit, quid faciendum esset, deinde quid non faciendum, ita et hic ostendit primo, quid faciendum esset, nunc quid non faciendum. ‘Considerandum’ inquit ‘erit, ne quid perturbate dicatur’, id est, si rerum ac temporum in narratione ordo mutetur. Deinde ‘ne quid contorte’, id est, cum interdum non facilis transitus ac directus est aut obscurus.

Ne quam in aliam rem transeatur] ne omissis rebus ad praesens negotium pertinentibus non narranda atque aliena narremus. Hoc praeceptum etiam de brevi narratione dedit: ‘et si in nullam rem aliam transibitur’.

Ne ab ultimo repetatur] ita ut supra de brevi narratione: ‘si unde necesse est, inde initium sumet, non ab ultimo repetetur’. Verum hoc praeceptum etiam hic de initio narrationis est.

Ne ad extremum prodeatur] ita ut supra de brevi narratione: ‘et si non longius, quam quod scitu opus est, narrando procedetur’. Verum hoc praeceptum etiam hic de fine narrationis est.

Ne quid, quod ad rem pertineat, praetereatur] Hoc vitium mediae narrationis, ita ut principii vitium est, si ab ultimo repetatur, finis autem, si ad extremum prodeatur. Deinde concludit: illa, inquit, omnia de brevi narratione praecepta etiam in aperta nobis servanda sunt. Nam ut aperta possit esse narratio, non intellegitur, id est, apertà non est longitudine magis quam obscuritate. Ergo ut aperta sit narratio et ut intellegatur, minime longa, id est brevis esse debebit. Praeterea, inquit, ut apertam habeamus narrationem, uti, inquit, dilucido ac de proximo petito sermone debemus.

21. Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse ea, quae solent apparere in veritate] Secundum ordinem divisionis suae, postquam de brevi et aperta narratione tractavit, nunc incipit de narratione probabili disputare. Probabilis, inquit, erit narratio, si in ea fuerint illa omnia, quibus solet veritas inveniri; nam in his septem omnis ad fidem argumentatio continetur.

---

2 esse possit aperta *O* praescire *D pr. m.*: praespicere *D corr.*, perspicere *BFO* 12 aut *DF*: aut ut *BO* 14 uera *BF*: ueri *D* 16 primum *BO* 17 hic *BF*: his *D* 18 nunc *D*: tum *BF*, deinde *O* 19 deinde inquit ne *BO* 20 interduo *D* directus *corr. ex* directum *D* 21 aut *D*: sed *BFO* 24 in *D habet post* si *s. l.*, *F post* nullam aliam rem *BO* 26 sumetur *BFO* repetet *D* non *DF*: ne *B*, nec *O* 29 scit *D* in narrando *O* proceditur *D corr. et B* 31 quid *om. D* 32 est ita *DBF* (est *in D s. l.*): ita *O* 34 cum aperta *F* 35 possit *DF*: non possit *BO* 36 et ut *mei*: et *O* 38 uti inquit *mei*: uti *O*




Septem illa superiora, quis, quid, cur, | ubi, quando, quemadmodum, quibus adminiculis, omnes artium scriptores tractarunt et in praeceptis suarum artium reliquerunt. Verum Cicero rerum ac temporum personarumque considerans naturam, addidit illis omnibus octavam opinionem, et recte. Res enim omnes non per se sunt neque ex natura valent, sed opinione; neque enim cum dicimus tunicam, per se ipsam intellegimus tunicam esse, qua vestimur, sed quia nostra nobis opinione persuasum est, cum audierimus tunicam, intellegimus rem esse, qua vestimur. Et reliqua similiter colligere possumus. Ergo Cicero omnia dicit. Hanc vero opinionem in tribus plenam esse dicit, si id, quod dicimus, a nostra natura non abhorreat, id est ab eorum natura, pro quibus agimus, scilicet ne de pudicitia agat leno, de castitate meretrix: quod si fit, probabilis narratio non erit. Deinde ut id, quod agimus, a populi more non abhorreat, scilicet ne contra consuetudinem audientium loquaris, si aput Romanos narres contra iustitiam, et si aput Scythas mores barbaros reprehendas. Postremo, si id, quod agimus, cum eorum, quicumque audiunt iudicaturi, opinione consentiat. Itaque narrationem probabilem esse dicit, si in ea sint septem illa: quis, quid, cur, ubi, quando, quemadmodum, quibus adminiculis. Sed cum omnia hic posuerit, unum non posuit, id est modum, quod est quem ad modum: et recte modum inter praecepta probabilis narrationis non posuit. Non enim in modo fides fit, sed magis auxesis criminis. Et quoniam praecepta haec et ad coniecturam accommodanda erant, ubi factum negatur, merito modus esse non debuit, quia modus non excutitur, nisi factum conceditur. Cum autem in coniectura, ubi factum negatur, omnino esse non poterit, multo magis alibi modus non erit. Si autem in reliquis statibus fuerit, auxesis facti erit, non probabilis expositio. Ergo hic videamus septem illa absque solo modo. Persona, si personarum dignitates servabuntur: causa, si causae factorum exstabunt: facultas, si fuisse facultates videbuntur: tempus, si tempus idoneum: locus, si locus opportunus. Videamus et opinionem, quae his omnibus a Cicerone || addita est: ‘si res et ad eorum, qui agent, naturam et ad vulgi morem et ad eorum, qui audient, opinionem accommodabitur.’

Si personarum dignitates servabuntur] non honores, sed prout quaeque digna sit.

Si tempus idoneum, si spatii satis] Duo sunt tempora, unum per spatium, id est per intervallum, aliud per opportunitatem. Spatium est, ut unus, alter, multi dies, menses, anni. Opportunitas est occasio ex hominum

---

1 *schema deest in O* 10 nec ex *BFO* 14 omnia dixit *O* 17 fiat *BO* 20 schytas *D*, scyttas *F* 27 accommodata *O* 28 nisi cum factum *B* 31 expositio *D*: narrationis expositio *BF*, narrationis *O inclusit* 32 causa si causae *B*: causas *D*, factum et causa si causae *F* 35 omnibus *F*: omnibus quae *D* (*ex* omnibus octaua?), omnibus quoque *BO* 40 ut *om. O* 41 menses *F*: menses. menses *D*, mensis, menses *BO* anini *D*

p. 153. 154 C. p. 62. 63 O.

actibus facta, ut bellum, pax, ludi, seditio. Hoc est ergo quod ait, 'si tempus idoneum, si spatii satis'. Iam cum ait 'si tempus idoneum', ostendit tempus esse per opportunitatem.

Illud autem iam praeterea considerare oportebit, ne aut cum obsit narratio, aut cum nihil prosit, tamen interponatur, aut non loco aut non quemadmodum causa postulet narretur] Supra docuit, quae in narratione servanda sint et quemadmodum facienda: nunc in ipsam narrationem quattuor praecepta dat. Quaestio est enim, an ubique narrandum sit: deinde, si narrandum, quo loco narrandum: postremo, si ita, *an* narretur, quemadmodum causa postulet. Non ubique narrandum est, inquit; etenim, cum obest narratio, praetereunda est, et cum | nihil prodest, praetereunda est. Deinde, inquit, videndum est quo loco narrandum sit: saepe enim post argumenta narrandum est, ut Cicero in Miloniana fecit. Postremo secundum causae genus narrandum est, ut quod non est praeterundum non praetereas, quod praetereundum praetereas.

Obest tunc, cum ipsius rei gestae expositio magnam excipit offensionem] Obest, inquit, narratio, si, cum aperis atque insinuas rei gestae qualitatem, necesse habet tibi auditorem reddere infensum. Quod cum contingit, non contexte, inquit, narrare debebis nec causam omnem indicare, sed singulas causae partes proponere et his statim argumenta supponere, ut res dubia fidem pro agentis accipiat voluntate. Praeterea, inquit, et cum nihil prodest, narratio praeteriri debet. Nihil autem prodest narratio, cum ita ab adversariis causa iudicibus exposita est, ut a nobis aliter narrandum non sit. Denique iam supra diximus interdum non opportuno loco poni narrationem. Verum hoc genus praecepti differt in id tempus, quo de dispositione dicturus est.

Non, quemadmodum causa postulat, narratur, cum aut id, quod adversario prodest, dilucide et ornate exponitur, aut id, quod ipsum iuvat, obscure dicitur et neglegenter] Praevaricatio duobus modis fit, si utilia nostrae causae cum obscuritate dicamus, aut utilia adversariorum manifeste atque aperte proferamus. Verum haec tunc vitia sunt, si, cum id facimus, nihil nobis prodest. Saepe enim prodest, ut tali praevaricatione aliud, quod volumus, obtinere possimus. Nam ut obtineat Davus, ne Chremes det filiam Pamphilo, aperte narrat id, quod contra Pamphilum poterat videri, illum peregrinam amare || et filium ex ea suscepisse. Nunc secundum ordinem positae narrationis ad partitionis praecepta veniamus.

22. Recte habita in causa partitio inlustrem et perspicuam totam efficit orationem] Antequam de praeceptis partitionis dicamus, prius dicendum videtur quid intersit inter partitionem et divisionem. Partitio est totius causae per partes constitutio, divisio est rerum sub partitione iacentium. Verum hic hoc animadvertendum est, ut definitionem partitionis non ab eo, quid sit, sed ab eo, quid faciat, collegerit: 'recte' inquit 'habita in causa partitio inlustrem et perspicuam totam efficit orationem'. Narrationis porro definitionem ab eo, quid sit, scimus esse collectam: narratio est rerum gestarum aut ut gestarum expositio. Dicit itaque partitionem duas habere partes, distributionem et aliam, quae ostendit, quid adversarii confiteantur et quid in contentione versetur. Verum utrarumque harum partium duplex effectus.

---

4 iam *om. BO* 6 postulat *libri Tulliani* 9 quo l. narr. sit *F* an *addidi* 16 tunc *mei*: tum *O* 18 habes *BFO* contigit *F* 21 et *om. B* 22 tum cum *BF* 27 aut ad id *D* 28 exponetur *DF, sed deinde* dicitur adiuuat *BO* 33 possumus $DF^1$; *fort.* cum tali praev. — possumus 35 propositae *O* 37 in *om. D* officit *D* 38 prius *om. O* 44 ab eo quod *F* 47 effectus est $D^2BFO$

p. 154. 155 C. p. 63. 64 O.

Aperit causam et controversiam constituit: aliud est enim, quo aperitur causa, aliud, quo constituitur controversia. Namque aperitur causa et narratione, in qua etiam si intellegitur, quae sit controversia, non tamen ab oratore constituitur: constituere est enim proponere et dicere, quid in controversia sit. Ergo in narratione aperitur causa, non constituitur controversia. At in partitione tametsi aperitur causa, tamen et constituitur controversia, ut non unum sit, sed utrumque fiat. Nam aperit utique causam, quia partitur, quamquam alio modo aperit quam in narratione; cum enim | dicit ‘dicturus sum de illo’, aperta causa est partitione. Hoc in distributione: item in alia partitione, cum dicitur ‘illud manifestum est, non negatur: illud negatur’, utique aperitur causa, sed partitione, ut diximus: in eo tamen et constituitur controversia, cum quid in confessione sit, docetur, quid in negatione. Alia autem partitio, quae distributio nuncupatur, potest aperire tantum causam res enumerando: at cum vel verba iunguntur vel oratio, quae dicat de his esse dicendum, tunc constituitur controversia: ‘quaestor Verres fuit, legatus, praetor urbanus, praetor Siciliensis.’ Hoc solum dicere aperire causam est, sed partitione per distributionem. At vero illud adiungere ‘quare haec erit quadripertita distributio totius accusationis meae’, hoc est constituere controversiam. Itaque, ut diximus, partitio species habet duas: unam, quae quid cum adversariis conveniat docet et quid in controversia sit, alteram, quae distributionem habet membrorum in reliquam orationem. Illa superior species cum proposuerit quid conveniat, id ipsum ad se inclinat, ut pro se faciat id, quod adversarius confitetur: postea vero subiungit id, quod sit in controversia. Fecit hoc Cicero pro Tullio: dicam, inquit, vim factam a P. Fabii familia: adversarii non negant. Hic proposuit quod adversarii fateantur. Deinde ipsum pro se fecit dicendo: ‖ damnum datum esse M. Tullio concedis: vici unam rem. Item adiunxit alteram partem, in qua confessionem docet, cum dicit: vi hominibus armatis non negas: vici alteram. Post, quid in controversia sit proponit, cum dicit: dolo malo factum negas: de hoc iudicium est. Sed quoniam non in omni negotio adversarius fatetur, illa altera adhibenda partitio est, quae distributio nuncupatur, ubi totius causae membra ponuntur. Verum haec membra aut ea sunt, quae vere in eodem negotio continentur, ut in Verrinis de quaestura, legatione, praetura urbana, praetura Siciliensi, quam quadripertitam distributionem totius accusationis suae Tullius esse dixit. Item illa distributio de frumento, quam fecit, dicendo emptum, decumanum, aestimatum. Aut si partitio de ipsa causa non sumitur, ea membra ponit orator, quae ipse ingenio invenit et sibi dicenda constituit, non ex negotii factis ad causam sumptis, sed argumentatione oratoris in causa conlocatis, ut in divinatione: Ego sic intellego, cum de pecuniis repetundis quaestio sit, si nomen cu-

18 Cic. Verr. lib. I, §. 34. 25 fragm. p. 102 ed. II. Turic. 40 Cic. div. in Caec. §. 10.

1 quod *BD* aperit causam $B^2$ 2 quod constituitur $DB^1$, quod constituit controuersiam $B^2$ et *DB*: ex *F* 6 aperiatur *DF*, *sed* ia *D in ras.* 9 est causa *BO* hoc *D*: hoc est *BFO* in *DF*: *om. BO* 10 non negatur *om. O* 11 et *om. O* 14 causa *D*, causas *F* 16 sicilienses *D* haec *O* 24 pro M. Tullio *O* 29 ui hominibus armatis *mei*: uim hom. armatis factam *O*; *cf. Iulius Victor c. 14 p. 240, 29 ed. Or.* 34 de legatione de praet. urb. de praet. Sic. $D^2BFO$ 36 illa *mei*: alia *O* 39 sumpta, sed . . conlocata *Christ* 40 intelligo, iudices *O* 41 cum *om. DB*, si *F* *fort.* quaestio est; si quaestio sit $B^2$, quaestio sit si *om. libri Tulliani*

p. 155. 156 C. p. 64. 65 O.

iuspiam deferatur, haec duo in primis spectari oportere, quem maxime actorem velint ii, qui eas iniurias passi sint, et quem minime velit is, qui eas iniurias fecisse arguatur. Item pro Sexto Roscio, cum unum crimen sit parricidii ac propterea unum negotium, partitur tamen Tullius non causam, sed orationem, dividendo in crimen, audaciam et potentiam: criminis confictionem accusator Erucius suscepit, audaciae partes Roscii sibi depoposcerunt, Chrysogonus autem potentia pugnat.

Altera est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breviter expositio ponitur] Partitionis duae partes sunt, una, quae quid cum adversariis conveniat indicat, et quid in controversia sit demonstrat, altera, quae dicitur distributio: | haec eadem duplex; nam aut ea membra continet, quae in causa sunt, aut ea, quae ingenio fingit orator.

Quibus dictis intellegat fore peroratum] Praecipit, ut partitione completa nihil amplius dicamus praeter conclusionem.

Quae partitio quid conveniat et quid non conveniat ostendit] In hac partitione id, quod adversarius confitetur, ad causae nostrae commodum nos docet inclinare debere. Et dat exemplum, si dicat accusator: matrem occisam ab Oreste filio constat. Iam cum ait 'matrem a filio constat occisam', id, quod adversarius confitetur, ad se inclinat; consideratione enim sanguinis non videtur debuisse a filio mater occidi. Deinde si dicat Orestes vel eius defensor 'constat a Clytaemnestra Agamemnonem occisum', confessionem adversarii sine dubio ad se inclinat; consideratione enim iuris occidi ‖ maritus ab uxore non debuit. Iam quid in controversia sit, ex iudicatione colligitur, id est, an recte Orestes matrem occiderit, cum illa patrem occiderit Orestis. Quare accusatoris talis erit partitio: Interfectam matrem a filio cum adversario mihi convenit, cum illa occiderit Agamemnonem: an a filio occidi debuerit, quaestio est. Rei vero talis erit partitio: Interfectum a Clytaemnestra Agamemnonem convenit: an a filio Clytaemnestra debuerit occidi, quaestio est.

Quae autem partitio rerum distributam continet expositionem, haec habere debet brevitatem, absolutionem, paucitatem] In omni distributione, sive quam habet orator in membris negotii sive quam in membris, quae ipse format et fingit dicenda, servare debet haec tria, brevitatem, absolutionem, paucitatem. Brevitas in verbis est, absolutio in toto, paucitas in generibus.

Brevitas est, cum nisi necessarium nullum adsumitur verbum] ut sic partiamur 'dicemus de decumano frumento, deinde de empto, postremo de aestimato', non: 'dicemus de decumano frumento, deinde, ubi maius est crimen, de eo, quod solet publicis pretiis conparari, postremo, ubi nihil avaritia Verris intactum reliquit, dicemus etiam de aestimato frumento.' Haec itaque superflua verborum in brevitate partitionis vitare debemus, ut animus auditoris non verbis, sed rebus potius occupetur.

---

6 p. Rosc. Am. 35.

---

1 expectari $DB^1F$ 2 auctorem *mei*, *em. Capp.* ii *B*: hi *DFO* sunt $B^1F^2$ 3 uelint hi (ii *B*) qui — arguantur *BFO* 4 paricidii *F* 5 dividendo *nos*: dicendo *libri* 6 et in potentiam $F^1B$ 7 depoposcerunt *mei*: *ut Lamb. coniecit ad Roscianam:* poposcerunt *O et libri Tulliani* 10 ponitur distributiua *BO*, *sed O* [distrib.] 12 aut ea $B^2$: autem *D*, aut $B^1F$ 13 aut quae *F* 14 ut *BF*: ut a *D* 16 et quid *DF*: aut quid *BO* 21 matrem *F* 22 clytemestra *mei* Agamemnonem maritum $B^2O$ 24 ab uxore maritus *O* 26 aduersariis *B* 30 est *om. D* 34 haec tria debet *F* 35 est in uerbis *F* 38 non *Christ*: nunc *libri*, *sed D m. 2 in ras.* dicemus *B*: cemus $D^1$, docemus $D^2F$ 40 uerris iuris intactum *F*

p. 156. 157 C. p. 65. 66 O.

Haec in hoc genere idcirco est utilis] in hoc genere, id est in distributione, brevitas utilis est ad animos auditorum non verbis, sed rebus potius occupandos.

Absolutio est, per quam omnia, quae incidunt in causam, genera, de quibus dicendum est, amplectimur in partitione] Absolutionem tunc facimus, si omnia, quae incidunt in causam, partientes ponamus. Haec, quae incidunt, omnia nunc speciebus confici possunt, nunc generibus. Quoniam autem specierum maior est multitudo, angustior generum vis et natura, quippe cum genus multas in se species teneat, qui facit partitionem de speciebus omnibus causae incidentibus, absolutionem quidem servat, quod omnes species in partitione proponit, sed peccat, quod specierum latior distributio est et in partitione amplius quam quattuor partes omnino esse non debent. Ergo ut absolutio melius in distributione servetur, species illae ad genera reservandae sunt, ut paucis generibus cum species omnes conplexi fuerimus, absolutionem con|ficiamus, quod omnia, et paucitatem, quod genera. ** quae incidunt in causam, in distributione conlocare debemus, ne aut utile aliquod genus praetereamus aut postea causae, quod est vitiosius, inferamus. ‖

Paucitas in partitione servatur, si genera ipsa rerum ponuntur neque permixte cum partibus inplicantur] Tunc, inquit, pauca in partitione conlocamus, cum quid sit genus, quid sit species, iam scimus, ne cum generibus species inplicemus. Itaque si studere volumus paucitati, etiam genera pauca in partitione conlocare debemus.

Nam genus est, quod plures partes amplectitur, ut animal, pars est, quae subest generi, ut equus. Sed saepe eadem res alii genus, alii pars est; nam homo animalis pars est, Thebani aut Troiani genus.] *Ὄν* Graeci substantiae et accidenti genus ponunt, sed non bene; pars enim omnis generi suo similis esse debet. Substantia porro res est, quae aliis rebus subest capax accidentium qualitatum: deinde accidens est id, quod in substantiam cadit. Quare, quoniam illud superius *ὄν* utrumque esse non potest, non recte substantiae et accidenti genus factum est. Ergo, quoniam praecipimus, ut species generi semper similes esse debeant, videamus, ubi hic Cicero quasi videatur errasse; nam posuit hominem respectu duplici, ut ad inferiora genus sit, ad superiora species. Huic animal praeposuit, ut speciem faceret id, quod homo: cum id ipsum genus vellet ostendere, quod homo est, subiecit huic speciem, Troianum, Thebanum. Nonne videtur esse vitiosum, quod cum homo substantia sit, Troianus autem vel Thebanus accidens? Etenim parum recta subiectio est sub eo, quod substantia sit, id quod est accidens conlocari; nam rectum illud praeceptum est in faciendis generibus et speciebus et individuis, rem aut substantialem in omnibus esse servandam aut accidens, ut cum in genere sit substantia, et in genere et in specie et in individuo sit. Animal namque substantia est: huic cum suppono speciem, substantia esse debet; suppono autem hominem. Item cum suppono homini Ciceronem, substantiam pono: sic factum est ut in omnibus substantia ser-

---

5 in partitione *om. O* tunc *D in ras.* 9 contineat *BF* 11 in *om. F* 13 in distrib. melius *O* 14 absol. conficiamus et paucitatem. absolutio est per quam omnia genera quae *F* 15 genera. Omnia genera, quae *Christ* 16 collocamus ne *BO* 18 partitionem *D* 19 permixtae *F* collocare debemus *O* 20 sciamus $D^2BF$ ne] iam ne *D* 28 est et quod *D* 31 praecepimus *D* similis esse debeat $D^2BO$ 34 ad quod homo *D*, id quod homo [est] *O* 35 subiecit enim huic *F* Troianum *Orelli*: romanum *mei* 36 romanus autem *mei* uel *D*: aut *BFO* 39 seruandam *D corr. ex* secundam 40 accidens *D*: accidentem $B^1$, accidentalem *BFO* 41 in (*ante* indiv.) *om. D* 42 substantiam *D* 43 substantiam subpono *F* seruaretur *F*, *sed* ur *punctatum*

p. 157. 158 C. p. 66. 67 O.

varetur. Pari ratione si id, quod genus est, accidens fuerit, etiam speciem accidens debeo conlocare, pariter et individuum: ut, genus ponam colorem; accidit enim color corpori; huic cum suppono speciem, album vel nigrum, intellego et hoc quoque accidens esse. Eritque etiam similis ratio, cum sub albo pono hoc album, quod est individuum; individuum est enim, quod oculis digitoque monstratur. Ergo et album et color accidentia cuncta sunt, corporis scilicet, quamobrem Troianus et Thebanus accidentia sunt; accidunt enim substantiae cuilibet, aut homini aut equo. Cicero vero hominem ponit, id est substantiam, et recte facit huic genus dando animal; namque animal substantia est. Non recte autem, cum homini speciem supponeret, Thebanum et Troianum subposuit, quoniam haec, ut diximus, accidentia sunt. Sed hoc frustra in quaestionem ‖ venit: licet enim id, quod accidens est, poni in substantiam cum eo ipso sibi copulato, cui supponitur, ut puta, homo, ut diximus, animalis species est, hominis vero species est Thebanus, quod est accidens: hic non Thebanum solum audire debeo, sed hominem Thebanum, ut simul cum Thebano et hominem audiendo faciam id, quod est accidens, substantiale. Quare Cicero recte hominem animalis speciem posuit, et genus Thebani aut Troiani, hominis scilicet. Itaque, inquit, ideo diligentius genera | et species generum definire volumus, ut intellectis aperte generibus, quo brevior sit partitio, etiam genera pauca in partitione eadem conlocemus.

23. Nam qui ita partitur: ostendam propter cupiditatem et audaciam et avaritiam adversariorum] In partitione, quae dicitur distributio, tria semper dicit esse servanda: brevitatem, absolutionem, paucitatem. Brevitas in verbis est, absolutio, ut omnia genera, quae in causam incidunt, in partitione ponamus, paucitas, ut sola rerum genera, quae partium sunt, absque partibus suis in partitione ponamus, et quae genera partes aliorum generum esse non possint. Nunc itaque de paucitate tractatus est, et dat exemplum vitiosae distributionis, id est, in qua genus et pars eius simul posita sunt. ‘Nam qui ita’ inquit ‘partitur: ostendam propter cupiditatem et audaciam et avaritiam adversariorum’, is, inquit, erravit; etenim paucitatem servare nescivit, si quidem non sola rerum genera posuerit, sed et genus et partem generis; cupiditas enim genus est, pars cupiditatis avaritia. Ergo in superioribus quid faciendum esset ostendit, nunc quid non faciendum. Et haec fere bipertita praeceptorum omnium disciplina est.

Hoc igitur vitandum est] ut sciamus nunc illud praecipi, quod faciendum non sit.

Quod si quod in genus plures incident partes, id cum in prima partitione causae erit simpliciter expositum] Genera, inquit, ipsa rerum in partitione ponenda sunt, sed, si cui generi partes suas fuerit necesse supponi, postquam, inquit, partitionem coeperimus exequi et ad id genus venerimus, tunc nos partes eius convenit explicare: in partitione tamen partes generi iungere non debemus. In tractatibus quaestionum debemus de generis partibus disputare.

Atque illud quoque pertinet ad paucitatem] Quoniam de paucitate tractatus est, ‘atque illud quoque pertinet ad paucitatem’, inquit ‘ne plura quam

---

2 accidens *mei*: accidentis *O* 6 color *DB*: hoc album *F* 7 Troianus *Orelli*: romanus *mei* 10 hominis *B* supponet *D* 11 troianum *BF*: rodanum *D*, *add.* t *sup.* r 12 in substantia *F* 13 ut diximus *D*: ut *om.* $B^1$, cum dicimus *F* 18 hominem *O* 22 dicit semper *O* 24 partitionem *F ante rasuram* 25 sola genera rerum *F* quae genera partium sunt *F*, quae partium genera sunt *B* 27 possunt *BO* 31 posuit *BFO* 35 Hoc — — ut sciamus *DF*: Hoc igitur uitandum est, ne cuius genus posueris] Hoc igitur uitandum est, ut sciamus *O* 37 plures *om. D*

p. 158. 159 C. p. 67. 68 O.

satis est nos demonstraturos esse dicamus': 'hoc modo' inquit: 'ostendam adversarios, quod arguimus, et voluisse et potuisse et fecisse', cum in tertio cuncta sint: 'deinde' inquit 'cum simplex quiddam in controversia sit, nos tamen distributione utamur'.

Ac sunt alia quoque praecepta partitionum, quae ad hunc usum oratorium non tanto opere pertineant] Ostendit partitionum multa ‖ esse alia praecepta, sed tamen quae ad philosophiam, non ad rhetoricam pertineant. Ad philosophiam, inquit, de qua haec ipsa praecepta transtulimus, ideo, inquit, quia 'nihil' horum 'in reliquis artibus inveniebamus'. Ostendit haec de partitione praecepta Latinos numquam habuisse in artibus suis, se primum transtulisse de Graecis.

Atque his de partitione praeceptis in omni dictione meminisse oportebit] Extremum hoc dat in partitione praeceptum, ut quod primum in partitione ponimus, id primum adgrediamur et explicemus, quod secundum ponimus, ut secundo adgrediamur loco, quod tertium, tertio; postremo et finitis per ordinem suum partibus dictionem omnem extremis epilogis concludamus. |

24. Confirmatio est, per quam argumentando nostrae causae fidem et auctoritatem et firmamentum adiungit oratio] Definitio confirmationis non per id, quod est, sed per id, quod facit. Et quod ait 'nostrae causae', commune praeceptum est tam defensoris quam accusatoris; uterque enim utroque semper utitur, id est et confirmatione et reprehensione. Scire autem debemus exordium, narrationem, partitionem et conclusionem in omnibus causae generibus vel constitutionibus generali disciplina eadem praecepta retinere: confirmationem vero et reprehensionem per singula causarum genera vel singulas constitutiones diversa et propria semper habere praecepta. Nunc itaque iuxta ordinem partium post partitionem tractat de confirmatione. Et quoniam, ut supra diximus, in singulis causarum generibus vel constitutionibus diversa et propria habet praecepta, quia mora est, ut per singulas species confirmationis praecepta dicantur, generaliter et confuse praecipit, quibus de locis argumentandi rationibus tractis in omni causarum genere vel in omnibus simul constitutionibus confirmatio effici possit. Et hoc in primo libro agitur, id est, ut in omne genus formamque causarum quaedam communitas argumentationum velut silva ponatur. Secundus autem liber hoc continet, ut in singulis causarum generibus ac formis propria et certa et diversa praecepta separentur, de primo libro cunctis argumentandi rationibus tractis.

Per quam argumentando] Hoc enim proprium confirmationis est: alioquin et narratio fidem facit, sed non argumentando fidem et auctoritatem et firmamentum. Fides est argumentum, quo crimen probamus, id est fidem crimini facimus: auctoritas est argumentum verius atque honestius et cui quasi necesse habeat credi: firmamentum est creberrima argumentatio.

Omnis res argumentando confirmatur] omnis res, sed quae in *ὑποθέσει* est, quae causa dicitur. Cuius causae ista definitio est; 'lis cum certa persona'. Haec quidem omnis res ex illis septem locis argumenta contrahit: quis, quid, cur, ubi, quando, quemadmodum, quibus adminiculis. Verum ex his duo prima omnem vim argumentationis continent,

---

1 inquit *delevit Capp.* 2 et *ante* uoluisse *D s. l.* 6 tantopere *mei* pertineant *BF*: pertinteant *D*, pertinent *O* 7 non quae ad *D corr. FO* 7 *et* 8 philosophicam *D* 9 reliquis *mei*: ceteris *O* 13 ad extremum *B* 15 et *D*: *om. BFO* 34 ac certa *O* 36 est confirmationis; alioqui *O* 41 confirmatur] omnis res *mei*: confirmatur aut ex eo, quod personis, aut ex eo, quod negotiis est attributum] Omnis res argumentando confirmatur *O*; *haud scio an rectior sit haec distinctio:* Omnis res] Argumentando confirmatur omnis res *etc.* ΥΠΟΤΕCΙ *mei* 43 *fort.* Ac quidem

p. 159. 160 C. p. 68. 69 O.

quinque reliqua secundo ‖ subiacent. Itaque duo haec prima quis et quid apertioribus nominibus Cicero et ad opus vicinioribus nuncupavit, id est, personam et dictum factumve, quod negotium est. Itaque omnis res confirmatur aut ex adtributis personae argumentis sumptis aut ex adtributis negotio. Personis autem adtributa sunt undecim: nomen, natura, victus, fortuna, habitus, adfectio, studium, consilia, facta, casus, orationes. Itaque si haec omnia adtributa personae sunt, quae sit ipsa persona, videamus. Nomen esse non potest, quia primum adtributum personae est: homo esse non potest, quia natura personae adtributum est et natura mortalium in duo dividitur, in homines et feras. Quae est ergo persona? illa scilicet, quae in pronominibus finitis est, ut ‘ego tu ille, hic haec hoc’. Itaque ex persona nulla argumentatio potest sumi. Cum enim dixero ‘hic’, quod argumentum feci? Ex attributis autem personae sumitur omnis argumentatio, per quae se aperit et quibus impletur ipsa persona. Adtributis suis igitur personarum omnium vis probatur. |

Nomen est unius cuiusque personae] Antequam ad hoc nomen, quod definiendum est, veniamus, prius de significantia nominis dicamus. Nomen hoc, quod sonat nomen, quattuor significantias habet. Una talis est, quae in appellatione rerum omnium est. Verba autem nostra omnia rerum nomina sunt, ut ‘salio, curro’: utique his omnibus res significantur. Unde multi illum sapientissimum ac beatissimum esse dixerunt, qui rebus nomina inposuit: certe ut sciamus omnes partes orationis, id est omne quod loquimur, nomina esse rerum. Cum de Sibyllae responsis ageretur (in responsis autem omnes octo partes orationis fuerint necesse est), quid ait Vergilius? foliisque notas et nomina mandat. Ergo haec una significantia nominis, quae in omnium rerum appellatione est. Alia nominis significantia talis est, qua unam partem orationis de octo partibus orationis videmus esse signatam, ut ‘nomen, pronomen, verbum’: tertia nominis proprii, ut hominis, ut deorum: quarta autem haec quadripertita est, qua una quaeque persona sine alterius communione signatur. Et ut sciamus unam de quattuor hanc esse significationem nominis, sic proposuit, ut ostenderet, quod nomen esset definiturus. ‘Nomen est’ inquit ‘cuique personae, quo quaeque suo proprio et certo vocabulo appellatur’. Ergo ut proprium personae hoc nomen et certum sit, per quattuor tenditur, praenomen, nomen, cognomen, agnomen. Praenomen porro interdum una, interdum duabus, interdum tribus litteris continetur, ut G. Gaius, ut Gn. Gnaeus, ut Sex. Sextus: fuitque nonnulla aput maiores nostros praenominis ratio; nam et Quintum ideo dixerunt, quod quinto fortassis loco natus esset, et Lucium ideo, quod fortasse esset initio lucis exortus. Verum quoniam haec aput nos ratio nihil valet, argumentum de praenomine non quaeremus. Nomen porro maiorum est tractum ‖

24 Aen. 3, 444.

2 nuncupat *BO* 3 uel factum *F* 6 casus *D corr. ex* causas 8 est personae *O* 9 naturae *FO* 10 et in feras $D^2BFO$ 12 fecit $D^1$ 14 persona — probatur *mei*: persona attributis suis. Igitur personarum omnium vis probatur nomine unius cuiusque personae *O* 16 est unius cuiusque personae *D*: est cuique personae *F*, est quod uni cuique personae datur, quo suo quaeque proprio et certo vocabulo appellatur *BO cum libris Tullianis* 19 est *BO post* quae *habent* 24 quid *om. O* 25 nominis est $D^2BFO$ 26 rerum *Christ*: verborum *libri; cf. v. 19* 29 haec *om. F* 32 cuique personae *DB*: quod uni cuique personae datur *FO* (*sed* datur *F s. l.*) suo quaeque *O* 34 nomen praenomen *F* 35 interdum duabus *B in marg. m 2: om.* $DB^1F$ 36 C. Caius *O* Gn. Gneus *DBF*, CN. Cnaeus *O* 38 ideo quia *O* 40 quaeremus $D^1$: quaerimus $D^2BFO$ nomen ς: cognomen *mei*

ex familia vel sanguine: ut Tullius et Cornelius. Cognomen autem proprium personae est, ut Cicero, ut Scipio. Iam agnomen extrinsecus venit, et venit tribus modis, aut ex animo aut ex corpore aut ex fortuna: ex animo, sicut Superbus et Pius, ex corpore, sicut Crassus et Pulcher, ex fortuna, sicut Africanus et Creticus. Quattuor his itaque partibus personae proprium et certum nomen includitur: praenomine, nomine, cognomine, agnomine, ut praenomen Publius, nomen Cornelius, Scipio cognomen, Africanus agnomen. Argumentum autem, si necesse fuerit, in tribus quaeremus, in nomine, cognomine, agnomine. Itaque definitionis istius haec est propositio: 'nomen est cuique personae'. Deinde hinc incipit definitio 'quo quaeque suo', id est vocabulo. Sed quod suum est, potest esse commune cum fratribus, cum propinquis, ut Tullius: multi itaque Tullii, quia nomen ex sanguine est. Deinde addit 'proprio'. Rursus et vocabulum proprium potest esse commune, ut Cicero proprium vocabulum, sed tamen multi possunt esse Cicerones. Itaque addidit 'certum', scilicet quod ex omnibus quattuor constat, quo unius cuiusque personae verum et non nisi eius possit nomen intellegi: et recte 'certum nomen'; interdum enim ex libidine et quadam obtrectatione nomen inponitur, ut illud in Sallustio: tyrannumque et Cinnam appellantes. Itaque huius modi nomen certum esse non potest. Quotienscumque autem specialiter aliquid volumus includere, his tribus includimus 'suo, proprio, certo', ut Tullius: suis eum certis propriisque criminibus accusabo.

Naturam ipsam definire difficile est] Haec ratio est, ut difficilis sit naturae definitio; etenim aput sapientes contentio est, quid prius sit, deus an natura. Si natura prior est, ergo deus natus est: atqui deus nasci non potuit. Rursus, si deus prior est, nata est natura: quod si nasci potuit natura, incipit non esse natura. Itaque naturae difficilis definitio est. 'Difficilis' inquit; alioquin ostendit posse definiri. Denique sapientes quidam sic definiere naturam: natura est ignis artifex quadam via vadens in res sensibiles procreandas; etenim manifestum est omnia principe igne generari. Plato autem sic definivit: natura est dei voluntas. Et inter ceteras haec magis probanda definitio; nam si deus et natura ita sunt, ut ex his alterum prius non sit (necesse est autem ex primo nasci, quod secundum est, deinde si quod nascitur nec deus est nec natura), recte naturam dei dixit esse voluntatem: deus enim semper voluerit et velit necesse est. Ita quoniam nasci natura non potuit, si dei voluntas est, ut deus nasci non potuit, nec natura. Illud autem scire debemus, naturam illud esse quod mundum, ultra mundum naturam non esse, sed deum: voluntatem autem dei, qua mundus est, eandem esse naturam. Itaque hic Cicero naturae principalem definitionem dimisit, dixit

18 Hist. I, 40 Dietsch.

1 et Cornelius *nos*: e* Corneliis $D^1$, Cornelius ex Corneliis $D^2BFO$ cognomen ϛ: nomen *mei* 2 cicero et scipio *F* 4 et pius *BF*: ut pius *D* ut pulcher *D* 7 Publius praenomen *BO* cognomen scipio *F* 8 quaerimus *F corr.* 10 suo quaeque *O* 11 i. e. uocabulo *DB*: et proprio uocabulo appellatur *F* 16 quod unius *F* 17 obtrectione *D* 21 suis eum *mei*: Eum suis, eum *O* 23 est ratio *B* 25 si natura *om. D* deus ergo *B* potest *F* 26 natura est nata *F* 27 incipit non esse *mei*: incepit esse *O*; *de vi conclusiva verbi* incipere *v. Haase Miscell. philol. III, 10.* difficilis inquit *D pr. m.*: difficilis definitio naturae secundum Platonem vel alios sapientes inquit $D^2BFO$ *ex foeda interpolatione* alioqui *O* 31 definitio est *F* 32 non desit *D* 34 dixit dei *O* 35 si] sed *BF* 39 omisit *O*

p. 161. 162 C. p. 71 O.

autem esse difficilem. Partes autem eius enumerat, sed ‘quarum’ inquit ‘indigemus’.




Itaque partem illam naturae reliquit, quae inanimalia generat; neque enim eius indiget, qui rhetoricam scribit. Illius autem naturae partes exequitur, quae motu suo in rebus agit aliquid, id est, quae vivit. Etenim ille, qui rhetoricam scribit, praeceptis suis personam debet includere: persona autem homo; huius itaque naturae indigemus, in qua homo. Haec igitur natura, quae motu suo in rebus aliquid agit, principaliter in duo scinditur, in divinam naturam et in mortalem. Ac divina quidem natura ad rhetoricam non pertinet, et ideo hanc omisit. Sciri tamen debet, quia loco argumenti saepe rerum divinarum inducitur disputatio, ut illud est: quae res faciat ut vigeamus, quae ut occidamus. Sed hoc ad rhetoricam, non tamen ex rhetorica descendit. Itaque confert se ad mortalem naturam, rursusque hanc in duo dividit, in homines et in bestias. Omne, quod extra hominem vivit cum anima et corpore, bestias nominavit. Removeamus itaque et naturam illam mortalem, quae bestiarum est, hancque solam inspiciamus, in qua homines sunt, et de eadem natura circa certam personam inventa dupliciter argumenta capiamus. Etenim ea, quae in homine sunt naturae, nunc tantum naturae sunt, nunc ita naturae, ut et industriae vel artis esse credantur. Tripliciter autem debemus in homine inspicere atque explorare naturam: quae sit natura animi, quae corporis, quae extrinsecus. Verum quae in homine extrinsecus sunt, ea tantum naturae sunt: quae autem in homine animi vel corporis sunt, ea et naturae possunt esse et disciplinae. Itaque primum videamus, quae natura in homine sint extrinsecus, ut sexus. Sexus enim tantum naturae est nec ex disciplina po|test aliquando contingere: ita et natio et patria et cognatio et aetas tantum naturae sunt. Natio est, inquit, ut consideres, utrum Graecus sit an barbarus; hoc secundum ipsorum Graecorum sententiam, qui absque se reliquos barbaros appellabant. Patria est, inquit, ut consideres Atheniensis an Lacedaemonius, Aquileiensis an Mediolanensis sit. Cognatio est, inquit, ut consideres, quibus maioribus oriundus sit, unde sanguinem ducat: fitque hinc optimum argumentum, ut illud est in Vergilio:

---

3 *schema, quod addidimus, exstat in DBF, om. edd.* 10 scripsit *D* 12 inclaudere *D* 13 homo est *F* 13 qua homo *DB*: qua h. est *F*, qua est h. *O* 16 praetermisit *F* 19 discendit *D* 24 in homine sunt naturae *D*: in hominis sunt natura *BFO* 25 credatur *D* 26 inspicere *DB*: considerare *F in ras. m. 2* 30 naturae *Orelli, ut sit genet. singul. numeri* sint *Capperonier:* sit *mei* (sit. Extrinsecus *edd.*) ‘extrinsecus *illud significat, quod ab arte vel disciplina vel industria nostra nequaquam pendet*’. Capp. 32 considerares *D* 36 Cognatio, inquit, est *O* maiobus *D*

p. 162. 163 C. p. 71. 72. 73 O.

bellumne inferre paratis, Laomedontiadae. Sed et hoc argumentum quasi ex nomine fieri videtur, quod ait ‘Laomedontiadae’, cum hic ex natura colligenda nobis insinuet argumenta. Hoc itaque interest, ‖ quod in nomine ex sono ipso nominis colligimus argumentum, ut ex Verre, quod everrat provinciam. In natura autem non ex nominis sono, sed ex eius actu vel moribus, cuius nomen est, colligimus argumentum. Etenim cum dicimus ‘Laomedontiadae’, in sono nominis nihil est, in actu autem Laomedontis perfidiae positum est argumentum. Aetatem autem, inquit, inspicere debemus, utrum puer sit an grandior an senex, ut cuicumque aetati crimen, quod agitur, aut convenire aut non convenire doceamus. Haec de his, quae extrinsecus sunt, quae tantum naturae: nunc venit ad ea, quae corporis et animi sunt et quae tam naturae quam disciplinae esse possint. Etenim interdum per se multum valet natura, interdum tenuis et infirma est: disciplina enim vel usu saepe mutatur. Enumerat itaque, quae ista sint veluti communia, ut consideremus, utrum aliquis valens an inbecillus sit, longus an brevis, formonsus an deformis, velox an tardus: haec omnia corporis sunt, quae facile videmus saepe hominibus ex natura, saepe ex arte contingere. Deinde, inquit, debemus inspicere memor an obliviosus sit, comis, officiosus, pudens, patiens, an contra: haec rursus omnia animi sunt, quae similiter videmus tam ex natura nobis quam ex arte provenire. Verum cuncta ista, inquit, quae animi et corporis sunt, quamquam saepe et ex disciplina vel arte contingant, tamen qualia vel quanta sint, non nisi in sola natura considerare debemus. Ea autem, quae industria conparantur, in habitu rectius considerabimus.

25. In victu considerare oportet] Victus hominis est omne illud tempus a pueritia usque ad id, quo agit vel quo de agitur. Itaque considerare debemus, non aput quos natus sit, quod naturae est, sed aput quos educatus, unde incipit victus. ‘Aput quos’ inquit: interest enim inspicere illorum vitam, aput quos educatus sit; ex his enim vivendi potuit capere disciplinam. Sed quia homines interdum non ut volunt educant, aliqua necessitate conpulsi (quippe et severiores saepe dissolutius et dissolutiores saepe severius educant), recte quaerendum dicit, non solum aput quos educatus sit, sed etiam ‘quo more’ educatus sit. Deinde, inquit, inspicere debemus, ad cuius arbitrium sit educatus, id est patris, patrui, cognati, alienioris. Animadvertamus itaque, ut victus a primis annis usque ad aetates alias protendatur. Dixit primo quaerendum, quemadmodum sit educatus; hoc ‘quemadmodum’ in tria divisit: aput quos, quo more, cuius arbitratu. Deinde educatus puer solet discendas litteras sortiri easdemque liberales. Itaque qui liberales litteras discit, duplices habere debet magistros, qui faciant virum bonum et qui faciant dicendi peritum, et his duobus plenus orator. Recte ergo etiam hoc | quaerendum, ‘quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivendi praeceptores’. Ita non utrum habuerit magistros, utrum ‖ vivendi praeceptores, sed quos habuerit quaerendum. Deinde etiam hic animadver-

1 Aen. 3, 248.

3 insinuet fieri argumenta *B* 5 euertat $B^1$ ex sono nominis *F* sed eius *BF* actum *D* 9 *fort.* quod arguitur 11 naturae sunt $D^2BFO$ 12 possunt $F^2O$ 15 inbecillis *BFO* 18 prudens *BO* 21 et ex *D*: ex *BFO* 23 educantur $D^1$ 26 quod agit *O* uel quo de agitur *mei*: *om. O*, v. q. de eo agitur *Christ* 27 quod natura est *F s. l.* educatus sit *F*, sit educatus *BO* 31 dissolutius et *om. D* 34 alienioris *D pr. m.*: an alienioris $D^2BO$, an alieni eris *F* 36 ut dixit $D^2BFO$ 40 et in his *F* plenum oratorem *BFO* 41 quaerendum est *F* 42 itaque $B^2O$

p. 163. 164 C. p. 73. 74 O.

tendus ordo est: postquam litteras quis didicerit et certam vivendi acceperit disciplinam, tunc necesse est ut habere incipiat amicos, sed quaerendum est ‘qualibus amicis utatur’: amicus enim mihi esse non potest nisi similis mei. Deinde ‘quo in negotio, quaestu et artificio sit occupatus’ quaerendum; necesse est enim ut in vita nostra aliquid agamus, quo nos occupemus. Et hic actus in vita aliquid agentium triplex est: nam aut negotium est, ut mercatura, ut militia, ut agricultura et cetera, aut quaestus est, ut praeco, ut parasitus, ut scaenicus et similia, aut artificium, ut artem scilicet aliquam plene cognitam aut exerceas aut tradas, ut orator, ut rhetor et alia huiusmodi. Alioqui scire aliquid perfecte et exercere nolle habitus est; deinde aliquid non plene scire neque id quodcumque exercere adfectio est: verum unius cuiusque rei et habitus et adfectio si exerceatur et in actu sit, victus est. Animadvertendum, inquit, etiam ‘quo modo rem familiarem administret, qua consuetudine domestica sit’; ex rebus enim privatis et domesticis, quemadmodum quis in re publica vivat, facile possumus agnoscere.

In fortuna quaeritur] Hoc quasi naturae esse magis videtur, ut servus quis an liber sit; servi enim saepe nascuntur: sed ut taceamus, ut multi saepe ex fortuna servi sint, etiam illos qui nascuntur ex fortuna servos esse manifestum est. Etenim ex captivis primum servi facti sunt: captivitas bello; in bello non nisi incerta fortuna: itaque servum esse fortunae est. Hoc etiam in fortuna considerandum ‘pecuniosus sit an tenuis, privatus an cum potestate’. Sed quia non uno modo capimus potestatem, recte addidit ‘si cum potestate, iure an iniuria’. Hoc etiam fortunae est, ut videamus ‘utrum felix clarus, an contra sit’. Considerare etiam debemus, non utrum liberos habeat, quod naturae est, sed ‘qualis liberos habeat’, ut est illud in Vergilio: Vade, ait, o felix nati pietate. Non nato felix, sed nati pietate; itaque in eo fortunam inspexit, quippe ‘vade, ait, o felix’ inquit; facit enim fortuna felicem. Quod si, inquit, is, cuius victus quaeritur, mortuus erit, non de morte, sed de mortis eius genere quaeretur: alioqui mors naturae est.

Habitum autem hunc appellamus, animi aut corporis constantem et absolutam aliqua in re perfectionem] Habitus, inquit, iste est alicuius rei sive in animo sive in corpore a natura coepta, sed usu conroborata et plena perfectio; scire enim plene aliquid habitus est, iam si id volueris exercere, victus est. Videamus itaque habitum || qualem esse dicat: ‘ut virtutem’, inquit; hic habitus animi. Virtus autem quadruplex, iustitia, temperantia, fortitudo, prudentia. Sed tunc habitus, si virtutem ita tenea|mus acceptam, ut numquam a semel conparata recedamus. Nam si frequenter sua cuique reddamus et aliquando rapiamus, iam iustitiae habitum per intemperantiam non tenemus, similiter et circa reliquas virtutes; ita enim est habitus definitus: ‘habitum appellamus animi aut corporis constantem et absolutam aliqua in re perfectionem’: absoluta, ut plena sit, constans, ut semper eadem sit neque

25 Aen. 3, 480.

4 quo $D^1$, *sed* quod *corr.* 6 agentium aliquid *B* mercator aut *D*, mercatura aut *BF* 7 aut agric. *mei* et cera *D* est *in F erasum* 8 aut similia *libri* 10 alioquin $D^2BF$ aliquit *D* 12 et adfectio *D pr. m.*, *ut Orelli voluit:* et adfectus *D corr. BFO* 16 quaeretur *D* magis esse *F* 17 nascuntur saepe *F*; servi e. saepe nasc. *B in marg.* 18 semper ex *DF* 19 enim *D add.* et *s. l.* bello *DB*: bello fit *F* 22 si] sed *F* 28 quaeritus $D^1$ 29 quaeretur. Nisi a mortis genere quaeratur. alioquin *F* 30 hunc *mei*: *om. O* 31 obsolutam aliquam perfectionem *D* 32 a natura *mei*: non natura *O* 33 uoluerimus *F* 34 ut uirtutis $B^2O$ 35 habitus est *F* 40 aliquam $D^1$ 41 absoluta est *B* nec *F*

p. 164 C. p. 74. 75 O.

aliquando a se recedat, et tunc est vere habitus. Deinde ‘aut artis’ inquit ‘alicuius perceptionem’, ut puta: ego rhetoricam plene quidem novi, sed exercere nolo. Itaque licet non exerceam, in eo tamen, quod rhetoricam plene novi, habeo oratoris habitum; ita et in ceteris artibus plena perceptio habitus est.

Aut quamvis scientiam] Inter scientiam et artem hoc interest. Ars quidem duplex est, una in scientia, alia in actu. Verum scientia rursus duplex est: est scientia artis, est non artis; neque enim aurum, gemmas probare artis est, aut scire quot milia hominum in illo sint populo, quanto spatio haec urbs ab illa distet; haec itaque scientia est, sed non artis. Sed quoniam et artis est, quaelibet, inquit, scientia, si plena in nobis fuerit, habitus nuncupatur. Sed hucusque de habitu animi. Deinde, inquit, et corporis aliqua commoditas studio et industria conparata habitus dicitur, ut si corpus palaestra roboremus, si velocitatem nobis exercendi studio conparemus. Verum et animi et corporis habitum Cicero in bonis collocavit: quippe habitum dixit esse virtutem aut artis perceptionem, deinde aliquam corporis commoditatem. Ita et Aristoteles habitum omnem in bonis posuit, cum secundum definitionem possit et in malis habitus esse. Nam si demus semper operam ut nihil intellegamus, studio stulti sumus, et erit hic habitus industria conparatus; et rursus, si exercitium corporis devitemus, studio inbecilli sumus; erit aeque hic habitus corporis industria conparatus. Sed nescio quo modo recte habitus malorum non est positus neque a Cicerone neque ab Aristotele; nam si hoc ipsum nomen inspiciamus et eius sonum, videamus ‘habitum’ dictum esse ab eo quod ‘habere’ voluerimus. Natura autem nostra talis est, ut numquam mala velimus: malorum ergo esse habitus non videtur, est tamen. Nam et Catilina habitu malus fuit, id est, malitiam sibi industria conparavit.

Adfectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio] Habitum esse diximus sive in animo sive in corpore alicuius rei perfectionem. At contra sive in animo sive in corpore alicuius rei inchoatio adfectio est, quae subito aliqua ratione nascitur, mox recessura, ut si quid ‖ nobis boni nuntietur et laeti esse incipiamus, si quid videamus et id ipsum concupiscamus, vel aliquid timere incipiamus, si moleste ferre, istae omnes animi sunt adfectiones: deinde corporis, si subito in morbum incidamus, si aliquid in nobis debilitetur, sed ad tempus, post autem sanetur. Hae itaque erunt adfectiones corporis et reliquae eis similes.

Studium autem est] Studium est, inquit, ad aliquam rem adsidua et vehemens animi cum magna voluntate occupatio. Alioqui adsidua et vehemens esse non potest, si in ipso opere non habuerit voluntatem. Et dat res, non quae studium sint, sed quarum studium sit: ‘ut philosophiae’ inquit, non philosophia, ut ‘poeticae aut geometricae, litterarum’, non poetica et geo-

---

1 habitus uere *F* aut] ut *D* alicuius inquit *B* 3 plene rhetoricam *F* 6 *post vv.* inter — interest *est in D hoc schema (item in BF, sed ante eadem verba):*

ars duplex est
in scientia in actu
artis non artis

8 uel gemmas *F* 15 in bonis collocauit *B*: in bonis exercendi studio collocauit *F*, in bonis exercendi studio conparat et animi et corporis habitum cicero in bonis collocauit *D* 16 aut *om. D* 17 omnem habitum *O* 19 simus *D corr.* et *DF*: *om. BO* 20 imbecilles *O* 22 maiorum *D* 25 habitus esse *F* 26 industria sibi *O* 29 est affectio *O* 30 boni nobis *B* 32 timere si incipiamus et moleste *O* 35 reliqua eis *DF* similia *F* 36 studium autem est inquit *F omisso lemmate* 37 alioquin $D^2BFO$ 39 quartum *D* ut] ui *D* 40 philosophi:aut *D*, philosophia aut *BFO* et geom. *Christ* geometriae *O* et *mei*: aut *O* geometria *O*

p. 165. 166 C. p. 75. 76 O.

metrica, litterae. Itaque si quid | vehementer et cum magna voluntate volumus, studium est: deinde si id, quod volumus, aliqua ex parte consequimur, adfectio est: sin autem plenum et perfectum tenemus, habitus est. Quod si hoc ipsum plenum vel semiplenum agendo exercere voluerimus, erit victus. Ita unum qualitate diversa in multa adtributa convertitur.

Consilium est] Duo semper sunt, unde dubitamus et unde consilium est: aut enim ut faciamus aliquid quaerimus, aut ut non faciamus. Ita et leges, quae consilio scribuntur, duo semper haec continent: aut fieri iubent aut fieri prohibent. Sed quia, cum de re aliqua dubitamus, incerta quaedam ratio in ancipiti cogitatione versatur, postquam id ipsum statueris, erit excogitata ratio, et ideo excogitata, quia fuerat iam ante cogitata ratio, quod consilium est.

Facta autem et casus et orationes] Ex his quoque non minima colligimus argumenta, ut de factis personae argumenta capiamus, de dictis, de his, quae ei acciderunt, ut damnum, ut morbus, ut orbitas et reliqua similia. Verum haec per tria, inquit, tempora debemus inspicere: tunc enim de futuro argumentum possumus facere, si ita et ante fuisse doceamus, ut puta: quia hoc fecit hoc facit, etiam hoc facturus est: quia hoc passus est hoc patitur, hoc etiam passurus est: quia hoc dixit hoc dicit, hoc etiam dicturus est. Hucusque autem adtributa personae.

26. Ac personis quidem haec videntur esse attributa, negotiis autem] Septem sunt quidem, ut diximus, elementa, unde omnis argumentatio capitur ad quamcumque rem: quis, quid, cur, quando, ubi, quemadmodum, quibus adminiculis. Horum duo prima omnia continent: nihil autem aliud quaeritur, nisi quis fecerit et quid factum sit. Atque haec ipsa Cicero propriis et || apertioribus et ad rem vicinioribus nominibus appellavit: ‘quis’ enim personam dixit, ‘quid’ negotium vocavit. Ac personae quidem, quam in pronomine posuimus, quae essent adtributa, iam dictum est: nunc antequam dicamus, quae negotio adtributa sint, quid sit ipsum negotium videamus. Negotium est factum, de quo quaestio est: verum hoc factum nunc in facto est, nunc in dicto, nunc in cogitatu. Omne hoc itaque factum, de quo quaestio est, negotium appellatur. Ac factorum quidem genera tria sunt. Est factum factum illud, de quo quaestio est: est factum, quod in negotio est, quo illud factum, de quo quaestio est, probatur; atque hoc factum tribus temporibus consideratur: ‘ante, in, post’. Est tertium genus facti, quod extra negotium est, ex quo ad id factum, de quo quaestio est, trahitur argumentum, ut Cluentii factum est iudiciale de veneno, quod occiderit Oppianicum: deinde extra hoc negotium facta eius alia ad argumentum, quod proponitur, trahuntur, quod multos ante veneno necarit. Hoc tertium factum in adtributis personae accipimus, facta, casus et orationes. Tria itaque genera factorum sunt: factum de quo quaestio est, factum quo id factum, unde quaestio est, probatur, factum extra negotium, sed ad ne|gotium. Itaque factum illud, de quo quaestio est, negotium appellatur. Huic negotio quattuor principaliter adtributa subiecit: unum, quod in ipso negotio est, quae ‘continentia cum ipso negotio’ appellavit, id est, quibus illud factum, de quo

---

3 quod plenum et perfectum est *D corr. et BFO* 4 uel semiplenum *mei*: *om. O* 11 cogitata *mei*: cogitationem *O* quod *om. D* 14 et de dictis et de his *F* 15 morsus *D* 18 hoc fecit. hoc faciam facit. hoc facturus est *B* facit *D corr. ex* fecit 19 etiam hoc dicturus *F* 21 autem] *add. in F s. l. m. 2* quae sunt attributa 23 quamcumque *mei*: unam quamque *O* ubi *F s. l. ante* quando 33 est factum factum illud *D*: est factum illud *BFO* 34 atque hoc] idque $F^1$ 35 Est *D*: Est et *BFO* 36 ex quo ad] ad quod *D*; *fort.* a quo ad 38 praeponit *D* 40 accepimus *D* 41 factum de quo *mei*: factum est de quo *O* 44 continentiam *D*

p. 166. 167 C. p. 76. 77 O.

quaestio est, probatur et quae ab ipso negotio videntur nullo modo posse separari. Secundum adtributum est, in quo illa, quae in gestione negotii sint necesse est, videre debemus; aliud est enim ipsum negotium, aliud illa, quae in gestione negotii continentur: ut puta 'occidit' negotium est. In ipsius autem negotii gestione illa sunt: 'illo tempore occidit, in illo loco occidit, fuit occasio ut occideret' et reliqua, quae in gestione negotii continentur. Tertium adtributum est, quod adiunctum negotio nominatur: hoc neque negotium neque in gestione negotii, sed extra negotium est: hoc ab oratore sumitur, cuius adsumptione res illa, de qua quaestio est, aut similis aut dissimilis demonstrabitur. Itaque omnia exempla adtributa negotio sunt, sed quoniam extrinsecus veniunt, adiuncta negotio nominantur. Quartum adtributum est negotio, quod gestum negotium consequitur. Hoc quoque extrinsecus est; non enim in negotio vel in gestione negotii continetur, sed, an post negotium contigerit, consideratur: ut puta, factum Milonis hae res consecutae sunt, ut: de eodem facto legem novam senatus tulit, caedem, quae in Appia via facta esset, contra rem publicam factam esse iudicavit. Haec omnia non in negotio neque in gestione negotii sunt, sed gestum negotium consecuntur. Et quoniam scimus, quot adtributa negotio sint vel quae sint, nunc in singulis, quae nobis sint ad argumentum ducenda, videamus. Ac primo illa consideremus, quae continentia cum ipso negotio appellantur, sine quibus negotium et quae sine negotio esse non possunt. Haec itaque quinque sunt: summa ipsius negotii, summae causa et facti tria tempora, ante, in, post: quod factum inter genera factorum secundum esse memoravimus. Summa negotii talis est, ut parentis occisio. 'Patrem enim occidit' negotium est: negotii summa est parentis occisio. In hoc de ipsis nominibus, de pronuntiatione fiet argumentum, si cum quadam admiratione dicamus: occidisse patrem Sextus Roscius dicitur. Deinde causa illa est, ut puta 'occidit, quia inimicus fuit', aut contra: 'quia inimicus non fuit, non occidit'. Iam post causam facta considerare debemus, quibus illud factum, de quo quaestio est, adseramus. Haec facta per tria tempora, ut saepe iam dictum est, dividuntur, ut consideremus quid ante factum sit, quid in re ipsa factum sit, quid postea factum sit, ut: Milo quid ante fecit? In senatu fuit, domum venit, calceos et vestimenta mutavit, profectus est. Deinde quid fecit in re ipsa? Ad Albanum pervenit, impetus in illum factus est, tum ille reiecit paenulam, de raeda desiluit, se defendit, Clodius occisus est. Postea quid fecit? Profectus est Lanuvium, flamines creavit, propter invidiam Romam cito noluit reverti. Ergo his factis factum probatur aut defenditur illud, quod in quaestione est, id est, Milo Clodium occidit. Necesse est itaque haec quinque in eodem negotio, de quo quaestio est, contineri. Frustra enim aliquod factum obicimus, immo nec factum est, nisi eius summam dicamus, nisi causam eiusdem facti doceamus, nisi quid ante, quid in re, quid postea factum sit, demonstremus. Recte ergo continentia cum ipso negotio nominata sunt.

Deinde causa eius summae, per quam et quam ob rem et cuius causa factum sit, quaeritur] Multae quidem causae sunt. Nam ut omnia ista nascan-

---

26 Cic. p. Rosc. Am. §. 37.

---

3 debemus *D*: *om. BFO* 7 hoc quoque neque *B* 14 heae res *F* 18 uel quae sint *om. B*[1]*O* 23 memorabimus *D* 25 est, ut parentis *D corr. BFO* 26 fiat *D* 28 an contra *D* 31 quod in re *D* 34 tunc *F* 35 raeda *D*: reda *BF*, rheda *O* 36 Lauinium *O* flaminem *malebat Orelli, sed est potius Victorini error* 39 aliquid *O* 42 continetur *D* 43 cuius rei *BFO*

tur, quae in mundo sunt, necesse est causa praecedat: et hoc ipsum negotium, de quo quaestio est, causa dicitur. Verum haec causa hominis circa factum duplex est: aut enim propter rem aliquam iam ante animo provisam quodcumque facimus, et erit causa, quae ratiocinatio dicitur: aut subito necessitate aliqua praesentis temporis in factum aliquod praecipitamur, et erit causa, quae inpulsio dicitur: et quaecumque causa ex confessione veniam meretur, inpulsio est. Harum nunc utramque causam Cicero hic tetigit: ‘per quam, quam ob rem’ inquit ‘et cuius causa factum sit, quaeritur’. ‘Quam ob rem’ ratiocinatio est, ‘cuius causa’ inpulsio est.

In gestione autem negotii] De septem elementis persona iam dicta est: remanserunt sex, quae negotio adtributa sunt: quid, cur, quando, ubi, quemadmodum, quibus adminiculis: ex his rursus duo, ‘quid’ et ‘cur’, id est factum illud triplex et facti causam ‘continentia cum ipso negotio’ esse monstravimus. Reliqua quattuor in gestione negotii sunt: ubi, ‖ quando, quemadmodum, quibus adminiculis. Addidit Cicero quintam occasionem, de qua post dicemus. Quinque itaque res secundo adtributo subdidit, locum, tempus, occasionem, modum, facultates, et recte haec in gestione negotii esse dixit. Illa enim superiora quinque ‘summa negotii, summae causa, quid ante factum sit, quid in re factum sit, quid postea factum sit’ negotium, id est factum illud, de quo quaestio est, probant: quod si negotium probant, in gestione negotii non sunt. Verum in gestione negotii necesse est ut haec rursus quinque sint, locus, tempus, occasio, modus, facultates. Etenim cum dicimus ‘Milo in senatu fuit, domum venit, postea profectus est’, gestio negotii est quidem, sed in ipsa negotii gestione tempus ostendimus, id est, Milonem hora undecima profectum. Deinde cum dicimus ‘venit ad Albanum, impetus in illum factus est’, gestio quidem negotii est, sed in ipsa negotii gestione et occasionem ostendimus, quod necesse habuerit illa iter facere, et locum ostendimus, quod de loco superiore impetus in illum factus sit, et facultates, quod Clodius habuerit armatos. Ergo gestio negotii sine his quinque esse non potest: loco, tempore, occasione, modo, facultatibus. Quod si sine his quinque negotii gestio esse non potest, recte haec in gestione negotii considerare debemus.

Locus consideratur, in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam videatur habuisse] Ut sciamus, quem locum considerandum praecipiat, qui sint alii loci, videamus. Ac primo secundum Lucreti ceterorumque sententiam inane totum locus est, quod inane patet rebus occupaturque ab elementis, igni, aere, aqua, terra. Ergo haec elementa in loco sunt, id est, in inani. Sed rursus ipsa elementa loci sunt, ut ignis sideribus locus est, aër avibus, aqua natantibus, terra gradientibus vel iis omnibus, quae in eadem nascuntur. Itaque et terra omnis locus est, et rursus in terra locus: qui locus nobis non ex eo, quod locus est, considerandus est, sed ex eo, qualis sit, ut ex opportunitate eius aliquid in eo aut fieri potuisse aut fieri non potuisse doceamus. Hoc itaque sit praeceptum in loco, qualitatem eius atque opportunitatem nos inspicere atque aestimare debere. Necesse est | enim nos ubi-

---

3 praeuisam *O* 8 et quamobrem *O* cuius rei causa *FO* 9 cuius rei causa *F* *post* inpulsio est *per schematis formam haec in DBF addita sunt:* In gestione negotii haec quinque quaerenda sunt: locus tempus occasio modus facultas 17 facultatem *BFO* 19 in re ipsa $B^2F$ 22 facultas *BF* 27 gestionem $D^2$ illa iter *D*: illac iter *BF*, *sed* ac *F ex corr.* (*fort. ex* illuc), iter illuc *O* 29 habuit *O* 34 habuisse *om. D* 35 Lucreti *D*: lucrecii *BF*, Lucretii *O* 37 id est inani *DF* 38 siderebus *D corr. in* sidereus 39 his *mei* 40 locus est qui *D corr. BFO* 43 sit] fit *F* 44 est *om. F*

p. 168. 169 C. p. 78. 79 O.

cumque esse, sed illud, ubi sumus, quale sit considerandum est. Atque haec opportunitas loci per multa consideranda est: nam et magnitudo loci inspicienda est, utrum ibi tot milia hominum ceperit, deinde intervallum inspiciendum est, ut in Quintiana, septingenta milia biduo esse decursa. Et quoniam intervalli duo genera sunt, 'longinquitate' inquit 'et propinquitate': deinde considerandum, semotus locus an celebris sit: deinde natura ipsius loci videnda, tumulosus, declivis, ‖ planus, saxosus, palustris, silvestris: quae sit praeterea vicinitas eius loci, in qua natura sit, ut ideo ibi aliquid fieri potuerit vel non potuerit, quod vicinia talis sit vel omnis regio. Etiam hoc, inquit, in loco considerare debemus, sacer an profanus sit, publicus an privatus, alienus an ipsius de quo agitur: quod si ipsius non erit, etiam hoc videndum, an aliquando ipsius fuerit. Ex his igitur tot opportunitatibus loci multa ad negotium colligere possumus argumenta.

Tempus autem est id, quo nunc utimur] Tempus generaliter definire difficile est, quod tempus semper fuerit necesse est sive ante mundum sive cum mundo: multi enim natum mundum, multi natum non esse contendunt. Ergo hoc tempus generale, quia nec initium nec finem habet, aeternitas est, quam Graeci aeona appellant. Verum quoniam hoc tempus definire difficile est, illud definit, quo nunc utimur. 'Tempus est' inquit 'pars quaedam aeternitatis', aut annuum aut diurnum aut nocturnum spatium significans; ex cursu enim siderum certis temporibus certum nomen inpositum est. Septem stellae septem circulis contra caelum volvuntur: quae cum singulae ad id signum, unde profectae sunt, fuerint reversae, certum tempus includunt. Quod si omnes septem simul ad ea signa, unde profectae sunt, revertantur, tunc fit illud tempus, quod annus magnus dicitur, et necesse est omnia rursus per ordinem suum, quae ante nata sunt, renasci. Ergo si ad exordium suum simul omnes stellae revertantur, annus magnus dicitur. Singularum autem cursus habet tempus suum, sed omne tempus certis vocabulis non tenetur. Nam Saturni cursus habet tempus, sed tempus ipsum non habet nomen: item Iovis, Martis, Veneris atque Mercurii. Solis vero cursus cum se expleverit, annus est: Lunae cum se expleverit, mensis est. Iam vero ex Sole supra terras posito diem vocabimus, ex Sole sub terris posito noctem vocabimus. Horarum autem duodecim haec esse origo memoratur. Quodam tempore Hermes Trismegistus, cum esset in Aegypto sacrum quoddam animal Serapidi dedicatum, quod in toto die duodeciens urinam fecisset, pari semper interposito tempore, per duodecim horas diem divisum esse coniecit: et exinde hic horarum numerus custoditur. Deinde alii dicunt ex quadratura caeli, quae secundum musicam rationem in duodecim partes dicitur esse divisa, horas duodecim esse nominatas. Aquam enim per totum diem exceperunt tenuissima caverna defluentem, et hanc maiores nostri in duodecim partes divise|runt: ex his partibus horis numerum inposuerunt. Sed iam tempus est, ut ad rationem temporis revertamur: quod tempus, id est, hoc

4 Cic. p. Quinct. §. 79.

2 nam *BF*: iam *D* 4 quintiano *F* milia *mei*: milia passuum *O* 9 non potuerit conici possit quod *F* 14 est autem *O* 15 quod *mei*: quia *O* ante mundum sive post mundum *O* 18 definire *D*: definiri *BFO* 26 ad *om. D* 30 item iobis *D* 32 ex Sole *D bis* (*sed priore loco* exole): et Sole *BFO* 33 noctem uocabimus *mei*: noctem *O* haec est origo. Quodam *F*, *spatio post* origo *relicto* 34 trimegistus *D corr. B*[1]*F* 35 serapi dedicatum *mei*, Serapidi dicatum *ed. Ascens. et O* quod] cum *BF* fecisset *DB*: fudisset *F*, *sed* fu *ex corr.* 36 diuisum *D*: dimensum *BFO* 40 tenuissimo cauerno *malebat Capp.* 41 horis nomen imp. *B*[1] 42 ad orationem *F*

p. 169 C. p. 79. 80 O.

quo nunc utimur, spatium accipiamus, quod aut in multis annis sit aut in anno aut in mensibus aut in mense aut in diebus vel die aut in noctibus || vel nocte aut in horis vel hora vel momento. Verum hoc tempus nostrum philosophi in duo tempora diviserunt, in praeteritum et futurum. Praesens autem esse negaverunt, quod in eo, quod praesens dicimus, si quid iam aliqua ex parte confectum est, praeteritum sit; si quid mox perfici habeat, futurum sit. Ita Vergilius: tot iam volventibus annis: quod enim volvitur, non stat, quod non stat, praesens non habetur. Oratores autem tempus nostrum in tria tempora dividunt, praeteritum, praesens, futurum. Ac praeteritum tempus in tria tempora dividunt: in illud tempus vetus atque obsoletum et perantiquum, deinde in illud, quod licet vetus sit et a nostra memoria remotum, tamen in litteris continetur, postremo in illud, quod nuper gestum est et cuius de his qui vivunt plerique meminerunt. Praesens vero tempus in duo dividunt, in praesens et magis praesens. Magis praesens tempus est: nunc, nunc insurgite remis. Hoc est, quod ait 'et item quae instent in praesentia et cum maxime fiant'; instans enim tempus praesens est, ut ait Iuno ad Iuturnam, cum iam fata Turnum tenerent: atque instantibus eripe fatis. Denique ut sciamus illam praesentia fata dixisse, addidit postea tempus, quod magis praesens esset: si quid praesentius audes. Praesens ergo tempus duo tempora habere dixerunt, praesens et magis praesens. Futurum autem tempus in duo diviserunt, in ocius et serius, id est in id, quod mox futurum est, et in id, quod tardius futurum est. Atque haec tria tempora cum partibus suis hic in hoc adtributo, quod de tempore est, continentur.

Et item communiter in tempore perspiciendo longinquitas est considerandaⁿ] Tempus esse diximus spatium, quod in annis, mensibus, diebus, noctibus horisque versetur. In hoc, inquit, communiter tempore longinquitatem eius debemus inspicere: in qua longinquitate duo oportet adtendere, utrum in illo spatio huius negotii magnitudo potuerit inpleri et utrum tot simul res potuerint effici. Quod enim in rebus difficile est, aut numero aut magnitudine sit necesse est.

27. Occasio est autem pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatemⁿ] In illa mensura temporis ex motu caeli facta ex actibus nostris vel ipsius mundi qualitas proveniens occasionem parit faciendi aliquid vel non faciendi. In tempore enim mensura ac spatium consideratur, in occasione qualitas temporis, ex qua opportunitas nascitur faciendi aliquid vel non faciendi. Hoc itaque inter se distant tempus et occasio, genere autem similia sunt. Verum haec occasio, ut diximus, ex actibus nostris vel ipsius mundi parit nobis ad aliquid opportunitatem. Verum haec occasio vel opportunitas in tria genera distribuitur, publicum, commune, singulare. Publicum est, inquit, quod ad totam pertinet civitatem, si aut bellum sit aut ludi aut aliqui dies festus: in hac utique publica occasione est opportunitas aliquid faciendi vel non faciendi. Commune est, inquit, quod

---

7 Aen. 1, 234. 15 ibid. 5, 189. 17 ibid. 10, 624. 19 ibid. 12, 152.

---

2 uel in die *F* uel in nocte *F* 3 uel in hora *F* 6 ex aliqua parte *F*, ex p. aliqua *O* 8 quod non stat *om. D pr. m.* habet $D^1$ 9 et futurum *O* 12 gestum est nuper *O* 13—15 meminerunt. Praesens tempus est nunc magis praesens. nunc nunc insurgite *D pr. m., unde scribendum:* Praesens tempus est nunc praesens, nunc magis praesens: nunc nunc etc. 15 ut: Nunc *O* 22 mox fut. est et in quod *D in marg. habet* 25 est *DF*: eius est *BO* 32 autem est *B* 34 facta etactibus *F* 40 distribuuntur $D^2B$ 41 ad *om. D* 42 aliquis *BFO* utique *mei*: itaque *O*

ex actibus mundi provenit, ut, si messis sit, si vindemia, calor, ‖ frigus. Singulare autem est, inquit, quod uni cuique potest provenire privatim, si nuptiae sint, sacrificium, funus, | convivium, somnus. Et recte in privata occasione somnum etiam posuit. Non enim ex necessitate temporis, sed ex corporis atque animi ratione dormitur; interdum enim lassi aut maesti per diem dormimus, interdum solliciti atque occupati nocte vigilamus. Triplex itaque occasio: publica, communis, privata. Ex his occasionibus multa possumus argumenta colligere.

Modus autem est, in quo, quemadmodum et quo animo factum sit, quaeritur] Modum Cicero diligenter inspexit adque ita definivit, ut nemo umquam. Namque modum in duobus inspiciendum docet, in modo facti et in animo facientis, ut, si dicas ‘clam’, est quidem modus facti, quod quasi res occulte geratur, verum in eo est et animus facientis insidiosus, latens atque instructus dolis. Ita in eo, quod ‘clam’ dicimus, et modus et animus invenitur. Similiter omnes modi ex modo facti et ex animo inspiciendi sunt. Verum in ipso animo duo rursus debemus inspicere, prudentiam et inprudentiam, id est utrum aliquid consilio an animi inpulsu fecerit. In his enim causa facti quaeritur, quam duplicem esse supra diximus circa facientis voluntatem, ratiocinationem scilicet et inpulsionem. Ita ratiocinatio erit prudentia animi, inpulsio vero inprudentia. Verum hic erunt ex prudentia modi ‘clam palam, vi persuasione’. Haec omnia prudenter admissa sunt, id est, ut res fieret, consilium ante praecessit. Inprudentia porro ad purgationem iungitur, quae pars veniae est: cuius purgationis partes tres sunt inspiciendae, inscientia, casus, necessitas. In his quoque modis factum quidem manifestum est, sed animus invenitur invitus. Adiungitur ad inprudentiae modos etiam adfectio, quam paullo ante personae diximus attributam: quam adfectionem esse diximus animi aut corporis repentina de causa permutationem. Verum hic, quoniam in modo animus attendendus est, animi solas circa adfectionem posuit commutationes, id est molestiam, iracundiam, amorem. Itaque his adfectionibus animi inprudentes in factum inpellimur, et recte inprudentes; quippe adfectio est repentina animi commutatio. Ergo quod repentinum est, prospici non potest: si prospici non potest, inprudentia est.

Facultates sunt autem, quibus facilius fit aut sine quibus aliquid confici non potest] Facultates Cicero duplici qualitate definivit duasque illis potentias dedit: ut sit primum genus facultatum illud, sine ‖ quo aliquid fieri non potest, aliud, quo aliquid facilius conpleatur. Etenim haec duo prima proponamus, ‘fit, non fit’: iam ex eo, quod fit, rursus duo descendunt, ‘facile fit, difficile fit’. Ita in duobus ponitur facultas, in genere, id est in eo, quod fit, et in specie, id est in eo, quod facile fit. Illud autem, quod difficile fit, ita potest argumentis torqueri, ut illud videatur esse, quod non fit: et idcirco in hoc non sunt positae facultates. Dupliciter igitur facultates esse teneamus, primo illas, sine quibus aliquid fieri non potest, deinde illas, qui-

---

1 ut si messis sit si uindemia calor frigus $D^1$ (calor *erasum et super* sit si *m. 2 positum*): ut si messis sit. si calor. si uindemia. si frigus *F*, ut si messis sit, calor, si uindemia, frigus *BO*; *libri quoque Tulliani hic corrupti sunt* 2 est autem *O* si *mei*: ut si *O* 7 est occasio *F* 8 colligere argumenta *O* 9 et *om. DF* 11 modo *D* 15 similiter et *F* ex modo et animi ex animo *D* 17 feceris *O* 18 uoluntatem facientis *F* 22 consilium autem ante *F* 23 veniae] ‘*ab aliis rhetoribus dicitur* status venialis, deprecativus *et* deprecatio’. *Capp.* inspiciendum *D corr. ex* inspiciendae 27 repentina aliqua de causa *F* 30 inprudenter *bis F* inpellimur *DF*: impelluntur *BO* 33 sunt autem *D*: sunt aut *BFO* aut *s. l. D* 36 aliquit *D* 38 in *ante* genere *D s. l.*

p. 170. 171 C. p. 82. 83 O.

bus aliquid conpletur et facile conpletur: ut si quis velit rhetoricam discere, prima ei erit ad discendum facultas, sine qua effici non potest, id est animus, ingenium, instrumenta | artis ipsius et magister: deinde erunt illae facultates, quibus facilius fit, si sit doctus et benivolus magister. Ita et ad mortem facultas, sine qua fieri non potest, venenum; qua facilius fit, venenum cum poculo. Si autem in pane detur venenum, pars illa est, quae difficile fit, quae ita potest argumentis torqueri, ut pars illa videatur esse, quae non fit: quod quidem Cicero pro Cluentio disputavit, cum negavit in pane dari venena potuisse. Hoc autem scire et tenere debemus, etiam tempus et locum et cetera praeter modum facultates esse posse, si generaliter considerentur, non ex specie vel ex opportunitatibus suis; necesse est enim et quodcumque tempus et quemcumque locum fuisse, cum aliquid factum est. Alioqui facultas prima non erit faciendi, nisi ista sint. Ita Cicero in Rosciana 'non potuit' inquit 'occidere patrem Roscius, quia absens fuit': hic argumentum a loco fecit. Deinde ait 'age nunc videamus reliquas facultates'. Ergo iam et locus facultas est, sed facultas, si generaliter consideretur: at si opportunitas eius fuerit inspecta, tunc ex loco argumenta sumentur.

28. Adiunctum negotio autem intellegitur, quod maius] Attributa negotio iam duo transacta sunt, continentia cum ipso negotio et illa, quae in gestione negotii continentur. Ac prima quidem cum attributis suis persona transacta est, id est 'quis': deinde 'quid' et 'cur' continentia cum negotio demonstravimus: deinde 'quando, ubi, quemadmodum, quibus adminiculis' in gestione negotii posita docuimus. Ita septem prima illa elementa in duobus negotio attributis videmus inclusa: nec iam videtur relictum, *quam* quid in aliis duobus negotio attributis ad argumentum considerare debeamus, id est in his, quae adiuncta negotio nominantur, et in his, quae gestum negotium consecuntur. Verum et in his eadem septem quae et in superioribus considerare debemus, nec aliquod negotium sine his septem elementis umquam poterit inveniri, ut quivis homo sine liniamentis suis. Itaque cum in nostro negotio ex omni circumstantia argumenta fecerimus et fides in aliquo claudicarit, ex alienis argumenta sumenda sunt: quae cum adsumuntur, aut || fidem faciunt aut augent. Verum haec cum aliena sint, id est extra nostram causam, videndum est, qua nostro negotio parte copulentur: quae copulatio respectus dicitur, quem respectum Graeci σχέσιν dicunt. Etenim, cum etiam ista aliena negotia septem illa elementa contineant, quae in nostro negotio continentur, non possunt sibi omnia convenire. Sed quaedam in hoc, quaedam considerare debemus in alieno negotio, quae σχέσει nostrum negotium respiciant, ut praeviso et cognito copulationis genere ad argumentum nostri negotii facta conlatione copulentur. Verum huius respectus novem modi sunt, scilicet ut sit adiunctum negotio nostro et quod maius est et quod minus, quod simile, quod aeque magnum, quod disparatum, quod contrarium, et genus et pars et eventus. Haec itaque novem omnia τῶν πρός τι sunt, id

15 similis est locus §. 93.

1 et *om. D* addiscere *O* 2 erit ei *FO* ad discendum *DB*: adtendenda *F*, addiscendi *Basil. et O* 7 potest et $D^1$ 8 uenina *D* 12 cum] ubi $F^1$ alioquin $D^2BF$ 13 facienda *F* rosciana $B^2F$: roscia *D*, roscia ita $B^1$ 14 quia *DF*: quoniam *O*, cum *B* 18 autem negotio id *BO* 19 duo iam *B* transcursa sunt *F* 22 ubi quando *O* 23 Item septem illa prima *O* 24 iam amplius $D^2BFO$ quam *add. Christ* quod *BFO* 26 in iis *bis O* 29 lineamentis *O* 30 fecerimus *nos*: ceperimus *libri, sed D* ceper *m. 2 in ras.* 35 aliena a negotio *BO* 36 in hoc] haec *D*, *item F, sed hic m. 2 in ras.* 37 qua *rasura ex* quae *D* σχέσει *scripsi*: CXECIN $DB^1F$, per σχέσιν $B^2O$ 38 respicit *F* praecognito *O* 42 τῶν πρός τι *Orelli*: T.N.P.CTI *D*

p. 171. 172 C. p. 83. 84 O.

est ad aliquid; itaque quasi semper in binis sunt et † recte. Nisi enim ad aliquid nullus potest esse respectus. Ita cum dicimus maius, tunc intellegimus maius, si minus consideremus: rursus tunc intellegimus minus, si maius consideremus. Ita et reliqua ex aliorum conlatione cognoscimus. Verum nunc videamus, quemadmodum hos respectus negotiorum considerare debemus. |

Maius et minus et aeque magnum ex vi et ex numero et ex figura negotii sicut ex statura corporis consideratur] Haec tria, id est maius et minus et aeque magnum, tribus modis considerare debemus, vi, numero, figura. Vis singulis nominibus verbisque constat et persona; omnis enim res et omne dictum factumve habet vim suam. Etenim si dicas parricidium, statim quantum hoc sit et in qua vi sit, animo aestimamus: ita homicidium, adulterium et reliqua facile quid sint, cum fuerint audita, cognoscimus. Similiter et personae habent vim suam. Etenim cum dixeris Ciceronem, statim ex boni viri consideratione, quae in illo vis sit, agnoscimus. Deinde cum dixeris Catilinam, ex consideratione pessimi hominis statim, quae in illo vis sit, agnoscimus. Numerus est, cum minus ac maius non ex vi, sed ex rerum vel ex personarum numero demonstramus. Figura est, quae in toto negotio consideratur, id est per omnia illa septem elementa, ut consideres, quid factum sit, quis fecerit, ubi fecerit, quando fecerit, quemadmodum fecerit et reliqua: quae, inquit, figura totius negotii ita est, ut corporis statura, in qua statura omnia liniamenta corporis continentur. Itaque ut melius intellegamus, notum proponamus exemplum, illud scilicet, quod Cicero negotio suo adiunxit. Nam cum Catilinam diceret occidendum, ex adiuncto, quid maius vel minus esset, argumenta collegit: quod utique maius et minus et aeque magnum ex vi, numero, figura iam dudum ‖ diximus adprobandum. Ita et Cicero: An vero P. Scipio pontifex maximus Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit: Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? Hic ex vi rerum intellegimus minus esse statum rei publicae quam orbem terrarum, deinde similiter ex vi intellegimus minus esse labefactare quam vastare. Ita et ex vi personarum, cum Gracchus et Catilina nominantur, Catilina magis timendus agnoscitur. Praeterea ex numero intellegimus maius esse duos consules quam Scipionem. Hic figuram non posuit totius negotii, id est, quemadmodum occiderit Gracchum Scipio, ubi occiderit, quando occiderit, unde occiderit: verum haec, quia nihil proderant, praetermisit atque uno verbo conclusit, quod ait 'interfecit': cuius verbi considerata vi maius esse intellegimus interficere quam ex urbe eicere. Verum in aliis exemplis et ex figura debet fieri conparatio, ut maius aliquid minusve demonstres, si dicas: 'illud tunc factum est, ibi factum est, ita factum est, propterea factum est' et reliqua, quae in elementis principalibus continentur.

---

26 in Catil. I, §. 3.

---

*pr. m.*, *in quo ante rasuras* ΤΩΝΠΡΟCΤΙ *fuisse satis apparet*, ΤΟΝΙΕΤΡΥΝCΤΙ *D corr. BF*, toni et puncta ς 1 SUNT ЄΤ R...Є *D pr. m.*: sunt et triceni (ut uiceni et triceni $B^2F$) et recte $D^2BF$, *fort.* sunt et reciproce 2 itaque *BO* 6 debeamus *F* 7 et numero *O* 8 sicut extatura $D^1$ 9 ui numero *BF*: ut numerus *D* 10 uis *BF*: bi (ui *s. l.*) *D*, Vis est quae *O* consistat *D* personis *F* res *om. D* 12 animi *D* 15 catilina *D corr.* 20 qui fecerit *DF* 22 lineamenta *O* 23 suo negotio *O* 4 quod maius *F* 26 figuram — adprobandam $D^2$ An uero *mei*: An uero uir amplissimus *O* 29 Catilinam [uero] orbem *O* 32 et *D*: *om. BFO* 34 ex *B*: et *DF* et maius *D* 38 huius $D^1$, *ut videtur* 39 comparatio fieri *BFO*

p. 172. 173 C. p. 84. 85 O.

Simile autem ex specie conparabili aut ex conferenda atque adsimilanda natura iudicatur] cum facimus argumentum ex adiunctis negotio per similitudinem, in qua similitudine qualitas consideranda est: superiora enim maius et minus et aeque magnum ex quantitate cognoscimus. Nec putemus hoc esse par, quod simile. Etenim par ex mensura definita et ex conparata utriusque quantitate cognoscimus, simile autem non in eo, quantum sit, sed in eo, quale sit, attendimus. Ita non ex mensura fit simile, sed ex vultu et superna quadam facie declaratur. Simile itaque duobus modis considerare debemus, in specie formarum et in natura rerum. Et scriptores quidem artium simile genus ponunt sub similia tria, εἰκόνα, id est imaginem, παραβολήν, id | est conlationem, παράδειγμα, id est exemplum. Per imaginem simile fit, cum ex simili specie vultus vultibus conparamus, ut, os umerosque deo similis. Per conlationem simile facimus, cum rerum diversarum conferimus et copulamus non speciem, sed naturam, ut, qualis mugitus, fugit cum saucius aram taurus: aut:

Poenorum qualis in arvis
saucius ille gravi venantum vulnere pectus,
tunc demum movet arma leo.

Hic enim Vergilius, ut probaret Turnum rebus omnibus fractis non deiectum, sed iratum magis, quia vix hoc creditur, negotio suo fidem fecit ex adiuncto negotio per similitudinem, quae sit in parte naturae. Sic, inquit, et leo magis irascitur, postquam fuerit vulneratus. Per exemplum autem tunc simile facimus, si in exemplo ipso qualitas ostendatur. Saepe enim exemplum in quantitate versatur, id est in vi vel numero || vel figura. Invenitur tamen et qualitas in exemplo, ut Cicero, cum circa bellum causarum similium conparat naturas, ait: ut Helena, inquit, Troianis, sic tu, Antoni, huius belli semen fuisti.

Contrarium est, quod positum in genere diverso ab eo, cui contrarium dicitur, plurimum distat, ut frigus calori, vitae mors] Aristoteles 'opposita' genus posuit, 'contrarium, disparatum, ad aliquid' sub oppositis. Contrarium porro Aristoteles sic definivit: 'sub eodem genere species multum inter se diversae', hac ratione, ut omnia ad unum illud genus referantur, quod supra omnes res principale Graeci ponunt, id est ὄν, quod Latini 'ens' vocant, id est, quod esse possit. Verum contraria tribus modis inveniri possunt: cum aut sub eodem genere species multum inter se distant, aut cum sub singulis generibus diversis species etiam diversae sunt, aut cum duo genera inter se diversa sunt. Itaque hic Cicero in diversis generibus posita contraria demonstravit, frigus et calorem; his autem genus qualitas, sed diversa. Deinde similiter sub diversis generibus species longe inter se diversas posuit, id est vitam et mortem. Vitae autem genus bonum, mortis malum. Itaque contraria sunt, quae se e regione spectant et quae ex diverso posita plena sunt. Sub disparato autem Aristoteles duas species posuit, privantia et negantia.

---

12 Verg. Aen. 1, 589. 14 ibid. 2, 223. 16 ibid. 12, 4. 26 or. Phil. II, §. 55.

---

1 Simili *D* comparabili. Comparabile autem ex *B* assimulanda *BO* 2 adiuncto $D^2BFO$ 3 in ea $B^2O$ maius minus *D* 4 congnoscemus *D* 6 in eo quod quantum sit sed in eo quod quale *F* 9 in natura *nos*: inatura *D*, natura *BFO* 10 sub simili *F* icon *DBF, sed in D ras. post* on 11 per icona uel imaginem *O* 13 similes *D corr.* 17 sautius *F* 19 factis *D pr. m.* 22 similem *D* 28 ab eo *DF*: ab eodem *BO et edd. Cic. vitiose* contrarium esse *BO* 30 ad *om.* $D^1$ obpositis *F*, positis $B^1$ 32 rationem $D^1$ 33 principale $D^1$: principales $D^2BFO$ id est, τὸ ὄν *O* ẽs *D* 36 diuersi species *D* 42 priuata et *F*

p. 173. 174 C. p. 85. 86 O.

Privantia sunt, ut visio caecitas, felicitas infelicitas. Visio et felicitas habitus sunt: caecitas et infelicitas id agunt, ut prima id, quod habuerunt, non habeant; numquam enim caecitas fiat necesse est, nisi visio ante tollatur, nec est infelicitas, nisi prius felicitas excludatur. Idcirco ergo haec privantia nominata sunt, quod primorum privationem secunda demonstrent. Negantia porro sunt, quae negatione separantur, ut 'sapit non sapit, sedet non sedet'. Negatio hic illud agit, ut primum neget, non tamen constituat secundum. Nam cum ait 'non sedet', solum sedere negat, non tamen constituit, utrum stet an ambulet, sed sufficit ei negare, quod sedeat. Hic autem Cicero in disparato sola negantia posuit, id est 'sapere, non sapere': esse tamen inter disparata et privantia nosse debemus.

Genus est, quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas, pars quae subest generi, ut amor, avaritia] Notum est quid sit genus, id est, sub quo multae sunt partes: partes sunt autem eae, quae sub genere | sunt. Verum cum de his facimus argumentum, ex adiunctis negotio facimus argumentum. Quotiens autem de genere quaestio est, ex specie faciendum est argumentum: quotiens de specie quaestio est, ex genere faciendum est argumentum, ut Cicero, cum pro Roscio ageret, id est speciem suscepisset (Roscius enim ad filium species est), argumentum fecit ex genere, || cum dixit tam feros mores in filium cadere non potuisse; filius enim genus, Roscius species est. Ita et cum de genere quaestio est, ex specie colligendum est argumentum, ut si quaeratur, an omnes matres ament filios suos, et tu ex specie facias argumentum: 'adeo omnes matres non amant filios suos, ut Medea filios suos etiam occiderit': ita et in reliquis.

Eventus est exitus alicuius negotii, in quo quaeri solet, quid ex quaque re evenerit, eveniat, eventurum sit] Eventum illum accipiamus, qui uni cuique rei naturaliter videtur adiunctus, qui rem suam, postquam res ipsa contigerit, necesse est consequatur: et tunc vere de eventu facere possumus argumentum, si ipse eventus certus sit. Alioqui si eventum illum accipiamus, qui ex casu venit, fieri inde non potest argumentum, quod adiunctum negotio esse possit. Facis itaque de eventu argumentum, si eum, quem probaveris insolentem, futurum spondeas adrogantem. Ita insolentiae eventum adrogantiam doces: quam rursus adrogantiam ad odium causam esse demonstras.

Quare hoc in genere, ut commode, quid eventurum sit, ante animo concipi possit, quid quaque ex re soleat evenire, considerandum est] Ut, inquit, ex eventu facile possimus argumenta colligere, primo, inquit, ipsi nobiscum pertractare et considerare debemus, quis unius cuiusque rei esse soleat eventus, et ut sciamus naturalem eventum, non fortuitum, nobis considerandum: denique 'soleat' inquit 'evenire'. Consuetudo perpetua est: quod perpetuum est, fortuitum esse non potest. Ergo considerandus nobis erit in rebus singulis certus et naturalis eventus.

Quarta autem pars est ex iis, quas negotiis dicebamus esse attributas, consecutio] Negotio quattuor esse diximus attributa; dictum iam de tribus attributis, et ostendimus, quae essent continentia cum ipso negotio, in ge-

---

1 uisio caecitas felicitas infelitas *D*, felicitas infelicitas. uisio et caecitas *F*, caecitas, infelicitas *BO* 5 secundo *D* 9 an *D in ras.* 14 partes *semel habent DF* autem sunt *O* eae *F*: ea *BDO* sunt *om.* $D^1$ 17 quotiens — argumentum *om. Basil., inclusit O parum caute* 19 dicit *O* 21 ut *om. D* 22 tu] tum *F* 26 re uenerit *D* euenturumque *BO, sed O* [que] accipimus $F^1$ 27 res illa *F* 28 tum *B* 29 alioquin $D^2BF$ 31 factis $F^1$ 32 insilentiae *D* 34 commodi *D* 36 possumus *D*, possis $F^1$ primo inquit *D*: primo *BFO* 37 et considerare *om. F* 39 denique soleat *mei*: denique quid quaque ex re soleat *O* 42 ex his *mei* 44 et *D*: est *BFO*

stione negotii, adiuncta negotio: nunc de his docendum est, quae gestum negotium consecuntur. Quod quidem quartum attributum videtur cum ea parte pugnare, quae in primo attributo est post negotium; scimus enim quinque esse in primo attributo, summam negotii, causam ipsius summae et factum triplex: ante negotium, in negotio, post negotium. Hoc extremum factum, quod est post negotium, videtur simile esse huic attributo, de quo nunc agimus, quod dicitur consecutio. Nam utrumque post negotium est: sed hoc distant, quod supra post negotium facta illius consideranda sunt, de quo agitur et qui aliquid fecisse memoratur: hic autem facta consideranda sunt, sed extranea. Itaque consideranda sunt, quae gestum negotium consequantur. Haec in duobus semper debemus attendere, in personis et in natura gesti negotii. In personis sic, si animadvertamus, quid de gesto negotio homines fecerint aut senserint aut iudicarint, ut de facto Milonis, ut de lege Clodii. In natura ipsius negotii sic, si res | illa facta sit, cui necesse sit eventum aliquem esse coniunctum: || ut parricidium furor necesse est consequatur: et rursus parricidam veri simile non est dormisse; haec enim gestum negotium consecuntur: quae non in personis animadversa sunt, sed in natura gesti negotii. In his itaque duobus et Cicero animadvertenda dixit ea, quae gestum negotium consecuntur. Ac primo de personis.

'Primo' inquit 'quod factum est, quo id nomine appellari conveniat] Utique hoc consequitur; res enim prima est, dein nomen. Homo autem necesse est rei nomen imponat: ita Cicero de nomine constituendo disputat in divinatione: non tam, inquit, haec accusatio quam defensio est existimanda.

'Deinde' inquit 'eius facti qui sint principes et inventores, qui denique auctoritatis eius et inventionis conprobatores atque aemuli] Haec quoque post rem sint necesse est; neque enim potest inveniri nisi quod latet. Est porro quod latet animadvertendum: itaque qui fuerint illi, qui primi illud fecerint, unde nunc agitur; qui deinde factum probaverint ac secuti sint. Si optimi sunt, laudas factum: si pessimi, reprehendis. Ut Cicero in divinatione dicit semper homines nobiles accusasse et eos cum magno commodo rei publicae magnam semper gloriam consecutos.

'Deinde' inquit 'ecqua de ea re aut eius rei sit lex] Lex etiam consequitur; lex enim semper in rem, quia res talis visa est, constituitur. Verum quod ait 'de ea re', totum est: quod ait 'eius rei', pars est. Interdum enim totum factum aliqua lege aut damnatur aut absolvitur, interdum pars facti. Deinde quod ait 'consuetudo, actio, iudicium, scientia, artificium', et haec omnia gestum negotium consecuntur. Nam et consuetudo rei iam ante gestae est, et rursus rem gestam solet aliqua actio consequi vel iudicium, ut praeiudicium natum esse videatur. Deinde necesse est ante aliquid fieri, ut ex eo scientia consequatur vel artificium. Verum haec omnia et in personarum actibus pervidenda sunt et in negotii ipsius natura. Idcirco ait:

Deinde natura eius rei, evenire vulgo soleat an insolenter et raro] Ait negotii ipsius animadvertendam esse naturam, id est, qui soleat eventus fa-

---

23 §. 5. 31 secundum locum or. §. 66.

---

1 de iis dicendum *O* 2 consecuntur *DB*: consequantur *F* 9 memorabitur *D*, *sed* bi *expuncta* 13 iudicauerint $D^2BFO$ 14 clodii homines fecerint *F* 16 est non *F*, non sit *DBO* 20 primum *O* 21 deinde *FO* 22 nomen rei *BO* imponat *F*: ***ponat *D*, ponat *BO* 33 haecqua $D^2$, etquae $B^2F$, et quid $B^1$, ecquae *O* 34 in rem *mei*: in re *O* quia] quae *F* 38 consequentur *D* 42 p̃uidenda *F*, prouidenda *O* 43 Deinde quid ex natura eius euenire *O* rei *om. B*

ctum istud consequi. Sed hic eventus ab illo eventu, quem in adiunctis negotio demonstravimus, hoc distat, quod ille eventus naturaliter certis rebus adfixus est et rem suam quadam vi ac necessitate consequitur: hic autem eventus interdum necessarius et naturalis est, ut ‘parricidium furor necesse est consequatur’: interdum varius et commutabilis, ut ‘amor noceat necesse est’, et ut ‘non noceat necesse est’; saepe enim malum eventum amor habet, saepe bonum. Denique ut ostenderet Cicero eventum istum ex natura negotii ita esse || considerandum, ut scias et in contrarium posse converti, ‘deinde’, inquit, natura eius, evenire vulgo soleat an insolenter et raro. ‘Vulgo’, id est passim, frequenter. Ergo firmius argumentum est, si de quo agimus, eventus frequentius consequatur, si dicas: ‘amor magis nocet’. Praeterea hoc sciamus interesse inter istum eventum et illum superiorem, quod hic totius negotii | eventus est, ille vero unius cuiusque rei. Ait enim supra: ‘quare hoc in genere, ut commode, quid eventurum sit, ante animo concipi possit, quid quaque ex re soleat evenire, considerandum est’.

Postea homines id sua auctoritate conprobare, an offendere in iis consuerint] Et hic eventus, qui naturam negotii consequitur, qualis aput homines habeatur, id est bonus an malus, adtendendum est. Ita et supra dixit adtendendum, qui homines primum fecerint, qui deinde conprobaverint; non enim ex eo, quia aliquid consequitur, argumentum est, sed quia aut bonum aut malum est quod consequitur, id est, sed quia tale est. Ita semper non ex re, sed ex qualitate fit argumentum.

Et cetera, quae factum aliquod similiter confestim aut ex intervallo solent consequi] Interdum enim vicinus, interdum tardior est eventus: ut puta, si quem voluero occidere, vicinus est eventus, ut mox me oderit. Deinde si trado alicui disciplinam, tardior hic eventus; primo enim fortassis offenditur, deinde amat ac diligit.

Deinde postremum adtendendum est] Dat postremum breve et commune praeceptum, utrum aliquid honestum sit an utile, in his esse considerandum, quae gestum negotium consecuntur. Verum quae sint partes honestatis atque utilitatis, in deliberativae praeceptis se demonstraturum esse promittit.

29. Omnis autem argumentatio, quae ex iis locis, quos commemoravimus, sumetur, aut probabilis aut necessaria debebit esse] Ait supra, cum de confirmatione loqueretur, ‘huius’ inquit ‘partis certa sunt praecepta, quae in singula causarum genera dividentur; verum tamen non incommodum videtur quandam silvam atque materiam universe ante permixtam et confusam exponere omnium argumentationum.’ Tria nobis in confirmatione traduntur, materia, argumentum, argumentatio. Materiam nobis iam tradidit, id est locos, de quibus argumenta caperemus, quos locos divisit in attributa personae et attributa negotio. Attributa personae undecim esse dixit, negotio quattuor: atque horum omnium partes enumeravit ac tradidit. Nunc itaque dictu-

---

34 supra] cap. 24.

---

4 ut *om. D* 6 et non ut *F* est ut saepe *D*, *sed* ut *del.* 9 inquit quid ex natura *O* eius rei $B^2F$ 14 commode *F*: commodi $DB^1$, commodius $B^2O$ 15 concipi (concepi *D*) *mei*: colligi *O* 16 offendi $B^2O$ in his *mei* consueuerint $D^2BFO$ 17 natura *D* quales *D* 21 id est sed quia tale est *D*: id est, non quia est, quod consequitur, sed quia tale est *BFO* 23 aliquid *F* 28 Deinde postremo *BO* 29 in iis *O* 31 deliberatiui *FO* esse *mei*: *om. O* 33 commemorabimus *D* 36 diuiduntur *F*, dentur *DB* 37 uniuersae $DB^1$, uniuersam $B^2FO$ 41 et in attributa *O*

p. 176. 177 C. p. 88. 89 O.

rus est de argumento. Nec nos confundat, quod pro argumento argumentationem ponit. Antiqui genus ponebant argumentationem, sub argumentatione vero argumentum et argumentationem. Itaque hoc verbo communiter utebantur, ut pro argumento recte argumentatio diceretur. Verum antequam dicamus, quae genera sint argumentorum, dicamus prius, quid considerare et conferre debeamus, ut argumenta faciamus. Secundum Aristotelem decem categoriae sunt, id est decem res, in quibus omnia, quae in mundo sunt, continentur. || Harum rerum una substantia est, reliquae novem qualitates, id est, quae substantiae accidant. Itaque cum res nuda est, nihil aliud quam res est. Tunc autem ex ea facere possumus argumentum, si eius qualitatem inspiciamus. Itaque omnia verba vel nomina habent res suas, habent et qualitates: quae qualitates cum sibi conveniunt, faciunt argumentum, cum non conveniunt, non faciunt argumentum: ut puta, ponamus ‘occidit’. ‘Occidit’ res est: huius rei quae sit qualitas adtendamus, id est, quaedam asperitas, quaedam immanitas. Deinde ponamus ‘inimicum’. Rursus ‘inimicus’ res est, eius rei porro qualitas similiter aspera atque crudelis. Itaque quoniam utraque sibi haec qualitas convenit, factum est argumen|tum. Ita duae similes qualitates cum sibi fuerint copulatae, faciunt aliam qualitatem, id est ‘occidit, quia inimicus fuit’: quae qualitas est, ut argumentum probabile esse videatur. Ita si dicas, ‘occidit, quia gladio percussit’, argumentum est, quia utriusque rei qualitas est similis. Alioqui, cum in eo, quod est occidit, iam nota sit et res et qualitas rei, deinde ponas ‘virgam’, cuius res et qualitas nota est: quoniam similes sibi non sunt istae qualitates, coniunctae in unum non faciunt argumentum, si dicas: ‘percussit virga et occidit’. Semper itaque non res, sed qualitates rerum debemus adtendere atque conferre, ut argumenta faciamus. Argumentorum porro genera duo, probabile et necessarium. Probabile est, quod veri similitudine fidem facit, ut puta ‘quia inimicus fuit, occidit’. Verum de probabili post dicemus, nunc autem de argumento necessario disputabimus.

Necessarium est, inquit, quod aliter ac dicitur nec fieri nec probari potest: necessarium argumentum ad fidem cogit ac trahit, probabile autem inrepit atque persuadet. Necessarium porro tale est argumentum, si ea proferas, quorum talis sit natura, ut sic fieri necesse sit, si dicas: ‘si natus est, morietur: si peperit, cum viro concubuit’. Haec necesse est ut se consequantur: quod si necesse habet credere, necessarium factum est argumentum. Illud tamen scire debemus, argumentum necessarium paene non esse solumque esse inter homines probabile. Nempe nobis necessarium videtur ex vero constare: nam si probabile ex veri simili, ex vero necesse est necessarium. Inter homines autem verum latet totumque suspicionibus geritur: ergo necessarium esse non potest argumentum. Sed tantum inter homines potest necessarium, quantum secundum opinionem humanam valet. Alioqui secundum Christianorum opinionem non est necessarium argumentum, ‘si peperit, cum viro concubuit’: neque hoc rursus, ‘si natus est, morietur’. Nam aput eos manifestum est sine viro natum et non mortuum. Ergo necessarium argumentum illud est, quod iam opinione persuasum est. Atque ut scias hoc neces-

---

10 possumus facere *O* 12 cum non conueniunt — argumentum *mei*: *om. O* 15 est res *F* 17 haec *om. F* 18 sibi *DF*: *om. BO* 20 dicamus *O* 21 est *om. D* alioquin *BF* est *om. F* 25 non *** res *D* rerum *om. F* 26 genera duo *D*: g. duo sunt *BO*, duo g. sunt *F* 30 quod aliter ac dicitur *nos*: aliter dictum quod *D in ras. m. 2 BF*$^1$, quod aliter ac dictum est *F corr. et O* 35 habet *D pr. m.*: habes *D*$^2$*BFO* 40 non potest esse *BO* sed quantum *D* 41 alioquin *D*$^2$*BF* 42 cristianorum *DB* pepererit *D* 44 argum. illut *D*, illud argum. *BO*

sarium || non esse omnino necessarium, ostendit Cicero etiam hoc hominibus persuaderi, cum ait: ‘necessarie demonstrantur ea, quae aliter ac dicuntur nec fieri nec probari possunt’. Ergo si probantur, iam non erunt necessaria: quidquid enim probatur, potuit et non credi. Itaque necessarium argumentum teneamus illud, quod facile populo persuadet orator. Hoc necessarium tribus modis fieri docet, quos modos in genere dictionis ponit: hic enim iam dictio est; superius in materia locos posuit, de quibus conducta ad argumentationem dictio nasceretur. Fieri itaque necessarium argumentum docet aut per conplexionem aut per enumerationem aut per simplicem conclusionem.

Conplexio est, in qua utrum concesseris, reprehendetur] Conplexio forma dictionis est posita in rationibus necessariis. Verum conplexio duplici latere constat, unde quidquid fuerit electum, necesse est ut contrarium sit. In conplexione itaque | duo genera sunt proponendi, nunc per simplex, nunc per necessarium. Simplex hoc modo: ‘si hoc est, cur illud facis? si illud est, cur hoc facis?’ deinde per necessarium sic: ‘aut hoc concedas necesse est aut illud’. Ita hic exemplum conplexionis considerare debemus factum per simplex: ‘si inprobus est’ inquit, ‘cur uteris? si probus, cur accusas?’ Ita et in Verrinis Cicero: aut amicos, inquit, confiteare Siculos necesse est aut inimicos: si amici sunt, credamus testibus; si inimici sunt, inviti pecunias contulerunt.

Enumeratio est, in qua pluribus rebus expositis et ceteris infirmatis una reliqua necessario confirmatur] Enumeratio quoque forma dictionis est, posita in rationibus necessariis: verum in enumeratione multa ponuntur, et exclusis multis unum, quod reliquum est, confirmatur, ut puta: si hoc non est, si illud et illud non est, restat igitur ut istud sit. Ita in Verrinis: si neque Carbo attigit neque Sulla vidit neque in aerarium relatum est, restat igitur, ut tu, Verres, pecuniam sustuleris. Verum enumeratio duobus modis fit, cum aut multis rei rebus exclusis unam, quae reliqua est, confirmas, aut cum *omnibus* rei rebus exclusis contrarium confirmas. Multis rei rebus exclusis una, quae reliqua est, confirmatur, ut supra ipse Cicero contra Hermagoran: ‘nam aut nullum causae genus est aut iudiciale solum aut et iudiciale et demonstrativum et deliberativum’. Hic multa enumeravit, sed exclusis duabus rebus reliquam tertiam confirmavit. ‘Nullum’ inquit ‘causae genus esse non potes dicere, quia artis praecepta das; unum esse non potes dicere, quia hoc et hoc: relinquitur ergo’ inquit ‘ut omnia tria genera causarum sint’. Ergo hic multis rei rebus sublatis postrema est confirmata. Deinde omnibus rei || rebus exclusis contrarium sic concluditur, ut hic ipsum positum exemplum est: ‘Necesse est’ inquit ‘aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum aut metus aut spei aut alicuius amici gratia, aut, si horum nihil est, ab hoc non esse occisum’. Hic res est occisio; huius rei omnis res sustulit, id est causas occidendi: postremo contrarium conclusit: ‘si igitur horum nihil est, non occidit’.

Simplex autem conclusio ex necessaria consecutione conficitur] Et in hoc necessarium est argumentum, sed in una re positum, et ideo simplex

---

18 secundum or. II, §. 150. 25 I, §. 36. 30 cap. 9.

---

1 hoc in hominibus *O* 5 quod *mei*: quo *O* 10 reprehenditur *O* 13 sunt genera *O* 14 Per simplex hoc modo *F* 16 illut *D* itaque $F^1O$ 17 sin probus *O* 18 confiteare $D^1$: confitere $D^2BF^2$, confiteri $F^1O$ 23 enumerationem *D* 25 istut *D* 26 attingit *D* sylla *DF* 29 omnibus *add. Christ, cf. v. 37* 34 potest *DF* quia *D*: qui* *F*, qui *BO* huius artis *F* dat *BF* 35 potest *BF* reliquitur *D* 38 exemplum positum *BO* 40 hic $D^1$: itaque hic *BFO*, ita hic $D^2$ 41 concludit *O*

p. 178. 179 C. p. 91. 92 O.

conclusio nominatur, ut puta: ‘si illo tempore, quo vos me istud fecisse dicitis, ego trans mare fui, relinquitur ut id ego non fecerim nec potuerim facere’. Hic itaque simplex res est, in superioribus vero duplex, in conplexione scilicet et enumeratione. Et conplexio quidem aperte duas res continet: aut hoc est, inquit, aut illud: si hoc est, cur facis? si illud est, cur non facis? Enumeratio etiam, quamquam multas in se res habeat conlocatas, duplex tamen est. Ea enim omnia, quae tollis, quamvis multa sint, in una tamen parte ponuntur: in altera id quod concludis, sive aliquid de rebus sit sive contrarium rei, ut supra docuimus.

Atque hoc diligenter videre oportebit] Praeceptum dat, ut necessaria argumenta non sola dicendi specie faciamus, id est, ne conplexio vel enu|meratio in solo genere dicendi posita esse videatur, sed ut rationes ipsae et res necessariae sint, et hoc genere dicendi proferantur, triplici scilicet, aut per conplexionem aut per enumerationem aut per simplicem conclusionem.

Dictum itaque de necessario argumento et quale sit et quot modis dictionis proferatur: nunc de probabili incipit disputatio. Quod ut melius intellegamus, propter vim expositionis haec prius nobis etiam pictura cernantur:




Dictum est de necessario || argumento et de eius modis, tribus scilicet: nunc de probabili argumento dicamus, in quo solo virtus omnis fidei continetur. Ut supra enim diximus, necessarium inter homines non est, praesertim cum etiam ipsum probetur. Probabili itaque solo omnis fides nititur, adeo ut Graeci officium et finem oratoris sic definierint, *πιστικῶς εἰπεῖν*, id est, probabiliter ad fidem dicere. Probabile autem per se ipsum non potest definiri neque in praeceptum quoddam exprimi, sed probabile erit argumentum pro moribus patriae, populi, temporis. Neque enim omnibus unum adque idem probabile est; aliud enim iustum Romanis, aliud barbaris videtur. Ita-

---

2 fecerim, sed nec *BO*, *sed O* [sed] 4 aperte *mei*: a parte *O* 5 si illud est, cur facis? si illud est, cur non facis? *mei*, si illud est, cur facis? si hoc est, cur non facis? *O*; *nos priore loco* hoc *restituimus, obliteratum ex illo quod proxime praecedit* aut illud; *cf. etiam p. 233, 14* 6 quamquam] cum *B* 17 cernatur *BFO* 18 *schema repraesentavimus, ut exstat in antiquissimo D* 31 de huius modi (modis *pr. m.*) *D corr.* scilicet tribus *O* 35 *πιστικῶς εἰπεῖν scripsi*: πιστικωνειπε *DB*, πιστικωνεντε *F*, *πιθανῶς πρὸς πίστιν λέγειν O* 39 aliut *B* romanis iustum *F*

que ut probabilia argumenta faciamus, primum nobis patria inspicienda est, in qua sumus, et eius patriae inspiciendi mores: deinde inspicienda est civitas, quae pars patriae est; omnis enim civitas habet proprios mores: deinde inspiciendum est tempus; tempora enim saepe mutantur: postremo etiam eius, aput quem dicimus, cognoscenda natura est, ut secundum mores eius probabilia argumenta faciamus. Itaque haec praecedunt, antequam probabilia argumenta proferamus. Verum ipsum probabile argumentum primo in tria dividitur, id est in id, quod fere solet fieri, et in id, quod in opinione positum est, et in id, quod habet ad haec quandam similitudinem: deinde in quattuor, signum, credibile, iudicatum, conparabile. Verum illa tria res sunt, quibus probabile conficitur argumentum: illa autem quattuor, quae secuntur, rerum harum effectus sunt. Primo itaque illa tria videamus, in quae probabile dividitur argumentum. Per id, quod fere solet fieri, probabile argumentum sic fit, si ea ad fidem colligas, quae in actus consuetudine versantur, ut puta: ‘si mater est, diligit filium: si avarus est, neglegit ius iurandum’. Ita et Terentius meretrices malas, avaros lenones, tristes senes, edaces parasitos esse | memoravit. Haec itaque ad fidem dicta sunt per id, quod fere solet fieri. Deinde per id, quod in opinione positum est, probabile argumentum sic fit, si ad fidem non ea, quae in usu sunt agendi, sed ea, quae in opinione sunt posita, colligamus: si dicas inferos esse et impiis apud inferos poenas; si dicas omnes, qui philosophentur, contra deos facere; multi enim credunt, quod philosophi contra deos faciant. Etenim si deos adserunt et me forte stultum esse dicunt, quoniam me talem deus esse voluit, contra deos faciunt, cum me reprehendunt. Deinde in re publica cum bella aut pax ex dei voluntate contingant, ipsi autem multa cupiant persuadere, contra deos faciunt, si id non agendum adserunt, quod deorum voluntate contingit. Ergo, ut diximus, ex his, quae in opinione sunt posita, probabile colligitur argumentum, si dicas inferos esse vel non esse, deos esse vel non esse, mundum natum, mundum non esse natum. Istae opiniones *δόγματα* dicuntur; *δοκῶ* enim graece opinor et *δόγμα* ‖ opinio nuncupatur. Adeo manifestum est omnia, quae in mundo aguntur, argumentis probabilibus persuaderi, quando etiam philosophorum professionibus ex opinione nomen inpositum est, ut *δόγματα* dicantur. Tertium illud est, ut doceamus, quemadmodum probabile fiat argumentum ex eo, quod habet ad haec quandam similitudinem, id est, per similitudinem, ut puta: si is, qui patriam prodit, poenam meretur, ille, qui patriam defendit, praemium meretur. Verum hic ex altero alteri fides fit, et sic quasi fuerat nominandum, sed Cicero non quemadmodum fieret argumentum, sed unde fieret, indicavit, cum ait: ‘aut quod habet ad haec quandam similitudinem’: ‘ad haec’, id est ad superiora, ad id quod fere solet fieri, et ad id quod in opinione positum est. Etenim hoc argumentum tertium, ubi ex altero alterum probamus, nunc tale potest esse, ut soleat fieri, nunc tale, ut in opinione positum esse videatur, ut soleat fieri: ‘si is, qui patriam prodit, poenam meretur, ille, qui patriam defendit, praemium meretur.’ Ut in opinione sic: ‘si impiis aput inferos tormenta praeparata sunt, innocentibus quies parata

---

2 ciuitas est *B* 6 *fort.* praecedant 8 fieri in id *D* 12 harum $D^1$: harum trium $D^2BFO$ in qua *D* 15 pater *F* filium *om. D* 17 commemorauit *O* 21 philosophantur *F* 24 et aut $B^1$ 25 cupiant *nos*: cupiunt *libri* 26 asserunt agendum *B* quod de eorum *F* 27 ex iis *O* 29 *δοκῶ nos*: ΔΟΓΜΑ *DBFO, sed D* ΓΜΑ *in ras.* 30 opinor *D*: opinio *BFO* ΔΟΓ** (ΔΟΓΜΑΤΑ *corr. m. 2*) opinio nuncupatur *D*: *δόγματα* opiniones nuncupantur *BFO* 32 professionibus *mei*: persuasionibus *O* 34 id est *om. F* 35 si his *DF* ille] is *F* patriam *om. F* 38 cum ait *om.* $B^1$ 40 tertium *om.* $B^1$ 41 soleat *DB*: soleat fere *F*, fere soleat *O* 42 ut fere soleat $F^2O$ 43 ille] is *F* sic *F*: sit *DB* 44 quies praeparata *O*

p. 180 181 C. p. 93. 94 C.

est.' Itaque hoc, quod habet ad haec quandam similitudinem, id est similitudo tribus modis probabile efficit argumentum: aut per contraria aut per paria aut per eas res, quae sub eandem rationem cadunt. Per contraria sic: 'nam si iis, qui inprudentes laeserunt, ignosci convenit, iis, qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet'. Hic contraria sunt prodesse et nocere: sed ipsa contraria non faciunt argumentum, nisi habeant inter se aliquam similitudinem; hic itaque animorum similitudo est. Nam si ille inprudenter obfuit, hic necessitate profuit: neque ille voluit obesse neque hic voluit prodesse. Ergo si ignoscitur ei, qui non voluntate, sed inprudentia laesit, et illi gratia non habenda est, qui non voluntate profuit, sed necessitate. Per paria sic, cum non ex contrariis rebus, sed ex simillimis per naturam probabile colligimus argumentum, ut puta: 'nam ut locus in mari sine portu navibus intutus est, sic animus, qui sine fide est, amicis esse non potest portuosus.' Ex his autem, quae sub eandem rationem cadunt, probabile facimus argumentum, cum ea sibi conferimus, quae ad aliquid sunt, ut puta locare conducere, emere vendere. Haec verba ad se invicem spectant: itaque | ex unius rei ratione alterius rei rationem probare debemus, ut puta: nescio qui patre vendente emit filium, iniquam rem dicitur fecisse. Hic facis argumentum probabile; nam si is, qui vendidit, rem iniquam fecit, et hic, qui emit, rem iniquam fecit. Deinde quod Cicero posuit exemplum: aput Rhodios portorium, res vilis, utilis erat, et Hermocreon vir amplissimus id conduxit portorium: defenditur, quod rem turpem non fecerit. Facis itaque argumentum per eas res, quae sub eandem ‖ rationem cadunt: 'nam si Rhodiis turpe non fuit locare, ne Hermocreonti quidem turpe est conducere.' Sive autem, inquit, vera sint sive falsa ea, unde facimus argumentum, nihil ad nos, dum modo ad fidem faciendam probabilia esse videantur. Falsum est, sed veri simile, si dicas: non occidit Medea filios; quippe mater filios numquam potuisset occidere. Hic falsum est, quod adseris; tamen fecisti argumentum probabile per id, quod fere solet fieri, ut Medea filios non occidisse credatur. Aut si dicas: quia multus in calceis pulvis fuit, ex itinere regressus est. Verum est argumentum probabile, si dicas: quoniam cicatrix est, vulnus fuerit necesse est. Nunc autem ut probabilis argumenti omnes partes scire possimus, haec nobis quoque animadvertenda pictura est:




1 hoc *F sup. l.* 4 his *bis mei* imprudenter *O* 8 offuit *DF* 11 simillimis *mei*: similibus *O* 13 non potest esse *BO* 17 nescio quis, qui *O* 21 res utilis uilis *F* 26 sed *ed. Ascens.*: siue *mei* 34 *picturam dedimus secundum D*

p. 181. 182 C. p. 94. 95 O.

30. Omne autem, ut certas quasdam in partes tribuamus] Supra diximus probabile argumentum in tres partes dividi, in id, quod fere solet fieri, in id, quod in opinione positum est, et in id, quod habet ad haec quandam similitudinem: sed has tres partes ipsas res esse diximus, de quibus probabile fit argumentum. Verum in his tribus rebus haec rursus quattuor conlata sunt, id est, quod ex illis rebus conficitur, aut signum dicitur aut credibile aut iudicatum aut conparabile. Atque ut sciamus haec quattuor illis tribus esse conexa, id quod fere solet fieri, nihil aliud habet in se nisi aut signum aut credibile: deinde id, quod in opinione positum est, nihil in se habet nisi iudicatum: postremo id, quod habet ad haec quan|dam similitudinem, nihil aliud habet nisi conparabile. Videmus itaque haec quattuor in illis tribus esse; nec haec tantum sibi copulata sunt, sed omnia, quae in argumento sunt probabili, ‖ etiam argumentis attributis personae et attributis negotio constat esse conexa. Nam quattuor negotio esse diximus attributa, continentia cum ipso negotio, in gestione negotii, adiuncta negotio, quae gestum negotium consecuntur. Itaque in continentibus cum ipso negotio et in gestione negotii signum est: in iis, quae gestum negotium consecuntur, iudicatum est: in iis autem, quae adiuncta sunt negotio, conparabile est: in attributis vero personae credibile est. Ita videmus et locos argumentorum et res et exitus certis rationibus sibi esse copulata. Nulla itaque videatur esse confusio, quod probabile argumentum iam dudum in tria divisimus, nunc in quattuor, quia id, quod fere solet fieri, duo in se continet, signum et credibile: quod in opinione positum est, unum habet in se, id est iudicatum: quod habet ad haec quandam similitudinem, similiter in se unum continet, id est conparabile. Itaque probabile argumentum in quattuor partes nunc dividitur; nam aut signum est aut credibile aut iudicatum aut conparabile.

Signum est, quod sub sensum aliquem cadit] Quinque sensus sunt in homine, visus, auditus, odoratio, sapor, tactus. Itaque quidquid sub hos sensus cadit, cum ad argumentum fuerit attractum, signum est: quod signum per se non ad se valet, sed ex eo aliud proficiscitur, id est, aliud adseritur: ut puta, si agatur, an nescio quis ex itinere venerit, et adseras eum venisse; nam in calceis eius multus pulvis est. Pulvis hic signum est, et signum, quod sub sensum oculorum cadat. Aut si dicas: quia cruentus est, hominem occidit. Deinde si dicas: seditio facta est; nam tumultus auditus est. Hic tumultus signum est, sed signum, quod sub aurium sensum cadat; ita et reliqua similia. Verum hoc argumenti genus, id est signum, non satis ad fidem valet, sed alterius firmioris argumenti indiget ad probationem. Ita probabile quidem est argumentum, sed non validum; semperque hoc argumento coniectura tractatur: et ideo aut aliud firmius argumentum aut testimonium requirit. Sed quod paulo ante dixi, signum esse in eo, quod fere solet fieri, utique cum dico: ‘ex itinere venit; nam multus in calceis pulvis est’, et ‘hominem occidit; nam cruentus est’, argumentum facio ex his, quae fere solent fieri. Nam et qui ex itinere venerit, solet fieri ut pulverulentus sit, et qui hominem occiderit, solet fieri ut cruentus sit. Ex signo vero in

---

3 et in quod *D* 5 rebus *om. cod. Basil., inclusit O* collata sunt quatuor *F* (collocata $B^1$) 8 conexa in id *D* in se habet *F* 9 nihil aliud in se *F* 11 uideamus *BO* 13 argumentis tributis *D* 14 diximus esse *O* 15 in $D^1$: et in $D^2BFO$ 17 *et* 18 in his *mei* 27 aliquid *D* 28 et tactus *BO* 29 ad *om. D* 32 puluis est *D s. l.* 33 sensu *B* cadit *BFO* 36 cadit *BFO*, *sed* at *in F ead. m. s. l.* 37 indiget approbatione (—nē $B^1$) *B* 38 est *om. F* 39 argumenti genere *F* coniectura] *i. e. status coniecturalis* 42 ex iis *O* 43 et *om. B* uenit $B^2O$ 44 occiderit *F*: occidit *DBO*

omnia tempora circa factum facere possumus argumentum, ut puta: ‘occidisti hominem, quia cruentus es’; et hic cruor signum est, ‘occidisti autem hominem’ tempus praeteritum. Deinde ‘occidis hominem; nam vulnus infigis’: *hic* ‘vulnus infigis’ signum est, ‘occidis hominem’ tempus praesens. Deinde ‘occidere vis hominem; nam armatus incedis’: hic ‘armatus incedis’ signum est, ‘occidere vis hominem’ tempus futurum. Ita signum ad omne tempus argumentum est.

Credibile est, quod sine ullo teste auditoris opinione firmatur] ‖ Credibile est, inquit, argumentum, quod per se ipsum facit fidem neque ad probandum desiderat testem, sed facile, cum prolatum fuerit, aput opinionem et sententiam iudicis persuadetur. Hoc credibile in eo esse diximus, quod fere solet fieri, et rursus in attribu|tis personae. Ita in exemplo, quod subdidit Cicero, utrumque videamus: ‘nemo est’ inquit ‘qui non liberos suos incolumes et beatos esse cupiat’. Utique et solet fieri ut nemo sit, qui non amet liberos suos, et attributum personae est, id est fortunae, quod liberi nominantur, et quod ait ‘nemo est’.

Iudicatum est, ubi res adsensione aut auctoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum conprobatur. Iudicatum in iis posuimus, quae gestum negotium consecuntur. ‘Iudicatum est’ inquit ‘res adsensione aut auctoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata’. Iam et hic in tria divisit iudicatum. Nam adsensio in religione est, auctoritas in communi, iudicium in adprobato; in tria enim iudicatum divisit, in religiosum, in commune, in adprobatum. Religiosum est, inquit, si quid de re aliqua iurati iudices iudicarunt, et ideo religiosum, quia iurati iudicarunt, quod adsentiri nos necesse est. Animadvertamus tamen, ut iudicium gestum semper negotium consequatur.

Commune est, quod omnes vulgo probarint] Commune est, inquit, quod ex more vulgi iusti auctoritatem tenet, ut necesse est maioribus natu adsurgi, ut supplicum misereri: hoc ut sequamur, habemus vulgi auctoritatem. Deinde hoc etiam animadvertamus, quod consuetudo quaecumque rem semper aliquam consequatur. Inter id, quod fere solet fieri, et commune hoc interest: id, quod fere solet fieri, ex quadam natura est, commune iudicato stringitur.

Adprobatum est, quod homines, cum dubium esset, quale haberi oporteret] Adprobatum est, inquit, quod cum dubium esset circa qualitatem bonam malamve, ad unam partem homines inclinarunt: ut, inquit, cum sororem Horatius occidisset et de facto eius populus esset incertus, tamen absolutus est. Deinde: ut Tiberius Gracchus, censor cum insciente collega quosdam senatu movisset et de eius facto dubitaretur, postea tamen eius factum populus adprobavit; nam eum consulem fecit. Ita religiosum et commune et adprobatum, quia in iudicato sunt, gestum semper negotium consecuntur.

Conparabile autem est, quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet] Dictum est iam de signo, de credibili, de iudicato: restat extremum, ut de conparabili dicat. Conparabile est, quod res inter se diversas

---

1 possumus facere *F* 3 praeteritum tempus est *F* 4 hic *addidimus* uulnus infigis *om. DB*; signum est uulnus infigis *F* 9 fidem facit *BO* ad probandam *D*, ad se probandum *F* 14 et *om. F in ras.* fieri fere *F* qui non liberos suos amet *F*, quinamet leberos suos *D* 15 fortuna *D*, naturae *F* 17 ubi *DF*: *om. BO* 18 comprobata *BO* in his *DB* 19 est inquit — conprobata *mei*: inquit est res etc. O 20 hic *F*: hinc *DB* 22 adprobatum $B^2F$: adiudicatum $DB^1$ 23 si quit $D^1$ 24 iudicauerunt *O* quod *om. D* 25 negotium semper *O* 26 probarunt *BO* 27 necesse est *nos*: necesse sit *DBFO* 28 supplicum *F*, supplicium *D* hoc ut *DF*: haec ut *BO* 31 constringitur *F* 34 inclinauerunt *BFO* 36 quum censor *O* sciente *mei* quosdam in (*n $D^1$) senatu *mei* 37 populus eius factum *F* 38 relegiosum *D*

p. 183. 184 C. p. 96. 97. 98 O.

aliqua ratione coniungit. Haec comparatio, id est similitudo, partis habet tres, imaginem, quam Graeci εἰκόνα appellant: collationem, quam Graeci παραβολήν appellant, exemplum, quod Graeci παράδειγμα appellant. Imago est oratio circa res diversas, ‖ aut corporum aut naturarum conparans similitudinem, ut, os umerosque deo similis, vel qualis mugitus, fugit cum saucius aram taurus.

Conlatio est oratio, quae res inter se diversas ex simili conparatione coniungit, ut est illud: Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est seditio.

Exemplum est, quo rem aliquam alicuius hominis aut negotii auctoritate vel casu aut hortamur aut dehortamur. Hortamur sic, ut:

Antenor potuit mediis elapsus Achivis |
Illyricos penetrare sinus.

Dehortamur sic: at non viderunt moenia Troiae
Neptuni fabricata manu considere in ignis?

Haec quidem nos exempla grammaticalibus artibus supposuimus. Cicero autem tunc se exempla iis, quae sunt in conparabili, suppositurum esse promittit, cum coeperit de elocutione tractare; nunc autem de inventione tractatus est.

Ac fons quidem confirmationis, ut facultas tulit] Ea omnia, quae ad confirmationem pertinebant, demonstrata sunt, inquit, ut rei ipsius natura flagitabat. Sed hic confuse omnia prolata: singillatim se autem circa singulas causas traditurum esse praecepta in secundo libro promittit.

In praesentia tantummodo numerum et modos et partis] Numerum accipimus attributa personae undecim, negotio quattuor; dein genera argumentorum duo, necessarium, probabile: modos autem accipiamus, id est in necessario argumento, conplexionem, enumerationem, simplicem conclusionem; deinde in probabili argumento, id quod fere solet fieri, quod in opinione positum est, quod habet ad haec quandam similitudinem: partes autem accipiamus, signum, credibile, iudicatum, conparabile et ea, quae sub his sunt.

Atque inveniri quidem omnis ex his locis argumentatio poterit] Possunt quidem omnia iam argumenta ex his locis, quos praecipimus, inveniri, sed haec ipsa argumenta debemus, inquit, artificiosa dictione distinguere, quia et suave et necessarium est. Itaque nunc pauca de dialectica ad rhetoricam translaturus est, habebitque locum de syllogismis, ad quos capiendos et tenendos lectorem vehementer hortatur, ut ipse ait: ‘quod non rei solum magna est utilitas, sed praecipiendi quoque summa difficultas.’ Diximus itaque argumentum probabile in quattuor dividi, signum, credibile, iudicatum, conparabile. Credibile esse diximus in attributis personae: signum esse diximus in duobus negotio attributis, in continentibus cum ipso negotio et in ‖ gestione negotii: conparabile esse diximus in adiunctis negotio, iudicatum vero in iis, quae gestum negotium consecuntur. Itaque omne argumentum factum ex attributis personae credibile dicetur: deinde omne argumentum factum ex continentibus cum ipso negotio et ex iis quae in gestione negotii sunt, signum di-

---

5 Verg. Aen. 1, 589. ib. 2, 223. 8 ib. 1, 148. 12 ib. 1, 242. 14 ib. 9, 144.

---

1 partes $D^2BFO$ 5 uel $DF$: ut $BO$ 8 istud $BO$ 11 Hortamur *om.* $D$ 15 ignes $FO$ 21 sunt $D^1$: sunt ita $D^2BFO$ 22 omnia confuse $F$ 24 numeros $FO$ partes $BFO$ numeros $F$ accepimus $D$ 25 deinde $O$ 31 poterit *in* $F$ *post* inueniri 32 praecepimus $B^2O$ 37 utilitas est $BO$ 40 negotio duobus $O$ 41 *et* 44 his *mei*

cetur: deinde omne argumentum factum ex iis, quae negotio adiuncta sunt, conparabile dicetur: postremo omne argumentum factum ex iis, quae negotio adiuncta sunt et negotium consecuntur, iudicatum dicetur, sed cum probabile fuerit. Alioqui in omnibus attributis tam personae quam negotio et necessarium esse poterit argumentum, cuius tres partes esse diximus, conplexionem, enumerationem, simplicem conclusionem.

31. Omnis igitur argumentatio aut per inductionem tractanda est aut per ratiocinationem] De materia et argumento iam dictum est: nunc tertium illud est, ut de argumentatione dicamus, quae pertinet ad elocutionem et quam Cicero ex | dialectica sumptam in rhetoricam posuit laxiorem. Argumentatio est itaque artificium non inveniendi, sed dicendi; haec duobus modis fit, aut per inductionem aut per ratiocinationem. Ita et Aristoteles in argumentatione duo esse dixit, *ἐπαγωγὴν καὶ συλλογισμόν*. Atque Aristoteles breviter ac strictim omne exemplum inductionem esse dixit, quod animus auditoris ab eo, quod non dubium est, ad credendum id, quod dubium est, inducatur. Duo itaque sunt genera argumentandi, inductio et ratiocinatio. Verum inductione philosophi utuntur: et hic nunc ad exemplum inductio philosophica inducitur ad hoc, ut intellegamus, quid sit inductio vel quemadmodum fiat. Post autem praecipiet, qualis inductio possit esse oratoris.

Inductio est oratio, quae rebus non dubiis captat adsensiones eius, quicum instituta est] Generaliter hic inductionem definivit, qua definitione ostendit ubique nos inductione uti posse, et in philosophica et in oratoria et in quacumque contentione verborum, etiam in fabulis. Nam ubique necesse est persuaderi; et ideo personam certam hic non posuit, sed hoc ait: ‘inductio est oratio, quae rebus non dubiis captat adsensiones eius, quicum instituta est.’ ‘Eius’ inquit, id est, sive ille philosophus sit sive iudex sive orator sive amicus sive inimicus. Inductio itaque sic facienda est, ut primo proponamus illa, quae extra negotium sunt, sed tamen quae ad negotium per similitudinem spectant: et talia, inquit, esse debent illa, quae proponimus, ut necessario is, cum quo agis, ita esse fateatur atque consentiat. Quod cum consenserit, tunc paulatim ad id, unde dubitabatur, descendis et iis, quae supra concessa sunt, simile esse confirmas. Dat ergo nunc exemplum philosophicum. Aeschines Socraticus fuit, id est discipulus Socratis. Is multa scripsit: quodam etiam loco inducit Socraten referentem — nam is erat mos discipulis, ut ingenio proprio reperta ad magistros referrent et quasi ab iis inventa ponerent — induxit, inquam, Aeschines Socraten referentem quid esset vel quemadmodum esset locuta Aspasia cum uxore Xenophontis vel cum ipso Xeno‖phonte; nam Xenophon et eius uxor frequenter discordabant. Persuadet ergo Aspasia, ut in gratiam revertantur; Aspasia autem peritissima fuit philosophiae. Hac itaque inductione usam induxit Aspasiam apud Aeschinen Socrates. Interrogavit, inquit, Aspasia Xenophontis uxorem: ‘Si’ inquit ‘vicina tua aurum melius habeat, quam tu habes, cuius habere malis, tuum an illius? Respondit illa’ inquit ‘illius’. ‘Deinde’ inquit ‘si virum illa meliorem

---

1 dicitur $B^1F$ 1 *et* 2 his *mei* 4 alioqui in $D^1$: alioquin $D^2B^1F$, alioquin in $B^2$, in *om. O* 5 inesse *F* 7 indictionem *D* 9 quam] quod *D* 10 laxiorem *mei*: latiorem *O* 14 esse *om. F* 15 in id *F* 20 assensionem *BO* 24 persuadere *O* haec ait *F* 25 assensionem *O* 29 esse debent illa *DBF*: illa esse deb. *O* 31 dubitatur $B^1$ 31 *et* 34 his *mei* 34 *et* 36 Socratem *BFO* 36 induxit *mei*: inducit *O* uel *mei*: *om. O* 37 oxore *D* xenofontis *DF*, *et sic iidem semper* xenofon, *sed D semel* xenophon *p. 242, 5* 38 uxor eius *F* 40 inducit *O* Aeschinem *BFO* 42 habebat *D* mauis *codd. et O, item p. 241, 1, 6 et 7 qui videtur potius librariorum error esse quam Victorini* 43 respondens *F*

p. 185. 186 C. p. 99. 100 O.

habeat, quam tu habes, utrumne tuum malis an illius?' Tunc, inquit, Xenophontis uxor inducta similitudine superiorum, quoniam sententiam mutare non poterat, tacita erubuit. Postea, inquit, Aspasia convertit se ad Xenophontem ipsum et similiter cum illo instituit inductionem: 'Dic mihi', inquit 'Xenophon, si vicinus tuus equum aut fundum meliorem habeat, quam tu habes, tuumne malis an illius?' 'Illius' inquit. 'Quid si' inquit 'uxorem meliorem habeat, quam tu habes, tuamne malis an illius?' Tacuit, inquit, Xenophon. Tunc, inquit, Aspasia: 'Quoniam id mihi uterque vestrum respondere noluit, quod solum volueram responderi, ego dicam, quid uterque vestrum cogitet: nam et tu', inquit 'Xenophon, uxorem optimam cupis et tu virum optimum. Quare nisi et tu vir optimus fueris et tu femina lectissima, id est, nisi in | gratiam regressi fueritis, semper et tibi uxor lectissima et tibi vir optimus deerit'. Hic itaque inductio hoc egit, ut Xenophon et uxor eius ab iis, quae velle se negare non poterant, ad id etiam, quod dubium habebant, per similitudinem deducerentur.

Hoc more sermonis plurimum Socrates usus est] Socrates, inquit, in disputationibus suis inductione frequenter utebatur, propterea, inquit, quod optimum ducebat, ut non a se rebus prolatis, sed confessionibus suis adversarius vinceretur.

32. Hoc in genere praecipiendum nobis videtur primum] In inductione, inquit, tria semper spectare debemus: primo, ut similitudines tales proponamus, ut eas sit necesse concedi; nam illud dubium esse non debet, unde alteri fidem volumus facere: deinde, inquit, illud, quod confirmamus, ei rei, quam proposuimus, simile esse debet, ne nihil egerit propositio, si illud dissimile est, cuius causa proposuimus. Tertio, inquit, id agere debemus, ut nemo intellegat, quo spectet similitudinis propositio, ne, cum quispiam intellexerit se ex confessione propositionis etiam illi rei fidem facere, quam negavit, aut non respondeat aut male praveque respondeat. Si autem nesciat, quo tendat similitudinis propositio, securus confitetur: qua confessione etiam illud, quod negabat ante, ita ut tu vis, esse concedit. Cum | autem, inquit, haec diligenter in facienda inductione servaveris, ut et propositio similitudinis concedatur et illud propositioni simile sit, cuius causa similitudo proposita est, et nemo videat, quo propositio illa contendat, officio tuo per ista diligenter impleto rursus debebis responsionem contendentis attendere. Unum autem de tribus faciat necesse est; nam aut tacebit aut confitebitur aut negabit. Ad haec singula dat praecepta, quid in his singulis tu facere debeas, et primo a difficiliore parte incipit. Si, inquit, negabit ita esse illud, unde contentio est, atque illud, quod in propositis concessisque similitudinibus continetur, duo, inquit, facere debemus: aut illas res, quas ante concessit, similes docere huic rei esse, de qua contentio est, aut, si pernegabit, alias inducere similitudines: sin autem, inquit, confitebitur, habita argumentatio concludenda est. Deinde, inquit, si tacebit, duo facies: aut responsionem de eo elicies, aut si respondere noluerit, quia genus confessionis est taciturnitas, concludenda est argumentatio. 'Ita' inquit 'hoc genus argumentandi tripertitum semper est.'

---

1 habebat *D* utrumne $D^1F$: uirumne $D^2BO$ tum *F* 4 cum ipso *F* 5 fundus *D* meliore *D corr. ex* meliorem 7 tuamne mauis an illius *mei*, utrum illius malis *O* 8 mihi *mei*: mihi solum *O* 11 et nisi tu *F* 13 hic *DB*: haec *F* 14 his *mei* 16 more *DF*: modo *BO* 20 primum *om. D* 23 quod confirmamus *DB*: cuius confirmandi causa fiet inductio *F* 24 posuimus *F*, proponimus *B* ne] nam *F* 28 si autem non intellegat *F* 30 concedit esse *BO* hoc *B* 33 tendat *Christ* 34 concedentis *Kayser in Philologi VI, p. 718* 35 negauit *D* 38 propositionibus *F*, propositionis *B* continentur *D* 40 pernegauit *D*

p. 186. 187 C. p. 100. 101 O.

'Prima' inquit 'pars constat ex una similitudine pluribusve: altera ex ea re, quae in contentione versatur et quam nobis concedi volumus: tertia ex conclusione, quae aut confirmat confessionem aut quid ex ipsa confessione conficiatur ostendit, ut in hoc ipso exemplo confessionem tacentium confirmat Aspasia: 'et tu', inquit 'mulier, virum optimum vis habere, et tu, Xenophon, uxorem habere lectissimam maxime cupis. Deinde ex hac confessione quid conficiatur ostendit: 'quare' inquit 'nisi hoc perfeceritis, ut neque vir melior neque femina lectior in terris sit, profecto semper id, quod optimum putabitis esse, multo maxime requiretis, ut et tu maritus sis quam optimae et haec quam optimo viro nupta sit.'

33. Sed quia non satis alicui videbitur] Dedit supra philosophicae inductionis exemplum, dat nunc in rhetorica, non quo, inquit, diversa praecepta sint, sed ne quis forte praeceptum in philosophicam datum in rhetorica videre non possit. Exemplum autem nunc ponit apud Graecos pervagatum, cuius | exempli huiusmodi thema est. Epaminondas imperator, cum ei successum fuisset, retinuit aput se exercitum aliquot amplius diebus, quam ex lege oportebat: illis ipsis diebus Lacedaemonios funditus evertit ac vicit. Accusatur, quod contra legem exercitum retinuerit. Proponatur hic autem tacita exceptione lex illa: qui successori ex lege exercitum statim non tradiderit, poenas solvat. In hoc themate potest quidem esse conpensativus status principalis 'feci, sed profui', verum secunda conflictio in scripto et voluntate consistit. Scripto utitur accusator, qui dicit a verbis legis recedi non oportere: voluntate utitur Epaminondas, qui dicit legem iubere quidem exercitum tradi, sed si nihil urgueat. Alioquin, si rei publicae causa paucis diebus || retineatur, nullam poenam subesse retinenti. Itaque hic inductionem potest facere accusator ille, qui contra sententiam legis scripta defendit, et similitudinem non extra causam, sed ex eadem causa facit. Si, inquit, Epaminondas id, quod ait legis scriptorem sensisse, ad legem suis verbis addat, id est, damnandum esse, qui exercitum non tradat, praeter eum, qui rei publicae causa retinuerit: hoc si addat, numquid pati potestis? non opinor. Deinde si hoc idem legi additum vos vestra auctoritate ad populum feratis, numquid id populus patietur? non patietur. Ergo, inquit, quod addi ad legem per verba non potest, id tamquam additum sit, sequi non debemus. Quod si, inquit, sententiam scriptoris neque Epaminondae neque vestris litteris videmus corrigi posse, multo magis illud re ipsa et iudicio vestro mutari non potest, quod ne verbo quidem mutari potest. Verum hoc scire debemus, in dialogis sermonem esse, non dictionem, dictionem autem esse oratoris in civilibus causis. Idcirco ait: 'aut aliter hoc in sermone atque in dicendo sit utendum.' Sermo philosophi, dictio oratoris: oratio autem potest et ad dialogum convenire, si sit paulo splendidior elocutio, propria tamen oratoris est. Deinde notare debemus omnes magistratus praetores appellatos, ut hic: 'cum Epaminondas Thebanorum imperator, quod ei, qui sibi ex lege praetor successerat', cum imperatori succedere debeat imperator.

34. Ratiocinatio est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum et per se cognitum sua se vi et ratione confirmet] Argumentatio-

---

2 uersetur $B^1F$ qua (*corr. ex* quia) *F*, quae $B^1$ 5 optimum uirum *F* 7 inquit *om. BF* perfeceretis *D* 8 neque mulier *F* potabitis *D* 13 sed *om. F* philosophiam *B*, philosophia *FO* 15 cuius exemplum *D* cum *D corr. ex* cui 18 proponitur *BFO* 20 hoc in themate *F* 21 *et* 22 scribto *D* 24 urgeat *BFO* Alioqui *O* 30 num pati *F* 31 si *om. F* 33 debemus *D*: debetis *BFO* 35 corrigi *mei*: colligi *O* 38 ait *mei*: autem ait *O* 40 conueniri *D* proprium $D^2BFO$ 42 cum *mei*: quod *O* quod *mei*: *om. O*

num duae partes sunt, inductio et ratiocinatio. De inductione iam dictum est, nunc de ratiocinatione tractatus est, id est de syllogismis. Verum ut ad genus speciem referamus, syllogismus non argumenti nomen est, sed argumentationis, ita ut inductio non inveniendi modus est, sed forma dicendi. Quamobrem sic definivit ratiocinationem, id est syllogismum: ‘ratiocinatio est’ inquit ‘oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum et per se cognitum sua se vi et ratione confirmet’. Et in hac definitione multa communia esse possunt cum inductione. Nam quod ait ‘oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens’, tam ratiocinationis est quam inductionis. Hoc autem proprium ratiocinationis, quod ait: ‘quod expositum et per se cognitum sua se vi et ratione confirmet’. Inductio enim non per se cognoscitur neque se sua vi et ratione confirmat, sed, ut fidem faciat probandae rei, similitudines ante praecedunt. Recte itaque ratiocinatio definita est, id est oratio, quae ex confesso argumentum continens non similitudine, sed per se cognoscitur et sua se vi et ratione confirmat. Verum quod diximus ‘ex confesso argumentum continens’: nisi enim quis confiteatur, quia inimicus fuit, non erit argumentum ‘si inimicus fuit, occidit’: sed ‖ si confitetur inimicum, argumentum probabile fit ‘si igitur inimicus fuit, occidit’.

Hoc de genere qui diligentius considerandum putaverunt] Ratiocinatio est igitur oratio per se cognita ac sua vi et ratione firmata, ex re confessa sumptum ad fidem proferens argumentum. Verum, ut diximus, haec oratio est pertinens ad syllogismos. Syllogismorum autem multi quinque [multi plurimas] partes, multi, inquit, tres esse dixerunt: sed utrorumque, inquit, rationes debemus inspicere, quia et brevis inspectio est et oratori res necessaria. Opus quidem, inquit, utrorumque consimile est; nam alteruter et propositionem habet et adprobationem propositionis et rursus adsumptionem et adprobationem adsumptionis et conclusionem. Verum, inquit, qui syllogismum in quinque partes dividunt, has singulas partis numerant, ut propositio una pars sit, adprobatio propositionis altera; ita et in adsumptione et adprobatione adsumptionis, ut quinta pars sit conclusio. Illi autem, qui tres partes in syllogismis esse contendunt, propositionem et adprobationem propositionis unam partem numerant, rursus adsumptionem et adprobationem adsumptionis alteram partem numerant, tertiam vero conclusionem. Ita utrorumque opus simile, sed in membris operis numerus diversus. Iam vero quinquepertiti syllogismi sive tripertiti in ipsis libris exempla poterimus agnoscere: verum quaedam praecepta in his partibus posita intellegamus. Propositio, inquit, generalis in suo esse debet et id, quod adsumendum est, necessario in se continens. Adprobatio eius multis verbis et diversis rationibus facienda est. Adsumptio vero ex propositione capienda est; ut hic adsumptio est: ‘nihil autem melius consilio quam omnis mundus administratur’. Haec adsumptio ex vi pro-

---

1 dictum nunc *F* 4 ut *om. BF* 10 expositum est et *D* 11 enim *om. F* sua se *BFO* 12 faciam *D* 14 similitudine cognoscitur sed sua *BF* 16 continens *mei*: continens, non similitudine *O* 17 confitetur *D*: confiteatur *BFO* 19 tractandum $B^1$ 20 confirmata *BF* 21 est oratio *F* 22 quinque] V partes *F, sed m. 2 in ras.* multi plurimas *ut glossema inclusimus*, multi plures *F, sed* plures *ex corr.* 23 tres partes esse *F* esse putauerunt $B^1$ orationes $B^1F$ 24 res inspecta necessaria *F* 25 alteruter *mei*: alterutrum *O* 26 proposionis *D* adprobatione *D* 28 partes $D^2BFO$ 29 et adprobatione — — conclusio *om. D pr. m.* et adprobatione ς: idem probatio *D in marg.*, item approbatio *F*, id est probatio *B, fort.* et in adprobatione 31 contendunt *DB*: putant *F* propositionis — — adprobationem *D in marg. m. 2 habet* 33 uero *om. F* 34 diuersus est *F* 37 est necessario in se *D*: est in se necess. *BF*, in se est, necess. *O* 38 et] ac *F* 39 ex positione *D*, ex ui propositionis *BFO* 40 consilio *mei quoque: dele-*

p. 188. 189 C. p. 102. 103 O.

positionis adsumpta est: quae est enim propositio? ‘Melius accurantur, quae consilio reguntur, quam quae sine consilio administrantur’. Deinde, inquit, etiam adsumptionis adprobatio multis rationibus facienda est. Extrema conclusio est, quae quattuor modis fit, quos modos alio in loco ostendemus, cum de bipertito syllogismo coeperimus habere tractatum.

Quinquepertitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem] Qui, inquit, quinquepertitam dicunt esse argumentationem, hoc adferunt, quod supra ostendimus, id est, separant propositionem ab adprobatione sua et rursus adsumptionem ab adprobatione sua.

35. Qui autem tripertitam esse dicunt] Illi, inquit, qui tripertitam argumentationem esse contendunt, eodem modo quidem tractant argumentationem — nam et propositiones habent et adprobationes et rursus adsumptiones cum approbationibus suis —, sed haec bina conectunt et reddunt singula, ut propositionem cum adprobatione | sua simul iungant ‖ et rursus adsumptionem et adprobationem eius unum efficiant. Negant autem recte neque propositionem neque adsumptionem dici, nisi fuerit adprobata; tuncque esse aiunt propositionem argumentationis, si adprobata sit: sin autem adprobata non sit, esse quidem propositionem, sed argumenti, non argumentationis: in qua argumentatione latior et expolitior elocutio est. Itaque qui hoc contendunt, negant esse amplius quam tripertitam argumentationem. Ab his Cicero dissentit et contra disputat, probatque illorum sententiam, qui dicunt quinquepertitam argumentationem. Itaque hoc Cicero secundum artem testibus et argumentis probat. Testibus sic: ‘quam omnes’ inquit ‘ab Aristotele et Theophrasto profecti maxime secuti sunt’. Nam quemadmodum, inquit, superius argumentationis genus, id est inductionis, Socrates maxime et omnes Socratici tractaverunt, ita hoc genus argumentationis, id est ratiocinatio quinquepertita, ab Aristotele et Theophrasto vel Peripateticis frequentatum atque tractatum est. Sed quia orator rhetoricam scribens inportune paene philosophos ad testimonium vocat [quia de dialectica iste tractatus est, recte philosophos sibi adhibet, qui rhetoricam scribit], adiungit etiam multos oratores elegantissimos atque artificiosissimos iudicatos, qui usi sunt hac argumentatione quinquepertita: ‘deinde’ inquit ‘a rhetoribus iis, qui elegantissimi atque artificiosissimi putati sunt’. Itaque testibus probavit non errare illos, qui adserant quinquepertitam argumentationem, sed quia poterat dici Ciceroni ‘etiam illi, quos commemoras, erraverunt’, ostendit se exemplum illorum non temere secutum probatque argumentis suis non errare eos, qui quinquepertitam argumentationem, errare autem eos, qui tripertitam esse contendant. Itaque haec est quaestio, utrum tripertita an quadripertita an quinquepertita sit argumentatio. Cicero multis syllogismis suis nunc quinquepertitis, nunc tripertitis probat quinquepertitam esse argumentationem. Et primo adserit propositionem et adprobationem inter se esse diversas: in qua adsertione primo argumenti, deinde exempli est syllogismus. Dehinc simili ratione ad-

---

*vit Capp. et O, et recte quidem ex Ciceronis ratiocinatione, sed videtur ab ipso Victorino corrupta esse* 2 reguntur *mei*: geruntur *O* 3 etiam *om. F* 7 ducunt esse $D^1$, esse dicunt *BF* hoc asserunt *F* 8 separant *D*: separari *BFO* 12 assumptionem *B* 13 connectunt *O* 14 rursum $D^2BFO$ adsumptione unum efficiat *D* 16 fuerit $F^1$: fuerint *DB et F ead. m. corr.* 23 *et* 27 theofrasto *DF* 26 ratiocinationem quinquepertitam *D* 29 quia — — scribit] ‘Haec verba adscititia prorsus atque a Victorini contextu viduntur aliena esse. Nam sententiam continent, quae Victorino plane contradicat’. Capp. 30 qui *BF*: quia *D* scripsit *B* 32 his *mei* eligantissimi *D* 36 qui *D s. l.* 38 quaestio est *F* an quadripertita *D*, *item F corr. m. 2*: *om.* $D^2BF^1O$ 38 et *O* 41 diuersa *D*

serit adsumptionem et adprobationem eius inter se esse diversas: in qua rursus adsertione primo argumenti, deinde exempli est syllogismus. Itaque postquam probavit propositionem et adsumptionem ab adprobationibus suis longe esse separatas, concludit commode partitos esse eos, qui quinquepertitam dixerint argumentationem.

37. Quinque igitur partes eius argumentationis, quae per ratiocinationem tractatur] illius enim argumentationis, quae per inductionem tractatur, tripertita est argumentatio. Verum hoc in primis tenere debemus, argumentum nunc vicinum esse quaestioni, nunc a quaestione longinquum. Argumentum enim prolatum nunc ipsi quae‖stioni prodest, nunc ei rei, quae vicina est quaestioni. Itaque argumentum nunc vicinum est quaestioni, nunc loco tertio, nunc quarto, nunc quinto nascitur. Aristoteles autem dicit etiam loco decimo posse fieri argumentum. Sed cum saepe argumentum tam longe a quaestione sit, hoc agunt syllogismi, ut id, quod longe a | quaestione est, eidem quaestioni dicendi ratiocinatione coniungant. Ac vicinum argumentum tale est: ‘quoniam hic inimicus fuit, occidit’: longe a quaestione argumentum tale est: ‘inimicus occidit’. Hoc quia generale est, primo disserendum est, utrum semper inimicus occidat: quod postquam adserueris, non statim probas hunc occidisse, sed ad hoc proficit, ut rursus doceas hunc inimicum fuisse: quod postquam adserueris hunc inimicum fuisse, tunc demum redis ad quaestionem: ergo hic, quia inimicus fuit, occidit. Deinde longe petitum argumentum etiam illic licet animadvertere, ubi Cicero redarguit Hermagoran non recte sub qualitate posuisse deliberationem et demonstrationem, ubi primum docet genera esse causarum: quod si genera sunt causarum, partes generis causae esse non posse: at si partes generis causae esse non possint, multo magis partes partium esse non posse. Postremo redit ad quaestionem: ‘male igitur deliberatio et demonstratio sub qualitate ponuntur. Itaque argumentum nunc longe a quaestione est, nunc vicinum est quaestioni. Deinde debemus hoc animadvertere, argumentum quodcumque sumimus utrum in genere sit an in specie: si in genere, sine dubitatione proponere debemus, deinde adprobare eandem propositionem, tertio loco speciem adsumere, quarto loco adsumptionem speciei multis rationibus adprobare, postremo concludere. Huius syllogismi subiciamus exemplum illud ipsum Epaminondae.

38. ‘Omnis leges, iudices, ad commodum rei publicae referre oportet’ et cetera] Haec propositio est generalis sine ulla dubitatione. Deinde adprobat eandem propositionem: ‘ea enim virtute et sapientia maiores nostri fuerunt’ et cetera. Tertio loco species adsumitur: ‘ergo in hoc quoque iudicio desinite litteras legis interpretari’ et cetera. Quarto loco adprobat adsumptionem: ‘Quid magis utile fuit Thebanis quam Lacedaemonios opprimi’ et cetera. Postremo concludit: ‘Quod si leges omnes’ et cetera. Hoc autem argumentum longe a quaestione petitum cognoscimus facile: argumentum vero, quod in specie est, semper cum dubitatione proponitur: ‘si hoc est, illud

---

3 probaberit $D^1$, probauerit $D^2F$, *sed F verbum s. l. habet, om.* $B^1$ ab *om. F* 6 partes $DB^1F^1$: partes sunt $F^2O$, sunt partes $B^2$ 7 enim *D*: autem *BFO* 9 longincum *B* 10 ei] et *D* 12 dicit *mei*: dixit *O* 14 hoc agunt syllogismi *scripsimus:* hoc autem syllogismi *DF*, *addito in F* agunt *s. l. post* syll., hoc tantum (aut $B^1$) syllogismi est *BO* est a quaestione *F* 15 coniungant *DF*: coniungat *BO* 16 tale argumentum *F* 17 deserendum *D* 18 inimicus semper *O* 19 proficit ς: profecit *mei* 20 asserueris non statim probas hunc $B^1$ 21 quia hic *F* 25 causa esse *D* at *nos*: ut *mei*, et *Capp. et O* 26 esse posse *D add.* non *s. l. ead. m.* 30 *ante* debemus *in F* genus *s. l. m. 2* 31 eadem *D* 34 iudicium *D* refferri *D* 35 probat *F* 38 litteris legem quoque *B* interpretari *mei*: perscrutari *O* 39 quid $D^1$: considerate quid $D^2BFO$

igitur non est: aut hoc faciamus aut illud faciamus'. Verum, cum in propositione 'si' est, *κατὰ συνημμένον* dicitur: cum in propositione 'aut' est, *κατὰ διεζευγμένον* dicitur. Igitur argumentum, quod in specie est, debet semper cum dubitatione proponi: huius propositionis facienda est adprobatio; deinde adsumptio eiusdem speciei facienda est per eandem ‖ speciem, sed per confirmationem: cuius adsumptionis facienda est adprobatio: tunc erit postrema conclusio. Talis in Miloniana oratione syllogismus est: 'si' inquit 'doceo causas fuisse Clodio, ut occideret Milonem, probo insidiatorem'. Hanc propositionem adprobavit: 'etsi boni ne magno quidem emolumento impelluntur ad fraudem, improbi saepe parvo'. Deinde ipsam speciem adsumit per confirmationem: 'habuit autem causas Clodius'. Hanc rursus adsumptionem multis rationibus adprobat; postremo concludit: 'quare si habuit causas Clodius ut occideret Milonem, constat insidiatorem fuisse'. Ergo quotiens argumentum in genere fuerit, species adsumenda est: quotiens argumentum in specie fuerit, ipsa species adsumenda est, sed per confirmationem. Hoc autem tenere debemus, in propositione vim totius argumentationis consistere. Sive autem | in genere sive in specie sit propositio, ex ipsa tamen semper generatur adsumptio. Docuit itaque quinquepertitam argumentationem per exemplum Epaminondae: deinde docuit quadripertitam argumentationem duobus modis, nunc propositionis adprobatione, nunc adsumptionis adprobatione sublata: deinde docuit tripertitam argumentationem utraque adprobatione sublata. Nunc quaestio est, an sit bipertita argumentatio: 'si peperit, virgo non est; peperit autem'. Multi dicunt esse bipertitam argumentationem hac ratione: si, inquiunt, adprobationes saepe, quia manifestae sunt, subtrahuntur, cur non et conclusio, cum manifesta est, subtrahatur? ut sit bipertita argumentatio per propositionem et adsumptionem 'si peperit, virgo non est; peperit autem'. Cicero hanc illorum sententiam reprehendit dicitque semper argumentationem concludendam esse, nec umquam tamen utendum esse manifesta conclusione. Tunc autem hoc fieri posse, si conclusionum genera cognoscamus. Sunt autem quattuor: quarum conclusionum una talis, cum breviter anacephalaeosin facimus propositionis et adsumptionis, et post adiungimus id, quod ex omni argumentatione conficitur. Dat autem ipse exemplum: 'quod si leges omnes ad utilitatem rei publicae referri convenit, hic autem saluti rei publicae fuit, profecto non potest eodem pacto et saluti communi consuluisse et legibus non obtemperasse'. Secunda autem conclusio talis est, ut argumentatio ex contrario concludatur; et dat exemplum: 'summa igitur amentia est in eorum fide spem habere, quorum perfidia totiens deceptus sis'. Propositio enim huius syllogismi talis est:

39. Qui saepe numero nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus] Hoc postquam probatum est, ita con‖cludi oportuit 'igitur Carthaginiensibus fidem non habere debemus', sed contrarium potius in conclusione constituit: 'summa igitur amentia est in eorum fide spem habere, quorum perfidia totiens deceptus sis'. Tertia conclusio talis est, ut id solum, quod ex omni argumentatione conficitur, inferamus; et dat exemplum: 'urbem igitur diruamus'. Quarta conclusio talis est, cum non id, quod conficitur, in conclusione ponimus, sed id, quod eam rem, quae conficitur, con-

9 Cic. p. Mil. § 32.

2 CYNHMENON D*F*, CINHNON *B* 3 ΔΙΕΖΕΥΜΕΝΟΝ *DF* Argumentum igitur *BO* 9 Et si boni *O* 26 sit *BF*: si *D* 27 hanc *D corr. 1. m. ex* nanc 30 una conclusionum talis est *F* 31 anacefaleosin *DBF*, *item p. 247, 7 et 9* 34 fuit *DB*$^1$: profuit *B*$^2$*EO* pacto *mei*: facto *O* 41 carthaginensibus *BF* 46 eandem rem *F*

sequatur; et dat exemplum: ‘si peperit, cum viro concubuit; peperit autem’. Hic conficitur: ‘cum viro igitur concubuit’. Sed hoc in conclusione, quia manifestum est, non ponit, sed illud ponit, quod manifestum ipsam conclusionem consequitur: ‘igitur fecit incestum’. Etenim si cum viro concubuit, id consequitur ut fecerit incestum. Antiqui autem quemcumque hominum coitum incestum appellabant.

40. Quare in longis argumentationibus] Dat praeceptum, ut sciamus, qua conclusione una quaeque argumentatio concludenda sit. Quotiens, inquit, longa fuerit argumentatio, aut propter memoriam anacephalaeosin facere in conclusione debemus, aut si erunt in memoria, quae supra dicta sunt, argumentatio nobis ex contrario concludenda est. Verum longa argumentatio non partibus, sed mensura partium constat, id est, non quinquepertita aut quadripertita argumentatio longa est, sed in quacumque argumentatione, quotiens latiores fuerint adprobationes, tunc longae erunt argumenta|tiones: ita et quinquepertita argumentatio ex modo adprobationum brevis poterit inveniri. Quare, inquit, quaecumque longa argumentatio fuerit, duobus modis concludenda est, aut per conductionem, id est anacephalaeosin, aut per contrarium. Quotiens autem brevis fuerit argumentatio, hoc solo, quo conficitur, concludenda est. In illis vero argumentationibus, quae exitum manifestum habent, consecutionem ponere in conclusione debemus.

Si qui autem ex una quoque parte putabunt constare argumentationem] Reprehendit etiam illos, qui ex una parte dicunt fieri posse argumentationem: ‘hi’ inquit ‘errant de nominis ambiguitate’: nam argumentatio duas significationes habet, et argumenti et argumentationis. Quare cum dicunt ‘si peperit, cum viro concubuit’, inventum proferunt, non expolitionem, id est argumentum proferunt, non argumentationem. Sed talis argumentatio esse non potest, nisi cum expolita profertur oratio. Eodem modo, inquit, et illi errant, qui dicunt aliquando subtrahi posse nunc propositionem, nunc adsumptionem: nam quoniam utraque harum movet auditorem, neutra necesse est subtrahatur expolitioni. Itaque magno opere studendum ‖ est, quia inventio cunctis oratoribus communis est. Sed ipsi oratores dicendi modo aut optimi sunt aut mediocres aut infimi.

41. Variare autem orationem magno opere oportebit] Propter fastidia varia, inquit, uti oratione debemus, ut nunc per inductionem argumentemur, nunc per ratiocinationem: deinde in ratiocinationibus ut nunc quinquepertitam, nunc quadripertitam, nunc tripertitam faciamus argumentationem: deinde, ut non semper prima sit propositio, sed aliquando adsumptio prima sit. Haec, inquit, ut melius inspiciamus, aut scribamus ipsi et nos exerceamus, aut, si id piget facere, ea, quae supra posita sunt exempla, videamus et in ipsis hanc exerceamus varietatem. Illud autem praecipit, syllogismos omnes in dialectica contineri; hos paucos inde derivatos, qui oratori convenire videbantur. Denique isti non syllogismi, sed epichiremata dicuntur.

42. Reprehensio est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur aut elevatur] Iam de quattuor partibus orationis dictum est,

---

1 *et* 2 uiro] uero *D pr. m.* 4 fecit fecit *D* 10 debemus in conclusione *F* 15 argumenta *D* 16 argument. longa *O* 18 quo *mei*: quod *O* 20 habet *D* 21 si qui (*corr. pr. m. ex* sin) *F*: sin *DB* quaque $DB^1F^1$ putabant *F* 27 et illi *om. F* 30 Ita $B^1$ magnopere *mei, item paulo post* 32 infirmi $D^1$ 34 indictionem $D^1$ argumentemur $D^1$, *ut Capp. voluit:* argumentationem argumentemur $D^2B$, argumentatione utamur *F* 37 prima sit assumptio *F* 38 scribamus *D, ut coni. Orelli:* si scribamus *F*, inscribamus *B* 40 praecepit *F* 41 diriuatos *F* 42 epicheremata *mei* 44 diluitur *DF*: diluitur aut infirmatur *BO* adleuatur *D*, alleuatur *F*, alleuiatur *Bamb.*, leuatur *O*

id est de exordio, de narratione, de partitione, de confirmatione: nunc secundum ordinem de reprehensione tractandum est. Reprehensio est oratio, quae post nostram confirmationem adversariorum confirmationem reprehendit. Haec duo agit: aut omnino tollit, quod adversarius dixit, aut infirmat ac levius reddit. Verum ipsa reprehensio ex illis locis argumentorum capitur, ex quibus confirmatio, id est ex attributis personae et attributis negotio; materia enim argumentorum communis est tam confirmanti quam reprehendenti. Et cum tria | sint data confirmationi, materia, argumentum, argumentatio, materiam non reprehendimus, quae nuda atque communis est, sed argumentum aut argumentationem reprehendimus. Et quoniam in confirmationem vel reprehensionem communiter hactenus praecepta tradidimus, debemus scire certos modos reprehensionis. Sunt autem quattuor principales modi, si aut sumpta reprehendamus aut conclusionem aut genus argumentationis: aut si haec tria nullo modo reprehendi poterunt, quod extremum est, facere debemus, ut aliud contra argumentum firmum aut firmius proferamus. Sumpta sunt, quaecumque nobis ad fidem sumimus; ad fidem autem sumimus argumentum: ergo argumenta ‘sumpta’ sunt. Et quoniam argumentum non nisi ex confesso fit, recte ea, quae ex confessis argumenta sumimus, sumpta dicuntur. Sunt autem sumpta semper quattuor probabilia, tria necessaria: probabile enim argumentum in quattuor dividitur, credibile, signum, conparabile, iudicatum: necessarium in tria dividitur, conplexionem, enumerationem, simplicem conclusionem. Itaque quia septem argumenta, septem sumpta sunt: de quibus argu‖mentis cum adversarius quodcumque sibi ad fidem sumpserit, tu continuo certis modis poteris reprehendere: quos modos a Cicerone traditos in singula sumpta reprehendenda diligenter debemus attendere atque retinere.

43. Quod pro credibili sumptum erit] Enumeravit septem esse sumpta: nunc docet unum quodque sumptum quot modis reprehendi possit, et a probabili argumento incipit, in quo quattuor continentur, credibile, signum, conparabile, iudicatum. Itaque, inquit, si aliquid ab adversario pro credibili argumento fuerit prolatum, quinque id modis possumus reprehendere: si aut, inquit, quod solidum ac primum est argumentum, ipsum falsum esse doceamus, aut si ex contraria quoque parte credibile esse monstremus, aut si omnino erit incredibile, aut si in eo id, quod paucorum est, omnium esse dicatur, aut si id, quod raro contingit, fieri omnino denegetur. Falsum est, quod in re falsum est et quod omnino aliter esse contendimus, sicut ipse ait: ‘nemo est, quin pecuniam quam sapientiam malit’. Hoc itaque falsum est: ut etiam si unus fuerit inventus, qui sapientiam malit, argumentum adversarii falsum esse dicatur. Ex contrario quoque credibile erit, si quid ab adversariis pro credibili prolatum nihilo minus credibile sit, si convertatur, ut puta: ‘quis est, quin officii cupidior quam pecuniae sit?’ Hoc utique ab adversario pro credibili prolatum est, quod conversum nihilo minus credibile est, si dicas: ‘quis est, quin pecuniae cupidior quam officii sit?’ Ergo credibile reprehenditur, quod ex contraria parte conversum nihilo minus credibile potest

---

1 id est *om. BF* 5 illis] isdem? 8 et et cum *D* 9 quae vera, nuda *O* 11 repraensionem *D* tradidimus *F s. l.*, data sunt *F pr. m.* 16 argumentum sumimus *F* 17 sumpta sunt argum. *F* 18 confessis *BF*: con*ess** $D^1$, confesso fit $D^2$ 19 ducuntur *D* 20 etenim *O* 21 enumerationem *BF*: orationem *D* 22 quia *D corr. ead. m. ex* qua 30 iudicatum conparabile *F* 35 contingit] fit *F* 37 quin $DB^1F^2$: quiñ $D^2F^1O$ 40 prolatum est *F* 41 qui in *D*, qui non *BFO* sit quam pecuniae *O* 42 pro credibili] probabile *F* est *s. l. D* credibile fit *F* 43 qui non *BFO* quam off. sit *DB*: sit quam off. *FO*

videri. Incredibile autem dicetur, quod ab hominum opinione dissentit. Et hoc intererit inter falsum et incredibile, quod falsum in ipsa re est, incredibile vero in opinione. Itaque, inquit, incredibile est, ut puta, si avarus dicatur mediocris officii causa maximam pecuniam contempsisse. Hoc itaque apud opinionem hominum credi non potest: quando enim avarus maximam pecuniam contemneret mediocris officii causa, qui ob parvam pecuniam saepe officia magna contemnit? Inter falsum et incredibile hoc *quoque* interest: quod falsum est, credibile esse potest; | deinde, quod incredibile est, verum esse potest. Sed verum duplex est: nunc id, quod vere gestum est, nunc id, quod vere gestum esse quibusdam rationibus adprobatur. Itaque saepe, quod verum est, quia falsum esse non potest, incredibile est. Verum est enim, quod Simon volavit, sed tamen incredibile est. Deinde si dicas: 'uno die duas controversias perscripsi', cum non perscripseris, in re quidem falsum est, sed tamen, || quia fieri potuit, credibile est. Rursus credibile argumentum reprehendi potest, si quod paucorum est, omnium esse dicatur, ut puta 'qui pauperes sunt, iis non officium magis quam pecunia cordi est'. Hoc quia generaliter dictum est, reprehendi potest; nam possunt aliqui pauperes inveniri, quibus officium magis cordi sit quam pecunia. Nec nos moveat, quod in argumento credibili, quod quidem ex personis fieri diximus, exemplum de loco posuerit: credibile enim argumentum, id est probabile, maxime quidem personarum est, sed fit etiam ex attributis negotio, id est ex loco, tempore vel reliquis. Itaque sub hoc modo reprehensionis duo exempla posuit, unum a persona, aliud a loco. Illud autem, quod tertium videtur, exemplo illi, quod sub extremo modo positum est, congruum, non tertium est exemplum, sed secundi conclusio, ut primum exemplum a personis sit 'qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est', secundum exemplum a loco sit 'qui locus desertus est, in eo caedem factam esse oportet: in loco celebri homo occidi qui potuit?' Itaque hoc praeceptum tenere debemus, quod ex attributis personae maxime credibile argumentum conficitur: esse tamen et in factis credibile, signum autem non nisi ex factis confici. Scire tamen debemus ex attributis personae fieri et necessarium argumentum, si dicas 'pedibus aeger quinquaginta milia qui potuit ambulare?' Postremo credibile argumentum potest reprehendi, si id, quod raro fit, numquam fieri posse dicatur, ut puta 'nemo est, qui puellam praeteriens adamet'. Hoc rursus, quia generaliter dictum est, potest reprehendi; nam frequenter et semel visa puella potest adamari, ut in Eunucho adamat Chaerea, et in Vergilio:

ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

His itaque quinque modis credibile poterit reprehendi, si aut perspicue falsum ostendatur, aut conversum ex contraria parte nihilo minus credibile sit, aut si incredibile demonstretur, aut si quod paucorum est omnium esse dicatur, aut si quod raro fit id numquam fieri posse dicatur.

Quod autem pro signo sumetur, id isdem ex locis, quibus confirmatur, infirmabitur] Dixit quot modis credibile possit reprehendi, nunc transit ad

---

36 Ecl. 8, 41.

---

2 est *om.* $F^1$, est re $F^2$ 4 contempnere $B^1$ 6 contempneret *mei* 7 et credibile *F* quoque *addidi* 8 est *mei*: et *O* potest et incredibile *ac deinde* potest et falsum $D^2BFO$ 10 quod uerum *F* 13 dicam *F* non perscripsi *F* 14 est *D*: *om. BFO* potuerit $B^1$, potest *F* 16 *et* 26 his *mei* 18 cordiēsit *B*, cordis est $F^1$ 20 argumentum enim *F* 22 uel *mei*: et *O* 24 congruit *F* 26 sint *D* est *om. O* 35 generaliter quia *B* 26 cherea *mei* 38 quinque *om. F* falsum esse *BFO* 41 posse fieri *B* 42 signo dicatur id hisdem *D*

p. 194. 195 C. p. 109. 110 O.

signum: si, inquit, ab adversario aliquid pro signo proferetur, id isdem locis reprehendi potest, quibus confirmatur. Verum quoniam in definitione signum esse dixit, quidquid in sensus cadit, maxima signa sunt et quae in controversiis frequentius necesse est inveniri, oculorum et aurium: oculorum 'pallet, pulverulentus est, cruentus est', aurium vero 'hoc dixit, hoc locutus est'. Itaque praeter haec signa, quae oculis digitoque monstrantur, omne factum ac dictum signum est: quae facta et dicta negotio attributa sunt, id est continentia cum ipso negotio. Quae facta et dicta tripliciter considerantur, ante negotium, in negotio, post negotium. Itaque cum ex iis, quae negotio attributa sunt, argumenta sumpse|rimus, signum est, id est ex iis, quae continentia cum ipso negotio sunt et quae in gestione negotii continentur: deinde si ex iis fecerimus argumen|tum, quae personis attributa sunt, credibile erit, et hoc ideo argumentum dicetur, ut quasi argumentum a personis fiat, signum a negotiis: et ideo Cicero in Caeliana: argumentis agemus, signis luce omni clarioribus crimina refellemus. Igitur si adversarius, inquit, aliquid pro signo protulerit, isdem ex locis reprehendere debemus, quibus confirmatur. Et quoniam ignoratur, quibus ex locis signum confirmari debeat, id ipsum docet; confirmatur autem quattuor modis. Primo, inquit, signum ipsum manifestum esse debet, id est ut, cum dixeris 'pallet', vere palleat: deinde ut, postquam constiterit esse signum, constet rursus eius rei esse signum, de qua agitur, ut dicas: 'occidit; nam cruentus est'. Et quoniam diximus factum omne signum esse, in facto autem et facta et dicta sunt, confirmamus, inquit, signum, si aut id factum dicamus, quod non oportuerit, aut id non factum, quod oportuerit. Sed quia interdum per ignorantiam provenit, ut aut id non faciamus, quod oportet, aut id faciamus, quod non oportet, tunc autem gravius delictum est, si faciamus quae non facienda, aut non faciamus quae facienda sunt, quia in eo, quod facimus faciendum vel non faciendum, inest scientia delinquentis (scit enim quia aut faciendum est aut non faciendum), idcirco postremum illud addidit ad confirmationem signi, ut non modo aliquid fecerit aut non fecerit, sed etiam scierit faciendum esse aut non esse faciendum. 'Postremo' inquit 'scisse eum, de quo quaeritur, eius rei legem et consuetudinem'. Itaque quattuor modis signum confirmamus: primum ut verum sit, deinde ut eius rei, de qua agimus, signum sit, deinde ut doceamus aut id factum esse, quod non oportuerit, aut id non factum, quod oportuerit, postremo etiam scisse eum, utrum fuerit faciendum vel non faciendum. Haec quattuor confirmando signo attributa sunt: quorum si adversarius quodlibet ad confirmandum protulerit, tu id quinque modis reprehendes. Dicere enim debebis, inquit, aut non esse signum, id est si dicatur 'homicidium fecit; nam pulverulentus est', utique ad homicidium pulvis signum esse non potest: aut parum magnum esse signum — etenim non modo signum proferendum est, sed et plenum signum, unde

14 §. 22.

1 hisdem *D* [ex] locis *O* 7 digtum *B*, dignum *D* 9 his *mei* 10 *et* 12 ex his *mei* 13 quasi *D corr. in* quia si 14 Caeliana *mei*, *ut corr. Orelli*: Caeciliana *edd. priores* 16 hisdem *D* ex *F s. l.* locis quibus confirmatur infirmabitur. quibus autem ex locis signum *F* deprehendere *DB*$^1$ 17 ignorantur *D* 19 id est cum *F* 20 postquam *om. F* 21 ut si dicas *O* nam *om. F* 26 si scienter faciamus *F*, si scientes fac. *coni. Orelli* non facienda sunt, aut non f., quae facienda *O* 31 de quo *mei*: de qua *O* 34 *et* 35 oportuit *B*$^1$ 35 id *om. F* 38 debes *F* signum *DB*: signo *FO* 40 signum *mei*: signo *O* paurum *D*$^1$ magnum e. signum *nos*: magnum e. signo *D*$^1$, magno e. signo *D*$^2$*BFO*

p. 195. 196 O. p. 110. 111 O.

illud in Terentio: iam scio magnum signum —, aut ab se potius quam ab adversariis stare, si dicatur: ‘scelus fecit; nam erubuit’, cum tu contra possis dicere ‘immo scelus non potuit facere, quia erubuit’, aut omnino falso dici, || si dicatur nescio qui pallere, cum non palleat, aut in aliam quoque suspicionem duci posse demonstrabitur, si dicatur ‘quia pallet, occidit hominem’, cum sit pallor et aegritudinis. Itaque si quid ad confirmandum signum fuerit prolatum, his quinque modis reprehendi oportebit. Quod quidem se in secundo libro de coniecturali causa signatius tractaturum esse promittit.

44. Conparabile argumentum ex similitudine consistit: quod ut reprehendas, id, quod adversarius simile esse vult, tu contra dissimile debebis adserere. Dissimile autem aliquid aut simile sit, octo rebus ostenditur: genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione. Verum in his animadvertere debemus, quid adversarius conparet ac simile esse persuadeat: quod postquam perspexerimus, illud ipsum nos dissimile debemus ostendere, quod | adversarius simile esse contendit. Alioqui stultum est, ut, cum adversarius res inter se esse dicat similes per naturam, nos eas aut magnitudine esse dicamus dissimiles aut genere aut loco vel ceteris. Sed id, quod simile esse dicitur in natura, nos contra in eadem natura dissimile debemus ostendere. Quod rursus dicitur simile esse in persona, nos in eadem persona dissimile esse doceamus. Octo itaque modis dissimile aliquid necesse est conprobari: genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione. Generis triplicem significationem scimus esse. Est autem genus, id est sanguis aut patria, est genus, sub quo plures partes continentur, est genus rerum qualitas. Hic itaque genus duo illa significat: sub quo sunt species et illud, quod qualitatem designat. Genus illud, sub quo species sunt, ita ad similitudinem ducitur, ut in hoc exemplo: ‘si iis, qui inprudentes laeserunt, ignosci oportet, iis, qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet.’ In his enim ambobus unum genus est voluntas absens: cuius species sunt inprudentia et necessitas. Itaque haec specie diversa genere ad similitudinem referuntur, id est, quia in utroque absens voluntas. Illud autem genus, quod qualitatem significat, confertur, cum utile utili, honestum honesto conferimus, ut puta: ‘tam hoc utile quam illud, tam hoc honestum quam illud’. Tertium illud genus, quod aut sanguinem ostendit aut patriam, ad locum referri oportebit. Natura autem confertur ita, ut in hoc exemplo, in quo populi natura cum maris conparatur: ut mare, inquit, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari, sic populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus ut violentissimis tempestatibus concitari. Vim saepe esse diximus singulorum verborum simplicem significationem, hoc est illud nescio quid, quod intellegimus, cum dictum fuerit ‘sacrilegium’. Iam magnitudo erit ipsius vis exaggeratio, ut puta ‘sacrilegium atrox’. In loco illam, quae iam abunde tractata est, qualitatem loci

1 Andr. 2, 2, 28. 35 Cic. p. Cluent. §. 138.

1 ab se *nos*: ad se *DB*, a se *FO* 4 nescio quis *F* 5 occidit *bis habet* *DB*$^1$ 8 tracturum *D* 11 aut *codd.*: an *Orelli* sit *om. F in loco eraso* septem *B*$^1$ ostendimus *B* 14 dissimille *D* 15 alioquin *BF* 23 id est *om. F in ras.* sanguinis ut patria *F* 25 genus illut *D* 26 *et* 27 his *mei* 27 gratiam haberi *O* 30 uoluntas est *F* 31 quod qualitate confertur *B*$^1$ 32 utile quod illud *F* 33 genus est *D*, *sed* est *extra versum* 39 esse *F post* simplicem significationem *F 2 m. s. l.*, significationē *B*, *sed* onē *in ras.*, significatum est *D* 40 illum *D* 42 in loco *D in ras.* illam *om. D in ras.*, *in qua littera* m *sola apparet; s. l. add.* illa *m. 2* tractata habunde *F* loci *om. F*

p. 196. 197 C. p. 111. 112. 113 O.

inspiciamus. Tempus itidem suis inspectum semper partibus conferamus, ut, ‖ si opportunitas est, opportunitatem, si spatium, spatium conferamus. Persona autem omnino manifesta est. Opinio vero est iudicium populi: haec ita conferetur, si dicamus: 'sic de illa re iudicatum est, sic de hac iudicatum aut iudicandum est', aut 'aliter de illa re iudicatum est, aliter de hac iudicatum aut iudicandum est', ut si pro nobis est, confirmetur, si contra, mutetur opinio.

Ac si quo in numero illud, quod per similitudinem adfertur] Hoc non quasi alius aliqui modus conferendi est, ne forte quis credat, sed opinionis expositio: quae quidem unam partem tenet solam, id est illam, cum ab adversariis coniuncta dissolvimus.

Sin iudicatum aliquid inferetur] Et hoc nihilo minus confirmandum ipse nobis indicat in firmatione. Nam quattuor modis dicit firmandum nobis esse iudicatum, quibus utique sublatis infirmari posse declarat, hoc est laude eorum, qui iudicarunt, similitudine eius rei, qua de agitur, ad eam rem, qua de iudicatum est; et non modo non esse reprehensum iudicium, sed ab omnibus conprobatum: et si difficilius et maius esse doceamus illud iudicatum, quod adferatur, quam id, quod instet. Cum enim adferimus iudicatum, ut id nostrae causae prosit, necesse est primo a laude eorum, qui iudicarunt id, quod iudicatum proferimus, ordiamur; per iudicantium enim auctorita‖tem iudicati auctoritas confirmatur. Deinde ut id, quod iudicatum proferimus, simile ei, quo de agitur, esse monstremus; tum enim nos iudicatum adiuvabit, si huic simile demonstretur. Verum haec similitudo octo illis similis partibus facienda est, hoc est genere, natura, vi, magnitudine, loco, persona, tempore, opinione: et omnino hoc iam tenere debemus, quamcumque similitudinem his nobis partibus esse faciendam. Dein tertio modo iudicatum confirmamus, si ostendamus ipsum iudicatum non esse reprehensum, et non modo non reprehensum, sed etiam ab omnibus adprobatum, ut hi iudices de hoc negotio similia sperare cogantur. Extremum illud, si difficilius et maius iudicatum, quam id, quo de agitur, esse doceamus; numquam enim iudex in minore negotio facere dubitabit id, quod iam iudicatum in maiore perspexerit. His itaque locis iudicatum confirmatur, isdem conversis infirmatur, id est ut iudices vituperes, ut negotiorum dissimilitudinem doceas, ut reprehensum illud iudicium demonstres et ut illud iudicium minus ac facile, hoc vero difficile ac maius ostendas. Deinde docet, quae vitia in adversario perscrutari atque invenire debeamus, id est, ne forte illud iudicatum, quod adfertur, huic negotio nihil prosit, et ne illud proferatur iudicium, in quo iudices contraxisse constet offensam. Tertio illud considerandum, ne cum pro nobis similia sint ‖ multa iudicia, ab adversario unum aliquod dissimile proferatur, statimque frangetur, quod quasi probabile profertur: nam id, quod vere probabile est, nullo modo aut difficillime poterit infirmari. Hoc est, quod ait: 'contrariis locis, si res vera aut veri similis permittit, infirmari oportebit'.

---

2 oportunitas est oportunitatem *mei* spatium spacio (spacio *m. s. in ras.*) *F* conferatur $F^1$ 4 sic ut de illa *F* sic de haec *(sic)* — de illa iudic. est *D in marg. manu 2 habet* 5 iudicatum, aliter *O* 9 aliquis $B^2FO$ conferendū *F* quis forte *O* 10 expositio est *F* 12 aliquid iudic. *F*, iudic. aliquod *O* et hoc *mei*: et ad hoc *O* 13 in firmatione *nos*: infirmationem *D*, confirmatione $B^2F$, confirmationem $B^1O$ confirmandum *BFO* 14 declarat posse *F* 17 approbatum *O* 18 ut] ui *D* 22 tunc *F* adiuuauit *D* 23 similis *DB*: *om. F*, similiter *O* 24 genera *D* 25 similitudine *D* 26 deinde *FO* 29 difficilis *D* 31 dubitauit *D* 33 repr. iudicium illud *BO* 35 docet *Christ*: doces *D*, doceas *BFO* 39 iudicata *F* 40 probabile $D^1$: probabile probabili $D^2B^1$, probabile probabiliter *F*, probabile pro probabili $B^2O$ 42 Ex contrariis *O* res uera *mei*: res aut uera *O* permittet *O*

p. 197. 198 C. p. 113. 114 O.

45. Quae vero sicut necessaria dicentur] Transit a probabili ad necessarium argumentum: quod necessarium argumentum si necessarium rebus ipsis fuerit, nulla ratione poterit reprehendi: sin autem non rem, sed modum ac formam necessariae argumentationis habuerit, reprehendetur. Novimus itaque tribus modis fieri necessariam argumentationem, per conplexionem, per enumerationem, per simplicem conclusionem. Conplexio est, in qua utrum concesseris, id contra te futurum est. Haec, ita ut diximus, si omnino necessaria est, non poterit reprehendi: sin autem solam formam necessariae argumentationis tenebit, duobus modis reprehendetur, aut per conversionem aut per alterius partis infirmationem: quos modos facile poterimus adgnoscere, si ipsa necessariae argumentationis forma ponatur: ‘si veretur, quid accuses, qui probus est? si non veretur, quid accuses, qui id parvi auditu aestimat?’ Hoc per conversionem sic reprehendemus, ut cancellato veluti respectu primam propositionem ad secundae propositionis dimittamus eventum, deinde secundam propositionem ad primae propositionis subrigamus eventum, ita tamen ut eventibus negatio adiuncta copuletur hoc modo: ‘si veretur, accuses, quia id non parvi auditu aestimat’: deinde ‘si non veretur, accuses, quia non probus est’. Ita conversione eventuum accusandum esse adseruit, quem adversarius dixerat non accusandum. Accusatio autem hic non publica est, sed privata obiurgatio. Unius vero partis huiusmodi reprehensio est, cum ex propositis duobus unum quodcumque frangitur; altero | enim infirmato vacillat alterum: ‘si veretur, accusa; facile enim verecundus ab errore flectetur’.

Enumeratio autem vitiosa intellegetur] Enumeratio pars necessariae argumentationis est: haec cuiusmodi sit, supra diximus. Verum cum ab adversario proponetur, duobus modis poterit reprehendi, si aut aliquid praetermissum esse in enumeratione doceamus, quod pro nobis sit, aut si omnia quidem enumerata sunt, sed in his aut contrarium ponimus et falsum esse monstramus, aut confitemur aliquid ita esse et ostendimus esse pro nobis. Primus itaque modus est, ubi aliquid praeteritum demonstramus, quod prolatum nostrae causae proficit, ut est illud de equo, quem post adversarii enumerationem ex hostibus captum esse memoravit, id est, ex praeda, quae propria cuique fuerit, non quae confusis omnibus fuerit communiter distributa. Alter modus est reprehensionis in | enumeratione, in quo duo respicimus, utrum aliquid contrarium poni possit, an aliquid confiteamur ex his, quae adversarius enumeravit, propterea quod honestum est. Contrarium ponimus, si, cum adversarius equum neget hereditate venisse, nos hereditate venisse doceamus. Confitemur autem aliquid, quod honestum sit, ut, si adversarius dicat ‘aut insidias facere voluisti aut amico morem gessisti aut cupiditate elatus es’, nos dicamus amico nos morem gessisse: quod utique in confessione turpe non est, maxime si ea, quibuscum hoc positum est, consideremus. Ita in reprehensione enumerationis aut praetermissum aliquid ostendimus, quod tamen inlatum pro nobis sit, aut ex omnibus, quae

11 ex poeta incerto, in Ribbeckii Tragic. Rell. p. 223.

1 sicuti *BO* dicentur *mei*: inducentur *O* 4 nobimus *D* 7 concesserit *D* itaq. ut *F* 12 quid *mei*: quid eum *O* id *om. mei* auditum *F*, *item v. 17* 13 aestimet *O* reprehendimus *BFO* 14 sub**mittamus *F* 18 euentuum *B corr.*: euentum *mei* asserunt *O* 21 positis *F* quodcumque *DF*: quodque *BO* 24 autem *om. O* intelligitur *O* 25 dicimus *D* 29 monstremus *O* ostendamus *O* 34 est modus *BO* in qua *cod. Basil.* 35 ex iis *O* 37 neget hereditatē *D* 38 quod *D corr. in* quid

p. 198. 199 C. p. 114. 115 O.

posita sunt, nunc aliquid per contrarium refutamus, nunc, quia pro nobis est, confitemur.

46. Simplex autem conclusio reprehenditur] Haec quoque si ex utroque, quo constat, id est, si ex proposito et adiuncto erit necessaria, reprehendi omnino non poterit; est autem huiusmodi: ‘si dies est, lucet: si natus est, morietur’. Utique hoc ita necessarium est, ut frangi omnino non possit. Tunc autem simplex conclusio poterit reprehendi, si ostenderis adiunctum non cohaerere proposito, ut puta, ‘si mater est, diligit: si semel peccavit, numquam corrigetur’. Utique hoc, cum adiunctum consideras necessario cohaerere non posse, necessarium esse non poterit eritque potius probabile. Ita necessarium per se constat, probabile multis adseritur argumentis. Hoc autem ‘si semel peccavit, numquam corrigetur’ multis adserendum est argumentis: quod vero multis adseritur argumentis, necessarium non est. Recte igitur huiusmodi reprehensa conclusio est, si formam necessariam, rem vero probabilem continere monstretur. Verum haec cuncta praecepta de dialectica traxit, quae magna et difficilis est: de qua se, si facultas fuerit, postea tractaturum esse promittit.

47. Cum igitur ex iis, quae sumentur, aliquid non concedetur, sic infirmabitur] Omnem argumentationem quattuor modis dixit posse reprehendi, si aut sumpta reprehendamus aut conclusionem, aut si genus ipsum argumentationis vitiosum esse mon|stremus, aut si contra firmum argumentum aliud nostrum aeque firmum aut firmius opponamus. Itaque iam sumptorum dicta reprehensio est. Sin autem, inquit, reprehendi sumpta non poterunt, tunc erit reprehendenda conclusio. In conclusione itaque hoc animadvertendum est principaliter, ne, cum in propositione aliud sit aut esse possit, aliud concludatur: hoc itaque vitium erit dicentis. Vitium porro aut apertum aut obscurum. Atque apertum in conclusione vitium erit, si, cum res alia in propositione ‖ teneatur, alia omnino res in conclusione ponatur, ut puta, si agitur, an nescio qui ad exercitum sit profectus, et contra eum quis sic velit argumentari: ‘si venisses ad exercitum, a tribunis militaribus visus esses; non es autem ab iis visus: non es igitur ad exercitum profectus’. Hic utique apertum vitium est. Nam propositio tenet ‘si venisses ad exercitum’, conclusio ‘non es igitur ad exercitum profectus’, cum iuxta propositionem debuerit concludi: ‘non igitur ad exercitum venisti’. Hoc itaque apertum vitium. In obscuro autem duo nobis attendenda sunt, ne aut ambiguitate propositionis aut oblivione fallamur. Ambiguitas in propositione talis est: ‘si indigetis pecuniae, pecuniam non habetis’. Nam omnino qui pecuniam non habet, indiget pecuniae, et ille, qui habet, sed maiorem habere desiderat, indiget pecuniae; indigere enim voluntatis est. Haec itaque propositio ambigua est ‘si indigetis pecuniae, pecuniam non habetis’. Huius propositionis quamcumque ab adversario propositam conclusionem alterius rei interpretatione poteris reprehendere, ut, si in conclusione mendicos posuerit, tu dicas eos, qui pecuniae indigeant, non te mendicos intellexisse, sed eos, qui cum haberent, maiorem tamen pecuniam vellent: deinde, si ille huiusmodi homines in conclusione posuerit, tu contra in propositione dicas te intellexisse mendicos. Ita adversarii conclusionem propositionis visa ambiguitate subvertes.

---

4 id est si et prop. *D* 8 *et* 12 si semel *mei*: si aliquando *O* 16 se *ante* esse *habent BFO* 18 sumuntur *O* conceditur $D^2BFO$ 23 poterit *F* 25 sit aliud *BF* in**cludatur *F* 27 cum res *F m. 2 in ras.*, res *om. B* 29 nescio quis *F* qui sic *B* 31 ab his uisus *DF*, uisus ab his *B* 33 debuit $BF^1$, debuerat *O* 37 nam omnino q. p. non habet *in D m. 2 in marg. suppletum est* 38 habere maiorem *O* 44 illi *D*, *sed in rasura*

p. 199. 200 C. p. 115. 116 O.

48. Deinde aliud obscurum vitium est, cum obliviscimur, quid in propositione sit positum, et aliud in conclusione conficitur, ut puta: ‘si ad illum hereditas veniebat, veri simile est ab illo necatum’. Hic veri similitudo posita est. Deinde hanc propositionem pluribus verbis adprobant, scilicet ut memoria propositionis ex animis auferatur: post adsumunt ‘ad illum autem hereditas veniebat’: postremo inferunt conclusionem ‘ille igitur occidit’. Utique in hac conclusione oblivio nostra temptatur: supra enim positum est ‘veri simile est ab illo necatum’, hic post adprobationem longissimam propositionis non concluditur ‘veri simile est igitur ab illo necatum’, quod probabile est, sed ‘ille igitur occidit’, quod necessarium est quodque a probabili propositione dissentit. Itaque diligenter debemus attendere, ut conclusionem adversarii aut ambiguitate propositionis convertamus, aut, quia meminimus quid in propositione sit positum, eandem conclusionem falsam esse doceamus.

Ipsum autem genus argumentationis vitiosum his causis ostenditur] Tertius reprehensionis modus est, cum ipsum genus argumentationis vitiosum esse monstratur. Verum hoc tenere debemus, quod sumpta sola nuda et generaliter patentia modis suis reprehenduntur. Genus autem argumentationis in causa et in specie positum considerare debemus: quod quidem sumptis suis et forma dictionis, quantum in se est, integrum est, sed cum in causa positum quid operetur attendimus, tunc in eo vitia possumus invenire. || Itaque ipsum genus argumentationis duobus modis vitiosum est, cum aut in ipso vitium erit, aut cum ad id, quod instituit, | non accommodabitur. In ipso vitium esse quattuordecim modis possumus invenire. Deinde non accommodari ad id, quod instituit, duodecim modis possumus deprehendere, quae omnia Cicero, partim quia aperta sunt, solis propositionibus, partim quia obscuriora sunt, etiam exemplis proposuit et explicavit. Nos eadem persequi, immo repetere longum ac superfluum est.

51. Quartus modus erit reprehensionis] Quarta reprehensio pertenuis est et defectis omnibus extrema necessitate ponenda. Nam et sumpta vera esse concedimus et conclusionem recte habitam fatemur et ipsum genus argumentationis vitiosum non esse concedimus, sed contra firmam adversarii argumentationem nos, quoniam nihil possumus reprehendere, aliam argumentationem aeque firmam aut firmiorem proponimus. Verum hoc in deliberativo genere causae usu provenit, cum aut utile aliquid adversario concedimus, sed nos aut utilius aut honestum aliquid demonstramus, aut honestum aliquid adversario concedimus, sed nos honestius aliquid aut necessarium esse monstramus. Verum nunc transit ad conclusionem, id est sextam eandemque extremam partem totius orationis. Quo loco Hermagoras digressionem subponit, id est orationem, in qua praeter controversiam causae aut laus nostra aut adversarii vituperatio contineatur, aut quae ad aliam rem transitum faciat, non per argumentationem, sed per amplificationem. Hanc Tullius non partem orationis vult esse, sed in omnibus orationis partibus insertari ac subici posse declarat, ut certis locis post rem aliquam probatam aut amplificationem aliquam subicias aut laudem aut vituperationem. Itaque non digressionem sexto loco, sed conclusionem Tullius ponit.

---

4 approbat *D* 9 concluditur *mei*: concludit *O* 10 igitur ille *F* 15 his de causis ostendetur *BO* 17 deuemus *D* 18 patientia *D*, *item F ante rasuram* 27 obscura *F* posuit *D* explicuit $F^2$ 28 inmo *D* 29 erit *DF*: erat *BO* 30 extrama *D* 36 honestum aliquid *mei*: honestius aliquid *O* 39 *et* 46 digressionem *mei*: degressionem *O* 41 uituperatione *D*

p. 200. 201 C. p. 116. 117 O.

52. Conclusio est exitus et determinatio totius orationis] Conclusio est, inquit, finis ac terminus orationis, sed totius orationis hos epilogos accipiamus. Huius conclusionis partes sunt tres, enumeratio, indignatio, conquestio. Verum hoc distant, quod indignatio et conquestio tantum animos movent, diverso tamen exitu; nunc vero iracundia contra adversarios commovetur, nunc misericordia circa nos: enumeratio vero et animos movet et fidem facit. Nam cum repetit quae dicta sunt, fidem, cum vero omnia coacervat et colligit, animos movet. Haec enumeratio non semper uniformiter ea, quae dicta sunt, colligere debebit, ne cum odiosum, tum etiam, quod maxime contrarium est, fieri ex arte videatur. Itaque supra dictorum repetitio varianda est. Variatur autem modis tribus, si aut eas res, quas ante dixisti, breviter perstringas et colligas, quod quidem factu facile est, aut si in memoriam audientium revoces, quas partes in partitione proposueris et quibus rationibus unam quamque partem confirmaris, aut si interroges iudices, quid amplius velint cognoscere, cum hoc et hoc docuerimus, cum hoc et hoc planum fecerimus: atque haec nunc ‖ per nostrarum argumentationum repetitionem, nunc etiam per adversariorum argumentationum reprehensionem. Deinde haec ipsa enumerationum genera non semper a nostra persona facienda sunt, sed nunc a nostra, nunc a supposita, nunc a re. Nostra persona quemadmodum accipiat orationem, in promptu est. Suppositae autem personae accommodatur oratio, si dicas: 'nam quid, | si legis scriptor adsistat et quaerat a vobis quid dubitetis, quid possitis dicere, cum vobis hoc et hoc sit demonstratum?' Rei etiam sic accommodatur oratio, si aut lex aut locus aut urbs aut monumentum aliquod accipiat orationem per enumerationem sic: 'quod si leges loqui possent, nonne haec aput vos quererentur? quidnam amplius desideratis, iudices, cum vobis hoc et hoc planum factum sit?' Verum etiam in his enumerationibus, quae aut suppositae personae aut rei dantur, ita ut in nostra persona illa omnia enumerationum genera varianda sunt, ut nunc singillatim singula nostra argumenta percurrantur, nunc partitionis promissio suis rationibus exequenda sit, nunc interrogatio ad iudices facienda, nunc et nostrarum et adversariorum argumentationum copulanda conlatio. Commune autem hoc erit in enumeratione praeceptum, ut ex una quaque argumentatione, quoniam tota non potest recenseri, unum quidque, quod validum est, deligatur, ut memoria renovetur, non omnis repetatur oratio.

53. Indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium aut in rem gravis offensio concitetur] Indignatio et conquestio tantummodo motus excitant ad iracundiam vel odium, indignatio ad iram, ad misericordiam conquestio: quae utraque isdem locis sumi poterit, quibus argumentatio cuncta consistit, id est ex adtributis personae et adtributis negotio; ex his enim et fides conparatur et cumulus. Verum indignatio propria veluti accusatoris est, ut iram in reum suscitet, conquestio autem velut propria defensoris est, ut in reum suscitet miserationem. Sed cum indignatio vel conquestio aput personas agentium proprietate praevaleant, utrumque

---

2 orationis. Nos epilogos *O* 7 collegit *D* 8 haec *mei*: haec enim *O* 9 quod *B corr.*: cum $DB^1O$ 16 repetitionem uel confirmationem $D^2BFO$ 19 Nostra *nos*: a nostra *DBFO*; persona accipit orationem *idem est quod* persona loquens inducitur; *cf. infra v. 24* 20 promtu *F* 21 Numquid *F* 22 possetis *mei* 24 sic *mei*: hoc modo *O* 25 quod si *mei*: Quid si *O* quidnam — — factum sit *mei*: *om. O* 26 uobis hoc planum *F* 27 suppositae *B et F corr.*: oppositae $DB^1F^1$ 30 exequenda *mei*: exaequanda *O* 32 ut *D s. l.* 33 quidque $D^1$: quodque $D^2BFO$ 38 *immo* isdem ex locis poterunt *F corr.* 40 cumulus indignationis aut miserationis *F* 41 suscitet *mei*: concitet *O*

p. 201. 202 C. p. 117. 118. 119 O.

tamen ab utroque faciendum. Nam et accusator iram in reum, miserationem vero pro se suscitare debet, et rursus defensor miserationem pro se, iram vero in accusatorem suscitare debebit. Hoc ita faciendum, quemadmodum etiam ab utroque et propriae argumentationes confirmantur et adversariorum reprehenduntur. Verum cum indignationi et conquestioni iam dederit generale atque commune praeceptum, quod ex attributis personae vel negotio sumi possint, dat tamen singulis proprios locos, indignationi quindecim, conquestioni sedecim. Nec nos locorum ipsorum ordo moveat, quod in quosdam numeros ordinantur. Nulla etenim in ipso ordine rerum auxesis est, nullus gradus aut ad maius aut ad minus, sed idcirco locis ipsis numerus datus est, quia melius et tenentur saepe praecepta nullamque recipiunt confusionem, si ad memoriam numeris conlocentur. Quamquam indignationis primum locum recte sumpserit, quod ex rebus omnibus a numinibus traxit exordium: sed, ut diximus, in hoc locorum numero rerum ordinem nolo quaeramus, sed ex more manifestioris praecepti factum esse meminerimus. Iam ipsi loci diligenter inspicientibus manifesti sunt, id est res, quae praecipiuntur, facile perspici possunt. Illud tamen praeceptum tenere debemus, sive in indignatione sive in conquestione nos locis omnibus uti non oportere, sed his, quos causa suggerat, neque his omnibus, sed quoad iudicantium animi moveantur. Quod si etiam uno aliquo loco factum viderimus, orationem continuo finire debemus; ira enim vel lacrimae dum incipiunt ac recentes sunt, plurimum valent. |

55. Conquestio est oratio auditoris misericordiam captans] Diximus conquestionis opus hoc esse, ut animos iudicantium ad misericordiam moveat. Huic quoque dat proprios locos sedecim: in quibus, ut diximus, non erit nobis rerum ordo quaerendus, sed quicumque locus ad misericordiam conficiendam pro negotii qualitate sumendus. Hoc autem scire debemus, esse multos communes locos et indignationi et conquestioni, et recte: neque enim iudex potest nobis praebere misericordiam, nisi ira in adversarium consequatur, aut irasci poterit adversario, nisi in hoc ipso nobis animum praebeat misericordem.

---

# LIBER SECUNDUS.

Crotoniatae quondam cum florerent omnibus copiis et in Italia cum primis beati numerarentur] Omnis praefatio quasi similitudo est ad id, quod dicturi sumus. Ita in ea semper similitudo captanda est, quamquam saepe ad hoc deducitur, ut similitudo tollatur. Unde sive futura similitudo est sive

---

2 debet *F*, *sed corr.* debebit 7 possunt *O* 8 XVI *mei*: sexdecim *O*, *item v. 24* 11 tenent *D* 18 sed iis *O* 22 auditorum *BF* 24 quoque *mei*: autem *O* 26 multos esse *O* 29 ipso *BF corr. ex* ipse. *In D est subscriptio:* ℨ. FABII LAVRENTI EXPLATIONVM IN RHETOC. LIBER PRIMVS. EXPLICIT. INCPT. LIBER II FELICITER. *Post quae sequitur titulus:* DE ADTRIBVTIS PERSONAE; *inserta enim sunt tria capita, quae ad calcem Victorini (p. 249—255 ed. Capp., p. 174—180 ed. Orell.) vulgo leguntur, sed Victorini non esse facile apparet. F quoque eadem capita hic habet, sed caret subscriptione. In B exstant in fine libri II alia manu paulo recentiore scripta; in fine libri I est in eodem haec subscriptio:* MARII . FABII . VICTORINI RHETORIS IN RHETOR M. TVLL CICER LIB I. EXPLIC. INCIPIT. II.

31 Crotonitae *D pr. m., item v. p. 258, 15* copiis *D s. l.* cum primis *DF*: cum in primis *BO* 32 numerarentur] *add. in F* templum iunoni, *item D s. l. m. 2* ad id *nos*: ante id *libri* 33 capienda *F* 34 ab hoc $DF^1$ similitudo futura *O*

non, in eo, ad quod praefatio praeparatur, animadvertendum semper est, utrum in toto similitudo praefationis paretur an in partibus an in parte. Frequenter enim cuncta conveniunt, frequenter diversis in praefatione positis cum ea re, ad quam praefatio ducitur, quaedam in praefatione similitudo confertur. Hic, ad quod ducitur praefatio, illud est, ex multis artium scriptoribus electa multa et ad unam quam scripsit artem, quo pulchrior redderetur, praecepta ex multis multa collecta. Huic igitur rei praefatio illa est, Zeuxin, pictorem nobilem, Helenae simulacrum pinxisse, sed cum conductis et in unum vocatis quinque virginibus quidquid esset pulcherrimum delegisset. Hoc, ut perspici licet, in summa convenit, quia hic et ille multa de multis; verum praefert Tullius opus suum, quod magis multa ipse, si quidem praeteriti temporis scriptores et praesentis in iudicio habuit, et non unius civitatis nec unius linguae, quippe cum et Graecos et Latinos: at vero Zeuxis ex una civitate et ipsius temporis eligendi habuit facultatem.

Crotoniatae quondam cum florerent] Si partibus conductis tota conveniunt, pulchra semper et praecipua dicetur esse praefatio. ‘Crotoniatae’ Romani sunt: ‘cum florerent omnibus copiis’ Romanis convenit: item convenit ‘et in Italia cum primis beati numerarentur’. ‘Iunonis’ vero ‘templum, quod locupletare egregiis picturis voluerunt’: sic et eloquentiae vel facundiae templum. ‘Zeuxis’ Tullius. Cum multa di|cendi genera sint, ut inter picturas multas ‖ Helena, ita inter ceteras dictiones eminet semper oratoria, et ut Zeuxis in femineis pingendis vultibus summus, ita in orationibus Tullius. Pinxit Zeuxis multa, quae usque ad nostram memoriam manent: saecula posteriora tenent, quidquid pinxit oratio Tulliana. Zeuxis Helenae se simulacrum pingere velle dixit; non enim Helenam, sed simulacrum fuerat traditurus: ita Tullius scribendo artes, non orationes, non ipsam eloquentiam, sed simulacrum eloquentiae fuerat traditurus: hoc convenit et illa sententia: ‘quod ex animali exemplo mutum in simulacrum veritas transferebatur’. Mutum enim simulacrum eloquentiae ars eius, ipsa autem eloquentia quasi animal. Ita pro parte poterit ei rei, ad quam confertur praefatio, convenire, relicto eo, quod postea praeponitur, quod, cum Tullius ex omnibus multa quaesierit et omni tempore, Zeuxis ex una civitate et uno tempore conparavit.

2. Ac si par in nobis] Finito praefationis uno genere, similitudinis scilicet, nunc praelationem, quae etiam ipsa in praefatione facienda est, incipit dicere.

Exemplorum eligendi potestas] ideo hoc opus esse posse melius.

Principe illo atque inventore Tisia] Corax et Tisias artes primi oratorias apud Graecos scripsisse dicuntur.

Sicut et ipse, cuius instituta sequebantur, fecerat] Gloria Xenocratis philosophi motus Aristoteles philosophiam exercuit, gloria Isocratis motus rhetoricae praecepta conscripsit.

---

4 ducitur $FB^2$: dicitur $DB^1$ 6 elementa multa *DF* 8 Zeusin *mei*, Zeuxim *O* simulachrum *DB et sic deinceps* sed cum — delegisset *DF*: sed eum — delegisse *BO* 10 Hoc — licet *om.* $F^1$, Et per hoc ut perspici licet *F s. l. m. 2* in summam *BF* 12 scribtores *D* 13 Zeusis *mei et sic deinceps* 16 praefatio esse dicetur *B* 18 cum primis *D et corr. F*: cum in primis $BF^1$ enumerarentur *DF corr. ex* numer. 19 templum quod religiosissime colebant locupletare *F* 20 Zeuxis *in F erasum est* Tullius *DF*: et tullius *B*, est Tullius *O* 22 in pingendis femineis *O* 27 hoc *B*: ho *D*, huic *F sed ex correctione* 29 pro parte $B^1$: pro partes *D*, per partes *F corr. et* $B^2$ 31 praeponitur *DB*: ponitur *FO* omne *D* 33 par in nobis *B*: par in nobis huius *F*, pari nomines *D* 34 ad praelationem *D*, a praelatione *F, sed e corr.* 37 KOPAΞ et TICIA *mei* 38 scribsisse *D* 39 exenocratis $DB^1$ 40 aristotelis *DF* motus *om. F*

p. 203. 204 C. p. 120. 121. 122 O.

3. Artis sibi curam adsumebat] Voluit enim Aristoteles propter Isocraten, cum philosophus esset, etiam praecepta dicendi tradere.

Alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari] Non intellegere omnium potest esse et est vitium commune, singulare vitium est, ut, cum non intellegat, in eo, quasi intellegat, perseveret.

Haec commode perscripsisse videamur] id est, ut praecepta commode tradidisse videamur.

Adroganter adsenserimus] hoc enim magnum vitium, temere adsensisse.

Igitur primus liber, exposito genere huius artis et officio et fine et materia et partibus, genera controversiarum et inventiones et constitutiones et iudicationes continebat] Propositurus quid dicendum sit in secundo libro, prius enumerat, quid in primo dixerit, de genere artis, de officio, de fine, de materia, de partibus, de inventione et eius constitutionibus ceterisque rebus. Item de partibus orationis, quas cum pleno praeceptorum genere conpleverit, confirmationem et reprehensionem non ad causarum species, sicut oportuerat, adplicavit; dedit enim praeceptum, quo modo in omni causarum genere argumentandum sit. Ergo nunc ad species adplicata argumentatione dicturum se pollicetur, ita tamen, ut non de expolitione argumentatio|nis, quae in primo plenissime tractata est, sed de argumentis loquatur in uno quoque genere causarum, id est in coniectura, fine, qualitate, translatione | et ceteris his incidentibus. Et potuit quidem hoc esse contentus, ut specialiter de constitutionibus diceret in quocumque genere causarum quae essent confirmandi praecepta, quae reprehendendi. Verum quoniam ipsa quoque genera causarum propter suos fines diversos diversa praecepta desiderant, cum iudicialis habeat aequitatem, demonstratio honestatem, deliberatio honestatem et utilitatem, confirmandi et reprehendendi praecepta quae sint in constitutiones singulas, divisit in iudiciali genere causarum, in postrema libri parte de deliberatione et demonstratione propter fines proprios aliqua tractaturus.

'Exposito genere', quod eloquentia magna et ampla pars est civilis cuiusdam quaestionis: 'officio': officium eius artis est dicere apposite ad persuadendum; 'fine', finis persuadere dictione: 'materia', quod ὑπόθεσις sit (non autem omnia, ut voluit Gorgias Leontinus) aut etiam θέσις, ut voluit Hermagoras: 'partibus', inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio: 'genera controversiarum' id est genera causarum, iudiciale, deliberativum, demonstrativum: 'inventiones': nam de quinque partibus [orationis] solam inventionem tra|ctat: 'deinde partes orationis', exordium, narrationem, partitionem, confirmationem, reprehensionem, conclusionem.

Quo pacto tractari conveniret argumentationes] syllogismum et inductionem.

Hic tantum ipsa inventa] id est argumenta ipsa, non et expolitionem.

---

1 Isocratem *BO* 6 prascribsisse *D* uidemur *F*[1] 8 adserimus *D* uitium est *F* 10 et constitutiones *om. DF* 14 compraebuerit *O ex cod. Basil., a quo abest* pleno; comprehenderit *coni. Kayser* 16 genere causarum *B* 17 applicat *D* 19 de *om. F* 20 in coniectura, fine] 'i. e. in statu coniecturali, definitivo'. Capp. 31 quaestionis *mei*: rationis *Capp. et O ex lectione varia* orationis officio *F*: officii *D, om. B* 32 fine *F, ut voluit Orelli: om. DB* 36 inuentiones *mei*: inventione *O ex prava coni. Capperonnierii* orationis] '*ille genitivus perperam hic intrusus erat ex versu consequenti. Nam inventio, dispositio, elocutio etc. sunt quidem partes τῆς ῥητορικῆς, non autem orationis*'. Capp. 37 narratio partitio confirmatio, reprehensio conclusio *D, sed singulis nominibus syllaba* nē *superscripta est: veri videntur nominativi, ut supra* partibus *sic explicatur:* inuentio dispositio *etc.* 39 conuenire et *D* 41 non et *DF*: non *BO*

p. 204. 205 C. p. 122. 123 O.

Aut ad sententiae dictionem] Constitutiones omnes iudiciali in genere causarum tractabuntur.

4. Nunc a coniecturali constitutione proficiscimur] Secundus liber confirmationem et reprehensionem ipsis constitutionibus adplicavit, cum primus liber generaliter omnem materiam omnibus dederit. Ac primo de coniectura proponit exemplum, non ipsum exemplum tractaturus, quoniam in exemplo | non omnia inesse possunt, quae cadunt in coniecturam: omnia enim exempla, quae in coniecturam veniunt vel venire possunt, praecipienda fuerant. In argumentis ergo de coniectura erit praeceptio, quia exinde in thema quodlibet coniecturale, quod necessarium fuerit, facile poterit devocari. Hoc autem fieri a Tullio intellegamus etiam in omnibus constitutionibus, ut exemplum cuiuslibet constitutionis det, non tamen ipsum tractet exemplum. Proposito itaque exemplo coniecturali secundum praecepta primi libri docet quae sit intentio, quae depulsio: ex quibus duobus quae sit constitutio: deinde admonet, quod in coniectura eadem, quae quaestio est, ipsa est iudicatio 'occideritne'. In coniectura enim factum non conceditur, unde non potest ex deductione rationis et refutatione nasci post quaestionem primam alia quaestio, quae dicitur iudicatio. Subiungit post admonitionem dare se praecepta huic constitutioni et argumentorum locos omnes coniecturae convenientes, ex quibus in quamlibet coniecturam, qui necessarii fuerint, devocabuntur. Sunt igitur coniecturae loci [hi] principales: a causa, a persona, a facto. A causa est, quamobrem fiat aliquid et quae parit voluntatem; de causa enim loquitur hominis, non rei: qua causa volumus probare, quod voluit facere is, cui intenditur factum. Persona autem omnis ille est, qui quid fecisse dicitur, hoc est, illa ex omni vita per adtributa personis sumpta adprobatio ad id quod intenditur factum. At vero a facto probationes habebunt facta illa omnia, quae probant factum illud, unde iudicium est. Nam factum ‖ tria significat: est factum vitae praeteritae, quod personam probat, est factum et illud, quod intenditur, ipsum illud quod dicitur 'occidisti': est factum tertium hoc, quod tribuit argumentum ad factum illud, unde iudicium est, ut 'transisti, clamasti', quibus probatur 'occidisti'. Hoc est ergo ultimum, quod dixit 'a facto': quod ipsum perspicietur in tribus illis, ante negotium, in negotio, post negotium, simul cum suis, per quae se explicant facta, loco, tempore, modo, occasione, facultate. Ergo haec tria sunt, quae coniecturae suggerunt argumenta, causa, persona, factum.

5. Causa ipsa dividitur in duo, in inpulsionem et ratiocinationem. Inpulsio motum habet repentinum, non voluntarium, ut amor, vinolentia et omnino omnia huiusmodi, quae veniam merentur, si confiteatur id ipsum, quod fecisse arguitur. Nam si negat, argumenta sunt a causa, ut est 'fecisti, quia vinolentus fuisti: fecisti, quia amore fecisti: fecisti, quia iracundus es': quibus causis probatur facere potuisse quod negat. Ratiocinatio autem causa est etiam ipsa voluntatis; haec ratione faciendi fuisse ostendit voluntatem aut

---

1 ad *DF*: *om. BO* 3 proficiscamur $F^2$, proficiscemur *BO* 4 *malim* adplicabit 9 exinde *mei*: exemplum *cod. Bas et O* 15 in coniectura eadem quae $D^1$: In coniectura non conceditur (concedetur *O*) eadem (eademque $B^2O$) quae *D corr. m. 2 BFO* 16 diductione *F* 21 hi *om. D pr. m.*, hii *D s. l.* 23 uoluimus *B* quod *mei*: quo *O* 24 ille *mei*: illa $B^2O$ qui quid *nos*: quid *D*, qui *BF*, quae $B^2O$ illa *mei*: sola *O* 28 probat, est enim factum *F* 29 quod dicitur *B*: quod igitur *DF*, quod dicitur: igitur *O* factum *D s. l. m. 2* quod tribuitur *(sic)* arg. ad *D add. in marg. m. 2* 31 est ergo ult. *D*: ergo est ult. *BF*, ergo ult. est *O* 33 cum suis] cum V (quinque) his *coni. Orelli praeter necessitatem* 34 trea *D* 36 Causa ipsa diuiditur in duo *mei*: Causa distribuitur *O* 37 uoluptarium *D corr. ex* uoluntarium uinulentia $D^1$ 39 ut est *nos*: ut sit *libri* 40 uinulentus *D*

p. 205. 206 C. p. 123. 124 O.

non faciendi, quae sumitur ex ratiocinatione vel boni vel mali, sive iam praeteriti boni sive futuri, pariter mali vel praeteriti vel futuri. | Quod nos diximus malum vel bonum, id est ut gloriae causa, ut amicitiarum, ut inimicitiarum ulciscendarum et metus et pecuniae. His igitur commodis vel incommodis hos gradus dat primos: ‘commodi retinendi’, utique quod haberet, ‘augendi’, deinde ‘adipiscendi’, id utique [est] quod non habebat: ‘contra incommodi reiciendi’, pariter et hic, quod habebat, ‘minuendi, devitandi’, utique quod futurum erat. Ita tria haec tribus superioribus respondent, commodis incommoda, illic retinendi, hic reiciendi, illic augendi, hic minuendi, illic adipiscendi, hic devitandi: quibus etiam illa accident, ut aliquid incommodi sumamus, vel ut maius commodum consequamur vel ut maius incommodum vitemus: aut rursum commodum aliquod praetereamus, vel ut maius commodum adipiscamur vel ut maius incommodum devitemus. Nam et suscipi incommodum parvum potest, ut maius aliquod commodum consequamur vel incommodum maius vitetur: et rursum commodum contemni potest, vel ut maius commodum consequamur vel ut maius incommodum vitetur: ut leno contentus fuit sine lucro meretricem dare, ne ab || Aeschino verberare tur: et velut in Verrinis accipi potest: malo *emere* quam rogare. Rursus contempto commodo suscipi maius commodum potest, ut Terentianum illud est in Sannionem: pecuniam in loco neglegere maximum interdum est lucrum.

Quaestio eadem coniecturalis quae iudicatio] quia ratio deest; non enim factum in confessione est. Ideo eadem erit iudicatio quae quaestio.

Et in horum locorum] quae coniecturalia sunt: ‘et in ceterorum’, id est, ceterarum constitutionum: ‘convenire’, id est locos.

Omnis igitur ex causa, ex persona, ex facto ipso coniectura capienda est] Omnis hic locus a causa sive inpulsionis sive ratiocinationis coniecturae maximum est fundamentum, non quod, cum causa sit, continuo et facinus conprobetur, sed quoniam facinus nullum est, quod non ante causa praecesserit. Supponit deinde locos, quibus accusator utitur, cum adserit inpulsione aliquid esse factum. Ex quibus primus est amplificatio eius rei, quae inpulsionem pariat: deinde adprobatio, quid ex ea fiat, per exempla, ut ‘amore se interfecit’. Tertio loco conparationem facimus, et declarata inpulsione eventum eius causae fuisse concludimus. His tribus locis accusator utitur in inpulsione: in ratiocinatione vero his, quos nunc dicam, demonstratione, quid pe-

---

18 Verr. IV, §. 12. 20 Adelph. 2, 2, 8.

---

1 uel mali uel boni *F* 2 nos *D corr. ex* non 3 bonum uel malum *O* 4 et metus et pec. *mei*: ut metus, ut pec. *O* 5 haberet *DF*: habet *B add.* et *s. lin.*, habet, et *O* 6 est *nos inclusimus* 7 hic *mei*: id *O* imminuendi *O* 9 munuendi *D* 10 quibus his etiam *D* incommodi *Capp.*: commodi *mei* 12 rursum ut commodum *O et B corr. m. 2* 14 suscipi commodum *D* 15 uel *mei*: uel ut *O* uitet *D*, uitemus *F* rursus *O* commodum *mei*: parvum commodum *O* 16 maius aliquod commodum *O* consequatur *mei* uitet *D*; *post* uitetur *est in BF*: et rursus reum (rerum *F ex corr. et B m. 2*) commodum contemni potest; *eadem vv. D in marg. habet* 17 aeschino *mei*: Aeschine *O* 18 malo emere *scripsi:* malo $DB^1F^1$, malo non habere *BF corr. et O* 20 in Sannionem *nos*: in suasione *codd. et O*, in Sannione *coni. Orelli* 22 Quaestio — iudicatio $D^1$: Quaestio uero eadem coniecturalis est quae et iudicatio *D corr. BFO. Haec* ‘Quaestio — — conuenire, i. e. locos’ *loco suo videntur mota esse et post pag. 260, 35 pertinere.* 24 locum *D* coniectura $F^1$ ceterorum $D^1B^2$: ceterarum $D^2B^1F$ 25 id est *mei*: scilicet *O* 33 interficit $DB^1$ 35 iis *O*

p. 206. 207 C. p. 124. 125 O.

tierit, quid fugerit, augmento, quanta res sit, quam adpetierit aut fugerit. Praeter haec duo, immo in his duobus etiam illud accusator considerare debebit, ne forte ista, quae secutus sit aut fugerit, in opinione tantum habuerit reus, neque consecutus sit commoditatem neque ullum malum fugerit: sed dicendum est ei ita fuisse visum, qui arguitur, et sit sua opinione deceptus. Opinio autem dupliciter decipit, modo dum rem aliter putat atque est eadem res, modo dum aliter | evenit quam putavit. Res fallit, si mala creditur, cum bona sit, vel contra vel neutrum vel utrumque. Ergo cum hoc intellegi possit, fallit homines. Cum in re reus uti hac coeperit forte defensione, non sibi antiquiorem fuisse pecuniam vita aut fratris aut amici, accusator debet verum argumentum condere (est enim credibile), sed confirmare debebit, hoc ei, qui arguitur, non ita visum fuisse, et hoc adprobare ex attributis personae, non hanc illum habuisse opinionem, vel illam potius habuisse, quod talis est, quod scilicet personae est. Sic argumentabitur accusator de eo, cuius opinio falsa est in re. Cum autem eventus fallit, quod accidit exempli modo, cum aliqui ‖ misso telo alterum interficit, ut in scholae controversiis: ut vero in causis forensibus, cum quis eum dicatur necasse, cuius heres non sit, se tamen sperarit heredem, accusatoris locus est, cogitationem spectari debere, non eventum. Et haec de ratiocinatione. In causa autem omni, sive in inpulsione sive in ratiocinatione, laborandum est, fuisse illis potestatem aut facultatem aut voluntatem. Potestas est, qua posse ostenditur: facultas est, qua adiutores et cetera demonstrantur: voluntas est, qua velle vel voluisse aliquid declaratur. Ita aliud erit voluntas, aliud causa, sive inpulsione sive ratiocinatione: illae enim efficiunt voluntatem, non autem quod efficitur: hoc esse debet, quod est illud quod efficit. Nam saepe causae sunt et deest voluntas, quae probari potest vel fuisse vel non fuisse, tametsi causa praecessit. Hic ex personae potius attributis confirmabitur, quibus talis doceatur, ut potuerit causis commoveri. Haec igitur accusator dicet, cum volet alios defendere, quibus fuisse causa faciendi declarabitur. Deinde adiunget etiam alios locos, quos defensori Tullius dabit ad se purgandum; quibus locis utetur, sicuti diximus, accusator, cum defendet alios, sed hoc brevi faciet: illorum enim defensione alterum vult accusare, non ipsos ostendere innocentes. Ita in maiore esse actu non potest, quod alteri proficit.

Omnis igitur ex causa, ex persona, ex facto ipso coniectura capienda est] quae parit voluntatem, velle vel voluisse, id est causa, qua quid ortum

---

1 augmenti *mei*, *fort. ex* augmentis, *ac videtur in F littera erasa esse* 3 secutus fuerit *O* 5 quia arguitur *D* et sit] etsi sit *coni. Orelli parum probabiliter; ipse malim* et quod sit 6 modum rem *D* 8 possit fallit *mei* (*sed in F* opinio *sup.* fallit): possit, quod opinio fallit *O* 9 homines, tum in re, tum in euentu, quum in re reus *etc. O*; *glossam pravam* cum in re tum in euentu *FB m. 2 in marg. habet* 11 condere $DB^1$: concedere $B^2FO$ 13 uel *DF*: sed *BO* 14 scilicet et *F* 15 aliquis *F* (*sed* quis *in ras.*) *et O* 16 interficit *DF*: interfecit *BO* ut nero *F*: ut nero *DB* 17 quis cum *mei*, *sed habet B signa transpositionis*, *eadem*, *ut videtur*, *manu addita* se tamen *nos*: sed tamen *libri* 19 in *om.* $DB^1$ 20 laband*** est $D^1$ 21 potestas qua *D* 22 aliqui $B^1$ 23 siue inpulsione siue ratiocinatione $BF^1$: siue inpulsio siue ratiocinatio $D^1$, siue inpulsio sit siue ratiocinatio *DBF ex corr.* '*Dixit paullo supra duplicem esse causam, unam inpulsionis, alteram ratiocinationis, sed paullo post clarius ita loquitur:* causa, quae parit voluntatem sive per inpulsionem sive per ratiocinationem'. Capp. 24 illa $D^1B^2$ 25 causae *Christ*: et causae *codd.* 26 praecesserit *cod. Bas. et O* 27 hic *mei* (*sed* c *in D s. l.*): hoc *O* quibus aliis potuerit *D pr. m.* 28 dicet *F*: dicet et *DBO* 31 accausator *D* 32 alterum $D^1$: alterum alius $D^2BFO$ 33 in maiore esse actu non p.] '*i. e. in prolixiore oratione seu orationis parte. Hoc enim refertur ad superiora illa verba:* sed hoc brevi faciet'. Capp. quod] quam *F pr. m.* 35 quae] ex causa, quae *coni. Capp.*

sit ostendimus: attributum personae, id est ‘persona’: attributa autem negotio, id est quod ait ‘facto’. |

Causa tribuitur in inpulsionem et ratiocinationem] rationem scilicet, non ratiocinationem illam, ut supra legimus, syllogismi. ||

Ut amor, iracundia, aegritudo] Inter iracundiam et iram hoc interest, quod iracundia perpetua est, ira ad tempus suscipitur. Atque hoc fit ut iracundia sit inpulsio, ira ratiocinatio, ut ‘odio quis iratus vel metu occidisse dicatur’, quod est ratiocinationis. Ceterum iracundum esse quia semper est, ad inpulsionem * * dicimus, quae propter talem naturam admissum facinus possit ostendere. Aegritudinem vero morbum animi posuit, non corporalem.

In quibus aut commodi aliquid maioris adipiscendi causa aut maioris vitandi incommodi suscipitur] ut aliquid incommodi suscipiatur propter duas res, vel ut maius aliquod commodum consequamur vel ut maius incommodum devitemus.

Hic locus est] id est, a causa.

Nisi aliquid quare factum sit ostenditur] quid sit causa: quae parit voluntatem sive per inpulsionem sive per ratiocinationem.

Accusator ergo, cum inpulsione aliquid factum esse dicet] Locis confirmationis a causa per inpulsionem primo datis iamque confirmationis praeceptis datis, redit ad reprehensionis modos.

Qui simili inpulsu aliquid conmiserint, et similitudinum conlatione] ut adplices exemplum et doceas simile conparando.

Et ipsius animi adfectionis explicatione curandum est] ut ipsius adfectionis, hoc est rei, sit explicatio.

Ut non mirum videatur, si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus accesserit] id est, ut veri simile probet et per exemplum et per explicationem animi adfectionis.

6. Ut quod eius fieri possit] quantum in hac re fieri potest.

Quid in opinione eius, quem arguet, fuerit] ut non solum quid consecutus sit, verum etiam quid speraverit.

Si ostendi potest ei visum esse, qui arguatur] ut voluntatem criminetur etiam si effectus defuit: ut ex eo causam habuerit, quia timuit, quia speravit, etiam si nihil aut commodi aut incommodi acceperit.

Nam opinio dupliciter fallit homines] Opinio fallit in re, cum opinio vera non est et errat ab eo, quod in vero est, ut, cum res || mala sit, bona credatur vel contra. | Eventus fallit opinionem, cum opinio quidem vera est, sed eam interveniens casus decipit, ut cum res bona est et bona creditur, sed aliquo casu in malum vertitur. Iam in causa ipsa hoc modo possumus dicere, id ut dicamus: ‘ideo occidisti, quia te heredem fore putasti, licet ille alium heredem fecerit’: ita semper in opinione est. Et eventus fallit et res, cum

---

1 id est] id ex *F corr. in* id ē ex 3 tribuitur *mei quoque:* distribuitur *Capp.* et ratiocinationem *mei*: et in ratiocinationem *O* rationem *ed. Basil.:* ratio *DB*, ratiocinationem *F* 6 ut ira sit inpulsio, iracundia ratiocinatio *Kayser in Philol. VI, 717* 8 esset *F* 9 ad impulsionem est *O*; *nos signum lacunae posuimus* 11 aut incommodi aliquid maioris adipiscendi commodi causa *O cum Capp.* causam *D* 12 aliquid incommodi *Capp.*: aliquid commodi *mei* 15 locus est *DB*: locus $F^1$, locus sicut aliquod fundamentum est $F^2O$, *sed* $F^2$ est fundam. a causa *D (cf. v. 19)*: causa *BFO* 16 sit *F s. l.* 18 Ergo accusator *O* 19 iamque (Namque *DB*) confirmationis praeceptis datis (datis *D in ras.*) *mei*: *om. O* 23 adfectiones *D* ut $DB^2$: et $B^1F$ 28 quod *mei*: quoad *O* potest *DB*: posset *F*, possit *O* 31 ostendi potest *B*: ostendit *DF* 32 defuit *B corr. ex* defuerit, defuit; nam opinio dupliciter fallit *DF* 35 aberrat *coni. Orelli* 37 sed *D s. l.* 38 hic modo $DB^1$ 39 id ut *D*: id est ut *BF* 40 in opinione est eventus. Et eventus fallit et res

p. 209 C. p. 127. 128 O.

aut alius modi est quam creditur, aut aliter evenit, quam putatur habuisse provenire.

Aut non is eventus est, quem arbitrati sunt] cum aut ipsa res qualis sit, ignoratur, aut cum res certa fuerit, aliter eveniat, quam putatum est [aut id, quod bonum est, malum putant et reliqua].

Hoc intellecto] quod homines inpellantur non sola ratiocinatione vera rerum, verum etiam falsa: 'hoc intellecto', quod fefellit illum res.

Illi ita non esse visum] ut quamvis verum sit quod dicatur, ipsi tamen non fuerit ista sententia.

Ex iis, quae ad personam pertinent] adtributa personae, quae probant personam.

7. Ut si qui dicatur alium occidisse ac voluerit] Exemplum ad eventum falsum probandum posuit, non ad probationem causae per coniecturam.

Aut eum necasse, cuius testamento non sit heres] exemplum in causa.

Non quo casu utatur, ad rem pertinere] ἔκβασις, id est eventus, accidentia, effectus, casus.

'Potestas, si aut nescisse aut non adfuisse' et reliqua] Non fuit necesse facere, etiam si causa fuisset: et si fuisset causa vendendi propter aes alienum, non tamen necessitas, ut deos patrios venderet.

8. Defensor autem ex contrario primum inpulsionem] Dati sunt loci accusatori, quibus uti debeat ad probationem causae per inpulsionem; item alii dati sunt, quibus uti debeat ad probationem causae per ratiocinationem. Nunc supponit defensoris locos infirmandi inpulsionem et infirmandi ratiocinationem. Infirmandae inpulsionis loci sunt quattuor, negare, minuere eius effectum, qui intenditur, inpulsionis ipsius naturam docere, confirmare exemplis et similitudinum propositione. Ratiocinationis loci sunt quattuor: quoniam ratiocinatio aut in re est aut in opinione, in re commodi vel incommodi; loci eius erunt, negare commodum, minuere, dicere aliis magis fuisse, aut tantum et ‖ sibi quantum et aliis, aut incommodum maius quam commodum. Pariter et de incommodis ista dicentur: quod dicitur evitatum, nullum fuisse

---

17 sqq. secundum Cic. Verr. IV, §. 11.

---

*coni. Orelli; nos verba aliter distinximus* 1 aliter evenit *ed. Ascens.:* aliter creditur *codd.* habuisse] *'hoc est* potuisse, *idque Graecorum more, apud quos τὸ ἔχειν* habere *saepe sumitur pro τῷ δύνασθαι* posse'. Capp. *Nobis verba corrupta videntur, praesertim cum appareat totum locum turbatum et glossematis foedatum esse.* 3 est *om. D* cum aut ipsa res *etc.*] *haec explicatio non quadrat ad id, quod in lemmate positum est; quadraret, si lemma esset* 'opinio dupliciter fallit', *quae verba supra 263, 32 alieno loco in DF addita sunt.* 4 *immo* euenit aut — et reliqua] *haec verba a nobis inclusa, quae ad verbum ex Cicerone petita sunt (§. 21), lemma videntur, cuius explicatio intercidit; in DF sequitur post* et reliqua *hoc glossema obscurum:* masculinum. femininum. neutrum. commune 6 Hoc intellecto — etiam falsa *om. F*[1] sola *mei:* solum *O* 8 non esse ita *O* uerum *D corr. ex* uirum 10 his *mei* 12 si quis *O* uoluerit exemplum'. Exemplum *D* 14 aut enim eum *F, in D* enim *s. l. post* aut negasse *D* 15 *ante* ἔκβασις *addidit Capp. ex ed. Basil. verba: τὰ κεφάλαια* coniecturae sunt, *quod glossema, quod a meis quoque abest, iam Orelli merito inclusit.* 17 nescisse *D corr. e* necesse 18 facere etiam si causa uendendi *D pr. m.* etsi fuisset *edd.*, ut si fuisset *F corr.* 19 uinderet *D* 20 inpulsione *D* accusatoris $D^1$ 21 causae per ratiocin. *D in marg. habet* 23 tunc *D corr.* locos infirmandi inpulsionem et infirmandi ratiocinationem *scripsi:* locos infirmanda inpulsione et infirmandi ratiocinatione *D*, locos in infirmanda impulsione et (et in *F*) infirmanda ratiocinatione *BFO* 24 infirman $D^1$, *sed corr.* infirmandae 25 affectum $B^1F$ natura *D* 27 est aut in re *B* 28 negare, commodum minuere *O* minuere] inuere *D*

p. 209. 210 C. p. 128. 129 O.

incommodum, non tantum fuisse, aliis magis fuisse incommodum, aut et aliis tantum quantum sibi, aut maius commodum quam incommodum. Si in ratiocinatione opinio ponetur, infirmantis loci sunt quattuor: non tale esse vel commodum vel incommodum, ut possit aliquem fallere, maxime se non potuisse: quod firmabitur persona. Post haec omnia defensor uti poterit omnibus locis accusatoris, si in alios crimen transferre voluerit. Quemadmodum enim accusator, reum *ut* convincat, defendit alios et utitur partibus ac locis defensoris, ita et defensor, ut se purget, accusabit alios et in hoc utetur partibus ac locis accusatoris: aut si fuisse concedet, extenuabit, quia auget accusator.

9. Ex persona autem coniectura capietur] Explicitis praeceptis omnibus ad causam pertinentibus, subiunguntur praecepta de personae attributis, quemadmodum his uti possit accusator, quemadmodum etiam defensor in coniecturali constitutione. Et haec quidem personae attributa in primo libro quamquam singula exposuerit et explicarit, hic tamen nunc breviter repetit, quae ipsa sint et quid sint, post praecepturus, quemadmodum his uti possit accusator, quemadmodum defensor.

Quo in genere est virtus, scientia] animi, id est stultitiae contraria.

Amor, iracundia] adfectio enim facile eventum suum declarat signoque ipsa est eius rei, quam ex se parit.

Et ipsorum vis] quid ipsa sint, non quid ex se gignant.

Et quae res harum aliquam rem consequatur] quid ex se gignant, non quid ipsae sint.

10. Ac personis quidem res hae sunt attributae] Expositis breviter attributis personae, quia ita res repetita poscebat, dat accusatori ex his praeceptum, ut excutiat vitam praeteritam. Parum est enim causam commendasse solam, si non, quae ab hac inpelli posset, persona consentiat. Ergo accusator ex vita praeterita proferre debet similia peccata, similes causas in rebus, vel in paribus vel minoribus vel maioribus: si similes proferre non poterit, dispares proferat. Atque haec nocentis vitae sunt. Si innocens vita praeterita est illius, qui reus est, locus communis inducitur: vitam praeteritam spectari non oportere, quod ea potuerit esse occulta, aut fortasse ad peccandum cum animus fuerit, defuerit causa vel potestas vel occasio. Deinde alius locus communis: non ex vita praeterita praesens iudicium, sed ex praesenti iudicio vitam spectari oportere. Sin autem vita alicuius ignorabitur, praetereundus ab accusatore hic locus est dicendumque cur praetereatur, quod ignoretur vita: statim ad alia argumenta properandum, quae sunt ex ipso negotio in factis dictisque eius, qui reus est, conlocata.

11. Defensor autem primum, si poterit, debebit vitam eius, qui insimulabitur, quam honestissimam demonstrare et reliqua] qui defensori a persona contrarii loci sunt. Nam primum laborare debet, ut honestam rei vitam demonstret: quae declarabitur officiis vel communibus et notis vel maximis

---

1 non tantum fuisse *D*: non tantum fuisse commodum quam incommodum *BFO*, *sed in B* commodum quam *punctatum* fuisse commodum *BF pr. m.* et *om. B* 2 aut magis *B* Si in *mei*: Sin accusator dixerit cet.] Si in *O* 5 personam *D* 7 reum ut *nos*: eum $DF^1$, ut eum $F^2$, cum *BO* et in hoc utitur *F*, *sed* in hoc *s. l. m. 2* 8 utitur *mei* 12 de personae attributis *F*: personae attributis *D*, personae attributa *BO* 13 et quemadmodum iis *O* 16 iis *O* 18 animi *mei*: *om. O* 19 enim non facile *B*, *in D* non *s. l. est* 21 sint *mei*: possint *O* 22 consequantur *O* 23 ipsae sint $D^1$: ipsae possint $D^2F$, ex se ipsae possint *BO* 24 heae *F*, eae *O* 27 consentiet *FO* 29 in *om. O* si *om. D*, uel si *O et corr. B* 32 potuerit *nos*: poterit *libri* 35 vitam praeteritam *Christ* exspectari *mei* 36 ignoraretur *F* 37 statimque *O et corr. BF* 38 conlotata *D* 40 et reliqua *om. O*

p. 210. 211 C. p. 129. 130 O.

et raris aut cum periculo aut cum labore praestitis, officii causa, non necessitatis, et praestitis in parentes, cognatos, amicos, rem publicam. Sed ista beneficiorum commemoratio parva est, quia multorum vita exemplo est naturam posse mutari: ut morum instituta perseveraverint, declarandum est: nihil aliquando deliquisse, numquam ab officio recessisse; fuisse et causas et facultatem, numquam tamen voluisse peccare. Atque in his ostendendis occasionibus laborandum est: earum rerum namque copiam fuisse in faciendo et facere noluisse, quarum rerum nunc crimen in iudicio est, ut si avaritiae, cupiditatis. Deinde locus communis inducendus est, quo indignum esse cum conquestione declarandum est, ut qua causa inpelluntur ad peccandum vitiis omnibus pleni, hac, cuius vita praeterita purgata sit, inpulsus esse dicatur. Deinde alius locus communis: vitam honeste actam reo debere prodesse: ipsam esse certissimam testem morum et voluntatum: criminationem inimicorum invidia facile posse conponi. Haec, si honesta vita est. At si inerunt aliquae turpitudines, laborandum est, ut falsa esse dicamus inimicorum criminatione collectas: vel eo vitio mentis admissas, quo facilius veniam promeremur, neclegentia, necessitate, adulescentia, vel quolibet alio adfectu animi non pernicioso, ut amore vel aliquo huius generis. Postremo laborandum est, ut turpitudines vitae praeteritae vel in dissimili genere vitiorum esse doceantur; ut quoniam innocentem probare non possumus, ab hoc tanto facinore, quod in iudicio est, remotum esse doceamus. Sin vero est vita turpissima, nullo genere defensionis supra posito purganda: locus communis induci debet: vitam praeteritam spectari non debere, neque de moribus hoc crimen, quod intenditur, conprobari.

12. Ex facto autem ipso suspiciones ducentur] Restat tertia pars probationis in coniectura, ex negotio: huius partes quattuor sunt, ut in libro primo expositum est. Etenim adtributa negotio quattuor sunt: continentia cum negotio, in gestione negotii, adiuncta negotio, quae gestum negotium consecuntur. Haec breviter hic repetit, quoniam iam in libro primo tractata sunt: ac dicit in coniecturam omnia genera incidere, non omnes partes, ut in continentia negotii ante negotium, in negotio, post negotium facta omnia in suspicionem vocemus; item in gestione negotii locum, tempus, occasionem, facultates: de modo conticiscens, quod rei manifestae et in confessione habitae modus semper est. Item adiuncta negotio vel maiora vel minora vel paria vel similia maximeque eventus coniecturae prodest. Quarta etiam pars, quae gestum negotium consequitur, ad coniecturam tribuet argumenta, ubi quaeritur lex, consuetudo, pactio, usus, exercitatio. Adque haec sunt attributa negotio: ex quibus cum ducitur argumentum, impletur argumentatio ex negotio. Invenitur autem argumentatio praeterea, quae communiter sumatur ex attributis negotio et attributis personae: ut attributa personae non mihi personam, hoc est vitam praeteritam hominis declarent, sed hoc facinus adprobent, quod intenditur, sicut declarabunt quae supponuntur exemplo.

Suspiciones ducentur] id est coniectura capietur: ex ipsius omnibus

---

4 perseuerarint *O* 7 namque *expunctum in B* 8 ut si] causa exempli. ut si *F* 9 quod *F et B, sed* 'd *in B punct.* 15 falsas — criminationes *F corr.* 16 collecta *B* admissae $B^2F$, admissa $B^1$ promereremur *D corr.* 18 ut $D^1$: *om.* $D^2BFO$ 20 tanto $DB^2$: tantum $B^1FO$ 25 suspitiones *F* 26 primo libro *B* 31 in continentia negotii] *i. e. in iis, quae sunt cum ipso negotio individue et immediate, ut ita loquar, coniuncta: sic dixit supra,* continentia (*τὰ συνεχῆ*) cum negotio.' Capp. 33 conticescens *BO* 38 dicitur argumentum (argum. *in ras.*) *D* 42 supponuntur, exempla *Capp. et O* 43 capietur ex ipsius omnibus partibus. Ex omnibus partibus pertentabitur] *O* ex ipsis *BO* omnis *D*

p. 212 C. p. 130. 131 O.

partibus pertemptabitur': ut non mixta sint attributa personae, sed tantum sola sint facta in ipso negotio vel actione totius negotii impleta.

Hoc enim in genere spectabitur locus, tempus, occasio, facultas] Modum in coniectura non posuit, quia in facinore confessio semper inspicitur.

13. 'Sunt autem aliae suspiciones, quae communiter et ex negotiorum et ex personarum attributionibus sumuntur' et reliqua] Coniecturae argumenta suggerunt causa, persona, factum: utique ideo tria, quia singula. Suis igitur rationibus causa, suis persona etiam adprobatur; eodem modo factum: quod, cum singula suis rationibus per se in coniectura fidem praestent, merito ad probationem coniecturae triplex materia conlocatur. Monet tamen ratio, duo, personam scilicet adque factum, ad unam fidem posse sociari: ut ex utroque materiae genere, negotiorum, id est factorum, et personarum fides coniecturae quaestionibus adferatur. Hoc ut facilius fiat intellectuque capiatur, meminisse debemus attributa personis, quae utique cum sunt, ipsam videntur adprobare personam: quam cum probaverint, iam coniecturae locus est, a tali viro id quod intenditur facinus non potuisse committi. Ergo attributum personae facit personae fidem, facto autem prodest adprobata persona. Quod cum ita sit, novum est, immo mirum personae attributo probari factum, hoc est negotium. Idcirco Tullius praeceptum dedit, posse quoque ex attributis personae et negotiorum adprobationes nasci ex utraque suspicione communes. Inter attributa personae accipimus fortunam, naturam, victum, studia, facta, casus, orationes, consilia, habitum. Haec utique si attributa personae accipimus, sicut supra diximus, personam probabunt: verum perspiciente ratione et negotium probare poterunt. In fortuna, inquit, spectatur dignitas, divitiae, condicio: haec licet personae attributa sint, tamen cum dico 'dives est, adfectat tyrannidem: servus, potuit occidere: consul, non prodidit patriam', argumentum factis a personae attributis facio. Pari modo de consilio: si quibus consiliis aliquando usus sit dicam, persona est adprobata: si quo nunc usus sit consilio, personae attributo factum probabo. Ergo satis clarum est in constitutione coniecturali argumenta fieri posse communiter et de personae attributis et negotiorum, ut factum probetur. Praecipit praeterea in hac constitutione considerandum principaliter, quod in quaestione est an fieri potuerit, deinde an ab alio potuerit, deinde an facultas fuerit. Inter posse et facultatem hoc interest: cum substantia efficiendae rei inest aut deest, de facultate tractatur, ut sunt vires, ministeria, pecunia: at si aut per naturam res negatur aut per locum aut per tempus, de eo quaeritur an potuerit: si dicatur Tullius interfecisse Romulum, quod utique fieri non potuit per tempus nec habet posse. Item loco fit, si alicuius, qui arguitur caedis, ab eo loco, ubi caedes facta est, absentia declaratur. Tertio quaeritur, utrum id facinus sit, quod paenitere fuerit necesse; item quod spem celandi non haberet: deinde quaeritur an necesse fuerit id fieri. In quibus omnibus spectatur semper consilium. † Quod si in his consilium cer-

---

2 sint sola *F* 3 enim *mei*: igitur *Cic. et O* 5 aliae *D*: et aliae *F*, aliquae *BO* 6 et reliqua *om. O* 9 cum singula per se *D*, *sed suppletum est in marg.* suis igitur *(ex v. 7)* rationibus 11 sociari *D*: consociari *BFO* 16 uiro $B^2F^2$: uero $DB^1F^1$ 18 nouum est immo miru* personae attribut* probari factum $D^1$: nouum praeceptum dedit posse quoque ex personae attributis et negotiorum probari factum *D corr. m. 2 BFO* 23 accipimus *F et corr. B*: accipimus fortunam $DB^1$ sicui *D* 24 potuerunt *D* 27 facti *Christ* 29 consilio personae attributo, factum *in O distinctum est* 32 considerandum *D corr. ex* considerant 34 efficiendi $D^1$ 35 pecuniae $B^1$ 38 potuerit *O* habet $D^1$: haberet $D^2BFO$ 42 consilium *** *(tredecim fere litterae erasae sunt)* factum probatur $D^1$; consilium; quod si in his. consilium cernitur et ex factum probatur *D corr. m. 2*, consilium. Quod si in his

nitur, et factum probatur; consilium autem attributum personae est: ergo attributo personae factum probatur. Huius rei docendae causa supra positum thema tractando excutit habere argumenta ante rem: ‘quod in itinere | se familiariter applicaverit, quod sermonis causam quaesierit, quod simul deverterit, cenarit’: item in re ‘nox, somnus’: post rem: ‘quod solus exierit, quod illum tam aequo animo reliquerit, quod cruentum gladium habuerit’. Haec ante rem, in re, post rem attributa negotio sunt, quae faciunt fidem negotio. Sed quoniam in his omnibus etiam consilium spectatur, fiet ut, cum consilium personae sit attributum, haec omnia negotio sint || attributa, efficiatur negotio ex attributis personae et negotiis communiter adprobatio.

Quaeritur enim, utrum diligenter ratio faciendi videatur habita et excogitata, ut non veri simile sit quemquam tam temere ad maleficium accessisse. In qua re quaeretur, num alio modo commodius fieri potuerit vel a fortuna] Frequenter enim, si pecunia, si adiutores, *si* adiumenta desunt, videtur facultas faciendi defuisse: quod utique inpugnari non potest nisi per consilium, ut alio modo fieri potuerit, ut fieri a fortuna. Ergo ad expugnandas facultates, quae desunt, si subveniat saepe consilium, cum dicitur aut alio modo fieri potuisse aut per fortunam, in consilio, quod personae est attributum, res probatur. Ex hoc et ex superioribus illa conclusio est, nasci posse communiter argumenta et ex personae attributis et ex negotiorum. Hanc igitur rationem si diligenter voluerimus attendere, ista attributa inter se apta, iuncta et copulata cernemus negotiorum et personarum. Subiungit non oportere his omnibus praeceptis subici exempla, ut doceat, quemadmodum his uti accusator debeat, quemadmodum defensor, ut in superioribus docuit: et dicit non necessarium esse, non facile; non necessarium ita, quod si qui aliquid diligentiae adferre voluerit ad ista praecepta, ista omnia pro materiae genere facili cognitione retinebit: non enim praeceptor omnia tribuit, sed ex dictis ad similitudinem non dicta intellegenda supponit; non facile autem ideo, quod infinitum sit illis omnibus praeceptis exempla supponere, quomodo ante rem dicat accusator, quomodo defensor; quomodo in re, quomodo post rem, item alia, quae multa sunt. Huc accedit, quo maior difficultas sit, quod illa omnia per partium, id est accusatoris et defensoris, locos versa utilitate tractantur; nec enim inutiliter conveniunt. Unde melius est considerare cuncta et proposito themate negotii et suam et adversarii rationem diligenter attendere et sic suspiciones atque argumenta colligere, quare quid factum sit, quo consilio, qua spe perficiendi, cur hoc modo factum, cur ab hoc factum, cur nullo adiutore, cur hoc, cur nemo sit conscius, cur sit, cur hic sit: cur hoc ante factum sit, cur hoc ante factum non

---

consilium cernitur. et (et ex consilio *F*) factum probatur *BFO* 2 causa suppositum $F^1$ 3 se $DF^1$: se tam $BF^2O$ 4 applicauerit *nos*: applicauit *mei (sed ex rasura F* applicuit), applicarit *O* 5 postremo quod *D* 6 tam $D^1$: tam familiarem $D^2F$, tam familiarem comitatum *BO* 7 in rem *D* quae *D s. l.* negotium *D pr. m.* 8 fiet ut cum *B*: fiet cum *D*, fiet probatio negotii cum *F* 9 haec *mei*: et haec *O* sint *nos*: sunt *libri; nisi gravius vulnus latet* effici*tur *F* 10 negotio $D^1$: negotium $D^2B^1F^1$, negotii $B^2F^2O$ et negotiis *mei*: et negotii *O* 11 utrum uideatur dilig. ratio faciendi esse habita *O* 12 ut non *mei*: an ita temere ut non *O*; *fort.* an non 13 in qua re *mei*: in quo *O* quaeritur $D^2BFO$ num quo alio *O* commodum *D* poterit fieri *O* 14 praeconia $DB^1$ adiutores $D^1$: adiutoris $D^2BFO$ si *addidimus* desint *BO* 15 non *om. F* nisi *B s. l.*: *om.* $DB^1F$ 16 ad explendas *F*, *sed in ras. m. 2* 17 si *om. F* 18 in *mei (sed in B erasum): om. O* 21 hac *D* 22 apte *B* 24 iis uti *O* 25 [esse] ita *O* 26 si quis *O* 27 praeceptorum $F^1$ 29 ideo $D^1$: ideo dixit $D^2BFO$ omnibus illis *O* 32 omnia illa *O* 33 melius $D^1$: illud melius $D^2BFO$ 34 cuncta ex proposito *O* 37 conscius *F et Cic.*: *om. DB*

p. 213. 214 C. p. 132. 133 O.

sit: cur hoc in ipso negotio, cur hoc post negotium: cur de industria factum aut rem ita sit consecutum: an constet oratio vel cum re vel ipsa secum: hoc huiusne rei sit signum, an illius, an et huius et illius et utrius potius: quid factum sit quod non oportuerit, aut non factum quod oportuerit. Hac | adhibita animi intentione, cum coniecturam omne negotii corpus intraverit, tum ‖ facilius videbitur esse perceptio, ut locos omnium argumentorum sese quodammodo offerentes videre possimus: ex quibus, ut supra diximus, modo ex singulis attributis, modo ex coniunctis argumenta nascentur, quae aut probabilia erunt aut necessaria.

Ad easdem res, quae rem credibilem aut incredibilem facere possunt]: 'quae rem', inquit, non personam, cuius scilicet attributum est.

Et cum facti suspicione iunguntur] et hic rei eius, unde iudicium est, non personae, cuius attributum est.

Utrum id facinus sit, quod paenitere sit necesse] Adnotanda nova locutio: paenitet me non illius rei, sed paenitet me hanc rem.

14. Tum ex singulis, tum ex coniunctis] Aut a causa aut a persona aut a factis aut ex coniunctis argumenta certa nascentur, ut attributa personae attributa facto videantur.

Accedunt autem saepe ad coniecturam] quia in coniectura ex hoc genere probationum fides fit.

Accedunt autem saepe ad coniecturam quaestiones, testimonia, rumoresa Praeter hanc materiam, qua coniecturae argumenta tribuuntur a causa, ] persona, a facto, accedunt aliae probationes soli coniecturae semper adiunctae, tormenta, testimonia, rumores. Haec enim in aliis constitutionibus non valent, quia non adhibentur ista, nisi cum res negatur: quae omnia ista ad partis commodum retorquenda sunt. Hoc probationis genus Graeci *πίστεις ἀτέχνους* vocant, quod, cum his orator utitur, fidem quidem iudici facit, sed non oratione. Hoc Tullio minime placet: dicit enim etiam probationum genera indigere arte, et pari modo ut ex causa et persona et facto argumenta duci, cum de tormentis, testibus, rumoribus disputatur, ex illis scilicet adtributionibus, quae aut negotio aut personis videntur esse subiunctae. Namque cum contra testes dicitur aut pro testibus, utique attributa personae contingenda sunt per naturam, victum et cetera, ut fides data testi aut [ut] possit aut non possit adhiberi. Hoc et in tormentis; nam eius, qui torquetur, excutienda persona est. Ergo omnia argumentis probanda sunt: quorum argumentorum genera duo sunt, unum proprium, commune aliud. Proprium est, quod ipsius causae et negotii est, ut 'Sextus Roscius, cum caedes facta est, Romae non fuit: non ergo patrem interfecit.' Commune est, quod transferri in similes causas potest: 'filius patrem interfecit: reclamat istius modi suspicionibus ipsa natura'.

---

36 Cic. p. Rosc. Am. §. 18. 38 ibid. §. 63.

---

3 signum sit *F* 'an huius *O* utrius $D^1$: utriusque $D^2BF$ 5 coniectura *F corr.* 6 cum facilius *D* perceptio *DF*: praeceptio *BO* 7 sese *F*: esse *D*, se *B* possumus *D* 9 necessaria ad eas res *O* 10 easdem *F*: eas *DBO* res *om. F* 12 factis *D* 14 utrum] ut non *mei*, Deinde utrum *O* sit *DF*: fuerit *BO* 16 aut causa aut pers. $D^1$ 17 aut (*ante* ex) *D in ras.* argumentis $DF^1$ nascantur *D corr. ex* nascuntur 19 Accedunt autem — fides fit *DF*: *om. BO* ad coniuncturam *D* 21 ad coniecturam saepe *O* 26 commodum $D^1$: commoda $D^2BFO$ torquenda *F* 28 *post* oratione *habent mei glossam:* qui (qua $D^1$, quia *F*) istud (illud *F*) nomen inuenit, *sed in BF expuncta est* etiam $DB^1$: etiam haec $B^2FO$ 30 subiectae $B^1$ 32 contigenda *D* 33 sint *D pr. m.* testi aut *mei*: testi sit, aut *O* (fides sit data *B corr.*) ut *inclusimus* 39 interficit *D*; filius — interf. *om. F* reclamitat *libri Tulliani*

p. 214. 215 C. p. 133. 134. 135 O.

Hoc argumenti genus, quia transferri in similes causas potest, communis locus dicitur] Locorum autem communium genera duo sunt, unum cum certae rei certa est amplificatio, aliud, cum rei ‖ dubiae est disputatio. Amplificatio rei certae est, ut in parricidam, in sacrilegum. Dubiae vero rei communis locus est, qui a Graecis dicitur *θέσις*, quae habet partes duas. Quae idcirco locus communis dicitur, quod ex materiae genere non certum quid designat, sed habet tractatum ex generalitate | communi, ut suspicionibus credi oportere vel non oportere. Sed hanc *θέσιν* civilem moralemve teneamus, non illam, quae apud philosophos naturalis est. Quilibet autem horum locorum cum interponitur — interponi autem raro debet — ornat orationem: neque interponendus locus, nisi cum aliquid iam probatum est. Etenim si locus communis generalia loquitur, quasi causam tenens discedit a causa. Ius iudicem tenet, quia iure iuratus sedens audire desiderat, unde sententiam prolaturus est. Ergo aut parte causae probata inducendus est aut in peroratione, id est epilogis, ut aut renovetur aut suscitetur auditor. Omnis enim locus communis locutionum cuncta ornamenta desiderat, quae aut verborum sunt aut sententiarum: quae dum apte ac necessario dicuntur, oratorem ab oratore discernunt. Etenim cum loci communes causarum sint, communes oratoribus similitudine dictionis esse non possunt.

Quaestiones, testimonia, rumores] cum auctoritas fidem facit, cum tormenta sunt. Haec autem omnia, quae non oratione argumentorum fidem faciunt, a Graecis *πίστεις ἄτεχνοι* nominantur, non quidem recte.

Uterque simili via praeceptorum] et accusator et defensor.

Nam et ex quaestione suspiciones et ex testimonio et ex rumore aliquo pari ratione] Ideo fit ut arte egeat huiusmodi disputatio, quoniam et contra haec et pro his saepe dicendum est.

Ut ex causa et ex persona et ex facto duci oportebit] quae ex confesso argumentis materiam tribuunt: ‘ut ex facto’ inquit ‘duci oportebit’: ecce iam non est *πίστις ἄτεχνος*, id est fides sine arte.

Artificii non putant indigere] cum appellant *πίστεις ἀτέχνους*.

Aliter hoc de genere ac de omni coniectura praecipiendum ‖ putant] ut dicant alias divisiones esse ad probationem coniecturae, non quas supra diximus, causam, personam, factum.

Nam et eius qui in quaestione aliquid dixerit et eius qui in testimonio et ipsius rumoris causa] ut ea, quae materiam argumentis praebent, et illa, quae quasi habere artem negantur, isdem attributionibus tribuant probationi tractatum.

Ex isdem attributionibus reperietur] quae semel praecepta sunt de coniectura.

---

2 *fort.* cum rei certae est a. 4 dubiaeque *D pr. m.* 5 partes duas] ‘*affirmantem sc. et negantem, ut ex allato patet exemplo:* suspicionibus credi oportere vel non oportere’. Capp. 6 locus *om. F* 10 ornatur oratione *D et corr. F* 12 discedit a causa *D pr. m.*: descendit ad causam $D^2BFO$ 13 iurem iuratus $D^1$ 14 inducendus est (*sc.* locus communis) *scripsi:* ***u*endus est $D^1$, iudex utendus est *D corr. m. 2*, *BF*, utendum est *edd.*, *θέσει* utendum est *coni. Orelli* 17 ac] aut *F* 19 similitudine dictionis] ‘*τῆς φράσεως, h. e. elocutionis. Vulgo* stilum *vocant*’. Capp. 20 cum auctoritas — sunt *mei: om. O* 21 non *om. D et pr. m. B* 22 ΠΙCΤΕΙC ΑΤΕΧΝΟC (ΝΥC *F*) *mei* nominatur *D* 27 confesso $D^1$: confessione $D^2BFO$ 28 tribuunt ut ex facto *O* 29 ΠΙCΤΕΙC ΑΤΕΧΝΟΥC *mei* 30 artificii $D^1$: hoc ceterum (ceteri $BF^2$) artificii $D^2BFO$; *interpolatio inde orta est, quod librarii, ut editores, vv.* artificii n. p. indigere *lemma esse non intellexerunt.* 36 arte artem *D* hisdem *mei* probationi tractatum *F*: probatio tractatum *D*, tractatum probatio *B sed m. 2 in loco eraso*, tractatum, probatio ex iisdem *etc. O; vv.* ex isdem *etc. lemma esse, in F signis indicatum est* 38 hisdem *DB* repperietur *DF* praeceptae *O cum Capp.*

p. 215. 216. 217 C. p. 135. 136 O.

Omni autem in causa pars argumentorum est adiuncta ei causae] Et locus communis argumentum est, argumentorum autem duo genera: unum, quod ipsius causae proprium est, aliud, quod et ipsius et similium: hoc, quod secundum est, locus communis appellatur. Verum locorum communium genera sunt duo, ut ipse declarat.

In omnis eiusdem generis causas transferri non satis commode possit] Hoc argumentum est solum, non argumentum per locum communem. |

15. Quae ex contrario quoque habeat probabiles rationes] credendum, non credendum.

Suspicionibus credi non oportere aut oportere] id est thesis.

Per conquestionem] quod est proprium epilogorum.

De quibus ante dictum est] in libro primo, hoc est in epilogis, id est in conclusione.

Aliquam probabilem utraque ex parte rationem] haec θέσις est.

Certioribus illis] auditoribus scilicet.

Nam tum ei conceditur commune quiddam] Non debet enim locus communis induci, cum adhuc nihil probatum est.

Et auditoris animus renovatur ad ea, quae restant] post probationem per locum communem.

Aut omnibus iam dictis exsuscitatur] quia et in epilogis sunt loci saepe communes.

Omnia enim ornamenta elocutionis] id est, figurae, quae sunt aut σχήματα διανοίας aut σχήματα λέξεως aut σχήματα λόγου, ut quidam volunt.

Sic oratorum quoque multorum communes loci sunt] Nam cum loci communes ideo dicantur, quod in similes causas conveniant, cum ab oratoribus tamen dicantur, diversitate dicendi vix possunt esse communes. ‖

Verborum et sententiarum] λέξεως et διανοίας σχήματα.

Atque hoc sit nobis dictum communiter de omni genere communium locorum] ut et genera duo dixerit communium locorum, id est certae rei et incertae, et quemadmodum sint dicenda praeceperit, sed hoc generaliter in omnibus constitutionibus. Nunc autem in hanc constitutionem proprios coniecturae locos communes dabit.

16. Nunc exponemus in coniecturalem constitutionem qui incidere soleant] Locorum communium genera dicta sunt, quemadmodum dicantur praeceptum: ita omnia, quae de locis communibus praecipienda videbantur, exposita. Nunc subiungit certos coniecturae locos, qui in aliam constitutionem non cadunt; sunt enim coniecturae tantum et in quamlibet coniecturam dicta similitudine transferentur.

Suspicionibus credi oportere et non oportere] et reliqui, vel qui supositi sunt vel qui esse possunt. Qui omnes ex thetico genere orti in contrarium argumenta | sumunt, et non tam loci communes quam locorum communium loci sunt. Sunt alii proprii in coniectura accusatoris et proprii

---

1 omnia autem *D* 2 genera sunt *F* 5 duo sunt *F* ipse *DF*: et ipse *BO* 6 omnes *BFO* 8 rationes argumentandi *F* 13 conclusionem *D* 14 est $D^1$: est credendum non credendum *BFO*; credendum *etc. D in marg.* 16 tum *mei*: et tum *O* ei *inclusit O* quiddam dicere *FO* 18 per locum *om.* $D^1$ 22 figura *D* 23 quidam] *ut Fortunatianus p. 126, 24* saepe uolunt *BF* 29 incerte *D* 30 et *om. D, F s. l. habet* 33 exponimus $D^1$ qui *DF*: qui loci communes *BO* inconcidere *D* 34 sunt et *F* 35 praeceptum est $D^2BFO$ 36 exposita $D^1$: exposita etiam sunt *BFO*, *et D in marg.* 40 ex thetico genere] *'h. e. ex genere θέσεως, sive ex eo loci communis genere, quod ad* thesin *pertinet. Thesis autem est generalis quaestio in utramque partem disputabilis, v. gr.* utrum suspicionibus credi oporteat necne'. Capp.

defensoris: atque accusatoris duo, unus, qui atrocitatem facti cumulat, alter, per quem negat malorum misereri oportere. Defensoris etiam similiter duo sunt, unus declaratio calumniae accusatorum, alter conquestio captandae misericordiae. Distant autem a theticis modo hoc, quod illi habent ex utraque parte tractatus et in contrarium suggerunt argumenta, hi unius tantummodo partis sunt et aut indignationem solam aut solam exprimunt conquestionem. Ita duo genera locorum communium esse manifestum est, unum, quod ex duplici tractatu generaliter constat, quod theticum dicitur, aliud, quod generali quidem, sed unius partis aut indignatione sola aut sola conquestione tractatur. Sciamus autem hos omnes locos, id est ista duo genera, ex isdem attributionibus tractari, ex quibus argumentationes, id est ex attributis personae et attributis negotio, illa tantum distantia et dicendi diversitate, ut argumentationes subtilius, tenuius, acutius explicentur, loci vero communes gravius, ornatius, verbis et sententiis excellentibus. Nam in argumentationibus sola quaeritur veritas: in locis autem communibus, quamquam et veritas adseratur, tamen, quod est illorum proprium, rei probatae amplitudo captanda est. Unde satis clarum est etiam locos argumentationum vim tenere, ita tamen, ut amplius aliquid agere videantur, cum praeter fidem rei cumulum videantur inplere.

In contrarias partes deducentur] thetici sunt ‘credi oportere, non oportere’, et multa talia. ||

Certus autem locus est accusatoris, per quem auget facti atrocitatem] Superiores loci in contrarias partes deduci possunt: isti vero loci proprii dantur aut accusatori aut defensori suo.

Ceterae argumentationes] aut a personae aut a negotio attributis.

Ut id, quod dicitur, verum esse videatur] quod est proprium argumentationis.

In his, tametsi hoc quoque videri oportet] ut et in locis communibus veritas quaeratur, sed orationis modo distet ab argumentatione.

17. Cum est nominis controversia, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva dicitur] Sequitur definitiva constitutio, quia coniectura praeceptis superioribus terminata est. Haec definitiva, quia tunc exoritur, cum nominis controversia est, et quia vis nominis definienda verbis est, definitiva dicitur constitutio. Huic supponit exemplum: cum reus fit pater maiestatis, qui filium prohibuit seditiose contionantem, id est filium tribunum pl. Est in hoc themate etiam alia constitutio vel relativa vel conpensativa vel absoluta. Nam ‘licuit mihi, pater sum’ | absoluta est, ‘meruit’ relativa est, ‘profui’ conpensativa. Verum hoc in themate non quid sit, considerari Tullius voluit, sed interim monuit id percipi, adque hoc exemplum ideo dedit, ut finem tantum consideremus, quia nunc propter finem subiecit exemplum. Praecipit autem in omni hoc libro considerationem adhibendam esse circa omnes constitutiones et earum partes et controversias,

---

3 accusatoris *cod. Bas. et O* 4 a thicis $D^1$ hoc modo *O* 8 aliud quidem quod generali quidem *B* 9 sola aut sola *nos*: aut sola *D*, sola *F*, sola aut in sola *F m. 2*, sola aut *BO* 10 hisdem *mei* 12 tantum *B corr. e* tamen distantiam $D^1$ 19 in *mei*: qui in *O et B corr. m. 2* non $D^1$: et non $D^2BFO$ credi oportere *B* 21 certos autem locos (*om.* est) *D* augent *D* 23 accusatoris $D^1$ suo] soli *coni. Orelli; fort.* aut accusatoribus aut defensoribus 24 a *D utroque loco s. l., posterius om. O* persona *D* negotii *O* 27 in his tamenetsi *F*, sumptam *(in ras. m. 2)* etsi *D*, sumptum. Etsi *B*, sumptum. Tametsi *O* et *om. BF, B s. l. habet* 30 est *D corr. ex* et 36 absoluta] ‘*Alias vocant statum qualitatis absolutum vel etiam absolutae, Graeci vero ἀντίληψιν. In eo posita est, ut quod quis fecisse se confitetur, id iure a se factum esse contendat.*’ Capp. 38 praecipi *Christ coll. Cic. II, §. 53* 39 ideo *D s. l. m. 1* 40 subiicit *O* praecepit $B^1F$

p. 218. 219 C. p. 137. 138 O.

id est legales quaestiones. Perceptis omnibus in omni causa, in qualibet materia omnia, quae inventa fuerint, genera quaestionum possunt tractari, sumptis suae partis praeceptis: ut cum in themate coniectura fuerit, eius divisionibus utamur, itemque et alterius vel aliarum, si quae inciderint constitutiones. Subiungit igitur in definitione locos a parte accusatoris. Sunt autem quattuor, definitio, approbatio definitionis, deductio definitionis in ipsam certam speciem, de qua agitur, destructio definitionis adversae partis, quae constat ex locis quattuor: si demonstretur falsa, si turpis, si inutilis, si conlatio utriusque definitionis fiat. Falsa demonstrabitur ex opinione hominum, si docemus de eo, unde quaeritur, quemadmodum aestimet populus, quemadmodum in consuetudine locutionis utatur eo verbo, quod definimus. Turpis autem et inutilis demonstratur adversariorum definitio ex honestatis partibus et utilitatis, de quibus in postrema huius libri parte tractavit. Exprimimus igitur quae incommoda futura sint, si ita accipietur, quod definitum est ab adversario. Conlatio vero definitionum, qui quartus in reprehensione locus est, hoc aget ut nostram definitionem ostendat veram, honestam, utilem, quod adversarii ostendimus falsam, turpem, inutilem. Adferemus praeterea ad definitionis nostrae confirmationem res aut maiori aut minori aut pari negotio similes, ut et ad definitionem nostram similium conparatione conlecta ostendamus, quanto verior, honestior, utilior sit nostra descriptio. Haec in simplici definitione. Sed si duae res pluresve definiendae sunt, ista omnia pro definiendarum numero duplicantur. Quaeritur enim saepe, fur sit an sacrilegus, qui vasa ex privato sacro subripuerit vel de sacro privata. Quoniam a parte accusatoris et quid sit sacrilegium et quid sit furtum definiendum est, in singulis definitionibus illa supra posita praecepta complebit, definiet, adprobabit, deducet, infirmabit: quae cum fecerit in definiendo sacrilegio, faciet rursus eadem in definiendo furto, mutata tantum tertia parte praecepti. Accusator enim, qui sacrilegium vult probare, negare vult furtum. Ita in definitione sacrilegii, quod probare nititur, utetur illis supra positis praeceptis: in definitione vero furti, quia furtum negabit, utetur praeceptis defensori datis, id est ut post definitionem et eius adprobationem separationem speciei faciat a definitione: fietque in hoc themate et in eiusmodi complexione definitionum, ut vertat similiter praecepta etiam defensor. Nam quoniam furtum probare vult ille, qui se defendit, post definitionem et eius adprobationem deductionem faciet ad speciem: contra cum sacrilegium definierit, qui hoc admisisse se non vult, illic faciet loco tertio separationem speciei a definitione. Ergo his modis et partibus definitionem suam accusator implebit. Habebit autem communem locum ex ipsa definitiva constitutione sumptum in malitiam eius, qui non modo rerum, verum etiam verborum potestatem sibi adrogare conetur, ut et faciat quod velit, et quod fecerit, id quo voluerit nomine appellet.

---

2 possint $DF^1$ 5 aperte *D* 8 ex] et *D* demonstrabitur *F* 10 si *om. D*, cum *F* docemus *DF*: docebimus *BO* aestimet *mei*: *immo* existimet 13 de quibus in deliberatiuo genere, hoc est in postrema *D corr. m. 2 BFO* parte huius libri *B* tractauit *D*: tractabit *BFO* exprimemus $B^2O$ 14 commoda *D pr. m. fort.* si id accip. 15 qui *B*: quia *DF* 20 ostendamur *D corr. ex* ostendamus describtio *D* 23 surripuit *O* 25 compleuit *D* 26 approbabit *B*: aut approbabit *DF*; *videtur* ad *in* aut *latere* deducet] *'h. e. deducet generalem definitionem in ipsam certam speciem, de qua agitur'*. Capp. infirmauit *D* 29 in *om. O* definitiones *D corr. e* definitionem 33 definitionum ut *F*: ut *om. D*, ut defin. *BO* 37 partibus *mei*: speciebus *O* impleuit *D* 40 id quod *D*

p. 219. 220 C. p. 138. 139 O.

Exemplum generis] id est finitivi.

G. Flaminius, is qui consul rem publicam] historiam a post sequentibus dedit.

Iudicatio est] ex ratione et refutatione rationis iudicatio.

Ad hanc iudicationem argumentationes omnes adferre oportebit] Ad hanc iudicationem, id est finitivam, ne aliam cum feceris constitutionem, hic aliam facias iudicationem et non conveniat.

Haec 'praecepta', quae nunc finitivi status ponimus: 'et earum partis' propter qualitatem, quae partis pluris habet: 'et controversias', legales status dicit.

Maiestatem minuere est] definitio est rei, de qua quaeritur.

Pluribus verbis et rationibus confirmandum] Superior definitio est, haec confirmatio definitionis.

Postea ad id, quod definieris] deductio definitionis ad speciem.

Hoc ex opinione hominum sumetur] quo modo destruatur descriptio adversae partis.

Veram, honestam, utilem demonstrabimus] Cum tria dederit defensori vitia definitionis, id est falsam, turpem, inutilem, tria dat accusatori contra ornamenta definitionis, id est veram, honestam, utilem: ut etiam ex conlatione melior accusatoris definitio probetur.

18. Deinde simili ratione causa tractanda] ut definias, adprobes, deducas ad speciem, infirmes definitionem adversae partis, docendo falsam, turpem, inutilem; conpares etiam quae utilior est vel reliqua aut a minore aut a maiore aut a pari: sed in tot definitionibus omnia haec, quot res definiendae sunt.

Defensoris deinde primus locus est] Et huic dat quattuor ad actionem definitionis locos, sed in quibusdam partibus, id est in tertio loco discrepat. Supra enim, id est in parte accusatoris, haec quattuor sunt, definitio, adprobatio propriae definitionis, deductio in speciem definitionis propriae, destructio definitionis alienae: at hic in parte defensoris est similiter definitio sive adprobatio eius, et, quo mutat, separatio definitionis a specie, de qua quaeritur, destructio definitionis adversae partis.

'Defensoris deinde primus locus est' et reliqua] Datis omnibus locis accusatori ad suam definitionem, defensori quoque ad definitionem eiusdem proprios locos | tradit: ex quibus primus est definitio, et ipsa brevis, deinde eius adfirmatio, tertio loco a definitione sua separatio eius speciei, de qua quaestio est: post quem locum locus communis infertur, per quem facti utilitas aut honestas augetur: quem quidem locum habet etiam accusator, sed ex contrario; ille enim indignitatem rei auget, hic utilitatem. Quarto loco

---

1 Exemplum *mei*: Eius *O* definitiui *F* 2 G. *om. O* flamininus *mei* his *D* publ. *om. D* 4 iudicatio est *mei*: Iudicatio est, minuatne is maiestatem] Iudicatio est *O ex coni. Capper., qui erravit in lemmate constituendo* et *D*: et ex *BFO*; *cf. p. 279, 11* rationis iudicatio $DB^1$: rat. controuersia $B^2F$, *sed* controu. *F in ras. m. 2*, rat. [iudicatio] *O* 6 definitiuam *O* 15 describtio *D* 17 uerum *D* utilem esse *O* 21 causa est tractanda *O* 23 a maiore aut a minore *O* 24 haec *mei*: haec erunt obseruanda *O* 26 Deinde defensoris primus est locus *O* quattuor dat *B* 27 locus $DF^1$ discrepat *nos*: discrepauit $DBF^2$ *(haud scio an recte, si statuas hac perfecti forma Victorinum usum esse)*, discrepabit $F^1O$ *contra loci sententiam* 29 propriae defin. *BO* 30 adhic $D^1$, adhuc $D^2B^1F^1$ siue *D corr. e* suae; *an* suae thesis? 31 quo mutat $DB^1$: quod mutat $B^2O$, commutatur *F*, *sed* com *m. 2 in ras.* 33 locus est etc. *O* 34 addefinitione *D*, ad defensionem *B* eius *F corr. ex* eiusdem 36 de qua quaestio est (*add. s. l. m. 2* quaeritur) *D*: de qua quaeritur quaestio est *BF*, *sed in utroque* quaestio est *deletum*, de qua quaeritur, id est, quaestio est *O*

sequitur adversariorum definitionis reprehensio, eadem illa omnia retinens, quae definitionis reprehensio includit, id est ut falsa, ut turpis, ut inutilis‖ doceatur, fiatque utriusque definitionis etiam a defensore similiter comparatio. Omnia enim defensor facere poterit ac dicere, quae accusator, praeter locum communem accusatoris. Habebit autem defensor locum communem, per quem indignabitur accusatorem sui periculi causa non res solum convertere, verum etiam verba mutare conari. Hic similiter locus defensoris ex ipsa definitiva constitutione susceptus est: unde proprius hic locus constitutionis defensori. Nam esse quidem possunt alii communes loci ex causa et ex negotio nati, non ex constitutione, ut in calumniatorem, ut conquestio misericordiae, ut indignatio facti et cetera huiusmodi, quae ex periculi magnitudine genita, non constitutionis definitivae, ut diximus, sed ex conpositione circumstantiae, quam περίστασιν nominamus, procreantur. Sed hi communes loci non in omni causa sunt, sed in omne genus causae incidunt, hoc est in omnes constitutiones incidunt, non in omnes causas, quas una quaeque habere poterit constitutio. Ac de his locis communibus periculi magnitudine procreatis in coniecturali constitutione fecimus mentionem, qui qualesque sint explicantes. Utemur autem iis et eos inducemus in orationem, cum causae ipsius necessitas flagitabit, similibus exemplis et rationibus, quae ad definitionem suam poterunt pertinere.

Ab illa definitione separatio] ut separaret factum suum ab ea definitione, quam habuit adversarius.

Per quem facti utilitas aut honestas adaugetur] Quo modo accusator descendit ad speciem, ut iungat definitionem suam cum specie, sic defensor descendit ad speciem, ut separet definitionem suam a specie, id est de facto, unde quaestio est. Et uterque utetur loco communi, sed accusator ut augeat factum per indignationem, reus ut utile esse doceat et honestum.

Omnibus locis, quos accusatori praescripsimus] ut et hic rursus convertat in definitionem adversarii praecepta superiora et dicat eam falsam, turpem, inutilem; comparet ex minore, maiore, pari, quae habet scilicet accusator. Nam et hic proprium locum communem de fine habebit: nam et extra finem, quem potest causa suggerere, habere potest uterque alium locum communem.

Post eadem praeter communem locum] id est conlatio ipsarum definitionum per minora, maiora, paria.

Nam illi quidem communes loci] qui in quacumque parte esse possunt causa suggerente.

Ex periculi magnitudine, non ex causae genere ducuntur] ut non proprius sit locus communis ex fine natus, sed ex negotii genere, cuius circumstantia pro qualitate vel quantitate periculi locos communes dabit. | ‖

Non in omnem causam, sed in omne causae genus incidunt] Hi loci communes, qui ex conpositione negotiorum nascuntur, non in omnibus causis sunt, quia non omnis causa similiter conponitur, sed cadunt in omnia ge-

---

3 fietque *O* 4 ac dicere poterit *O* 5 accusatoris (*add. in marg. m. 2* eiusdem) *D*: eiusdem accusatoris *BF*, ipsius accusatoris *O* 6 accusatori *D* 8 hic *mei*: *om. O* 9 defensori *DF*: defensoris *B*, defensori est *O* negatio *D* 12 ex conposition *D*, expositione *F* 17 in *om. D* 18 his *mei* inducimus $D^2F$ 19 flagitauit *D* similibus et exemplis *O* 21 separaret *DF*: separet *BO* 24 ad speciem descendit *B* 25 a *om. D* de facto $DB^1F$: a facto *B corr. et O* 27 ut *om. D* 28 Locis omnibus *O* praescribsimus *D* 29 ea *F* esse falsam *O* 30 maiore minore *O* parique $DF^1$ 32 quem post causa suggeret (ret *ex corr.*) *F* 34 maiora minora *O* 38 circumstantia *B corr. e* substantia 40 causae *F*: *om. DB* 42 quia non $FB^2$: non quia non *D*, nam quia non $B^1$

p. 221. 222 C. p. 141. 142 O.

nera causarum, id est in omnes constitutiones, quia quaelibet constitutio modo atroci negotiorum conpositione fingitur, modo simpliciter conponitur.

19. Cum autem actio translationis aut commutationis indigere videtur] Tertia constitutio, quae translatio est, quia ita Tullius ordinem dedit. Haec commutationem iudicii cum actione tenet, cum persona, locus, lex, crimen, poena mutatur vel cetera, quae similia sunt. His singulis supponere exempla et infinitum et supervacuum est, vel quia multis modis efficitur, vel quia omnibus modis ad dicendum una praeceptio est. Omnis autem translatio aput antiquos temporibus Tullianis in ipsa causarum actione aut non erat aut rarior inveniebatur. Praetores etenim, qui ius dicebant, et iudices causae dabant et controversiae vel agendi genus instituta actione formabant: ita si praescribebat praetor, qua accusator, qua reus deberet actione uti, praescribendo quid fieret excipiendoque quid non fieret, translationis controversiam actionibus auferebat. Erat praeterea institutum ut causa caderet is, qui non quemadmodum oportebat egisset. Ergo etiam propter hoc formata lite ad iudicium veniebatur. Aput ipsum vero praetorem, cum litis ipsius forma conponeretur, illic partes aut excipiebant aliquid aut simplicem actionem accipiebant, unde in ipso, ut dixi, iure, hoc est apud praetorem, de modo agendi cum quaereretur, tractaretur exceptio atque translatio. Cum autem iam litis forma esset accepta, in iudicio nulla iam poterat esse translatio. Ergo in iudiciis translatio rarius invenitur: et si quando inventa fuerit, ipsa per se parum firmitudinis tenet adsumitque vires alia constitutione: [hoc namque praeceptum Tullianum est, translationem ex alia constitutione firmari:] ad quod praeceptum exemplum subiungit, non ut translationem doceat, sed ut ostendat translationem alia constitutione firmari: 'reus parricidii factus, probatis aliis criminibus, an damnandus sit quaestio est'. Utitur translatione reus, cum dicit se non parricidii damnandum esse, quia nihil inde sit adprobatum, sed aliorum criminum, quae probata sint, adfici oportere supplicio: ac ne eo quidem, quod non inde iudicium constitutum sit. Ita si neque probatorum criminum poena esse debet, quia non inde iudicium constitutum est, neque parricidii, quia nihil probatum, confirmat non esse damnandum: verum tamen purgandis aliis criminibus per coniecturam opera danda est, ut reus non opera tantum translationis utatur. Ergo probatum illud est, translationem alia constitutione firmari. Subiungit ‖ vero exemplum translationis, cum agit iniuriarum, cui praecisa manus est, et is, qui praecidit, exceptionem postulat, ut in hoc iudicio de maleficio non fiat praeiudicium. In hoc genere constitutionis praecepta haec sunt, quae utrique partidentur, ut explicent, quid fieri soleat, a quo, per quos, quo modo, quo tempore, | quemadmodum agi, quemadmodum iudicari, quemadmodum statui: quod utique ex partibus iuris agnoscitur, de quibus partibus in qualitate est

---

2 *post* conponitur *est in DF titulus* DE PRAESCRIPTIONE, *sed in F erasus* 4 tertia est constitutio *BO* 5 haec *F in ras.*, de commutatione iudicii cum actionem tenet *D* 11 controversias *F* 12 si $D^1$: sibi $D^2BFO$ praescribebat praetor *mei*: praescribebant *O* 14 † actionibus *O* auferebant $B^1$ 15 propter hoc *D*: propter haec *BO*; pro hac forma taliter *F*, *sed m. 2 in ras.* formata lite (*add.* r *sup.* lite) *D*: forma taliter *B* 16 ueniebat *B* 17 partes] *add. in F s. l. m. 2* litigantium 19 tractaretur $DBF^1$: fiebat *F corr. m. 2*, tractabatur *O* 22 uires alia constitutione firmari *mediis om. D; suppletum est in marg.:* hoc namque — constitutione firmari; *hinc explicatur lectio, quae est in BF, in quibus* firmari *bis legitur, et suo loco et ante* Hoc namque. *Nos apertum glossema inclusimus.* 30 Ita si neque — constitutum est *om.* $B^1$ approbatorum *F* 32 damnandum] *add. est in meis, sed in B rursus deletum:* atque (adque *D*) haec translatio. cum autem iam litis forma *(sic F in ras.)* sit (sunt *D*) 35 agit is *F* 38 quod fieri *DF* 40 equalitate *D*

p. 222. 223 C. p. 142. 143 O.

tractaturus. Debet etiam tractari, quid in similibus rebus fieri soleat. Aut enim in iure cautum est id, de quo quaeritur, aut solet sic fieri aut non solet, aut ad id, quod in iure solitum est, id, quod simile est, adplicatur. Deinde per coniecturam tractandum, utrum malitia agatur aliud, cum aliud simuletur, an stultitia, an necessitate. Locus autem communis unus est contra translationem: fugere iudicium et poenam eum, qui translatione utatur. A translatione unus locus communis est: perturbari omnia, si non eo pacto agatur, quo oportet. Hae sunt tres constitutiones, quae species non habent, coniectura, finis, translatio. Translationem autem intellegamus formam esse status: praescriptionem vero eandem appellari posse et eandem exceptionem, sed ab oratoribus: in iure autem praescriptionem dici ipsum propositum ius, exceptionem autem, cum ius ipsum propositum adversus se actor alius excipit interposita aliqua condicione. Sit nobis praescriptio ‘iniuriarum’, exceptio ‘nisi praeiudicium facias de caede’.

Si singula translationum genera quaeramus] ut exemplum, quemadmodum alia lege, quemadmodum alio crimine et ad singula, quibus translatio videtur impleri.

Sed quia ratio praeceptorum similis est, exemplorum multitudine supersedendum est] Cum enim praecepta in omni genere translationis eadem sint, ad diversitatem frustra exempla quaerentur. Eadem enim praeceptorum ratio in omnibus translationis partibus et ubique servabitur.

Multis de causis fit, ut rarius incidant translationes] quoniam per praetoris formulas actionibus integritas datur, neque in iudiciis ulla potest esse praescriptio.

Qui non quemadmodum oportet egerit] apud praetorem.

‘Quare in iure plerumque versantur’ et reliqua] quae translationis, si non recte egerit.

Ibi enim exceptiones postulantur] in causis autem aut raro aut numquam. ‖

Privatorum iudiciorum causa constituitur] Ideo non potest in iudiciis esse translatio, sed est apud praetorem.

Hic defensor poenae commutationem] Quoniam cum dicit ‘non hac poena adficiendus est [aliorum criminum probatorum], sed tali’, cumque tali non oporteat, quia eius crimen non probatum est, ita ne alia quidem poena adfici oportere dicit, quae sit aliorum criminum: unde commutatione poenae vis accusationis tota tolletur. |

Ceteris quoque criminibus defendendis] quae probata dicuntur.

Coniecturali constitutione translationem confirmabit] ut infirmatis etiam criminibus illis, quae probata dicuntur, rei possit relevare personam.

---

2 aut (*ante* solet) *om. D* 4 malitia quid aliud agatur *O* 6 eum scilicet $D^2BFO$ 7 est communis *O* 8 agatur *nos*: agantur *libri* 10 status *mei*: status scilicet legalis *O* 12 ipsum *om. Basil.*, *in D in fine paginae extra versum scriptum est*, *sed m. 1*, *ut videtur; inclusit O* excepit $DF^1$ 14 nisi *DB*: si *F add.* ut *s. l.*, si *O* de caede, si singula — quaeramus, *edd.*, *lemmate non distincto*, *cf. Cic. II*, §. *62.* 22 per *om. F* 24 perscriptio $DF^1$ praescriptio esse *F* 26 uersantur et reliqua quae translationis (translationes $DF^2$) si non recte egerit (gerit *DB*) *mei*, *sed* reliqua quae si — gerit *in B deleta*, *in F erasa sunt;* versantur] Translationes *O* 28 enim *mei*: enim et *O* 30 causa *mei*: *om. O* 32 paene *D* 32 *et* 34 paena *D* 33 aliorum criminum probatorum sed tali (tituli *D*) $DB^1F^1$, sed tali aliorum criminum probat. *B corr.*, sed aliorum crim. prob. *F corr.*, *vv.* sed tali *erasis*, quae est aliorum crim. prob., sed tali *O ex sua coni.; nos* al. crim. probat. *ut glossema inclusimus* cumque tituli *D* 34 oportebit *O* qua eius *D* 38 coniecturalis constitutione translationum confirmabat ut infirmitatis *D* etiam *mei*: etiam in *O*

p. 223 C. p. 143. 144 C.

20. Exemplum autem translationis in causa positum nobis sit huius modi] Illud exemplum, quod supra datum est, ad hoc datum est, ut probaretur translationem alia constitutione necessario confirmari: nunc dat exemplum translationis.

Postulat is, quicum agitur, a praetore exceptionem] ne praeiudicium fiat in hac iniuriarum damnatione futuri criminis, quod de capite est, id est caedis.

Indignum sit non primo quoque tempore iudicari] ut etiam in iudicio iniuriarum indignum sit non etiam de caede iudicari.

Id ex partibus iuris, de quibus post dicendum est] in qualitate absoluta.

Contra eum qui translationem inducit] qui accusatur iniuriarum.

A translatione autem, omnium fore perturbationem] hoc est a parte ea, quae utitur translatione: nam illa superior contra translationem est.

Quo pacto oporteat, hoc est, si aut cum eo agatur quicum non oporteat] * *

Generalem constitutionem et partes eius consideremus] Generalis, hoc est qualitatis, constitutionis praecepta supponit, cuius species esse duas dixit, iuridicialem et negotialem; duas enim, deliberativam et demonstrativam, in priori libro sustulit. Ac nunc prius de negotiali tractat, quoniam simplex est, non ut iuridicialis in species distributa. Haec negotialis habet litem, cum quaestio est, quid esse debeat, quod ‖ colligitur ex iure iam constituto, quo modo id sit habendum, unde controversia est. Supponit exemplum, quod secundi heredes sibi et eam hereditatem vindicent, quae venerit pupillo, quam sibi vindicant adgnati. Facit intentionem adgnatorum, deinde depulsionem heredum secundorum, tunc quaestionem, quorum sit hereditas. Adfertur ratio a secundis heredibus: ‘quod unius pecuniae heredes diversi esse non possunt’: fit refutatio ‘sed non est una pecunia’: erit iudicatio, ‘an una pecunia sit’. Hic admonet posse in una et simplici constitutione inveniri plurimas rationes refutationesque rationum, et item iudicationes, ut in hac causa. Nam cum ratio sit ‘non posse plurimis de causis unius pecuniae heredes esse diversos’, refutatio facta sit ‘non est una pecunia’ [in superioribus], omissa hac refutatione alia refutatio supponi potest, uti dicatur esse posse unius pecuniae heredes plures diversis de causis. Et aperte in ipso Tullio positum, quae rationes sint, quae refutationes. Dat autem huic constitutioni locos ad argumenta communiter utrique parti vel omnibus partibus, si plures existent, ut ius unde constet considerent. Constat autem ex tribus duci, natura, consuetudine sequente, dein lege. Postremo naturam eius dividit in sex partis, quas ipse partitus est et definivit; item consuetudinis certas species: a praetoribus positas dereliquit, res firmatas subiecit, pactum, par, iudicatum; legitimi iuris scientiam ediscendis legibus reliquit.

---

2 probaret $F^2$ 8 quodque $DB^1F$ 11 accusator $F$ 12 fere $D$ 13 est *om. D* 14 Quo pacto — non oporteat *mei*: *om. O; desideratur explicatio huius loci Tulliani* 16 Generalem — consideremus *mei*: Quum et facto — — generalem appellamus *O, quae verba leguntur in Cic. cap. 21 in.* 18 dixit *O* 19 substulit *D* 20 est, non ut *F*: est es non utitur *D*, esse noscitur *BO* distributa *DF*: est distributa *BO* 23 et *DF*: *om. O et in ras. B* 26 natio *D* 27 possint *B et F corr.* 29 iudicationib. *D* 30 heredes esse diuersos — unius pecuniae *(v. 32) om. B, suppl. in marg. m. recentiore* 31 diuersos, cumque in superioribus refutatio $B^2O$ in superioribus *DF*: *om.* $B^2O$; *videtur esse glossema, cuius loco in codd. dett. supra* cumque in super. *adiectum est* 33 de *om. D* positum *mei*: positum est *O* 35 exsistant *O* 37 deinde *O* postrema *D* 39 dereliquid *DF* firmatas *mei*: firmissimas *O* 40 autem iuris $D^2BFO$

p. 223. 224 C. p. 144. 145 O.

21. Vis et natura et genus ipsius negotii quaeritur] Quale sit negotium, in tribus his quaeritur, vi, natura, genere, iustum an iniustum, utile an inutile.

Ante mortuus est, quam in suam tutelam veniret] ut non posset facere testamentum, quia minor esset.

Cuius adgnati] id est petitores.

Is cuius adgnati sumus, testatus non est] id est, pater pupilli vel pupillus ipse.

Ratio est] ratio quaestionis eorum, qui possessores sunt.

Pater enim et sibi et filio testamentum scripsit] quam diu non licebat filio scribere testamentum.

Infirmatio rationis] a parte petitoris.

Non filio] si extrinsecus aliud aliunde filius haberet.

Sed sibi iussit esse] id est, rebus suis substituit.

Iudicatio] ex ratione et refutatione rationis.

Possitne quisquam de filii pupilli re testari] quam non ipse haberet, quam pupillus aliunde quaesisset.

An heredes secundi ipsius patris familiae, non filii quoque eius heredes sint] quia secundus heres cum dicitur, eius est secundus qui hereditatem remisit. Unde heres esse non potest, nisi eius, cui secundus heres est; eius autem heres esse non potest, cui non est secundus.

Iudicatio, unane pecunia fuerit: aut si hac erunt usi infir‖matione] Duas infirmationes ex parte posuit petitorum, id est adgnatorum, contra unam rationem possessorum, hoc est heredum secundorum, quod dicerent unius pecuniae plures heredes dissimilibus de causis esse non posse: erit una infirmatio ‘non est una pecunia’, item alia ‘esse possunt unius pecuniae dissimilibus de causis diversi heredes’.

Dissimilibus generibus heredes esse] ut alius testamento, alius lege, alius adgnatione.

22. Nunc huius generis praecepta videamus] Exemplum dedit [qualitatis negotialis, dedit] et praeceptum, quomodo rationes multae esse possent: nunc subiungit quemadmodum in hanc negotialem qualitatem et unde argumenta sumenda sunt.

Utrique] id est petitori et possessori.

Aut etiam omnibus, si plures ambigent] si plures contra unum possidentem petant, ut non duae partes sint, sed plures.

Initium eius ergo ab natura ductum videtur] ut constet ius natura, usu, lege; omnium autem trium supponit partis.

Quaedam autem ex utilitatis ratione aut perspicua nobis aut obscura] interdum enim sequimur consuetudinem hoc, quia consuetudo, non quia scimus utile esse, quod sequimur.

---

1 Vis — quaeritur] *hoc lemma esse editores non viderunt* 3 possit *F* 5 petitores. Is *nos*: petitores. Si is *mei*, petitores. De qua is *O et* $B^2$ 10 filios *D* 11 Infirmatio est *O* aperte $DB^1$ petitorum *F* 16 quam *DF*: et quam *BO*, *an* set quam? 17 familias $F^2O$ eius pupilli heredes *O* 18 secundus haeredes *D* 20 non potest esse *O* 21 Iudicatio est *O* aut *mei*: ac *O* si hac erunt usi *B*: si ager unius *D*, si ager unius. aut si hac erunt usi *F* 23 quod] qui *F ex corr.* 29 qualitatis negot. *F*: qualitatis et negot. *BO*, qualitatis et negotialis dedit *D m. 2 in marg. habet* 31 quemadmodum in hanc negot. qualitatem *F*: quemadmodum in hanc (hac *D*) negot. *(D in ras.)* qualitatem quemadmodum $DB^1$, in hanc neg. qual. quemadmodum *B corr. et O* 32 sumenda *nos*: socienda *D*, socianda *BFO* sint $F^1$ 33 Utrisque *O* 34 etiam] et in *D* 36 ergo eius *FO* 39 enim *mei*: etiam *O* sequitur *D* hoc *mei*: hoc est *O* consuetudo est. non *F*

p. 224. 225 C. p. 145. 146 O.

Post autem adprobata quaedam aut a consuetudine aut a vero] quoniam consuetudo est, 'aut a vero', quoniam ratio eius perspecta est et utilitas visa.

Vindicationem] pro vindicta, pro ultione.

Ad hanc controversiam] id est, causae genus iudiciale.

Consuetudinis autem ius esse putatur] Finitis partibus iuri naturali supposititis, nunc consuetudinis iuri partes subicit.

Voluntate omnium sine lege vetustas conprobarit] ut prudentium ratio, auctoritate data consuetudini, de consuetudine in posteros miserit legem.

Quaedam sunt iura ipsa iam certa propter vetustatem] ut puta, ut maioribus adsurgatur: ius est hoc, sed consuetudinis.

Multo maxima pars, quam praetores edicere consuerunt] non ex legum praeceptis et iussionibus, sed ex consuetudine, quae proponatur a praetoribus.

Par, quod in omnis aequabile est] ut et qui proponit aliquid, tale proponat, ut quo iure alium teneat, hoc se alliget.

Iam iura legitima ex legibus cognosci oportebit] Haec, quae supra dicta sunt, de consuetudine tractata sunt: nunc cum superesset ius legitimum, cognitionem eius ad eos transtulit, qui legitima iura fecerunt.

His ergo ex partibus iuris, quod cuique aut ex ipsa re aut ex simili maiore minoreve nasci videbitur, attendere atque elicere pertemptando unamquamque iuris partem oportebit] Diviso iure omni in naturam, consuetudinem, leges, dat praeceptum, ut argumenta sumamus vel quae ex ipsa re sumuntur, vel quae ex simili aut maiore aut minore. Locos autem communes dare se negat posse certos in singulas constitutiones. Etenim cum duo genera sint, quorum alterum rei dubiae ad probationem ducendae generalem tractatum habet, alterum rei certae continet amplificationem, necessario causae ipsius facultas suggerit, si quid amplificationis aut indignationis conquestionisque nascitur. Sed quoniam in negotiali qualitate de iure tractatus est, erunt loci communes vel ab auctoritate iuris peritorum vel contra eorum auctoritatem. Haec de negotiali. Subiungitur iuridicialis: quae ipsa cum genus sit, in duo dividitur, in absolutam et adsumptivam. Absolutae supponit exemplum, quod tropaeum aeneum contra morem post victoriam Grai de Grais statuerint. Facit intentionem et depulsionem, supponitque postea rationem, sed absolutae constitutionis, ut nascatur iudicatio: 'iuste fecimus, quia aeternum virtutis nostrae monumentum relinquere voluimus.' Sin autem dicatur 'ideo aeneum, quia meruistis', erit ratio de relativa qualitate. Unde intellegimus in unam causam constitutiones incidere posse plurimas principales. Verum etiam absoluta qualitas eosdem habebit locos argumentorum quos negotialis, ex partibus iuris, naturae, consuetudinis, legum. Sed in absoluta ipsa iura proferimus, ut factum defendas vel lege vel consuetudine vel natura:

---

1 probata *D* a uero. quoniam *mei*: a uero] A consuetudine, quoniam *O et corr. m. 2 F* 2 utilis *F* 3 uindicatione *D* 7 conprobauit *DF, fort. ex* conprobauerit 8 emiserit *vel* sciverit *coni. Orelli* 9 Iura sunt quaedam *O* 11 quae *Cic.* consueuerunt *O* 12 iussionis *DB* praetoribus $D^1$: praetoribus et (ex $D^2$) bono et aequo $D^2BFO$ 14 Per *D* ut et *DF*: ut *BO* 19 quod cuique *scripsimus*: quod quidque *DB*, quidquid *O*, quod quisque *F*, *ut libri quoque Tulliani optimi habent*, *unde corrigas* quod quisque — uidebit, *ut in F factum est* simili maiore *DF*: simili aut maiore *B* (*ex v. 23*, *ubi eius loco*, *quod hic habemus* maiore minoreve, *sic variatum est*: aut maiore aut minore), simili aut ex maiore *O* 20 attendere *mei*: quemque attendere *Capp. et O* 21 partem iuris *O* 22 legis *D* praecepta *B* 25 adprobationem ducendae $DB^2F$: approbationem ducendo $B^1O$ 26 certe *D* 32 trophaeum *D*, tropheum *BF* Graii de Graiis *O* 33 statuerunt *FO* 35 monimentum *FO* 40 proferi *D*, *add.* mus *s. l. m. 1* uel legem uel con-

p. 225. 226 C. p. 146. 147. 148 O.

in negotiali autem haec iura proferuntur, ut possit constitui, quo iure esse debeat id, de quo negotium est, quia eius constitutionis ad futurum spectat intentio: intentio autem ex ipsa re aut ex simili maiore minoreve nasci videbitur. Aut enim in iure posita est haec species, quae quaeritur, litis, aut ex eo, quod in iure est, ad hoc negotium similitudo traducitur.

Dubiae rei] thesis scilicet.

Alterum certae continet amplificationem] Locis communibus iam re probata augmentum facies; illud enim adhuc in quaestione est.

Quid augeri per communem locum possit et oporteat, considerabitur] de re probata; 'locum communem', per argumentum, non thesis.

Nam certi, qui in omnis incidant, loci perscribi non possunt] In singulas constitutiones certi loci et proprii dari non possunt; merito ergo et in negotiali. Quoniam tamen in negotiali de iure tractatur, loci communes hic esse possunt contra auctoritatem iuris peritorum, ab auctoritate iuris peritorum.

Nunc iuridiciale genus] ipsa enim est, quae dividitur.

23. Absoluta est, quae ipsa in se, non, ut negotialis] In negotiali quaeritur, quid esse debeat iuris, in absoluta, quid est iuris.

Non, ut negotialis] Negotialis enim non habet ius certum, sed quaerit de eo iure, quod esse debeat in negotio praesenti.

Absoluta est quae ipsa in se, non, ut negotialis] In negotiali qualitate ius efficitur sententia iudicis: in absoluta, quod positum ius et notum est, ab oratore sumitur.

Implicite et abscondite] quia adhuc incertum est et quaeritur, quid esse debeat.

In hanc argumentationes ex isdem locis sumendae sunt, atque in causam negotialem, qua de ante dictum est] ut ex partibus iuris, naturae, consuetudinis, legum argumenta sumamus. Hoc tamen, cum et in negotiali haec sint, distat absoluta ab negotiali, quod illa ius adsumit, ut probet quemadmodum novum ius esse possit, de quo quaeritur, absoluta autem ipsa iura adsumit, ut probet factum.

24. Adsumptiva igitur tunc dicitur, cum ipsum ex se factum probari non potest] Adsumptivae qualitatis praecepta tractaturus docet, quid ipsa sit, et eius partes quattuor supponit. Ac primam compensationem, quam et comparationem appellat: huius exemplum subicit imperatoris eius, qui instrumenta et arma tradiderit, ut exercitum ab obsidione hostium liberaret. Hic quoniam finis status esse potuit 'quid sit laedere maiestatem'; certi enim nominis reus est: huius constitutionis, id est finitivae, tractatu omisso, ipsam considerat compensationem, ac praecepta haec constituit, ut si quid per coniecturam tractandum sit, prima parte tractetur: vel non ob hoc fecisse vel

---

suetudinem uel naturam *mei, sed in BF lectio correcta* 3 intentio. intentio autem *DB*$^1$: intentio. aut *B*$^2$*FO* ex simili *D*: simili *BFO* 6 dubia erit thesis *D* thesis scilicet; illud enim adhuc in quaestione est *Capp., verbis quae paullo post alieno loco posita videntur, huc transpositis* 7 locis communibus *B*: locus communis *DF* 8 argumentum *B pr. m.* 9 Quod *DB*$^1$ 10 locum communem per argumentum (augmentum *B*$^2$*F*) *mei*: per locum communem augmentum *ed. Asc. et O fort.* thesin 13 communis *D*$^2$ hic *DB*$^1$*F*$^1$: hi *BF*$^2$*O* 18 *immo* quid sit iuris 19 quaeritur *BO* 22 ex sententia *F* 23 ab oratore *D*$^1$*FB*$^2$: et ab oratore *B*$^1$*D*$^2$, a praetore *O ex cod. Bas.* 26 hisdem *mei* 28 sunt *F* 29 illa ius *D*$^1$*F*: illa latus *D*$^2$*B*, illa latius *O* 32 Absumptiua *D* tum *Basil. et O* 36 instrumenta *mei (cf. p. 282, 39)*: impedimenta *O* 37 finis *DF*: finitiuus *BO* 38 deflnitiuae *F* 40 uel non ob hoc fecisse *F*: uel non **** fecisse *D pr. m.*, uel hoc non obfecisse *D corr.*, uel hoc non obfuisse *B*, uel hoc non fuisse *Bas. et O*;

p. 226. 227 C. p. 148. 149 O.

hoc | non futurum fuisse, propter quod istud, unde reus sit, dicatur esse commissum: ista coniecturalia sunt. Item si definitio fuerit, cum alioqui certi nominis reus est, transferenda huc sunt omnia, quae sunt definitionis: monetque nunc alteram, nunc utramque constitutionem, id est et finem et coniecturam, in prima parte tractari, et item alias, tractis scilicet huc rationibus singularum, et confirmationis et infirmationis. Ipsius autem compensationis praecepta haec sunt, ut conparemus id, quod admissum est et propter quod admissum est, ex partibus honestatis, utilitatis, necessitatis, ut neque fuisse aut honestum aut utile aut necessarium, ubi et gradus tangi potest, non tam utile, non tam honestum, non tam necessarium: quae partes, id est utilis, honesti, necessarii, plenius intellegentur in praeceptis deliberativae. Sic facta separatione et eius beneficii, quod praestitisse se dicit, et eius maleficii, quod admisit, actio postrema deducenda est ad formam deliberativae, ut ita agatur, quasi suadeat aut dissuadeat orator faciendum, quoniam accusatoris pars est utique ut dissuadeat. Defensor vero haec omnia contraria actione convertet: cum ille coniectura usus fuerit, coniecturaliter respondeat: item contra fidem adsumat argumenta officii. Ipsius autem conpensationis contrarias partes tenebit, ut doceat utile, honestum, necessarium fuisse, quod fecerit, aut tanto opere per gradum utile fuisse, honestum, necessarium. Loci communes ab accusatore erunt duo, in eum, qui de turpi facinore confiteatur et quaerat aliquam defensionem, et alter ipsius inutilitatis et turpitudinis expressio cum indignatione. A defensore tres sunt: nihil per se turpe aut inhonestum putari, nisi animo facientis consideretur; alter amplificatio beneficii praestiti, tertius expositio ipsius et periculi et beneficii.

Ex quibus iudicationes] duae scilicet iudicationes coniecturales.

Aut haec conparativa, cuius nunc indigemus] Haec iudicatio propria est ipsius conpensativae constitutionis.

Hoc causae genus] conpensativum scilicet.

Oportebit adhibere ceterarum quoque constitutionum rationem adque praecepta] si tamen incidant ceterae constitutiones. Istae enim constitutiones, quae in adsumptiva sunt qualitate, possunt praecedentes omnes constitutiones recipere, ut haec nunc, quae conpensationis || est, habet et finem et coniecturam. Ideo quaecumque genera sunt quaestionum, suis constitutionibus tractanda sunt.

Ac maxime coniecturis faciendis] ut per coniecturam, quae quasi incidens est, conpensatio illa tollatur, qua is, qui accusatur maiestatis, utitur dicens periturum fuisse exercitum, nisi arma concederet.

Ii, qui accusabuntur, conparabunt] ut periturum fuisse exercitum negemus, quod sumit hic, qui arma prodidit et instrumenta. |

---

*cf. Cic. II, §. 74:* si alia ratione et aliam ob causam ac dicet se reus fecisse, demonstrabitur factum esse. *Possis etiam scribere:* uel non hoc animo fecisse; *saltem in ras. in D littera* a *perspicua est* 2 si *D s. l.* 3 reus est uel cum aliqui certo nomine reus est *F*, *sed verbis* uel — reus est *linea subducta* 4 utrumque *D* 5 tractatis *D* 9 aut utile *om. DB*$^1$; neque utile fuisse aut hon. *F* 12 se *om. DB*$^1$*F* 13 amisit *F* ducenda *B* 14 faciendum *D*$^1$: faciendum aut non faciendum *BFO et D in marg.* 16 coniectura aliter *D*; ᶜconiecturaliter, *h. e. secundum regulas et praecepta status coniecturalis, in quo facti, ut aiunt, quaestio instituitur*ᵛ. Capp. contra fidem *DB*: contra finem *F*, contra persuasionem accusatoris fidem *O* 17 officii] uel finis *F* 18 tantopere *mei* 21 aliter *B*$^1$*F* 23 consideratur *D*$^1$, confideretur *F* 25 iudicationes *DB*: iudicatio est. Sunt *F*, sunt iudicationes *O* 28 genus est *F* 29 oportebit tractari (*pro* tractare) et adhibere *F* quoque *om. F* 32 recepere *D* est et habet *D pr. m.* 33 suis questionibus *F pr. m.* 38 Hi *mei*, Quod ii *O* accusabantur *D*

p. 228 C. p. 149. 150 O.

Aut alia ratione] quoniam superius duas rationes et duas iudicationes posuit coniecturales 'non futurum fuisse ut periret exercitus', et 'non hoc animo factum', idcirco hic eandem rationem repetivit et coniecturam dicit in hac constitutione tractandam.

Ex coniecturali constitutione sumetur] quia partibus suis ipsa tractanda est.

Sin autem certo nomine maleficii] ut nunc certo nomine reus est maiestatis. Potest enim sine certo nomine reus esse, et non statim ad definitionem adstringitur, cum criminis nomen nullum videatur adiectum.

Sin autem certo nomine maleficii vocabitur in iudicium] Iam hic incipit incidentis ad hoc thema alterius status, id est finis, quem statum [finem] et supra posuit dicendo 'quid sit maiestatem minuere', praecepta tractare.

25. Sin aliud quoque aliquod genus] quarumlibet constitutionum vel praecedentium vel sequentium.

Quam plurimis infirmet rationibus] ut dicat non futurum fuisse ut periret exercitus, aut aliter: 'non hoc animo fecisti, sed ut perderes fecisti.'

Deinde oportet accusatorem illud, quod ipse arguat, ab eo, quod defensor conparet, separare] post illa superiora etiam hoc dicere oportebit accusatorem.

Contendere] conparare.

Et hoc extenuando maleficii magnitudinem simul augere] ut extenues, quod praestitisse se dicit, augeas, quod admisit.

Deinde oportebit illam ipsam conparativam iudicationem exponere tamquam causam deliberativam] In omnibus adsumptivis qualitatibus post omnia argumenta ex constitutione, quae sunt propria, locus extremus interponitur quasi deliberativae causae: in qua quaeritur, quid faciendum sit, ut ex hoc probetur, quid faciendum fuerit.

Tamquam causam deliberativam] ut non iudicialis causa sit, sed deliberativa, et eodem genere agatur, quasi sola ipsa esset, id est causa deliberativa.

In aliquam consultationem] deliberativa, non iudicialis causa sit; hoc est enim consultatio.

26. Defensor autem quibus in locis ab accusatore aliae constitutiones] Si accusator retorto contra genere dicendi [coniectura], defensor utetur pari genere [etiam fine].

Ex contrario tractabit] ut quod ille inutile, hic utile, quod ille inhonestum, hic honestum dicat, et cetera his similia.

Loci communes hi erunt accusatoris in eum, qui cum de facto turpi ali-

---

1 Aut si alia *O et corr. B* et $FB^2$: sed $DB^1$ 3 repetiuit et *F*: repetitum et $DB^1$, repetit ut *O* rationem *BF*: argumentationem *D* dicat $B^2O$ 4 hac constitutionem *D*: hanc constitutionem *BO* 7 Sin — maleficii *om.* $DB^1$ nunc cum certo *F* 9 uidetur *BO* 10 autem sine certo $DB^1$ 11 finem *DBO*, finem scilicet *F*, *unde glossema convincitur* 12 praecepta tractare *in F hic deleta et supra post* incipit *adiecta sunt. Locum Capp. primus recte distinxit.* 16 alter *D* 17 oportet illud quod ipse oportet arguat *D* 18 conparet *DB*: comparat *FO* oportebit; accusatorem contendere, comparare *edd. vitiose* 21 adaugere *BFO* 22 amisit $B^1F$ 23 oportet *D* ipsam illam *O* 29 agatur quodsi *D* 31 Aliquam in *O* constitutionem $B^1$ deliberatiua non *mei*: Ut deliberatiua, non *O* 33 constitutiones *D*: constitutiones inducentur *BF*, *D in marg.*, constit. erunt inductae *O* 34 accusator $DB^1$: accusator coniectura $B^2FO$; *pravam verborum distinctionem vulgarem mutavimus* pari genere etiam fine (finē *B ex corr. ut videtur*). Ex contrario tractabit. ut *mei*: pari genere et finem, pari genere etiam comparationem ex contrario tractabit; ut *edd.*; coniectura *et* etiam fine *glossemata esse Christ intellexit* 36 ut ille $B^1$ 38 Loci autem *O* hi erunt *nos*: inerunt $DBF^1$, erunt $F^2O$ accusationis *D*

p. 228. 229 C. p. 150. 151 O.

quo aut inutili aut utrumque fateatur] Qui dicit ‘feci, sed profui’, confitetur ‘feci’, et defensionem sibi aliunde conquirit. In huiusmodi hominem vel reum dicit invehendum. |

Relatio criminis est, cum reus id, quod arguitur confessus, alterius se inductum peccato iure fecisse demonstrat] Secundam speciem adsumptivae qualitatis relationem posuit. Hanc definivit per *ἐννοηματικὴν* definitionem. Quae constitutio tunc est, cum alterius peccato se fecisse reus dicit, quidquid admisit; huius exemplum subiecit Horati, qui sororem suam flentem interfecit. Et subiungit praecepta, primum, ut si qua constitutio ante ipsam relativam tractari possit, excutiatur circa ipsum, qui reus est ‘non hoc animo fecisti’ — hoc utique sic factum est et in conparatione —: deinde, quoniam et relatio refert actus ad alterum, ut se defendat; dicit enim ‘feci, sed ille meruit’, necessario etiam hic ceterarum constitutionum ratio tractabitur. Cum enim coeperimus dicere ‘ille non meruit’, et coniectura esse potest et finis et quaelibet alia constitutio. Ergo accusator in defensione eius, in quem reus transferet crimen, tractabit alias constitutiones. Hoc pacto fit, ut, licet relatio sit constitutio, in hac tamen adhibeamus alias constitutiones duobus modis, vel circa personam ipsius rei, ‘quo animo fecerit’, vel circa personam illam, in quam reus transferet crimen. Post haec igitur tractanda est ipsa relatio criminis, quam in praeceptis ab eodem subiectis cuivis facile est recognoscere: usque ad illam partem, quae semper, sicut in superiore praecepto traditum est, propositionem habet quasi deliberativam, qua ex utilitatis honestatisque partibus quod agendum est, quasi res in consultatione sit, declaratur. Defensor habebit cuncta contraria, ‖ sed si incidentes constitutiones aliae fuerint, omnia ex earum diversa parte tractabit. Item per praecepta convertendo modo ad suam partem argumentando deducit † eum locis communibus tam accusatori quam defensori datis, quos ipse supponit.

27. Postea si quae facultas erit] Ante relationem criminis et eius argumenta ceteris constitutionibus accusator et reum onerare debebit et illum defendere, in quem reus transfert crimen. Namque dici potest ‘quod fecisti, non hoc animo fecisti’, quod est alterius constitutionis: deinde ‘et ille, quem meruisse dicis, aut non meruit aut non hoc pacto meruit’, quod utique aliarum est constitutionum. Ita antequam ex praeceptis relationis aliquid agamus, constitutionibus reliquis et circa rei personam uti possumus, ut eum arguamus, et circa personam eius, in quem crimen transfertur, ut eum defendentes reum accusare possimus.

Postea translationis uti partibus] per praescriptionem; ‘non tibi enim licuit occidere’.

Deinde negare audiri oportere] ‘hodie tu audiendus non es, si quidem et tu illam, quam punitus es, audire noluisti’.

---

1 utrumque *B*: in utrumque *D*, utroque *FO* profuit *O* 2 sibi *om. O* In huiusmodi — inueh. *in F erasum est* 4 se *F post* peccato *habet* 5 iure *om. F*, tumre *D corr. in* tum se 6 definit *O* 8 amisit $B^1$ subicit $F^1$ Horati *D*: horatii *F*, Horatius *BO* 11 sic *mei*: si *Basil. et O* conparationem $DB^1$ et *DF*: *om. BO* 14 Sed ille *O* 17 translatio $DB^1$ in hac *DF*: in hanc *BO* 19 illam personam *F* 22 qua ex *nos*: quae ex *DBFO* 23 quod *F*: quid *DBO* 26 conuertendo modo *nos*: conuertendum modo $DB^1F^1$, conuertendo modum relationis $B^2F^2O$, *nisi quod* conuertendum *in F non mutatum est* 26 eum *mei*: cum *O* 27 supposuit *O* 28 si qua *BFO* 29 illum *mei*: eum *O* 35 eius personam *F* transferitur *D*, *fort. ex* transferetur 37 per praescriptionem *F corr.*: perscriptionem $DB^1F^1$, praescriptione *B corr. et O* 39 negare debebit audiri oportere id *O* hodie $D^1$: ut dicamus: hodie $D^2BFO$ 40 ponitus *D fort. ex* poenitus audiri *D*

p. 229. 230 C. p. 151. 152 O.

Et id, quod iudicatum non sit, pro infecto haberi oportere] ‘mentiris, quod dicis sororem flevisse, quia non est inde iudicatum.’

Nunc apud iudices accusent, quem sine iudicibus ipsi condemnarint] ‘modo crimen ingeris, posteaquam poenas sumpsisti de sorore.’

Ac si idem facere ipse, qui nunc accuset, voluisset, ne hoc quidem ipso quicquam opus fuisse iudicio] ut et hic, qui Horatium accusat, potuisset sine iudicio quasi peccantem occidere. |

Si vero ceteri quoque idem faciant, omnino iudicium nullum futurum] Soritici syllogismi fecit formam, qui in infinitum semper intenta rei definitione porrigitur [granum, cumulus, acervus]: ‘occidit Horatius, occideret accusator’: ita semper sine iudicio erit poena.

Potuisse hunc ipsum de illa sumere supplicium] quasi de sorore.

Et de ea per amplificationem ex deliberationis praeceptis dictio] ut dicas iustum, honestum, utile vel contra: quae omnia in deliberationis praeceptis tractantur.

28. Ut refelli et in contrariam partem converti possint] ut, cum supra verbi causa dictum sit ab accusatore, non debuisse a fratre interfici sororem, dicat hic magis a fratre debuisse.

Ut ne ab ipso quidem, qui fecisset, in dubium vocaretur] ut negare non posset, quod admisisset, quod haec victoriam Romanam lugeret. ‖

Ex iudiciorum perturbatione] quoniam non erat occisa iudicio, quae occisa est.

29. Remotio est criminis, cum eius intentio facti, quod ab adversario infertur, in alium aut in aliud dimovetur] Ἐννοηματικὴ definitio. Haec tertia species adsumptivae qualitatis r e m o t i o c r i m i n i s dicitur, quae definita est sic: cum intentio facti removetur vel in alium vel in aliud. Ipsa autem remotio nunc rei est, nunc causae; sed, si causa removetur, vel in hominem removetur vel in rem: sin autem res removetur, tantum in hominem removetur vel ab homine. Causae remotionem in hominem docuit per exemplum de legato Rhodiorum: causae remotionem in rem in eodem exemplo ostendit, cum dixit ‘mortuo quaestore si legatus viaticum non accepisset’. Verum praecepta tradidit, quibus uteretur accusator, cum argueret eum, qui causam facti in hominem removeret. Et est primum, ut accusator eum defendat, in quem culpa removetur, sed, si hoc non potuerit, dicat hoc iudicium aliud esse, illud aliud. Deinde dicat uni cuique suum esse officium; hunc non oportuisse peccare, illum reum esse posse; non debere coniungi defensionem huius cum illius accusatione. Haec in remotionis partibus integris conplendis accusatoris sunt. Defensoris autem haec: primum ut quaecumque accusator ex aliis constitutionibus argumenta fecerit, solvat: deinde accuset eum, cuius causa peccasse se dicit; deinde doceat se aliter facere non potuisse nec debuisse; non potuisse, ex utilitatis partibus, non debuisse, ex honestatis: de

---

1 non *om.* $DB^1$ 3 sine] sint *D* 5 accusat *BO* 6 fuisset *O* accuset $B^1$ 7 quasi $D^1$: illam quasi $D^2BF^1$, illum quasi $F^2$, eum quasi *O* 9 intenta *B corr. in* detecta, intenta *F*, *sed* in *in ras.* 10 granum *DF*: ut granum *BO*; *videntur verba a nobis inclusa explicatio esse voc.* σῶρος 11 erat *D* 14 utilem *D* 16 contrariam in *O* 19 fecisse et *D* 21 Ex iud. perturbatione *B*: Et in (*in F* in *eras.*) iud. perturbatorem *DF* 23 criminis est *O* 24 ἐννοηματικὴ *nos*: ENNOHMATICIN *DF*, Ennonmatisin *B*, ἐννοητικὴ *O* 31 accipisset *D* 33 accusator eum def. *mei* (*sed D* accusatorem): accus. def. eum *O* 35 aliud illud *B* 36 debere *DF*: debere tamen *BO* 38 autem *D s. l. m. 2* 40 doceat *B*: docet *DF* facere (*s. l.* non) debuisse. nec * potuisse non *(in ras.)* debuisse ex honestatis. non potuisse. ex utilitatis partibus *B* non potuisse *DF*: nec potuisse *O* 41 non potuisse (*post* debuisse) *om. D*

p. 230. 231 C. p. 152. 153 O.

utroque autem in deliberativo genere tractavit. Deinde dicet a se omnia facta esse, quae facere potuerit: percurret omnia vitae suae praeteritae dicta, facta, consilia, ut probet suam non fuisse culpam, cum hoc non impleverit. Cum vero causa non in hominem, sed in rem removetur, omnia eadem praecepta accusatoris et defensoris erunt, excepta vel accusatione hominis, in quem remotio fit, vel defensione. Rei remotio cum fit, dedit exemplum de adulescente, qui porcum tenuit; removet enim a se factum et dicit non suae fuisse potestatis facere vel non facere. Hic nascitur illud novum, ut fiat remotio rei non in hominem, sed ab homine, et existat constitutio ab accusatore, cum dicitur 'quod fecisti, non tu facere debuisti'. Exemplum dedit de praetore, qui cum consules deberent, ad arma populum convocavit. Hic praecepta dat, uti exprimamus, quid cuiusque sit potestatis, quid officii, ex utilitatis partibus et honestatis, et ut hoc probemus exemplis. Deinde adiungit locos communes, si qui esse possunt, indignationis aut conquestionis, ut uterque sibi pro suis partibus sumat.

In alium aut in aliud demovetur] aut in personam aut in rem.

De utroque distinctius] et de honesto et de utili.

30. Sin non in hominem certum, sed in rem aliquam causa demovebitur] hucusque in personam, nunc in rem causa removetur.

Accusatione alterius et culpae depulsione dempta, ceteris similiter uti locis oportebit] dempta depulsione reliqua talia perseverent in rem, qualia fuerunt in personam.

Ipsius autem rei fit remotio, cum id, quod crimini datur] Nunc remotio rei; nam supra causae docuit remotionem et in hominem et in rem: sed remotio rei tantum in hominem fit, et fit duobus modis. Nam nunc remotio fit rei ab eo, qui reus est, nunc remotio fit rei ab eo, qui accusator est: quod erit novum, ut status ab accusatore nascatur.

Adque in hoc genere] remotivae constitutionis, ubi tantum res, non causa removetur.

31. Concessio est, per quam non factum ipsum probatur ab reo, sed ut ignoscatur, id petitur: cuius partes sunt duae, purgatio et deprecatio] Quarta species est in adsumptiva qualitate concessio; hanc definit ita: cum non factum purgamus, sed ut ignoscatur petimus. Hanc partitur in duo, in purgationem et deprecationem; et purgationem definit ita, cum non factum purgamus, sed voluntatem. Id fieri dicit tripliciter, si aut inprudentes faciamus aut casu aut necessitate. Inprudentiae dat exemplum de vitulo immolato, item casus de eo, qui hostias praesto non habuit ad diem certum, item necessitatis de rostrata navi in portu, ubi non licebat, inventa. Haec tria exempla idcirco iuncta posuit, quia eorum omnium similis praeceptio est. Namque ut et in superioribus, ita et hic primum coniecturaliter agendum ab accusatore, ut id, quod reus negat se voluntate fecisse, consilio factum doceat ac voluntate: deinde subiungat finitivi status tractatum, qui, ut supra docuit, quadruplex est: definitio brevis, adstructio definitionis, et tertio loco,

---

1 tractabit *BFO* dicit *B*, dicat *O* 7 portum *D*, portam $F^1$, porcam $BF^2O$ 8 fuisse suae *O* 11 populum ad arma *BO* 14 possunt aut indign. *BO* 17 distinctus *D* 18 Sin *D*: Si *B*, Sin autem *FO* demouetur *D*, dimouetur *F*, dimouebitur *O* 19 remouebitur *O* 20 culpa *D* adempta $DBF^1$ 21 demta *Capp.*: In tua *DB*, In qua *F* perseuerent *mei*: perseuerant *O* 23 crimini datur *F*: criminabatur *D*, datur crimini *BO* 26 fit *altero loco om. F* 28 Atque in h. g.] *hoc lemma esse editores praeterviderunt* tantum *F ex corr.*, tamen *D* 30 inprobatur *BF*, probatur cuius *(sic) D* ab reo *om. F* 31 quarta autem species *F* 36 aut casu aut necess. faciamus *F* 37 necessitatis *B*: de necessitate *DF* 39 similis *om. F* 42 subiungit *O*

si adserit, deductio est definitionis ad speciem; si vero non adserit, separatio definitionis a specie; quarto loco fit destructio definitionis partis adversae. Verum hic omissa destructione definitionis partis adversae, reliqua tria complebuntur, ut breviter definiat casum, inprudentiam, necessitatem; deinde adiungat adprobationem definitionis per exempla; tertio loco separet a definitione quod reus fecit, et id ostendat esse dissimile, quod sit eius facinus non ignorabile, non fortuitum, non necessarium. Demonstrabit post haec potuisse vitari, potuisse | provideri: et id do‖ceat quemadmodum, deinde adiungat accusator alteram definitionem, per quam nomina alia supponat inprudentiae casui necessitati, inertiam neglegentiam fatuitatem. Post haec illud adicit, uti excutiamus, ne forte necessitas habuerit turpitudinem: ut disputari possit mori melius fuisse, ne tantam turpitudinem subiremus. Post haec dicit adiungendum esse tractatum de iuris et aequitatis natura, de qua et in negotiali qualitate tractatum est, et maxime in absoluta iuridiciali. Quae duae qualitates solis videntur distare temporibus; nam rerum tractatu eodem continentur. Post haec dicit adiungenda exempla, si tamen facultas dabit, in quibus doceamus simili de causa nescio quibus veniam non esse concessam, et adiungamus illis magis fuisse tribuendam. Postremo ex partibus deliberationis turpe et inutile doceamus esse concedi, et magnum periculum futurum, cum tanta res admissa sit, si non fuerit a iudicibus vindicata. Contra haec defensor conversione utetur horum, maxime autem ut defendat voluntatem et augeat quod voluntati fuit inpedimento, et doceat nihil amplius se potuisse facere quam fecit. Deinde inducat locum communem 'voluntatem spectari oportere'; deinde conquestionem 'cum culpa careat, se adfici supplicio; communem hominum esse infirmitatem'. Loci vero communes accusatoris hi sunt: 'in eum qui confitetur', et alter: 'peccandi licentiam tribui, si non de facto, sed de voluntate quaeratur'. Defensoris conquestio est de calamitate, quod non culpa sua, sed vi maiore peccarit: alter locus de fortunae potestate et infirmitate hominum, tertius locus 'animum, non eventum considerari'. Post haec exempla atque tractatus admonet, quod in omnibus exemplis supra positis leges sunt. Unde necessario incidunt tractatus etiam legales: sed hoc negat esse mirandum, quod causarum genera quaedam simpliciter explicantur, quaedam coniuncta sunt. Unde, qui omnia praecepta cognoverit, quidquid perspexerit in exemplo, translatione locorum necessaria persequetur. Nam cum hic et leges sint, necessario quae legum praecepta sunt, complere debemus, de quibus post dicetur. Nunc tantum ea praecepta posuit, quae concessioni, de qua tractatus erat, convenirent. Si quid res ipsa dabit facultatis, coniecturam induci ab accusatore oportet, ut dicat accusator per coniecturam aut prudentem fecisse, aut non casu fecisse aut non necessitate, sed voluntate fecisse.

32. Atque tum ex his locis] iuris atque aequitatis ‖ natura.

Et quasi in absoluta iuridiciali per se hoc ipsum ab rebus omnibus separatim considerare] quoniam convenit negotiali absoluta qualitas tractatu

---

2 ad speciem *D* 3 tria *F corr. e* tertia 6 quod] quam *F* 7 furtuitum *DF* demonstranit *D* 9 subponit *F* 14 iudiciali *D pr. m.* 18 fuisse magis *BO* postrema *D* 22 uoluntatis *B* nil *D* 23 fecerit *malim* 25 communis *D* 26 licentiam tribui *scripsi*: licentiam tribuit $DB^1F$, licentia tribuitur $B^2O$ 28 furtunae *D* 29 *fort.* considerari oportere 31 sunt *mei*: sint *O* 33 coniucta *D* omnia qui *F* 34 necessarium persequitur *F* 38 oportebit $B^1O$ 39 prudenter *BO* 41 Atque — considerare] *haec lemmata esse editores non intellexerunt* tum $BF^1$: cum $DF^2$ 42 natura *DF*: naturam oportebit quaerere *BO* in *om.* $DB^1$ a rebus *BF* 43 quoniam *mei*: quomodo *O* tractatu *mei*: tractata *O*

rerum et distat tantummodo tempore, quia negotialis de futuro iusto agit, absoluta de praeterito. |

33. Si aut in his aut in aliis exemplis scripti quoque controversiam adiunctam videbit] Hoc praecepto ostendit incidere semper legales posse controversias constitutionibus principalibus, nec aliquando legales status posse existere principales.

34. Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur] Secunda pars concessionis deprecatio est. Hanc definit ita: cum non factum defendimus, sed aperte veniam postulamus. Hoc autem actionis genus non frequenter incurrit in iudiciis, sed in senatu aliquotiens et apud populum: datque exemplum vel Quinti Numitorii vel Syphacis, ubi aperte, nulla alia constitutione, venia postulata sit. Subiungit praecepta, primo eius, qui ut ignoscatur postulat: ut sua beneficia commemoret, si qua habuerit in vita praeterita, et ea doceat esse maiora, quam sit factum, unde reus est; deinde maiorum suorum beneficia ostendat; deinde dicat se non odio neque crudelitate fecisse quod fecerit, sed stultitia aut alicuius inpulsu; deinde polliceatur se alicubi profuturum; deinde ostendat se consanguineum magnis ac principalibus viris vel amicum; deinde amplitudinem suam et voluntatis et generis et eorum voluntatem ostendat, qui de se iudicent, et omnia, quae personae amplitudinem honestatemque demonstrant, sed haec cum conquestione potius quam cum adrogantia. Post haec debet adiungere exempla, in quibus doceat aut simili de causa ignotum multis aut maiora delicta concessa: deinde doceat se in potestate item fuisse et id ignovisse quam plurimis. Postremo ipsum peccatum extenuare debebit et conparare: propter parvum admissum se hominem tali honore supplicio adfici non oportere, quo adficiuntur ceteri, qui maiora committunt: haec confirmare locis communibus, qui ad captandam misericordiam in primo libro videntur expositi. Sed contra hunc qui dicit, primum maleficium augebit; deinde dicet nihil inprudenter factum, crudeliter et inimice omnia; ipsum inmisericordem, inmitem, superbum, inimicum semper fuisse, amicum numquam futurum: et si beneficia protulerit ille, qui veniam petit, is, qui contra dicit, docere debebit causa aliqua, non benivolentia praestita, aut aliud maius postea consecutum, aut hoc malo || beneficia superiora deleta, aut leviora beneficia maleficiis, aut, ut honor habitus est benefactis, pro maleficio poena sumatur: deinde ut per locum communem dicat turpe esse et inutile ignosci; deinde optatum fuisse, ut reus aliquando fieret, et nunc non vindicari; postremo cogitare debere, quali animo circa eum fuerint et quali odio. Loci communes eius erunt, indignatio maleficii, et alter, ut eorum misereatur, qui fortuna, non malitia peccaverunt.

---

1 rerum *nos*: rebus *DBO*, in rebus *F* aget *F* 3 iis *O* scripti controversiam] ‘*Alludit ad primam statuum divisionem in λογικόν*, rationalem, *et νομικόν*, legalem. *Nam* scriptum *hoc in loco legem, testamenta ceterasque scriptorum species indicat, ut paullo post patebit*’. Capp. 4 controuersias *in F eras. et* status *corr.* 5 constitutiones *D* legales status] ‘*Vide ut* legalibus *etiam controversiis nomen* status *tribuat ipse Victorinus; quidam enim rhetores nonnisi de* rationalibus *controversiis nomen* status *usurpant.*’ Capp. 11 Numituri* *D pr. m.* 14 sit *nos*: est *D*, esset *BFO* 20 demonstrent *O* 21 adiungere exempla debet *O* 23 item *et* id *om. F* 25 se] sed *D* tali honore $D^1$: tali honore excellentem (excellente $D^2$) $D^2BFO$ 26 committunt maiora *B* 28 dicet *B*: dicit *DF* 29 factum, sed *O* 31 aliqua *mei*: alia *ed. Asc. et O*, aliqua alia *coni. Orelli* 32 praestita *Capp.*: praestitum *mei, sed videtur in F* tũ *corr. ex* ta aut hoc *DF*: et hoc *BO* 33 superiora beneficia *O* delata *D* 38 misereatur *F*: misereantur *B et D, sed* ntur *D in ras. m. 2*

p. 233. 234 O. p. 156. 157 O.

Nam et in senatu de Syphace diu deliberatum est] Ita hic docet postulatam esse veniam per deprecationem. |

Nam semper animo bono se in populum fuisse non tam facile probabat, cum coniecturali constitutione uteretur] Ita excludebatur eius coniectura, quia factum negabatur, quod erga populum Ro. bono animo fuisset, et relinquebatur sola deprecatio.

36. Quoniam ergo in generali constitutione tam diu propter eius partium multitudinem commoramur] Omnes quattuor constitutiones cum suis speciebus exposuit: supererat iam de controversiis legalibus disputari, sed quoniam partitus qualitatem species ei duas dederat, iuridicialem et negotialem, ipsamque rursus iuridicialem dividens in absolutam et adsumptivam species ei duas dederat, iuridicialem ipsam ita definierat, ut in ea aequi et iniqui natura aut praemii aut poenae ratio quaereretur: aequi et iniqui natura in omnibus exposita est supra tractatibus circa omnes species iuridicialis: unde nunc necessario admonet de poenae ac praemii ratione esse tractandum, quod multa existunt genera causarum ex praemii petitione, similiter et poenae. Nam Cicero de praemio tantum loquitur: nos tamen et ad poenae actionem, ratione tradita, praeceptum de praemio per similitudinem transferemus. 'Petuntur' inquit 'praemia et apud iudices et in senatu et in aliquo consilio'. Hic admonet, quod 'in senatu' dixit, ne quis arbitretur de deliberativo dicendi genere sumptum esse tractatum, cum de iudiciali genere dicendi omnis tractatus haberetur. Hoc, inquit, neminem moveat, quoniam et apud senatum, licet sententiae dictio sit, quod dicendi genus deliberativae convenit, tamen iudiciale genus dicendi est existimandum, cum et in senatu licet de probando homine inprobandoque tractetur. Et omnino, inquit, ista tria genera causarum forma quadam et primo genere distant: altiore et pleniore intellectu implicita sibi et conexa suis partibus continentur.

37. Nam et apud iudices de praemio saepe accusatorum quaeritur] Accusatoribus lege praemia dabantur, hoc ipso, quod accusabant. Exemplum dat Tullius: 'nullo praemio adducti': item: 'non enim spolia Gai Verris concupivi.

Id non, si per sententiae dictionem agitur, deliberativum est] Deliberativam sic definierat, ut diceret 'cum res posita in ‖ consultatione civili habet in se sententiae dictionem'. Ergo cum agitur in senatu de homine probando vel inprobando, non deliberativa exinde dicenda est, quia habet sententiae dictionem, sed iudicialis causa magis, quia de homine probando inprobandoque tractatur.

Nunc de praemiis consideremus] Hinc dare praecepta incipit, quae servanda sunt, cum praemium postulamus: quod solum supererat de constitutione iuridiciali tractata, ut natura aequi et recti aut praemii aut poenae ratio quaeratur. Dat exemplum, in quo praemium postulatur, de eo, qui

30 Cic. Verr. I, §. 21.

1 et in senatu *mei*: in senatu et in consilio *O* postulandam *F* 3 se *om. DF* populum Ro. *FO* probat *DF* 5 quia *DF*: qua *BO* 7 Quoniam igitur *O* 8 speciebus suis *O* 9 disputare $B^1$ quoniam] quando *F in ras. m. 2* 10 partitus *B corr.*: partitus ē *F*, partium $DB^1$ 11 speciem *D* 19 consilio *mei*: concilio *Capp. et O* 21 iudiciali *et* 24 iudiciale *B ex corr.*: iuridiciali *et* iuridiciale $DB^1FO$ 24 existimandum *nos*: aestimandum *mei et O; cf. Cic. II, §. 110 s. f.* 25 tractetur *D corr. m. 1 ex* tractatur 26 altiore tamen et plen. *O* 28 saepe de praemio *B* 30 dat *D s. l.* Gai *mei*: C. *O* 32 Deliberatiuam *mei*: Deliberatiuum enim *O* 36 iuridicialis *O* *malis* inprobandoue *ut etiam v. 25* 40 aut (ut *B corr.*) — quaeratur *DB*, in qua aut — quaeritur *F*

p. 234. 235. 236 C. p. 157. 158 O.

triumphum petit: post quod exemplum admonet neque hic neque in deprecatione nos facta intentione et depulsione et nata quaestione aut rationem inquirere aut depulsionem rationis, sed | ipsam esse iudicationem, quae sit quaestio. In deprecatione hoc modo, oporteatne adfici poena, in praemii petitione, oporteatne dari praemium. Dividit ergo dicenda in praemii petitione in quattuor: in beneficia, in hominem, in praemii genus, in facultates: quibus singulis partes certas ipse supponit, simulque docuit locos communes, quos tantum in his partibus quattuor habemus in praemio aut in facultatibus: reliquae enim duae partes adfectus tenent, et possunt audientes publicae rationis praemium et facultas plurimum commovere.

39. Ac de constitutionibus quidem satis dictum est: nunc de iis controversiis, quae in scripto versantur, dicendum videtur] Constitutiones rationales esse status et in primo docuimus et ipsas esse principales. Hoc quemadmodum conpleremus in dicendo, superiore tractatu docuit: sed quia sunt praeterea genera controversiarum, quae versantur in scripto, quae incidunt constitutionibus, quae ipsa quinque sunt, necessario etiam de his dat praecepta. Sunt autem controversiae quinque, ambiguitas, scriptum et voluntas, leges contrariae, ratiocinatio et definitio. Scripti autem controversia est, cum in quocumque scripto nascitur controversia, ut in legibus, testamentis, pactis, edictis et ceteris, quae in scriptura sunt. Ergo principalis est ambiguitas, quia ita ordinem fecit, cuius definitio adhibita est ‘cum, quid senserit scriptor, obscurum est, ideo quia duas aut plures res significat’. Huic exemplum dedit, ut heres daret vasa caelata uxori quae vellet. Quoniam, ut diximus, constitutiones non sunt, sed inci|dentes sunt controversiae, non constituit, quae sit intentio, quae depulsio, neque quae ratio et refutatio rationis et quae iudicatio, sed continuo dat praecepta, quae sunt parti utrique communia. Sunt autem haec: primum ut negemus ambiguum et doceamus locutionis ipsius consuetudinem; deinde ut superiora verba et inferiora consideremus, ex quibus colligamus, quae sit vera sententia; deinde excutiamus personam eius, qui scripsit, ut ex ceteris dictis eius, factis, scriptis, animo atque vita, quid senserit, possit intellegi; deinde excutiamus omne scriptum, ne in aliquo verbo aut nos adiuvet aut inpugnet adversarios: deinde dicendum id, quod adversarius intellegat, minus commode fieri, quam quod nos intellegamus. Huic praecepto exemplum dat: ‘meretrix coronam auream ne habeto: si habuerit, publica esto’. Hic enim tractari potest non bene sentire eum, qui publicandam dicit esse meretricem, quod publicae meretricis nullus exitus, nulla administratio, hoc est nullum quodammodo vectigal: in | auro vero

---

5 dicendo *F* 6 in quattuor $B^2F^2$: quattuor $DB^1F^1$ in homine *D* 8 in his partibus quattuor habemus *D*: in his partibus IIII habemus duos *F*, tantum habemus quattuor partibus *B*, tantum in his partibus ex quattuor habemus *O* in praemio aut *mei*: in praemii genere et *O* 9 reliquae enim duae *DF* (reli *D in ras. habet, in F post* duae *eras. voc.* heae, *ut videtur*): **** enim ** duae *B*, *in priore ras. maiore m. 2* Hae *scriptum est*; Hae enim duae *O* et possunt — commouere] *sic mei quoque, quae vix sana videntur* 11 de his *mei* 12 scribto *D* 19 controuersia, ut *Capp.*: controuersia aut *mei* 22 est *B*: si *D*(*ex* obscurumst), est sed *F* 25 dupulsio *D* 28 consuetudine *D* consideremus uerba et inferiora *B* 30 scribsit *et deinde* scribtis *D*, *et sic fere semper* scribtor *etc.*, *quae posthac adnotare omittemus* 31 in *erasum in F* 32 aduersarios $D^1$: aduersarius $D^2B^1$, aduersarus *F*, *sed* us *in ras.*, aduersarium $B^2O$ 36 exitus *mei quoque*: *fort.* legis exitus; ‘*Sic Graeci ἐξόδον nomine [immo εἰσόδον] vectigal et, ut vulgo loquimur, reditum quendam intelligunt: unde apud beatum Athanasium ἀνέξοδος dicitur pauper, cui nullus reditus e bonis, qui nullam facere impensam possit.*’ Capp. 37 administratio est, hoc est *O*

p. 236. 237 C. p. 158. 159 O.

publicando magnam esse utilitatem. Post haec adiungit utilitatis praeceptum, ut interpretemur, quanto utilior res aut honestior praetereatur, si id intellectum fuerit, quod adversarius interpretatur. Hoc autem apertius fiet, si quod nos interpretamur doceamus honestum, utile, necessarium. Sed quoniam scripti controversia, sicuti supra docuimus, potest esse et in testamento, et hoc exemplum dedit; potest autem esse et in lege; adiecit praecepta, si ambiguitas fuerit in lege, uti quaeramus, ne forte, quod adversarii intellegant, alia lege cautum sit: deinde uti dicamus, quemadmodum scribi oportuisset, si id sentiret, quod adversarii dicunt, ille qui scripsit. Huius praecepti et argumenti de themate supra posito sumpsit exemplum, ut doceat: scriptor, si heredi consulere vellet, ut ea vasa daret, quae illi commodum erat dare, non adscriberet ‘quae vellet’. Hoc enim non adscripto, quae heres vellet, ipsa daret: nunc quia adscripsit, utrique eorum cautum voluit, quia hoc non adscripto consuluisset heredi. Ergo concludit praeceptum huiusmodi in causis ita debere tractari: ‘hoc modo scripsisset, illo verbo usus esset, hoc non esset: isto loco verbum posuisset aut non posuisset’. Deinde adiungit praeceptum, uti quaeramus, quo tempore scriptum sit quod scriptum est, quia ex hoc intellegitur voluntas scriptoris: deinde quasi deliberativae modo tractandum, quid utilius, quid honestius sit; esse autem locos communes utrique parti, si quid per amplificationem dici possit. ‖

40. Quod illius rei neque administratio] quam adversarius dicit.

Nihil enim prohibet fictam exempli loco ponere] fictam materiam, id est theticam legem sine certa persona.

41. Deinde si in lege erit ex ambiguo controversia] non in alia aliqua scriptura.

Alia in re lege cautum esse doceamus] id est, quomodo tu intellegis.

Permultum autem proficiet illud demonstrari] Adiungit aliud praeceptum esse considerandum, quemadmodum scribi oportuisset ab eo, qui scripsit, si sic sensisset, quemadmodum dicit adversarius.

42. Ex scripto et sententia controversia consistit] Legales controversiae quinque sunt, quae extra constitutiones tractatus suos habent: ex his Tullius primam tractavit ambiguitatem, scriptum et voluntas nunc explicatur. Scriptum autem omne accipere debemus quidquid aut in legibus aut in testamentis aut in edictis aut in omnibus scriptis intellegitur. Hoc definivit ita: cum alter utitur verbis, quae scripta sunt, alter scriptoris sententiam interpretatur et ad id, quod scriptum est, adiungit. Idem tamen, qui sententia utitur, duplici modo adserit sententiam scriptoris: aut enim semper dicit scripti eius unum eundemque esse sensum, aut ad tempus et | ex eventu accipi oportere id, quod sensit ille qui scripsit. Dat exemplum quemadmodum unum et idem

---

1 publicandam esse magnam esse *D* utilitatis praeceptum *F*: utilitatem praeceptum *D*, utilitatem praecepti *BO* 3 si id quod *O* 6 et hoc *DB*: ex hoc *F* 8 alia in lege *F* uti *mei*: ut *O* 11 scribtorem — non adscriberet *D*, scriptorem — non adscribere *BFO* 13 ipsa $DB^1F$: ipse $B^2O$ 14 praeceptum] per exemplum *F in ras. m. 2* huiusmodi in *F*: huiusmodi $B^1D$, in huiusm. $B^2O$ 15 non ita $DB^1$ tractare *DB* si hoc modo $D^2BFO$ 16 potuisset *bis D* 18 deliberatiuae *D*: deliberatiuo *BFO* 21 Quid *D* 22 fictum *F*, fictam legem *O* 24 ex ambiguo *om. D* in aliqua alia *O* 26 in re lege *DB*: in lege *FO* doceatur *O* 27 demonstrare $B^2O$ 28 oportuisset *nos*: possit *mei*, posset *Basil. et O* 31 quattuor sunt *DF*, sunt V *B*, *sed* V *in ras.*, sunt quinque *O*; *fort. recte DF*, *si Victorinum errasse statuas* constitutiones] ‘*h. e.* status rationales, *quos principales vocat Victorinus*’. Capp. 33 aut in strumentis *D* 34 in edictis *F*: in *om. DBO* 35 sentiam *D* 36 adiungit *D*: animus scribentis adiungitur *F*, animum scribentis adiungit *BO* 38 sensum esse *BO* et ex *DF*: aut ex *BO*

p. 237. 238 C. p. 159. 160 O.

semper intellegatur in sententia scriptoris, cum heres secundus institutus interpretatur se heredem esse iustum, sive natus filius esset, ut is heres esset, qui natus fuerat, sive natus non fuisset, ut alius nullus esset quam ipse, qui secundus est institutus. Hanc sententiam unam memorat et semper eandem esse. At vero cum sententia scriptoris ita exponitur, ut ex facto aut ex eventu ad tempus interpretanda sit, docet omnes sub qualitate adsumptiva partes in hoc genere contineri; in qua conpensatio est aut relatio criminis aut remotio aut concessio. In his enim omnibus speciebus adsumptivae qualitatis necessario lex praecedit: quae cum scriptum habeat, habebit et sententiam, quam is, qui ea utitur, dicit ad tempus adcommodari. Dat exempla et docet non ad idem spectare in his exemplis sententiam scriptoris, sed ex tempore semper intellegi. Post haec subiungit praecepta, quibus uti debet is, qui scriptum defendit, hoc est is, qui scripto se tuetur. Sunt autem haec: laudes scriptoris, communis locus, in quo docetur nihil ab iudicibus spectari oportere nisi scriptum, et ‖ magis, si legitimum scriptum sit; tertio loco debet inducere factum ab adversario, deinde postea comparare cum scripto id, quod factum est: deinde dicere, quod iudex in legem iuratus sit: deinde interrogare, quid sit quod ex adversa parte dicatur: modis autem variis interrogare modo iudicem, modo adversarium, modo ipsum se cum admiratione interrogare, et interrogare haec: 'utrum scriptum negetur esse sic, quemadmodum loquitur, an ab adversario aliud factum sit quam dicatur, an contra dici nihil possit', deinde concludere: 'cum scriptum ita sit et ab adversario factum et ita factum non negetur, quod summa stultitia sit contra dicere'. Deinde recitatio sequitur ipsius scripti frequens et conparatio facti cum scripto, vario modo, nunc ad te ipsum ut redeas, nunc ad iudices ista tractes. Sed ad iudices cum dicitur, ostendendum est, quid sequi iudices debeant, quod duabus de causis fit ut sit apud iudices dubitatio, si aut obscure scriptum sit aut adversarius aliquid neget: at hic utrumque manifestum esse, unde iudices parere legi oportet, non interpretari legem. Post haec subiunguntur ea, quae contra eum dicuntur, qui utitur sententia. Et quoniam supra diximus: 'sententia aut idem semper spectat aut ad tempus accommodatur', si idem spectare dicitur sententia, ille, qui scripto utitur, dicit non oportere nos de voluntate quaerere, cum scriptum extet, quod iudicium est voluntatis; deinde incommodum esse, si hoc instituatur, ut ab scripto recedatur: nam nec scriptores ratum futurum credent esse, *si* sibi debebunt interpretari habere quod scripserint, et iudices iudicium incertum sequentur, si a scripto coeperint discedere; deinde dicere magis voluntatem eum sequi, qui scripta defendat ‖ quam eum, qui interpretetur; certius enim iudicium est voluntatis

---

2 esse iussum *D* 6 adsumptiua partes $D^1$, *ut coni. Capp.*: adsumptiuae partes *F*, adsumptiuae partis $D^2BO$; *'id est, omnes illas quattuor species, quae sunt sub qualitate assumptiva'* Capp 7 in (*ante* qua) *om D pr. m.* 10 exemplum *BO* 13 defendit hoc est is *F*: defendit is *D* defendit et is *BO* autem *om.* $B^1$ haec $FB^2$: hae $DB^1$ 14 ab *F*: ad *D*, a *BO* 15 legitimum scriptum] *'h. e. aut lex ipsa aut ex lege aliquid'.* Capp. 16 deinde *mei*: *om. O* 20 neget $F^2$ si $DF^1$ 21 an ab *nos*: ab *mei*; et an ab *BF corr. m. 2 et O* 25 ista trahas *F* 26 ad *om. D* 27 fit ut sit *nos*: sit ut sit *F*, ut sit *D*, sit *BO* 28 at hinc $B^1$, adhinc *D* 29 oporteat *F* 30 ut supra *F* 31 sententia ad idem *F* 32 idem *D*: ad idem *BFO* 34 ab] ad *D* 35 nam nec $DF^1$: nam sic (si $B^1$) nec $BF^2O$ scriptoris *DB* credent esse (credente se *D*) sibi debebunt interpretari habere (interpretari ab eo *F*) quod scripserint (scripserunt *B*) *DBF*: credent quod scripserint *O*; *Cicero (II, § 128) haec habet:* nam et eos, qui aliquid scribant, non existimaturos id, quod scripserint, ratum futurum, et eos qui iudicent *etc.* 36 iudices iudicium *F*: iudicium *DB*, iudices *O* si ab *F* 37 coeperint discedere *D*: coeperint recedere *F*, recedere coep. *BO* 38 est *mei*: esse *O*

p. 238. 239 C. p. 160. 161 O.

ipsum scriptum. Haec adversus eum, qui sententiam semper ad idem spectare dicet. Sin autem ad tempus adcommodari sententiam dicet adversarius, debet ille, qui scripto nititur, negare iustum esse, ut, cum aliquis se contra legem fecisse fateatur, adserat causam vel temporis vel eventus vel aliam similem. Deinde debet dicere semper accusatorum fuisse, ut, cum crimen intenderent, facti causam adferrent: nunc reorum esse, ut, cum fecerint, quod non licebat, facti sui adferant causam. Post haec tres locos debet adserere, qui pro scripto nititur; sunt autem hi: nulla in lege causam contra scriptum accipi; in hac lege non accipi; hanc causam minime accipi. Haec, uti dixi, debet adserere: ac primum illud 'in nulla lege causam accipiendam esse' habebit haec praecepta, quod scriptori neque ingenium defuit ad invenienda omnia neque sermo ad proferenda; si aliquid excipiendum putaret, esse consuetudinem scriptoribus excipere. Hoc probabit, si recitet leges, quae habent exceptionem. Erit autem vehementius, si eius ipsius scriptoris aliam legem recitet aut in ipsa lege aliquod caput inveniat, quod excipiat. Deinde quasi per definitionem inducere 'quoniam nihil aliud est causam accipere nisi legem tollere', idque fieri, si causa accipiatur, quae extra legem est, id est extra scriptum. Deinde, omnibus peccandi licentiam dari, si causa semper accipiatur, et iudicibus errorem inici, cum a scripto recesserint et semper causas sequantur, quae scriptae non sint: omnes cives quid agant ignoraturos, si ex suo quisque consilio agat et causam legi adplicet. Postremo hos locos inducet: quod omnes actus rei publicae legibus exerceantur, quod hi iudicent, qui a negotiis suis absint, quod iurent in verba certa, quod nullus excusationem aut aliquam causam reperiat, qua, cum teneatur ad iudicandum, abesse possit, nisi si eadem causa utatur, quae sit in ipsis legibus instituta: quod si omnes legibus tenentur, iniquum esse adversarios non teneri. Deinde per argumentationem illam, quae inductio nominatur, explicare, an permittant iudices ad legem addi eam causam, qua se tuetur adversarius: quod si ipsi non permittant, an, etiam si velint ipsi addere, populus sinat: si neque ipsi neque populus permittant addi causam, iniquum esse ut hodie ita iudicent, quasi iam causa legi videatur adscripta; indignum esse derogari legi aut abrogari legem aut ex aliqua parte mutari; [derogari est in vituperationem venire, abrogari totam penitus tollere, tertium vero est, cum pars aliqua commutatur et vertitur.] Deinde adiungere, populum hodie nihil scire; iniquum esse ut illo invito et ignaro aliquid | de legibus iudicetur; esse certum ferendae legis tempus: quod si aliqui hanc legem ferat, scire se velle, ut si aliquid sit captiosum adversariumve, contra dicat; turpia esse et inutilia haec, quae adversarii dicunt. Nunc legem, qualiscumque sit, debere servari: post populo, si displiceat, licentiam commodari, ut vel abroget vel corrigat legem. Deinde postremo loco concludet neminem permissurum fuisse de populo, ut

---

1 spectare dicit *BO* 3 ut $FB^2$: et $DB^1$ 4 adserat *D*: asserat *B*, afferat *FO* 6 essent *D* 7 hoc $B^1$ 8 hii *DF* 10 *fort* primum in illud causa contra sententiam accipiendam *F*; '*supple* contra scriptum, *hoc est contra legem, contra formalem (ut aiunt) legis dispositionem*'. Capp. 13 excipere] '*h. e. uti exceptione. exceptionem adhibere*'. Capp. probauit *D* 15 caput *D* Denique $B^1$ 16 quoniam *mei*: quomodo *O* aliut *D* 19 iudices in errorem *F* inici *nos*: mitti *libri*, immitti *coni. Orelli* ab scripto *BF* 23 quia a *F*: quod a *DBO*; *cf. Cic. II, §. 132* nullus *mei*: nullam *O* 24 reperiat *DF*: reci iat *B*, recipiant *O* 25 utatur *B corr. ex* nitatur 29 an $DB^1F$ *ut Capp. voluit:* aut $B^2O$ populus non sinat *O cum ed. Asc.* 30 si *om. D*, quodsi *F* permittat *BO* hodie] hoc de *F corr. in* de hoc 34 populum hoc de *F* 36 aliquis *FO*, *sed videtur* s *in F adiecta esse*, aliqu* $B^1$, aliqui *B corr.*, aliqua *D* 37 esse turpia *BO* 38 dicant $B^1$

p. 239. 240 C. p. 161. 162. 163 O.

adversarius hanc causam adderet legi, etiam si sine alicuius periculo hoc fieri possit.

Tum semper idem spectare et idem velle demonstrabitur] Semper hoc esse in hac lege, quod senserit scriptor, ut quod nos sensisse scriptorem dicimus, id est, ad quam sententiam scripta verba accommodamus, ipsa semper sit, neque aliquo tempore mutetur, ne ‖ existat aliquando diversa. Interdum, inquit, is, qui se sententia defendit, contra scriptum sic dicit: hoc sensisse scriptorem, ut non semper idem sit, quod sensisse dicitur, sed pro tempore, pro eventu sit alia adque alia sententia: et his duobus praeceptis supponit exempla.

Semper ad idem spectare, hoc modo] unius partis vel praecepti et tractatus exemplum.

Quam in suam tutelam venerit] intra annos quattuordecim, quibus inpletis potest facere testamentum.

Cum eo, qui est heres] secundus scilicet, et tunc heres, si filius, ante quam in suam tutelam veniat, moriatur.

In hoc genere non potest hoc dici] quod interpretatur, scripti semper eandem esse sententiam, non ad tempus accommodari.

Qua fretus ille, qui contra scriptum dicit] id est secundus, qui secundus de numero factus heres ab adgnatis scripto ab hereditate summovetur: quia secundus scriptus cum sit, non nato filio secundus non est.

Quae in omne factum idem valeat] non quod supra, sed hic pro tempore, ut quid fiat lex senserit.

Cum prope muros hostes castra haberent] Probavit hucusque conpensativam subesse interpretatae voluntati contra scriptum, cum voluntas spectatur ex tempore; subiungit et relationem subesse.

Tum remotio criminis] Adiungit item et remotionem criminis subesse interpretatae voluntati contra scriptum, cum voluntas mutatur, ut ad tempus sit: supponit etiam quartam speciem adsumptivae, id est concessionem ei subesse. |

Tum concessio per purgationem] quia concessio et in purgationem et in deprecationem dividitur; sed deprecatio non subest. Purgationem *cum* speciebus suis subicit.

Quare aut ita sententia inducetur] Redit ad conclusionem duorum praeceptorum supra positorum, cum voluntatem interpretamur contra scriptum. ‖

43. Scriptum ergo is, qui defendit] Hinc incipiunt praecepta, quibus uti debeat is, qui se defendit scripto.

Quid factum sit] ab eo scilicet, qui ex legis verbis arguitur.

Quid iuratus iudex] id est, in quam rem iuratus iudex sedeat, hoc est, in leges sedeat iuratus.

Si neutrum neget] id est, aut scriptam esse legem aut hoc se fecisse.

---

2 posset *BO* 3 tam *D* idem $DB^1F^2$: ad idem $B^2F^1O$ demonstratur *DBO* Idem semper *F* 6 ne] nec *F* 13 Antequam *O* suam in *B* inter *B* expletis *BO* 17 In hoc — dici] *lemmatis signum nos adiecimus* 19 Quae *D* ille *DF*: et ille *BO* secundum qui secundum *D* 20 [de] numero *O* 22 tempore. Nam tum inducitur comparatio et reliqua. ut quid fiat *F* 24 Cum *mei*: Quod *O* castra hostes *O* 25 expectatur *mei* 26 relatiuam *BO* 27 relatio *F*, *sed* la *ex corr. in ras.* item *DF*: nunc *BO* 31 tunc *F* concessio in purg. *O* 32 purgationem] depraecationem *D* cum *add. Christ* speciebus suis] 'quae sunt imprudentia, casus, necessitas'. Capp. 36 Ergo is qui scriptum *O* his *D* defendet *O* 38 sit *om. O* uidelicet *B* 39 id est — sedeat *F in ras. habet, quae sequuntur* hoc est — sedeat *s. l. add. m. 2* 40 legis $DB^1$ 41 scriptum *cod. Bas. et O* hoc *mei*: hoc idem *O*

p. 240. 241 C. p. 163. 164 O.

44. Contra autem dicetur] ab eo, qui se contra istum, qui scripto nititur, voluntate defendit. Sed huic nunc locos dat, non quo ad eius partes iam transierit, verum ut intellegamus, contra quos locos eius, qui se voluntate defendit, respondere possit.

Aut causa adsumptiva inferetur] quoniam, cum ad tempus voluntas scripti accipienda ostenditur, necessario per adsumptivae qualitatis speciem argumenta sumuntur.

Si aliud sensisse scriptor, aliud scripsisse dicatur] Prima pars, qua utitur is, qui se voluntate defendit, contra quam nunc praecepta dat scriptori.

Sin causam adferet is, qui a sententia stabit] Secunda pars, qua utitur is, qui se voluntate defendit, contra quam nunc praecepta dat scriptori.

Sin causam adferet is, qui a sententia stabit] Dictus primus locus est ab eo, qui scripto nititur, per partes suas: qui per praecepta sequitur, secundus locus est, in quo ostenditur, si in ceteris legibus causa accipiatur, in hac lege causam accipi non oportere. Hoc ut probari possit, demonstrandum est, quod lex vel scriptum quodlibet ad res maximas, utilissimas, honestissimas, religiosissimas pertineat: unde inutile, turpe, nefas esse doceatur, legi tam diligenter scriptae non obtemperari. Deinde docendum, quod omnia cauta in hac lege sint et prospecta et excepta, quae excipienda, perspicienda cavendaque videbantur. Subiungitur tertius locus, in quo docetur hanc causam accipi non oportere. In quo, quoniam adversarius, qui contra scriptum dicet, aliqua aequitate se tuetur, laborandum est, uti doceat qui se scripto defendit, illud aequum non esse, quod adversarius dicit: quo loco bene tractato, ut doceat aequum non esse, effici, ut et non oporteat concedere adversario. Nam superiores loci hoc agebant, quasi non liceret id fieri, quod adversarius vellet: hic autem locus, ‖ ut dixi, in quo docetur aequum non esse, quod adversarius dicit, demonstrabit et non oportere audiri, cum iustum non videatur esse | quod dicit. Deinde descendendum erit ad adsumptivae qualitatis species per tractatus ab eo, qui scripto nititur, uti per ea praecepta, quae supra data sunt conpensationis et relationis, remotionis, concessionis, explicet locos partis suae qui nititur contra eum, qui se voluntate defendit, supponendo causam ex locis adsumptivae qualitatis: deinde rationes adferendae sunt et causae, quare aut in lege aut in testamento ita scriptum sit quod scriptum est, ut ex hoc modo non scripta tantum defendere, verum voluntates interpretari videatur ille, qui scripta defendit.

Primum nulla in lege ullam causam] praecepta partitionis, quibus uti debeat is, qui se scripto defendit.

Prima pars his fere locis confirmabitur] in nulla lege causam accipi oportere.

45. Deinde item quaerere] Hoc totum per inductionem, ut ex eo, quod conceditur, id, quod non conceditur, concludatur.

Secunda pars est, in qua est ostendendum] Secunda pars incipit de partitione eius, qui contra sententiam scriptum defendit.

Si quid igitur ex hac ipsa quippiam accusator deroget] id est aequitate.

---

4 responderi *Christ* 5 Aut si causa *O* 8 dicitur *O* is utitur *BO* 10 Sin in *F* 11 uoluntate se *BO* 12 Si in *D* 14 est *om. DB*$^1$ hac lege *F*: hac legem *D*, hanc legem *BO* 16 quod *DF*: quia *BO* 20 esse uidebantur *BO* 22 doceas *D* 23 tractato bene *F* 24 effici ut et non *D*: efficiet ut non *BFO* 25 hoc loci *F* egerant *O* 27 demonstrabitur *DF*$^1$ et *D*: eum *BFO* 30 data *DF*: dicta *B* 31 qui scripto nititur *Christ* 33 quare *B corr.*: quae *D*, quod *BF* aut instrumento *D* 36 partionis *D*, partitionis dat *F* 40 totum *mei*: tantum *O* 42 pars est $D^1$: pars est eius $D^2F$, pars eius est *B*

p. 241. 242 C. p. 164. 165 O.

Quoniam ille, qui se sententia defendit, contra scriptum aequitatem debet adserere, necessario is, qui se scripto defendit, debet rursus detrahere aequitati.

47. Contra scriptum autem qui dicet, primum inducet eum locum, per quem aequitas causae demonstretur] Nunc tractatus est eius, qui voluntate se tuetur contra scriptum, quod supra tractatum est. Is inducet primum locum aequitatis, ut ostendat, quae et qualis sit illa causa, quam adhibet, per interpretationem legis; deinde adsumptivae partis cuiusque praecepta servabit dicens: 'hoc quidem scriptum in lege est, sed ego feci, ut prodessem', vel reliqua, quae adsumptivae sunt qualitatis; ut facta ipsa sua enumeret et exequatur; deinde tres illos compleat locos ex adversa parte, quibus usus est is, qui scripta defenderat: hic ex contrario doceat in omnes leges accipi causas, et in hanc legem accipi debere, et hanc causam accipi debere; [in omnes leges accipi causas] ** iniquum aliquid constituet; ut omnia supplicia culpae et malitiae vindicandae causa constituta sint; nunc se nihil malitiose fecisse: ipsum scriptorem, si hodie praesens esset, factum suum probaturum, aut, si ipse hoc ageret, facturum fuisse: hac de causa viros bonos electos et dignitate et aetate, ut non scripta legis recitarent, sed interpretarentur: ipsum legis scriptorem non barbaris hominibus ac stultis commisisse scripta sua. Nam si hoc crederetur, diligenter cuncta exequeretur: nunc quaedam posuisse, ex quibus etiam non scripta cognosci possunt per intellectam voluntatem. Postea dicendum est, quid fieri potuisset aut quid accidere potuisset: in quibus causa cum conlocatur, ostenditur recedendum fuisse a scriptis propter vel necessitatem vel honestatem: omnes leges conprehendere omnia non posse, quae velint exprimere vel excipere, sed esse naturaliter in legibus cunctis tacitas exceptiones. Deinde locum hunc debebit exequi, quod neque sermo hominum neque scriptum aliquod plane se exprimat aut eloquatur voluntatem, sed semper spectari ex scriptis reliqua, quae in voluntate intellegi possunt. Deinde utilitatis et honestatis partes explicandae sunt, in quibus docebimus, quid nos fecerimus et quid adversarii velint, ut nostrum utile, adversariorum inutile demonstretur. Deinde locum communem debemus inducere: non litteras sequi nos oportere, quae et tenues et obscurae sunt notae voluntatis, sed ipsam illam voluntatem: deinde inducere definitionem, quid sit lex, et sic definire, ut haec potius voluntas quam scriptura videatur, meritoque iudices hi serviant legi, qui voluntatem legis interpretantur: iniquum esse adfici supplicio eum, qui non aperte contra legem fecerit, sed ex aliqua ratione utilitatis rei publicae. His rationibus et rebus tres illi loci adprobantur, qui sunt contrarii superioribus tribus, uti doceamus et accipi causam in

---

4 dicet eum *D*, eum inducet *O* 6 tueatur *F* is *D*: isque *BFO* 7 illa sit *BO* 10 ipse *coni. Orelli* 13 et hanc causam accepi debere *D*, *sed* accepi debere *corr. ex* accepit, *eadem tamen manu, ut videtur* 14 in omnes leges accipi causas *DF*, *quae nos inducenda esse indicavimus;* in omnes leges accipi causas. in hanc non accipi *BO*; *videtur locus lacunam traxisse, ut ex seqq. quoque apparet, eaque perperam mera illa repetitione expleta esse* iniquum aliquid constituet $DB^1$: iniquum aliquid constitui $B^2O$; *in F hic locus sic expletus est, sed, ut videtur, ex ipso Cicerone (§. 138), non ex meliore exemplo commentarii:* Nullam legem esse quae aliquam rem inutilem aut iniquam fieri uelit. id est iniquum aliquid constituet supplicia quae ab legibus proficiscantur culpae *F*, *ut est apud Cic.* 16 hodie *om. F* 17 hac] ac *D*; *in seqq.* iudices *aegre desideratur* 18 et acte *D* 20 exequerentur $D^2BF^1$ 21 exposuisse *F* 23 cum *F s. l. ante* causa 24 *prius* vel *om. F* 25 possent *et* exprimerent *D pr. m.* 26 quod *DF*: quia *B* 28 spectari $FB^2$: expectari $DB^1O$ 29 partis $D^1$ 32 nos sequi *B* 34 scriptura *mei*: scriptum *O* 35 hi seruiant *D*: inseruiant *BFO* 36 aparte *D*

omnibus legibus, et in hanc legem accipi, et hanc causam accipi. Praeterea operam dare debemus, uti etiam scriptum ipsum, si quo pacto possumus, convertamus, ut id videatur tenere verbis, quod nos interpretamur, faciamusque tale aliquid, quale supra fecit, qui scripto nititur, ut ad scriptum adplicet voluntatem. Sic hic, qui a voluntate nititur, in scripto debet aliquid invenire, quod interpretetur a se, quod conveniat voluntati. Id faciet, si ambiguum aliquid in scripto invenerit, aut per collectionem ex eo, quod scriptum est, id, quod scriptum non est, ostenderit: sic fieri ut, cum leve nescio quid in scripto invenerit, tamen, cum aequitatem ostenderit, in sua causa esse, plurimum proficiat: et subducet ‖ adversario argumentum suum, in quo ille posuit ‘scripta tantum iudices sequi debere’, cum et hic docere coeperit in scripto esse aliquid, quod prosit ei voluntati, quam interpretatur. Postremi sunt loci communes, qui sumi poterunt ex partibus adsumptivae qualitatis, quod supra diximus. Verum erit proprius locus eius, qui scripta defendit: ‘leges ex se intellegi debere, non ex utilitate interpretantium’; deinde erit alter: ‘nihil legibus carius esse debere’. At vero erunt alii loci communes eius, qui se voluntate defendit: ‘leges in consilio scriptoris esse et utilitate communi’: deinde ‘indignum esse aequitatem litteris premere et urguere, cum aequitas magis in voluntate cernatur’.

Ex his locis] quos tres in partitione supra posuit.

48. Et accipi causam, et in hac lege accipi, et hanc causam accipi] repetit per anacephalaeosin in conclusione tres illos, quos in partitione poni locos dixit et pro scripto et contra scriptum.

Aut ex scripto non scriptum aliquid inducere] id est syllogistice tractare.

Cum aequitate causa abundabit, necessario multum proficiet] Fit et hic conclusio, ut et is, qui voluntate se defendit, operam det, ut ipsum scriptum pro se faciat, vel ambiguo aliquo reprehenso verbo, vel ceteris, ut non voluntate tantum, sed etiam scripto niti videatur: quemadmodum illi ipsi supra, qui se scripto defendit, ita praeceperat, ut non sola verba amplectere-tur, sed etiam scriptoris ostenderet voluntatem.

Loci autem communes ceteris ex adsumptionis partibus in utramque partem convenient] ut aut removeat aut conpenset aut referat aut concedat.

49. Ex contrariis autem legibus controversia nascitur] De legalibus controversiis tertia est, quae ex contrariis legibus constat; nam dicta est ambiguitas, dicta etiam controversia, quae constat ex scripto et voluntate. Contrariae vero leges nunc duae sunt, nunc plures, nunc una, si duplex est, quamquam etiam una simplex facere leges contrarias potest. Una duplex facit leges contrarias, cum una pars nititur legis parte, altera rursus alia legis parte dimicat et repugnat. Apud rhetores est ista controversia: ‘rapta raptoris mortem aut indotatas nuptias optet’, ut rapta una parte nitatur ac dicat mortem se optare debere raptatoris, altera nuptias inducat, ac fiant leges

---

1 legibus *D corr. e* legis 2 ut etiam *BO* possimus *F* 4 supra *om. F* 5 Sic *DB*: Sed *F* qui *DB*: quia *F* 6 interpretatur $B^1$ 7 per collectionem] ‘συλλογισμόν, *i. e. ratiocinationem, qui status unus est ex quattuor legalibus: de eo pluribus mox agetur*’. Capp. 9 inuenerit in scripto *BO* 10 proficiat *Capp.*: proficiet *mei ex assimilatione ad sequens* et subducet 12 ei’ (eius) uoluntati qui *F* 13 loci sunt *B* potuerunt *D* 16 ad uero *D* 18 urgere *O* 19 in *mei*: *om. O* 21 in hanc legem *F ex corr.* in hanc causam *mei*, *sed* in *del. in B* 24 aliquod $B^2O$ 25 abundauit *D* 26 se uoluntate *BO* 31 ceteris *mei*: certis *O* ex *om. F* substitutionis *D* 32 aut removeat — aut concedat] ‘*i. e. utatur orator eo qualitatis adsumptivae status, qui dicitur remotio criminis, aut statu compensationis aut relationis aut concessionis*’. Capp. concedat $D^1$: concludat $D^2BF$ 37 una $D^1$: aut una $D^2B^1$, at una $B^2FO$ 39 raptã *D* 41 raptatoris *D*: raptoris *BFO*

p. 243. 244 C. p. 166. 167. 168 O.

contrariae ex duplici parte legis. Item una lex contrarias leges facere potest, hoc modo, cum lex est ‘vir fortis petat praemium quod volet’, et duo adulescentes filii fortiter fecerunt: petunt praemii nomine unus, ut pater, reus qui factus fuerat proditionis, ante iudicium liberetur; alter petit, ut agatur iudicium. Ita ex una lege, diversa petentium voluntate, leges contrariae esse dicentur. Verum his omissis Tullius definit, quid sint leges contrariae: deinde ponit exemplum de eo, qui tyrannum occiderit, ut praemium accipiat: deinde alteram legem proponit, ut tyranno occiso quinque proximi sanguine interficiantur: deinde reliqua praecepta dat communiter in utramque partem. Etenim cum ambae lege nitantur, quae praecepta data fuerint uni parti, ad alteram partem, quae etiam ipsa lege nitetur, praecepta eadem transferuntur: eritque utrique parti hoc principale, ut suam legem laudet, adversarii vituperet et reprehendat. Erit ergo tractatus talis, utra utilior lex sit, utra honestior, utra magis necessaria, utra ad res plures pertineat, utra ad maximas, utra lex posterior sit; melior enim quae posterior: utra lex iubeat, utra permittat — nam iubet ‘desertor capite puniatur’, permittit ‘adulterum cum adultera liceat occidere’ —; deinde utra lex poenam constituat ei, qui non obtemperet, utra maiorem poenam: deinde utra lex iubeat, utra vetet. In eo enim, quod iubetur et permittitur, quasi unum genus sit; contrarium est in eo, quod vetatur. Verum in eo quod imperatur et permittitur, est | diversitas, quam supra posuit, cum illic sit necessitas, hic utendi voluntas: at his duobus contrarium est, quod vetatur, ut ‘infamis ne militet’, ut ‘inpudicus ne contionetur’. Maior autem est auctoritas legis, quae vetat, quam illa, quae imperat. Omnis enim lex, quae vetat, fortior propterea, quia corrigit illam, quae aut permittit aut inperat. Etenim cum omnem hominem ad contionem venire liceat et sit haec lex, quae quasi permittit, haec, quae vetat ‘infamis ne contionetur’, corrigit illam legem, qua aut iubetur aliquid aut permittitur. Deinde considerandum, utra lex de parte constituta [sit], utra de omni vel re vel actu; utra lex specialiter scripta sit, utra generaliter; melior enim, quae de specie descripta est, non communiter; et est communiter, ut ‘hominem occidere ne liceat’, specialiter ‘virum fortem occidere ne liceat’, et alia huiusmodi. Deinde considerandum, ex qua lege statim fieri aliquid aut non fieri necesse sit, et ex qua sit aliqua tarditas. Nam est tarditas, ut in illa lege: ‘legatus intra diem tricensimum proficiscatur’. Haec omnia cum dicta fuerint, operam dare debet una quaeque pars, quae pro lege sua nitatur, uti doceat legem suam et iustam esse et apertam, adversariorum vel iniustam vel obscuram vel ambiguam: aut ratiocinatione colligi, quod velint adhibere aliquam definitionem adversarii, ut intellegi possit, quid in lege sit; in nostra autem lege omnia esse manifesta. Deinde debemus adiungere voluntatem, ut ad scriptum voluntas quoque interpretata consentiat; dare etiam operam, ut adversariorum lex contrariam habeat voluntatem. Et si fieri potest, adversariorum legis ita est interpretanda sententia,

---

2 uir $D^1$: ut uir $D^2BFO$ 3 petunt $DF$: petit $BO$ pater reus qui $D^1$: pater eius qui reus $D^2BFO$ 5 ita ut ex $D$ dicantur $F$ 8 sanguine *ed. Asc.*: facile *mei* 9 ambae $DB^1$: ambae partes $B^2F$ 10 leges $B^1D^2$ 11 transferentur $O$ utrique parti $F$: utique pars $D$, unicuique parti $BO$ 12 et $F$: *om.* $DBO$ 15 utra permittat $D^1F$: utra permittat utra delectet $B$ *et corr.* $D$, utra permittat, utra vetet $O$ 16 puniatur permittat $D$ 19 *immo* genus est 20 est diuersitas *nos*: sit diu. *libri* illic sit *nos*: illic est *libri* 22 est autem $O$ 23 illius $F$ 25 omnes homines $F$ 26 permittat $O$ 28 sit $D$ *s. l.* 29 descripta *mei*: scripta $O$ 33 tricensimum $D$: tricesimum $B$, trigesimum $FO$ 34 debeat uel debet $F$, debeat $B$, debetana $D$ *corr. in* debeat una 35 nititur $BO$ 36 autem uel $D^2BFO$ ratiocinationem $DFB^1$ colligi $F$: collegit $D$, colligit $B^1$, colliget $O$ 37 quae $F$ adhibere aut (*add. s. l.* per) definitionem $F$ aliquam aut (*corr. ex* at) defin. $D$ 41 sen-

uti paene etiam ipsa lex adversariorum per sententiae interpretationem pro nobis facere videatur, ut ambae leges nostrae sint partis: una nostra per scriptum, adversariorum per voluntatem. Postremi sunt loci communes, qui in legibus contrariis sumi possunt ex utilitate et honestate legis cuiuscumque.

Ea maxime conservanda putetur, quae ad maximas res pertinere videatur] Praeceptum hoc est: comparandas leges esse, ut, cum inter se duae vel tres discrepent leges et servari non possint ambae, quia discrepant, ea maxime conservetur, quae sit in conparatione utilior, honestior, magis necessaria.

50. Ex ratiocinatione nascitur controversia] Ratiocinatio syllogismus dicitur; controversia legalis est: habet tractatum, cum ex eo, quod scriptum est, id, quod scriptum non est, colligitur. Cicero ait: ‘cum ex eo, quod uspiam sit, ad id, quod nusquam est scriptum, venitur’. Et habet modos suos, quibus conprehendatur, vel simile cum colligimus ex maiore, vel cum consequens. Sed haec in Marcomanno exempla sunt posita; dat exemplum Cicero de eo, qui damnatus parricidii in carcere testamentum fecerit. Nulla quidem lex facere testamentum prohibet eum, qui damnatus sit parricidii, sed sunt aliae leges, quae multa facere prohibent parricidii reum et damnatum; ex quibus colligitur etiam hoc, faciendi testamenti illum non habuisse potestatem. Item multae leges sunt testamentorum faciendorum, ex quibus iterum colligitur, hunc faciendi testamenti potestatem non ha|buisse. Tractatus vero habet et locos argumentorum tales: primum ut scriptum laudemus et confirmemus: deinde conferamus cum eo facto, quod colligimus ad scriptum: deinde ut simile esse doceamus: deinde ut, si illud aequum sit, hoc quoque aequum esse iudicemus: deinde ut dicamus, cur de hoc scriptum sit, cum de alio scriptum non sit, quod quasi manifestum fuerit ex eo, quod scriptum est, etiam id, quod scriptum non sit, et idcirco a scriptore legis praetermissum esse videatur: deinde doceamus in multis legibus multa praeteriri, sed accipi haec, ac si non sint praeterita, ex his scilicet, quae scripta sunt. Haec dicit ‖ qui utitur collectione. Qui contra pugnat, ante omnia laborare debet, ut similitudinem tollat et dicat aliud esse in eo, quod scriptum est, aliud in eo, quod admissum est, ac propterea esse dissimile et non debere accipi ex eo, quod scriptum est, id, quod non scriptum est, cum sit multa distantia. Dissimilitudinis autem partes hae sunt quae et similitudinis, de quibus in primo libro expositum. Addere praeterea etiam poterit is, qui contra collectionem nititur, uti et ipse utatur aliqua collectione: quod si ei contigerit, isdem argumentis utetur, quae supra dedimus ei, qui utitur collectione: sin autem non poterit uti, hoc aget, ut ostendat scriptum solum considerari

---

tentia *B corr. e* scientia 3 aduersariorum per uoluntatem aduersariorum $DB^1F^1$ 4 contrarii *D* 5 uideatur $D^1$: uidetur $D^2BF$ 6 ut cum *mei*: utrum *O* 7 et seruari *mei*: et si seruari *O* possint *nos*: possunt *DBFO* 8 magis $D^1$: magis aut $D^2BF$, magis autem *O* 10 controuersia cum ex eo *D*, *sed* cum ex eo *erasa* 12 collegitur *D* 13 uspiam *D pr. m. corr. in* usitatum iam sit] est *recte libri Tulliani* nusquam scriptum est peruenitur *O* 14 colligimus *D*: colligimus uel quod (cum $B^2O$) collegimus (colligimus *BO*) *D in marg. m. 2 BFO* ex maiori *D* consequens *F*: consequens. dat exemplum *DBO* 16 testamentum facere *BO* 18 fecere *D* 21 collegitur *D* non *om. F* 23 collegimus *D* ad scr.] asscriptum *B* 27 sit *D s. l.* ab *F* 28 uideatur esse *F* 29 iis *O* 33 scriptum non est *O* 34 dissim. — et similit. *Christ*: dissimilitudinis apud partes haec sunt quae et (est et *B*, *om. F*) similitudinis *DBF*, *verbis* apud partes haec sunt quae *in B expunctis;* dissimilitudinis et similitudinis *edd.* 35 expositum est *F*, exposito *DB*, exposuit Cicero *O*, *item B m. 2* 36 ei *nos*: et *libri* (et contigerit si *F*) 37 hisdem *DB* qua $DF^1$, quas $F^2$, quos *B* utetur *F* 38 considerari *mei*: spectari *O*

p. 245. 246 C. p. 169. 170 O.

oportere; periclitari iura omnia, si similitudines accipientur: nihil enim esse paene, quod non alteri simile esse videatur. Postremo loci communes sunt ab eo, qui utitur ratiocinatione: extra scriptum per coniecturam id, quod scriptum non est, accipi oportere; deinde neminem posse scriptura conplecti universa; illum tantummodo bene scribere legem, qui quaedam contingat, ex quibus alia, quae praeterit, intellegi possint. Loci vero communes contra eum, qui collectione nititur, isti sunt: coniecturam non esse firmum argumentum, sed esse divinationem; deinde stulti esse scriptoris non omnia, quae cavenda sunt, in lege conscribere.

Iis, qui in eo loco sint, adimat potestatem] neque permittat, sed ut quasi permissio esse videatur, collectio fit ex aliis.

51. Definitio est, cum in scripto verbum aliquod est positum, cuius de vi quaeritur] Subiungit postremam legalem controversiam, quam definitionem nominavit; quae nulla parte distat a constitutione rationali, nisi quod verbum in lege positum vel in scriptura aliqua cum definitur, quid significet, quid sit, tunc fiet legalis definitio. Supponit exemplum de iis, qui navem suam dicunt, quod unus incubuerit gladio, alter remum inperitus gubernandi tenuerit, gubernator in scapham fugerit: hi cum contendant, cuius navis sit, ex lege initium capiunt controversiae. Quaeritur tamen verbum, quod in lege positum est, quid sit navis; deinde quid sit navem deserere et quid sit in navi remanere. Haec sola discretio est data inter definitionem legalem et constitutionem, id est rationalem statum. Praecepta autem dicendi eadem reservabimus, quae supra sunt posita, ut definiamus et cetera, quae praecepit.

Nunc expositis iis argumentationibus, quae in iudiciale causarum genus accommodantur, deinceps in deliberativum et demonstrativum argumentandi locos et praecepta dabimus] Finitis omnibus praeceptis, quae dari poterant ad omnes constitutiones et ad omnia genera controversiarum, quae in legibus sunt, dumtaxat in iudiciali genere causarum, transit Tullius ad deliberativam causam et ad demonstrativam, non quo alia praecepta esse possint deliberativae et demonstrativae, quam fuerunt supra in iudiciali genere dumtaxat in constitutionibus. Nam pari modo coniectura, finis et ceterae constitutiones et omnia genera controversiarum versantur in deliberativo et demonstrativo, quemadmodum in iudiciali. Unde non alio modo dicenda sunt in iudiciali et alio in ceteris, sed eadem ubique dicendi praecepta servabuntur: verum tamen, quoniam, *quod* in primo libro docuit et hic admonet, fines suos certos habent genera ista controversiarum, necessario propter fines alia quaedam praecepta et alia quaedam argumenta tradenda sunt, de quibus nunc tractabit. Finem habet iudicialis causa aequitatem, deliberativa finem habet utilitatem, ut Aristoteli placet, ut Ciceroni, utilitatem et honestatem, demonstrativa finem habet honestatem. Ergo propter fines quasi alia argumenta sunt

---

1 accipiantur *BO* 2 poenae *DB* sunt communes *B* 4 deinde *FB*$^2$: deinde quod *DB*$^1$ scripturam *D* 5 uniuersam *DB*$^1$ 6 praeteriit *BO* possunt *F* 10 Is *D*, His *BF* 12 in *om. D*, *in F erasum* 14 nullo distat *D*$^1$, nulla parte *corr. m 2* a constitutione rationali] *'seu statu illo rationali, quem definitivum vulgo vocant'*. Capp. 15 scribtura *D* 16 tunc fit *B* de his *mei* 17 dicunt *B*$^1$*F*$^2$ quod *B*: *om. DF* 18 hi cum *F*, *ut coni. Orelli*: hic cum *DBO* 23 servabimus *BO* 25 in deliberatiuum — dabimus *om. O* 26 dari poterant *F*: dari fecerant *DB*, data fuerant *O*; *fort.* dari debuerant *vel* oportuerat 27 controuersiarum genera *F* 29 quo alia *nos*: qualia *D*, quod alia *BFO* 30 fuerant *B*, fuerint *O* iuridiciali *B et ex corr. D* 31 fines *D* 33 *fort.* dicendum est 34 ibique dicendi *D*, dicendi ubique *O* uerum tamen *nos*: uerum etiam *libri* 35 quod *nos*: *om. mei*, ut *O cum ed. Asc.* certos *om. B pr. m.* 37 tractauit *D* 38 fines *DB*$^1$ aequitatis deliberatiuam *D*

p. 246. 247 C. p. 170. 171 O.

necessaria; aliud enim cogit in tractatu praeter constitutionem quamlibet ille, qui aequitatem cupit iudicibus persuadere, aliud ille, qui ostendere cupit honestatem, aliud, qui ostendere vult utilitatem. Unde ipsius utilitatis et honestatis praecepta danda sunt, quae et deliberativae causae videntur et demonstrativae propter fines proprios convenire: et poterat quidem supponere exempla deliberativae per singulas constitutiones, hoc est, ut doceret [incidere] in deliberativa coniecturam, finem et reliquas constitutiones, item in demonstrativa: sed quoniam res aperta est, dicere praeteriit, ne rem satis claram dum apertiorem per exempla vult reddere, obscuriorem exemplorum diversitate fecisset.

52. Rerum expetendarum tria genera sunt, par autem numerus vitandarum ex contraria parte] Deliberativae causae et demonstrativae fines esse dixit utile et honestum. Verum est quiddam honestum, quod purum solum et per se honestum est, aliud vero honestum, quod habet mixtam utilitatem; quod idcirco honestum dicitur, quia semper in copulatis rebus nomen a meliore parte componitur; ut demonstrativam causam cum intellegamus habere laudem et vituperationem, quidam tamen hanc eandem causam a parte meliore, sicuti diximus, laudativam esse dixerunt. Ergo cum honestum nunc per se solum sit, nunc sit aliud, quod iunctum est et utilitati, tamen etiam hoc honesti nomine ‖ nuncupatur. Sunt igitur tria, quae expetuntur: honestum purum, honestum cum utili, et ipsum utile purum ac separatum. Item tria erunt genera rerum vitandarum: inutile purum, et illud inutile cum turpi, deinde etiam turpe solum. Honestum autem quasi genus est, quod quidem et alio nomine dicitur virtus; et scientia honestum est, item veritas: honestum hoc propter se expetitur. Est aliud, quod hac natura et hac vi est, | ut propter fructus aliquos expetatur, ut est pecunia. Item est quiddam medium et d gnitate et fructu alio expetendum, ut amicitia, gloria et cetera huiusmodi. Sed his tribus expetendis, hoc est honesto, utili et illi tertio, quod mixtum est, adiunguntur duo ad tractatum necessaria, necessitudo et adfectio, de quibus postea plenius disputabitur. Adque honestum ipsum, quod propter se expetitur, cum in duas partes, ut diximus, distributum sit, prius tractat de eo ipso, quod purum est, nullo utili sociato. Quam diximus esse virtutem, hanc dividit in partes quattuor: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Et definit prudentiam eique tres species subiungit, memoriam, intellegentiam, providentiam, quae ratione temporum constant. Nam praeteriti temporis est memoria, praesentis intellegentia, futuri providentia: has similiter definit. Item definit iustitiam secundam virtutem: ei subicit partes similiter tres, naturalem iustitiam, consuetudinis iustitiam, legitimam iustitiam: easque similiter definit et dat exempla. Subiungit tertiam virtutem, quam appellat fortitudinem: hanc definit et ei subicit partes quattuor, magnificentiam, fidentiam, patientiam, perseverantiam, quas item definit, sicuti omnia.

---

3 honestatem *DF*: utilitatem et honestatem *BO* aliud — utilitatem *nos*: aliud qui ost. uult aequitatem. aliud quid ostendere uult utilitatem $D^1$, aliud qui ost. uult aequitatem *D corr. et* $B^1$, aliud qui ost. uult honestatem $B^2FO$, *sed* honestatem *F m. 2 in ras.* 4 quae et *mei*: quae *O* 6 hoc est — constitutiones *om. F pr. m.* incidere *D s. l.* 7 in deliberationem *ac deinde* in demonstrationem *F* item *D*: item pari modo $D^2BFO$ 13 utilem *D* 14 et *D s. l. m. 1* 15 meliori *O* 17 aperte *D* 19 est et (et *punctatum*) ex utilitate *B* 22 erunt tria *BO* illud utile *D* 23 quasi] quodsi *D* 25 hoc propter $D^1$: hoc quod propter *D corr. BF*, hoc est quod propter *O*; *locus vulgo sic distinguitur:* item veritas honestum, hoc est, quod propter *etc.* 26 Est item *O* 27 aliquo *F* 28 est *om. D* illi *Capp. et B corr.*: illo $DB^1F$ 30 plenius postea *O* disputauit *D add.* ur *s. l.* 32 utili $FB^2$: titulo $DB^1$ 37 ei *D*: et ei *F*: eique *BO* tres similiter partes *B*

p. 247. 248 C. p. 171. 172 O.

Quarta postremo subiungitur virtus, quae temperantia dicitur, et ei partes supposuit tres: continentiam, clementiam, modestiam, quas partes definit ita, ut omnia superiora. Quibus explicitis aperte docuit id solum quod propter se expetitur et quid sit et quale sit. Verum cum honestum hoc intellegamus esse, quod propter se expetitur, non propter aliquod emolumentum, quod ipsum utique virtus est: quoniam incidebat quaestio, an virtus, id est honestum, propter se expeteretur (Epicurei enim dicunt virtutem expeti ipsam propter voluptatem), huius quaestionis cum latior videretur esse tractatus, distulit et negavit ad hoc institutum debere sociari, ubi tantum praecepta traduntur, non rerum disputatio continetur. Nam primo in genere quae sunt, honesta appellantur: virtus, scientia, veritas, quae nullam ob utilitatem, sed propter se expetuntur.

53. Veritas est, per quam ea, quae sunt aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur] Hucusque naturam et iustitiam cumque his, quae naturaliter iusta sunt, explicavit: nunc ea docebit cum partibus suis, quae per consuetudinem iusta sunt. Iustitiam enim esse triplicem voluit, naturalem, consuetudinis, id est morum, legum. ‖

54. Lege ius est, quod in eo scripto, quod populo expositum est] Hucusque iustitiam consuetudinis [dixit], nunc incipit legum.

Fidentia est, per quam magnis et honestis in rebus] In honestis actibus fidentia est, ceterum in malis confidentia. Nam ‘multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe conlocavit’, ut est illud: Turne, sui merito si qua est fiducia forti.

Neque ad hoc nostrum institutum pertinet] Epicurei enim et ipsam virtutem dicunt propter se non expeti, sed propter voluptatem, quae sectae Epicureorum est. Hoc utique revincendum, sed quia longioris tractatus est et alterius operis (rhetorica enim nunc exponitur), ideo et hic dicere praetermisit.

Propter se autem vitanda sunt] Docuit honestatem sequendam, subiungit vitandam turpitudinem: sed turpitudo in his est, quae contraria sunt virtutibus. Fidentia, ut supra posuit, virtus est: huic contraria est diffidentia; et audacia vitanda: | parique modo inter virtutes et contraria media inveniuntur, quae licet vicina sint virtutibus, tamen vitanda sunt, ut vitantur ipsa contraria. Haec autem, quae vicina sunt, nunc ita sunt, ut certum nomen teneant, nunc ita, ut vocabulum non habeant. Fidentiam diximus esse virtutem, diffidentiam vitium: at id, quod fidentiae vicinum est, habet nomen, quod appellatur audacia. Item religio virtus est: inreligiositas vitium; atque religioni vicina, vitium tamen, superstitio nominatur, quae etiam ipsa est vitanda. Sed haec, ut dixi, media vel vicina habent nomina: nam sunt aliqua, quae non

22 Verg. Aen. XI, 502.

1 et ei partes subposuit *F*: et dat ei partes supposuit *D*, et dat ei partes *BO* 4 cum *om. F* 6 est. Sed quoniam *F* 8 uoluntatem $DF^1$ 9 ubi tamen $B^1$ 10 genere quaerunt *D* 11 appellabuntur $D^1$ 13 est *D s. l. m. pr.* per quam ea *DF*: per quam *B*, per quam immutata ea *O* sunt aut *om. B pr. m.*, sunt aut ante fuerunt *O* 14 Nunc usque naturalem iustitiam *F* 16 triplicem esse *BO* 18 Legibus est *D* 19 dixit *D s. l. m. 2* 21 est fidentia *F* 22 ut est illud *D in marg. m. 2* 24 Neque ad hoc — expetenda sunt *(p. 303, 5) om.* $D^1$, *suppl. m. 2 in marg. a manu saec. IX* ab *d* epicure enim *d* 25 uoluntatem *d* sectae *dF*: secta *BO* 26 sed quae $dB^1$ 27 hinc *dB* 30 in iis *O* sunt uirtutibus sint *d* 33 uicina sunt $B^1$ 36 diffidentiae *F* uicinum $B^2$: uitium $dB^1F$, *fort. ex* finitimum 37 idem *d* 38 uicina *mei*: uicinum *O* tamen superstitio *nos*: tamen et superstitio *mei*, tamen est, et sup. *O* ipsa est *nos*: ipsa sit *libri*

p. 218 , p. 172. 173 O.

habent: ut, iustitia cum virtus sit, iniustitia vitium, punire hostes etiam victos vicinum iustitiae est: tamen quia parcendum victis est, vitium est aliquando; cui rei non est vocabulum, ut asperitas aut crudelitas [superstitio, audacia].

55. Sunt igitur multa, quae nos cum dignitate, tum fructu suo ducunt] Docuit quae propter se expetenda sunt itemque propter se vitanda, quae honesta pura nominavit: nunc docet illa, quae mixta sunt et habent partem honestatis, partem vero utilitatis, quae tamen etiam ipsa honestatis nomine appellavit; sunt autem gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Haec definivit: in quo simili modo amicitiam docet esse honestatem quidem mentis, sed cum aliqua utilitate sociatam; loquitur enim de amicitia civili, quae utilitate non caret. Deinde partes eius amicitiae enarrat et causas; postremo adiungit illud tertium, uti separatam utilitatem e suis partibus doceat, cum illa ipsa commoditas honestate carens perspicitur vel in re publica vel in singulis civibus: haec autem in re publica nunc ad vires pertinet civitatis, nunc ad ornamentum: quae ipsa tamen in utroque utilitas nominatur. Sed vires nomine appellat incolumitatis: ornamentum potentiam esse dicit, ut sint partes utilitatis duae, incolumitas et potentia. Post haec tractat, quod Graeci appellant *δυνατόν*, Latini ‘quod fieri possit aut non possit’: in quo etiam illud docet, quod his vicinum est, ‘et quid facile fieri possit’. Prope enim fieri non posse creditur, quod cum magna difficultate conficitur. Haec sunt de tribus, hoc est de honesto puro sine utilitate, deinde *de* mixto cum utilitate, tertio de sola utilitate.

56. Utilitas autem aut in nostris rebus aut in corpore posita est] Hucusque de honesto cum utili, nunc de sola utilitate disseritur.

Quoniam ergo de honestate et de utilitate diximus, restat, ut de necessitudine et adfectione perscribamus] Honestati et utilitati supra positae atque tractatae duas res necessario dixerat adtributas, necessitudinem et adfectionem: de his nunc praecipit ac necessitudinem illam docet esse, quae neque mutari neque ab exitu suo flecti possit: adfectionem vero, quae ex tempore aut negotiorum eventu aut hominum administratione saepe mutatur, ut res non tales sint, quales esse consuerunt. Ac necessitudinem, quae prima est, in duo dividit, ut nunc necessitas sit, quae aliter exitus suos habere non possit, sed sua cogat effecta sine ulla exceptione; dicit esse alteram necessitatem, ubi fieri aliter possit, cum aliquid admittitur. Postremum causae genus

---

3 asp. et crud. *cum Christo inclusimus* 4 multum *d* tum *nos*: et cum *dF*, tum quoque *BO*, *ut libri quoque optimi Tulliani habent, quae lectio aeque ex interpretatione orta videtur atque* et cum ducunt ad se *O* 5 itemque $D^1$: itemque dixit (dicit $D^2$) $D^2BFO$ propter *mei*: quae propter *O* 6 honesta aut inhonesta *F* 7 nomine honestatis *O* 10 sociata *D* enim *om. F* 11 enarrat *Orelli*: narrat *libri* 12 doceat esse *BFO* ipsa illa *O* 14 pertinet causa ciuitatis *F* 15 utilitas $DB^1$: utilitas conuenienter $FB^2O$ ornamentum $DB^1$: at uero ornamentum $FB^2O$ 16 dixit $B^1$ 19 uicium *F* et quod facile *F* 21 de *ante* honesto *om. F in ras.* de *addidi* 23 aut in nostris (extraneis *F pr. m.*) rebus *mei*: *om. O* posita est aut in extraneis rebus] *O* 25 restat *mei*: nunc restat *O* ut de iis rebus, quas his attributas esse dicebamus, necessitudine *BO* 26 praepositae *D* 28 docet esse illam *O* 29 adfectione *D* ex tempore aut *DF*: ex temporum aut *B*, ex temporum ac *O* 30 euentum *D* hominum] *hic desinit pr. m. in D, addita hac subscriptione:* EXPLICIT LEBER *(sic)* ARTIS RHETORICAE. *Omissa eadem manu, quae supra defectum supplevit, in marg. adiecta sunt. Sequitur in D Censorini liber de die natali in quinta scheda eiusdem fasciculi.* 31 consueuerunt *O* necessitudine quod *d* 33 sua cog**at effecta (affecta *pr. m.*) *B*, suo agatur effectu *F* 34 aliquid *BF*: aliquod *d* Postremum *etc.*] ‘*Haec avulsa videntur a suo loco et transferenda ad huius articuli finem, ubi legimus:* Laudes autem et vituperationes etc., *nisi tamen a Victorino in antecessum, ut commentatoribus aliquando contingit, dicta fuerint.*’ Capp.

p. 248. 249 C. p. 173. 174 O.

demonstrativum est, quod adiun|git. Dat praecepta quibus laudes vituperationesque tractentur, id est quibus locis. Ac primum dicit eosdem locos esse laudi et vituperationi, quos in primo libro † et illud iudicialis causae, hoc est omnia adtributa personae. Partitur tamen breviter laudes et vituperationes per animi res et corporis et extrinsecus: animi virtutes artes, scientiae, vel contra vitia: corporis totius vel in partibus, pulchritudo, valetudo, integritas et cetera huiusmodi: extrinsecus sunt patria, parentes, cognati, amici, magistratus, divitiae et cetera huiusmodi. Postremum praeceptum dat in laude et vituperatione: non tam nos considerare debere quid corporis sit, quid sit extrinsecus, quam quid sit in animo. Omnia enim vel laudanda vel vituperanda non rebus externis, non rebus corporis, sed animo metiuntur.

57. Sin aliquae res accident difficiles] de possibilitate dicit.

Quasdam simplices] ut aliter omnino fieri non possint.

Kasilinenses sese dedere Annibali] nisi velint se fame perire. Ergo hic exceptio: Kasilinum venire in Annibalis potestatem. Hic aliter omnino fieri non potest.

Tunc adiuncto] ubi exceptio.‖

Nisi propter aliquam causam] ita non est necessitas in civili quaestione illa, quae sine condicione est.

Pariter autem ex his multas esse res] id est necessitudines.

Nam omni tempore id pertinebit] id est exceptio ipsa.

58. Ac summa quidem necessitas videtur esse honestatis] Duo sunt quidem, honestum et utile, sed utili cum duo subiaceant, commoditas et incolumitas, quasi tria effecta sunt: verum honestas praeponenda, secundo loco habenda incolumitas, tertio commoditas.

Proinde ut quaeque res sit] aut honestatis aut incolumitatis.

At non eo consilio, quo Aristippus] ut sociorum cadavera tempestatibus liberaret.

59. Laudes autem et vituperationes] Demonstrativa, quae supererat, sola tractatur per honestatem, quae demonstativa partes habet duas, laudem et vituperationem: utrumque tamen ex attributis personae tractatur.

---

3 et *mei:* uel *O* et illud *mei, sed in B duo verba punctata, in F erasa sunt; abicere noluimus, quoniam ne abiectis quidem locus intellegi potest* 5 per animi res et *dF* animi uel *B*, animi et *O* 6 partibus *mei*: partibus [ut] *O* 9 non tantum *B* 10 quid extrinsecus sit *B* in animo sit *B* 11 externis $BF^2$: hesternis *d*, extrinsecus $F^1$ 12 accident *mei*: incident *O* de inpossibilitate $B^1F^2$ 13 quadam $F^1$, quaedam *dB* 14 Kasilinenses *d*: Karinenses $F^1$, Cassilienses *B*, Cassilinenses *O* sese *mei*: se *O* debere $B^1F$ Hannibali *BFO* se *mei*: *om. O* 15 Cassilinum *BO* Hannibalis *BO* 17 Tum $B^2O$ adiudicatio *F*, *sed m. 2 in ras.* 20 Pariter autem ex his multas esse res *B*: parte et his autem (partim autem ex his *F corr.*) multas esse res *dF*, Praeter haec autem esse multas inuenias res *O*; *ipse malim*: partim autem multas *etc.* 22 Ac summa *B*: ad summam *dF* necessitudo *O* 23 et utilē sed utilem *d* incommoditas *dF*, *item v. 25* 24 quas *d* 26 ut] et *dF* 31 tractatur. EXPLICIT *F*, tractatur; FINIT *d*, tractatur. MARII FABII UICTORINI RHETORIS IN RHETORICIS CICERONIS LIBER SECUNDUS EXPLICIT *B*. *Sequuntur in B capita* de attributis personae *etc., alia manu, sed eiusdem aetatis scripta.*

## IX.

# INCERTI AUCTORIS TRACTATUS DE ADTRIBUTIS PERSONAE ET NEGOTIO

SIVE

## COMMENTARIUS IN CICERONIS DE INVENTIONE

LIBRI I CAPITA 24—28.

---

### DE ADTRIBUTIS PERSONAE.

Cum sint undecim adtributa personis, quibus adprobatur cuiusque persona, nomen hominis certis suis designans et sanguinem et hominem nominibus explicatur, cum nullo socium neque nomine neque adtributo. Natura est adtributum extra ipsum hominem, † praeter in patria, gente, sanguine ceterisque. Haec enim licet dent ho|mini commodum, non tamen proprium. In ipso vero homine circa corpus et animam, quia natura dat plurimas et animo et corpori qualitates. Ergo natura accidens res est, quae aptiorem hominem ad unum quidque facit. Itaque non orator natura est, sed oratorius, id est qui orator esse possit: verum has qualitates vel diligentia conparat facitque perfectas, et habitus nominatur; aut in has casu quodam ac repentino motu frequenter incidimus, et adfectio dicitur; aut in has inclinamur studio quodam, quod ipsum studium per se nihil aliud est quam voluntas adplicata in aliquas qualitates. Ergo adficimur qualitatibus *tribus* modis: ortu et natali, et est natura; adficimur repentinis casibus, et adfectio est; adficimur industria ac constantia et perseveratione, et habitus est. At vero ipsum studium, quod esse definivimus adplicatam in qualitatem aliquam animi voluntatem, hoc, inquam, studium nunc adfectio est, si pro tempore est, nunc, si perseveraverit, habitus. [Ipsum studium] nam iam quasi perceptio quaedam in me est rei eius, cui nomen est studium, si perseverat; sed ut studium intellegam, illud debeo considerare, quod ipso studio petitur, ut litteratura aut geometria: quod si perceptum sit, habitus studio perceptus est. Ergo natura

---

3 in certis *D*, *sed* in *del.* designatis *cod. Bas.*, *unde Orelli* designantibus 4 nomen *D* 5 extra ipsum hominem] *'hoc est quod non pendet ab arte, disciplina industriave humana'* Capp. praeter *DF*: ut *BO*; *fort.* praeter sexum 7 homine *mei*: homine est contra *O* quia *F*: qua *D*, quae *BO* natura *mei*: *om. O* 9 unum quodque *O* non oratorum natura est sed oratoris ius id est qua oratorum *F* 11 nominantur *BO* quodam casu *F* 14 tribus modis *scripsimus (cf. infra p. 306, 8)*: modis *D*, duobus modis *F*, his modis *BO*, *sed* his *in B sup. lin.* 17 definimus *O* adplicatum *D corr. ex* adplicatam 19 nam iam *DF*$^1$: non iam *B*, iam *O*; Nam ipsum studium iam *F corr.*; *nos* Ipsum studium *ut glossema inclusimus* 20 perseuerauerit *B* 21 *fort.* ut litteratura, ut geom.

p. 250. 251 C.

accidens qualitas est, ut animae vel corpori vel extrinsecus, et accidens ab ortu ac natali: accidit autem mari vel feminae; nam marem esse aut feminam non iam inter commoda conputatur. Adfectio est accidens qualitas vel repente vel studio mox desitura; nam si permaneat, fit habitus: dicta adfectio, quod inficiat qualitate. Et erit adfectio incipiens habitus vel victus; non enim omnia ad exitum tendunt. Habitus est perceptio qualitatum; nam haec percepta philosophi dixerunt. Hae qualitates vel commoda sunt vel incommoda: quae quoniam tribus modis qualitates eveniunt — † multa his enim omnia communiter eveniunt, verum per existentiam ea quae evenient secernentur; nam alias vis in eo commodo quod per naturam est, alias quod per adfectionem, alias quod per habitum — habitus non potest esse, quod non aliud est atque illud, quod habetur: nam quia ignis calet, putant aliqui habitum esse, quia perpetuum sit, cum ipsum ignis hoc sit, ut caleat: itaque potius natura est. Habitum multi non nisi deo dant, et verum est; ille enim habet omnia percepta. At vero homo numquam ita quid perceptum habet, ut non in profectu cotidie sit: et hunc profectum ὁρμήν dixerunt [id est progressionem quandam, quam ὁρμήν habitum dixerunt]. Ergo pro existimatione maioris perceptionis in homine habitum intellegimus, ut si adfectione quadam aliquid quis agat; ut orator in foro non perfectus, tamen si in eo progressio est aliqua, habitus dicetur; et certe pro commodo suo vel habitum vel adfectionem faciet, non ex vero. In rebus enim nomina sunt certa, quae alterum significent, ut 'iracundus' habitus est, 'iratus' adfectionis: et haec ὁρμή, cum studio et diligentia evenit, habitus est, cum naturaliter, natura. Studium est autem vel adipiscendi aliquid vel retinendi voluntas, quo vel adipisci aliquid vel retinere optamus vel adepta retinemus. Victus est vel | quod ipse homo agit, vel quod circa ipsum agitur: omniaque habet, quae natura, habitus, adfectio, studium. Nam oratorem esse, quod est habitus, et victus est, si in ea exercitatione sit. Itaque, Cicero quia adsidua ac perseveranti diligentia ita rhetoricam percepit, ut ea in eo perpetua esset, habitum consecutus est. Sed quia eius actum sibi instituit ad usum vitae, est idem in eadem re et in habitu et in victu. Itaque multum plerumque de virtute habitus detrahit, si victus afuisse dicatur. Nam licet orator plenus sit perceptione ipsius artis, tamen aliquantum argumento detrahit, si neges in eadem exercitatione vixisse, ut ipse contra Caecilium, quia aufert victum, infirmat habitum, cum dicit: quando tute tui periculum fecisti? Plerumque etiam si nihil agat ex

35 Cic. div. in Caecil. §. 27.

2 mari aut feminae *O* esse ac fem. *B* 3 uel repente *DF*: uel sponte *B*, uel repente uel sponte *O* 4 permanet *O* 5 inficiat *mei*: afficiat *Capp. et O* qualitatem $B^1$ 7 Haec $DF^1$ 8 qualitates *glossema videtur* his enim omnia *D*: his enim commoda *F*, his commoda uel incommoda *B et edd ;* multis enim omnia communiter eueniunt *coni. Christ* 10 alia — alia — alia *BO* *post* uis *in F* est *superscr.* natura *D* in eo quod *O* per *om. F* 11 in eo quod *O* habitum *om. D pr. m.* esse nisi quod *B* 13 hoc ipsum sit ignis *B*, hoc ipsum ignis sit *O* 14 enim *B*: *om. DF* 16 dixerunt ὁρμήν *O* id est — dixerunt *B in marg. habet* 17 quandam *om.* $B^1F$; *Capp. locum ex ed. Basil. sic dedit:* et hunc profectum dixerunt προκοπήν, id est progressionem quamdam: alii habitum dixerunt. 19 est aliqua progressio *O* 20 dicatur *F* 21 non ex uero *DF*: nomen erit ex altero *B*, nomen ex altero erit *O* 22 affectionis est *F* ορμην cum *F add. s. l.* si *ante* cum 24 quo *DB*: id est quo *B*, id quo *O* 28 quia *D*: qui *BFO* adsidua *mei*: assiduo studio *O* ac perseueranti diligentia *B*: ac *om. DO*, perseuerantia diligentiaque *F* 30 est idem *mei*: est *O* 31 detrahit *DF*: detrahitur *BO* 32 abfuisse *BO* 33 detrahis *BO* 34 qui autfert *D* infirme *F*

habitu, hoc ipsum quod nihil aget, est illi victus, id est vitae modus: nam ut in victu est, quibus amicis utatur, item in victu est, et si non utatur: et certe, quia nihil horum debet deesse personae, potest habitum habere ex geometriae perceptione, in qua nihil agit, et victum de usu rhetoricae. Victus autem omnis ad qualitatem tendit, sed ea qualitas vel in adfectione vel in habitu erit. Deinde uti oratione vel aliquid rhetoricae nosse, quod est adfectionis, et ad loquendum aut discendum aptum esse, quod est naturae, et loqui aut studere velle, quod est studii, et cetera huiusmodi habet victus. Verum in hoc considerabitur victus circa haec omnia, si ita agat vitam, ut haec exerceat. Non enim quia natura loqui aut studere possumus, quod proprium naturae est, idcirco et inde vivimus: sed si sic ordinata sit vita nostra ad omnem substantiam rei familiaris quaerendam, ut inde vivamus, id est inde nobis omnia suggerantur ad victum, merito victus ex exercitatione dicetur. Item et si sit habitus et non in ipso habitu agat vitam et virtutem oratoriae consecutus sit, erit habitus, non victus: eodem modo et adfectio est, si pro tempore, id est prout res aliqua tulerit, locutus fuerit, non perpetua consuetudine inde vivendi. Eodem modo et in studio est, si non studium quodlibet in exercitatione vitae tulerit, unde victus nominandus sit verbo tenus, ut causas agere, ut docere est huius studii: sed quia ordinata voluntas est ad usum vitae, merito dicetur et victus. Singulis enim his res quaeque in eo quod sunt item tribuendae sunt: ut item etiam servus circa hoc quod in hac condicione est, fortuna est: si servitutem serviat tota vita, victus est: sic cetera de fortuna. Facta vero et casus et orationes et consilia *si* ut supervenientia accipimus, erunt suis nominibus. Nam victus non est sine factis, casu, orationibus, consiliis, sed si evenit, ut diceret, ut faceret, ut ei aliquid accideret, ut consilio uteretur. Et haec omnia, si sic accipiamus ut actiones non ordinatas neque institutas toto vivendi tempore, erunt suis nominibus: sin autem in eo genere vivendi posita fuerint omnia, † quae tibi constituendi ad vitam universam, victus nominabitur, non suo quoque nomine. Facta autem, casus, orationes, cum ex futuro tempore argumentum dabunt, ex praeteritis confirmabun|tur. Nam ideo hoc illi accidit, quia hoc fecit, hoc dixit: ideo hoc dicturus est, quia hoc illi accidit.

## DE ADTRIBUTIS NEGOTIO.

Negotium factum ipsum est, unde iudicium est; in iudicium etenim vel in deliberationem vel in demonstrationem non venitur nisi propter factum. Singula igitur quaeque, quae homini aut obiciuntur aut de homine quaerun-

---

1 quod nihil agit *O* ut *om. F* 2 item *mei*: ita *O* in uictu] iunctum *F* 6 affectionis est *O* 7 discendum *mei*: dicendum *O* et loqui *D*: aut l. *BFO* 11 sed *om. F* si *om. D* 13 ad uictum] adiunctum *F* ex *B*: *om. DF* dicetur $D^1$: discitur *F*, dicitur $D^2BO$ 15 si pro *DF*: si est pro *BO* 16 locutus *Christ*: si locutus *D*, si locus *BFO* 17 in (*ante* studio) *om. D* exercitationem *F* 18 nominandus *om. cod. Bas. et O* sit *DF:* est *BO* 19 huius studii *B*: huc studiis (studii * $D^1$) *D*, his studiis *F* quia] si *B* est *om. F* 20 singulis *D*: in singulis *BFO* 21 distribuendae *BO* ut idem *F* condictione *F* 22 fortuna est *B s. l.* seruitute *B* sic et cetera *O* 23 orationem *B* si *add. Christ* 25 si euenit *scripsi*: sic uenit *D*, sic euenit *F*, sic uenit. fuit *BO* facerit *D*, fecerit *F* acciderit *DBF* 28 fuerit *F* omnia quae (q› *F*) tibi constituendi *DF*: in quo omnia sunt tibi constituenda *BO* 29 quoque *mei*: quidque *O* 30 orationes *DF*: orationes consilia *BO* 31 accidet $B^1O$ quia — quia *mei*: quod — quod *O* quia hoc fecit — accidit *DF*: Quia hoc fecit. ideo hoc facturus est. Quia hoc dixit. ideo hoc dicturus est. Quia hoc consiliatus est. ideo hoc consiliaturus est *B* 33 NEGOTII *O* 34 ipsum *F*: ipsut *D*, uel dictum *BO* in iudicium et *suppl. in marg. D* 35 demonstrationem] ‹*i. e. materiam demonstrativam*›. Capp. 36 subiiciuntur *O*

p. 252. 253 C.

tur, facta sunt: ipsa igitur singula facta negotium sunt. Sunt alia facta, quae probationem tribuunt ipsi facto, unde quaeritur, sub quolibet statu. Sunt tertia facta, quae extra ipsum factum et extra facta, quae vicina sunt ad factum et probant factum, vitae praeteritae, haec personae adtributa dicuntur. Ergo cum negotium factum dictumve sit, habeat adtributa quattuor: ‘conti- nentia cum negotio’ inquit, ‘in gestione negotii, adiuncta negotio, quae gestum negotium consequuntur’: ex his duo prima, continentia cum negotio et in gestione, totum tenent quidquid habere potest causa omnis, id est negotium omne per partes suas gestum: duo alia, ex quibus adsumuntur primum ab oratore ea, quae negotio adiuncta sunt: quartum autem illud, quod est consecutio, non negotii ipsius gestio est, sed aut extrinsecus venientia per homines habet aut per naturam generaliter, ut post docebimus. Igitur prima de attributis, continentia, habet partes quinque: summam, causam, facta illa, quae probant factum, divisa per tria tempora. Et omne ipsum, quod diximus negotium esse, factum scilicet, continetur ab his: a summa, quae brevem propositionem habet totum claudens, ut ‘patriae’ inquit ‘proditio’ et cetera: habet et causam, quae gemina est, inpulsio et ratiocinatio. Inpulsio est per quam *quaeritur*, cuius causa factum sit, ratiocinatio est, quam ob rem factum sit. Sequitur per tria tempora factorum enumeratio: quid ante rem factum, quid in re, quid post rem sit. Igitur negotium quodlibet de statibus interim sit loco exempli: ‘Milo occidit: non occidit’. ‘Occidit’ et ‘non occidit’ partes sunt singulae quaestionis. Sed iam parentis occisio, hominis occisio, patriae proditio summa est. Ergo factum solum negotium est; propositio facti cum persona vel quodlibet alio modo invidiam conparans aut extenuans summa dicetur. Et haec est, quam Cato in libro suo appellat vires causae. Hoc argumentum sequitur causa, quam partiti sumus; quae utique adversus negantem factum danda est, ut fecisse do|ceatur. Quemadmodum autem tractetur vel ab accusatore vel ab reo, in secundo habemus. Quod si alius status fuerit praeter coniecturam, non causa erit, sed ratio: de cuius tractatu in secundo docuit. Post haec secuntur facta omnia ante, in, post: in quibus omnia illa, quae in gestione negotii posita sunt, si tamen prosunt, adsumentur; unicuique enim facto inest locus, tempus, modus, occasio, facultates. In gestione negotii locus vel naturalis est vel qualitativus: naturalis locus cum argumentum praestat, non erit illud argumentum a loco, sed a facultate. Qualitativus autem locus praestat argumentum ex opportunitate, quae opportunitas quibus rebus possit intellegi, ipse posuit. Tempus quid esset, diu generaliter docuit: ‘pars quaedam’ inquit ‘aeternitatis’. Hoc quoque in tria tempora divisit, quae ipsa tempora

6 Cic. de Inv. I, §. 37. 26 Cato p. 80 ed. Iord. 37 Cic. de Inv. I, §. 39.

2 unde quaeritur] ‘*h. e. de quo instituuntur oratoriae quaestiones in quolibet statu, scil. in coniecturali, definitivo, qualitatis etc.*’ Capp. statum *D* 3 tertia *mei*: tria *O* factum sunt et *O* sunt ad ipsum factum *O* 4 persona *D* 5 quatuor attributa *B* 6 inquit et cicero *F* negotii uel adiuncta *F* 8 in gestione *DF*: in gestione negotii *BO* 9 alia sunt *BO* 12 docebimus. CONTINENTIA NEGOT̃ *B* 13 summam causam *DF*: summam negotii, causam *B*, summam negotii, summae causam *O* 17 inpulsio et ratiocinatio *D in marg.* 18 quaeritur *nos addidimus* cuius rei causa *F*, causa cuius *O* est *B s. l.* 19 quam ob rem factum sit *DF*: per quam, quam ob rem factum sit, demonstratur *BO* 20 negotium est *F*; ‘*supple* fit, nascitur *etc.*’ Capp. 21 interim sit loco exempli *B*: interim empli (*add.* ex *s. l.*) *D*, interitum exempli *F* 22 occidit et non occidit *B*: *om. DF* 24 cum persona *mei*: cum persona eius qui arguitur *O* quodlibet *DF*: quolibet *BO* 26 hoc *B*: huic *D*, hinc *F* 31 sunt posita *F* 33 facultates *DF*: facultas *BO* 34 qualitatibus *D*, *item infra v. 35* locus est quum *O* 37 diu *DF*: dum $B^1$, dudum $B^2O$

partitus est: nam praeteritum tribus modis consideratur, praesens et futurum binis. Verum haec omnia magis ad cognitionem temporis dixit, quod quid esset insinuare cupiebat, quam ut apta sint in gestione negotii. Quid ergo aptum erit huic parti? nam huic adtributum est tempus, aestimatio eiusdem temporis et conlatio cum gestione, ut id quod factum dicis eo tempore, ex quo argumentum sumis, fieri potuisse videatur. Itaque sic ait: ‘nam saepe oportet commetiri cum tempore negotium’. Occasio autem opportunitas est quaedam temporis ad aliquid faciendum: haec opportunitas tribus modis consideratur. Modus autem est, quo non solum factum indicatur, sed quemadmodum factum: qui modus et animum indicat, id est voluntatem. Dividitur aut per prudentiam aut per inprudentiam: his quaeritur ‘clam palam, vi persuasione’. Inprudentia purgatur inscientia, casu, necessitudine et adfectione animi. Facultates autem duplici modo argumentum praestant; nam eiusmodi sunt, ut per eas aut facilius aliquid fiat aut sine iis effici non possit.

Adiuncta negotio: factum, quod in negotio ponitur, unde iudex laturus sententiam est, ut probari quoquo modo possit per quamlibet constitutionem. Sumuntur de his rebus argumenta. Quae res possunt in ipsum factum adfectione quadam convenire, has res adfecta nominamus; verum adfecta accipimus nunc de ipso negotio, id est de omni causa rebusque in causa gestis, nunc ad res in causa gestas alia quasi quodam modo extrinsecus quae convenire videantur, aut inde ut proveniant aut ad illa coniuncta sint. Haec adfecta, quae supra diximus, negotio adiuncta dicuntur, illa prima continentia vel in gestione. Sed de illis iam supra dictum est. Adiuncta vero ea sunt, quae illis ipsis supra positis singulis aliquo modo vel extrinsecus cohaerent, ut summae, ut causae ceterisque, sed cum | non in ipsa sint, sed aliunde adsumantur, convenientia tamen erunt, sive aliena sunt, non hinc nata, in conlatione, cui erit aut maius aut minus aut par, itemque simile, contrarium, disparatum: si vero his adiuncta ita sunt, ut extra tamen sint, erunt aut genus aut pars aut eventus. Nihil enim horum non ad haec est, non tamen in causa positum, et si positum in causa, id est in negotio, quae ὑπόθεσις est, id est quaestio personae propriae [circa personam propriam], veluti non positum. Ergo genus sit licet causae, tamen, quia genus est, velut extra causam est, cum persona propria inest in causa, id est species. Iam vero eventus cum tria tempora teneat, potest esse ex causa, id est ex negotio de quo loquor: qui probat quidem de negotio, quod evenit rebus gestis, id quod in negotio est. Quoniam tamen et praeteriti temporis eventus et futuri temporis eventus aliquotiens sumitur, et hic videri extraneus potest a negotio, ex ne-

---

6 Cic. de Inv. I, §. 39.

---

1 consideratur. consideratur praesens *DF* et *mei*: ac *O* 2 quo quid *F* 3 cupiebant *D* 6 fieri *om. F* 10 diuiditur aut *nos*: diuidit aut *mei*, diuiditur autem *Capp. et O* 11 inprudentia *D* 12 inscientia *om. B*, inscitia *O* 14 ut *om. D* sine his *mei* 16 quoque modo *O* 18 affectionem quandam *F* conuenire *nos*: continere *DF*, contineri *BO* nominamus: ut uerum *D* 21 aut deinde *F* adiuncta $B^1$ sint *B*: sunt *DF* 22 adiuncta *DF*: adiuncta et consequentia negotium *BO* continentia cum negotio *F* 24 quae uel illis *B* 25 in ipsa *BF*: in *om. D*, in ipsa causa *O* 26 sunt non *DF*: sint et non *BO* in conlatione *B post* conuenientia tamen *habet* 27 cui *DF*: cum *BO* 28 tamen extra *B* 29 non ex his ad haec est *DF*: non est ad haec *B* (*super* horum *legitur* i. e. ex his), non ad hoc est *O* 30 et] sed *B* positum est *BO* 31 personae propriae circa personam propriam *DF*, circa personam propriam *BO*, *quam lectionem glossema esse nunc fere apparet* ueluti *mei*: ita est ueluti *O* 33 id est *nos*: ide *F*, item *DB*, Item species est extra *O* 35 de negotio *mei*: est de negotio *O* id est quod *B* in negotio *B*: negotio *DF* 37 hic *DF*: hoc *BO* extraneum *O*

p. 254. 255 C.

gotio tamen oriens: unde probatum est adiuncta nunc omnibus modis externa, adfecta tamen aliquo modo adiungi, ut cetera quae supra diximus, nunc aliqua ex ipso vel in ipso negotio, alio modo tamen se habentia, quam gesti negotii textus ipse et ordo consistit, circa personam certissimae quaestionis. Maius et minus et aeque magnum ex vi et ex numero et ex figura negotii consideratur. Vis in eo est, quo ipsa significatione verborum diversas res intellegimus. Itaque cum prolata verba distant sensibus nostris significatione ea qua proferuntur, vi distant, id est potentia quadam, qua quid quaeque res possit intellegimus. De numero perspicuum est. Figura est textus et ordo negotii per circumstantias suas. Simile autem ex specie conparabili aut ex conferenda atque adsimulanda natura iudicatur. Simile, hoc est species conparabilis, et simulanda natura est in illis octo: genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione: sed ipsum simile, quod per haec supra posita efficitur, illic est in contrariis partibus et quae sub eandem rationem cadunt. Hoc distinctius positum in differentiis.

## DE CONSECUTIONE.

In superioribus duobus adtributis negotio negotium omne teneri diximus: tertium, quod est adiunctum negotio, veluti extra esse praecepimus, sed naturaliter cohaerere [extra ipsam hypothesim] aut ab oratore adsumi: quamquam et ea, quae certa sunt, naturaliter ab oratore sumantur. Et de hoc praecepta iam dedimus. Quarta adtributio, quae consecutio nominatur, et ipsa ea tenet, quae extra sunt, adhaerentia tamen rebus negotii; quae non ab oratore ex voluntate sumantur, sed quae ipsis rebus negotii rationabiliter acciderunt. Ac prope ea omnia, quae in quarta adtributione [in consecutione] sunt, id videntur esse quod even|tus. Verum eventus aliud est, aliud consecutio vel res consecutionis. Etenim eventus consideratio est ex quadam natura rerum, qua perspicitur, quid ex quaque re evenerit, eveniat, eventurum sit. In consecutione autem non, ex rebus quid eveniat, tractat orator, sed quid rebus eveniat, id est quid rebus contingat. Deinde quod in eventu duo sunt, ut adrogantia et odium, in hac consecutione unum. Nam ipsi facto consecutio est, quod vel raro vel frequenter contingit rebus. Haec autem omnia conlocata sunt in hac consecutione: nomen, imitator, inventor, lex de ipsa re, consuetudo, pactum, ut frequenter fiat, non frequenter, vel utilitas vel honestas ceteraque quae, ut dixi, rebus accidunt, non ex rebus ipsis, sed ad res ipsas quadam gestione proveniunt.

---

1 omnimodis *DBF* 2 ut certa *D* nunc aliqua in ipso negotio *B* 5 ex vi et ex *F*: ex uictu ex *D*, tum ex ui tum ex *BO* 6 consideratur *F*: consideretur *D*, considerantur *BF* uis est in eo *F* 8 quaeque possit *DF*, *fort.* q. possint *sc. verba* 10 ex specie *DF*: ex specie aut ex *BO* 11 atque] aut *F* 12 conparabilis *DF*: comparabile *BO* (Simile hoc est, species, comparabile *edd.*) est in illis *F*: et in illis *DB*, et in illis sunt *O* 14 paribus *D* (partibus. Et quae — cadunt, hoc *edd.*) 15 positum *D*: potius *F*, positum est *BO* 18 extra esse praeesse praecepimus *D* 19 extra ips. hypoth. *glossema esse vidit Christ* 20 ab] quae ab *F* 23 ratiocinabiliter $F^2$ 24 acciderint *O* in consecutione *inclusimus* 25 est aliud *om. F* 26 ex *B*: *om. DF* 27 qua quid perspicitur *DF* re uenerit *DB* 28 non *om. F* 31 frequenter contingit rebus — imitator *Christ:* frequenter (frequ. fit *BO*). haec autem omnia conl. sunt in hac consecutione. aut nomen contingit rebus imitator *DBFO* 33 fiat non frequenter *om. D pr. m.* non *DF*: uel non *BO* 34 uel utilitas *DF*: uel *om. BO* cetera quaeque *DF*: et cetera quaeque *B*, et cetera quoque *O* rebus non frequenter accidunt *F* 35 gestione quadam *B*. *In B est subscriptio:* EXPLICIT DE ATTRIBUT̃ PERSONAE ET NEGOT̃. *DF subscriptione carent et sequitur liber II Victorini nulla inscriptione praeposita.*

X.

# SULPITII VICTORIS

## INSTITUTIONES ORATORIAE.

*B* = editio Basileensis a. 1521, ex codice Spirensi nunc deperdito expressa.
*P* = ed. Pithoeana.
*C* = ed. Capperonneriana.
*BP* = sic significavimus lectiones, quae demum in edit. Capp. emendatae sunt.
*Bv* = hoc signo addito indicavimus lectiones a nobis correctas.

# SULPITII VICTORIS

## INSTITUTIONES ORATORIAE

## AD M. SILONEM GENERUM.

Sulpitius Victor M. Siloni genero. Quod frequenter a me postulabas, videor expedisse. Contuli in ordinem ea, quae fere de oratoria arte traduntur, secundum institutum magistrorum meorum, Zenonis praecepta maxime persecutus, ita tamen, ut ex arbitrio meo aliqua praeterirem, pleraque ordine immutato referrem, nonnulla ex aliis quae necessaria videbantur insererem. Recte an perperam fecerim, tu iudicabis; nec enim volo haec in multorum manus pervenire.

1. Rhetorica est, ut quidam definiunt, bene dicendi scientia. Sed haec definitio parum recta, quia parum plena. Potest quidem et medicus quae ad medicinam attinent bene dicere, et item ceteri artifices habent de artibus suis bene dicendi scientiam. Ne illa quidem definitio probanda, quod dicunt plerique esse rhetoricam persuadendi peritiam, ideo quod nemo omnium invenitur oratorum, qui semper persuaserit. Ergo commodissime definiemus illo modo: 'rhetorica est bene dicendi scientia in quaestione civili'. Sic enim fiet, ut proprium finem dedisse videamur. Civilis quoque quaestio definienda nobis est, ut et ipsam scire possimus. Eius definitio huiuscemodi traditur: 'Civilis quaestio est, quae nullius artis propria *in* communi omnium opinione versatur'. Hoc etsi paulo videtur obscurius, re tamen ipsa clarum atque manifestum est. Nam et civilis quaestio bene appellatur, ut civile ius, quod inter cives atque in civitate versatur et in omnium passim opinionem cadit. Quis enim est vel imperitissimus, qui non sibi intellegentiam vindicet de his rebus, quae versantur in | disputationibus atque iudiciis? cum quaeratur, faciendumne sit aliquid an non faciendum, iustum sit an iniustum, utile an inutile, et *de* ceteris huiusmodi, quae fere aut in naturali disputatione aut in forensi actione versantur. Unde quidam ne putant *quidem* dicendam esse artem rhetoricam, si offi-

---

10 attinet *B* 12 quod *B*: quum *PC* 13 orator *Bv* suaserit *B* 15 finem] '*i. e. definitionem*'. Capp. 17 in *add. P* 20 ut civile ius *vide ne sit glossema* quae inter *PC* 24 de *om. B*, et ita de ceteris *PC* 26 ne putant quidem *nos*: ne putant *B*, nec putant *PC* dicendum *B*

p. 256. 257 C.

cium eius in communi omnium opinione sit positum. Verum isti errant. Non enim rhetoricam ipsam nullius artis propriam esse dicimus eamque in communi opinione versari, sed civilem quaestionem, quam velut materiam arti suae subiectam habet ipsa rhetorica. Ex quo fit ut in civili quaestione opinandi facultatem ceteri habeant, bene dicendi scientiam solus orator. Civilis quaestionis partes sunt duae, et harum Graeca sunt nomina θέσις et ὑπόθεσις. Thesin nos propositum dicimus, hypothesin sive controversiam sive causam: sed definitionem utriusque videamus.

2. Thesis est, ut quidam volunt, res rationalem disputationem recipiens sine definitarum personarum circumstantia: hypothesis res rationalem disputationem recipiens cum definitarum personarum circumstantia. Verum reprehenditur utraque haec definitio, ideo quod utraque invertitur contra. Nam et thesis potest habere definitae personae circumstantiam, si ita ponamus: 'an Ciceroni post consulatum eundum in provinciam fuerit': vel, quod exemplum positum est apud Graecos: 'an Socrati uxor ducenda fuerit'. Neque enim esset thesis, si illo modo poneretur: 'deliberat Cicero, an post consulatum eat in provinciam', aut 'deliberat Socrates, an ducat uxorem': quae sunt causae deliberativae. Sed quoniam nos hoc disputamus, debueritne ille facere, est thesis, quamvis sit definita persona. E diverso: 'quidam in solitudine inventus est, cum gladium cruentum teneret et recens cadaver occisi hominis sepulturae daret: reus fit caedis'. Haec quidem certa causa est; potest enim ille, quicumque repertus est, reus fieri, etsi definitae personae circumstantiam non habet.

3. Melius ergo et thesis et hypothesis definiri videntur hoc modo: Thesis est res rationalem disputationem recipiens, cuius finis inspectio, hypothesis res rationalem disputationem recipiens, cuius finis actio et iudicatio; sic enim videtur ad certam definitionem utrumque esse perductum. Sive enim erit sive non erit definita persona, certe, cum inspiciendi tantum gratia disputabitur, erit thesis: cum vero ita se res habebit, ut sit disceptatione iudicandum aliquid et agendum, tum esse hypothesin sciemus. Confinia autem ista esse non dubium est, adeo ut paucis plerumque mutentur. Thesis est 'an uxor ducenda': quod si rei fiant de moribus iuvenes, quod iuraverint ne uxores ducerent, erit hypothesis. Habebit autem thesis inspectionem, hypothesis iudicationem, ut iam supra dictum est. Itaque hypothesin sciemus quidem in controversiis et litibus esse, sive actionibus atque causis, thesin vero in κατασκευαῖς et ἀνασκευαῖς, itemque in his, quas Graeci χρείας vocant, cum disputatur, rectene quid dixerit Diogenes vel Socrates: item laudes et vituperationes videntur ad thesin pertinere. Iam

---

2 diximus *Stanger* 4 artisue *B* 7 thesin *om. B*, Nos thesin *PC* 10 Apothesis *B* 12 haec *om. PC* inuenitur *B* 13 contra *om. PC*, *fort.* in contrarium definitate *B* 16 enim est hypothesis *B* 18 hoc disputamus *Stanger:* hodie disp. *Bv* 19 E diuerso *P*: Inuersio. *B* 30 confinia *nos*: Cum finis *B*, confirma *PC* 31 esse non dubium est *nos*: est, non dubium esse *B*, esse non d. esse *PC* 32 quod *P*: quare *B* 34 iudicationem et actionem *Stanger coll. v. 26 et 30* 35 sive *P*: sic *B* 37 uel si Socrates *B*, vel Isocrates *PC*

illa quidem certe thesis sunt propria, an uxor ducenda, an navigandum; nam legis vel ἀνασκευαὶ vel κατασκευαί, hoc est aut reprehensiones aut confirmationes et suasiones, ad thesin pertineant necesse est, loci quoque communes; nam invectivae accusationis sunt portio.

4. Nunc quoniam ostendisse plene videmur, quid sit rhetorica et in quibus rebus eius opera versetur, dicendum est, quae officia sunt oratoris. Sunt autem, ut traditum est, tria: intellectio, inventio, dispositio. Etenim causa proposita primum intellegere debemus, cuius modi causa sit, deinde invenire, quae apta sunt causae, tum inventa recte et cum ratione disponere. Neque me hoc loco fugit, quae M. Tullius tradat. De intellectu enim nihil tradit, credo, quia magis diligentiae atque sapientiae quam artis existimet: inventionem autem et dispositionem et elocutionem et memoriam et pronuntiationem ad officium oratoris dicit pertinere. Sed nos a Graecis tradita, ut coepimus, persequamur eamusque per singula.

Intellegendum primo loco est, thesis sit an hypothesis. Cum hypothesin esse intellexerimus, id est controversiam, intellegendum erit an consistat, *tum* ex qua specie sit, deinde ex quo modo, deinde cuius status, postremo cuius figurae. Et quoniam haec exequenda sunt plenius, ad singula revertamur.

5. Thesin ab hypothesi quem ad modum discernere debeamus iam supra docuimus. Ut autem intellegamus an causa consistat, sciendum est plerasque causas non consistere, quas Graeci ἀσύστατα vocant. Haec fiunt modis quinque. Aut enim est ἰσάζουσα, cum paria ex utraque parte dicuntur, ut si reos se furti invicem faciant duo pauperes perfosso pariete communi: aut μονομερής, si ex altera parte praevalida sit causa, ex altera prorsus infirma: aut ἄπορος, ut non sit unde actio per|veniat ad probationis effectum, ut si de sponsione certent, quorum altera *pars* parem, altera imparem stellarum dixerit numerum: aut ἄδοξος, id est inhonesta, turpis et de rebus personisve deformibus: aut ἀπίθανος, id est incredibili circumstantia, ut si centum praemia petat, qui tyrannicidia fecit centum. Haec vitia causarum scienda sunt nobis, ut scire possimus, quas causas putemus consistere, quas repudiandas esse, quia non consistant. Sic quoque magni iudicii est in hac parte non labi, quia frequenter evenit, ut multae causae videantur consistere neque tamen consistant. Subsistunt au-

---

2 leges uel ἀνασκευῆς uel κατασκευῆς *B, em. C* aut reprehensionis aut confirmationis et suasionis ad poesin pertineant *B* 4 sunt *nos*: est *Bv* partio *B* 6 *fort.* officia sint rhetoris *B* 7 intellectio] *cf. August. c. 1 [p. 137, 2]* Capp. 10 de *P*: Et de *B* 12 autem *Stanger:* aut *B*; existimet inventionem. At *PC* 13 orationis *B* 14 eamusque *Mailley*: ea usque *B*, eo usque, eamusque *PC* 16 constat *B*; iam intellegendum erit an causa consistat *Stanger* 17 tum *om. B* 21 constat *B, em. C* sciendum *Stanger:* dicendum *Bv* 23 quinque] *'longe plures causarum ἀσυστάτων species recenset Hermagoras in opusculo* περὶ τῶν στάσεων'. Capp. ἰσάσουσα *B; 'supple* στάσις *vel* ζήτησις *vel* ὑπόθεσις'. Capp. 24 faciant *Bv* 26 ut non sit *B*: ut si non sit *PC* 27 pars *addidimus:* alter parem, alter *PC* 28 inhonesto *B* 29 deformis *B* 32 consistat *B* 33 eueniat *Bv* 34 consistant *nos*: consistunt *Bv* Subsistunt] *an* Consistunt?

p. 258. 259 C.

tem, quae habebunt intentiones ex utraque parte contrarias ac propemodum pares et paene ex aequo valentes.

6. Iuxta hoc diximus intellegi oportere, quae species causae foret. Iudiciale vel deliberativum facile erit secundum differentiam *loci* dinoscere, sed aliter sunt species causarum differentes. Aut enim ethica est, id est moralis, aut pathetica, id est cum aliquo motu aut adfectu, aut tantum iudicialis. Multum autem intererit haec scire, ut perinde conformetur oratio.

Ethica igitur erit causa, id est moralis, cum erit suscipienda persona vel rustici vel dyscoli, aut patris indulgentis aut contra severi. In eiusmodi causis, si † eas intellexerimus, *poterimus* id facere, quod fieri oportebit, ut omnis oratio personarum apta sit moribus.

Pathetica est causa, cum personae eius quae loquitur repraesentandus adfectus est. Si necesse erit vel indignatione aliqua atque ira vel dolore aliquo vel, ut plerumque accidit, luctu † excitatos excire, non erit otiosum, ut commota sit et excitans omnis oratio, perinde atque ipsa res exiget.

Iudicialis est causa nudam habens pugnam. Et hoc intererit inter superiores species et istam, quod hic quidem pressa et teres et forensis actio esse debebit, in illis autem superioribus diligentius aliquid et cultius et lectius certe, in pathetica celsius aliquid atque commotius proferendum est.

7. Post haec intellegendum, quemadmodum diximus, ex quo modo causarum sit controversia. Modi autem causarum sunt quinque. Aut enim est *ἔνδοξος*, *id est honesta*, *aut παράδοξος*, *id est admirabilis*, *aut ἀμφίδοξος*, *id est anceps*, *aut ἄδοξος*, id est humilis, aut *δυσπαρακολούθητος*, id est obscura. Haec scire non erit otiosum, | quia perinde iam a principiis actio esse debebit, prout modus cuiusque causae postularit. In causa honesta, id est, in qua et persona et res erunt honestae, nihil erit magno opere nisi de victoria laborandum. At contra in admirabili causa per omnes quidem partes orationis sollicita actio esse debebit, sed iam in principiis maxima ex parte. Admirabilis enim causa est (quare est a 'mirari' dicta), quae talis facie ipsa videtur talisque apud opinionem iudicum coepit esse, ut admirentur quemquam ad defensionem eius accedere. In huiusmodi, ut diximus, causa magna arte intendendum est, ut et patientiam et adtentionem a iudicibus et benevolentiam impetremus. Hic

---

4 loci *addidimus*; auditorum *add. P* 5 aliter *B*: aliae *PC* 6 pathica *B* 7 confirmetur *Bv* 10 *malim* vel patris 11 eas] *fort.* ethicas rationes poterimus *add. P, sed post* facere 12 oportebat *B* 14 effectus *B* Si necesse erit *nos*: Si sese debebit *Bv* indignatione *C*: indictione *B* 15 excitatos *B*, excitatus *PC, fort.* excitationes 16 excitans *nos*: excidens *BP*, exciens *C* 18 pugnam *B*: rerum pugnam *PC* 21 electius *B* lectius; certe *vulgo distinguitur* 24 modi causarum] 'figuras materiam *vocat Fortunatianus [p. 109, 2]*.' Capp. 25 est *om. PC* *ἔνδοξος* — anceps aut *om. B*, *suppletum in P*, *ubi tamen male ἐΰδοξος scriptum est* 28 decebit *B* 31 causa et per *B* 32 sed etiam in *Bv* quare est a mirari dicta *nos*: quare est animi dicta *B*, *om. PC*

p. 259. 260 C.

nimirum opus erit insinuatione, quam alio loco inter exordiendi praecepta trademus, ut scilicet non *modo* actus a principio sumamus, sed etiam benevolentiam et misericordiam iudicum provocemus, de communibus omnium periculis praeloquentes, quod plerique non suo merito, sed vel iniquitate vel livore hominum vel malitia in difficilia vitae ac famae pericula devocentur.

8. Amphidoxos est anceps causa, ex parte honesta et *ex* parte inhonesta. Id fit illo modo, si res quidem inhonesta sit, sed honesta persona, ut si reus sit caedis vir fortis, qui decem milibus datis carnifici inimicum suum ipse indamnatum occiderit: honesta persona est viri fortis, set res inhonesta quam fecit. In huiusmodi causa illa praecepta sunt, ut incipiamus ab ea parte, quae est honesta, tum scilicet minore cum odio iudicum et offensione dicturi de eo, quod quasi praeposito aliquo et praetento latebit.

Adoxos, humilis causa, non erit illi similis, quam non consistere supra diximus; illa enim propter turpitudinem excluditur. Haec non de turpi, sed de re parvula et humili est. In eiusmodi causa operari debebunt illa praecepta, quae de attentione traduntur. Attentum enim necesse erit iudicem facere in ea re, quam aliter ille per contemptum et fastidium fortassis non audiet. Fiet autem attentus, si dixerimus, rem quidem parvam agi, quae versetur in causa, sed magnam esse spem eius qui litiget, † et ipsius qui de omnibus rebus cum diligentia debeat cognoscere, ut quod viri boni est, ex aequo de maximis minimisque pronuntiet.

Obscura causa saepenumero in manus veniet, vel personis multis impedita vel rebus. In eiusmodi causis maximam curam adhibere debemus, ut faciamus iudicem docibilem, id est ut causam, quo *obscurior erit, eo* diligentius explicemus, atque omnia, *quae* ex contraria parte animadvertentur, ad utilitatem nostram arripere debemus, et his maxime adversarios urgere debemus, in quibus aliquod eorum esse vulnus sciemus. Iuxta haec intellegendum quid sit status, sed hoc interim differamus, de statibus postea plenius trademus.

9. Reliquum est, ut intellegamus quae figura sit causae. Aut enim est simplex causa aut coniuncta aut concertativa. Simplices causae minus artis curaeque desiderant; in coniunctis autem et concertativis adhibenda stabilis est ratio. Coniunctae sunt, cum reus non uno statu nec

---

2 modo *addidimus*; solum *add. PC*; ‘actus *intelligo causae; nam paulo supra dixerat:* per omnes quidem partes orationis sollicita actio esse debebit *etc.*’ Capp. 3 omnium *Stanger:* hominum *Bv* 7 est] *an* id est? et ex *nos*: et *B*, ex *PC* 8 sed *P*: et *B* 10 damnatum *Bv* est et uiri *BP* 11 set *nos*: et *Bv* 12 scilicet *P*: si *B* 13 ab eo *BP* 22 et ipsius] *fort.* esse iudicis, qui 23 pronuntiet. Et obscura *B* 26 id est ut causam quo diligentius explicemus *B mance, quod ipsi supplevimus;* id est ut causam ... Quo diligentius explicemus haec *C* 27 atque *nos*: haec *Bv* quae *addidimus* animadvertentur *nos*: animaduerterit *B*, animaduersa *PC* 28 debemus — debemus: *molesta est eiusdem verbi repetitio* 30 sed hoc *Stanger:* sed haec *Bv* 33 simplicis *B* 34 autem et *Stanger:* aut *Bv* 35 est stabilis *PC*

p. 260. 261 C.

una actione defenditur, sed duplicatis statibus atque coniunctis. Hic diligenter cavendum est, ne alter status alterum impugnet, ac potius alterum alter stabiliter firmet. Exempla non desunt Tulliana. Coniuncta causa est pro Milone. Defenditur enim statibus duobus, relatione, quod merito Clodius dicatur occisus, cum fecisset insidias; compensatione, quod dicatur bono rei publicae occisus pessimus civis. Facile *est* animadvertere, quid in eiusmodi causis debeat fieri, videntibus quid fecerit Cicero. Non enim compensatione, quam postea induxit, infirmavit priorem statum, sed confirmavit ac multo reddidit fortiorem. Hoc enim ipso persuasit iudicibus insidiatorem peremptum fuisse, quoniam etiam gloriosa Miloni possit esse illa defensio, si propter rem publicam fecisse videatur. Etiam illud apud Tullium simile est. Cluentius poterat praescriptione defendi, *nisi* invidiosum hoc et periculosum videretur. Placuit ergo illum et negatione defendi. Haec negatio non solum infirmata non est addita praescriptione, sed etiam firmior facta, cum ita actum est, ut persuaderetur iudicibus, praescriptione causam potuisse defendi, nisi quia poterat probari iudicium non esse corruptum. Nam quoties coniunctae incidunt causae, respiciendum nobis est, quem ex duobus statibus aut ex multis ponamus loco principali. Hoc enim ipsa suggeret ratio, prout causae utilitas postulabit et prout defensio haec vel illa maiores vires habebit. Non dubium enim, quin validior actio facienda sit principalis.

10. Concertativae causae aut circa rem sunt aut circa personam. Circa rem erunt, si aut leges aut rogationes ad populum, aut etiam in senatu sententiae ferentur, atque hae inter se diversae erunt atque certabunt. Hae causae utique statum negotialem habeant necesse est: sed nunc illud magis quaerimus, quis tractatus sit huiuscemodi causarum atque divisio. Necesse est utique et contraria refellere et probare nostra. Sed potest esse dubitatio, utrum per singulos locos *contra* eamus adversario, revincendo quare id, quod ferat vel censeat, contrarium sit *legi|bus et aequitati et* utilitati, tum autem impossibile vel difficile, ultimo inhonestum; deinde ad initium revertamur, ut doceamus id quod nos feramus vel censeamus et legitimum esse et iustum et utile, tum possibile atque facile et honestum: an vero per singulos locos utrumque faciamus, ut doceamus et

---

5 quod dicitur *Bv* 6 est *om. B* 7 huiusmodi *PC* 9 hoc *P*: cum *B* 11 fuisse *B* 12 nisi *addidi*; defendi. Invidiosum *Bv* 13 illud *Bv* 17 quotiescumque *Stanger* recipiendum non est *B* 19 suggerit *Bv* utilitatis *B* 22 Certatiuae *B*; '*ἐναγωνίους λόγους vocat Dionysius Halicarn. passim*'. Capp. 23 erunt aut si leges *B* 24 ferentur *nos*: feruntur *B*, ad populum ferantur, aut etiam in senatu dicantur *PC* 25 statum negot.] '*in quo agitur de re facienda vel fugienda: opponitur* iudiciali, *ubi de re facta agitur*'. Capp. 26 illud *P*: aliud *B* quaerimus iste quis *B* tractus *BP* 28 contra eamus adversario, revincendo *scripsi:* eamus aduersarios revincendo *B*, eamus aduersarium revincendo; *PC* 29 legibus et aequitati et *add. P* 31 reuertamur, doceamus *Bv* 32 et iustum et utile, tum possibile *nos*: ut istud impossibile *B*, et utile, tum possibile *PC* et post honestum *PC*; *fort.* denique honestum

illud quod ex adverso erit non esse legitimum, et illud quod ex nobis erit esse legitimum, et illud iniustum et nostrum iustum, et pari ratione per singulos locos et cetera persequamur. Et hoc scilicet melius quam de una causa duas quodam modo causas facere.

11. Sed scire debemus, non solum duplices, sed et multiplices concertationes esse posse in sententiis, maximeque possunt multae esse multorum atque diversae. In quibus omnibus idem facere licebit, ut explosis singulis per locorum ordinem, ut diximus, statim quare nostra sententia maxime accipienda sit explicemus. In illo autem legitimo quadrifaria quodam modo quaestio est. Aut enim dicemus, quae ex adversa parte dicantur, legibus esse contraria, nostra vero legitima: aut nostra, si non sint legitima, esse tamen utilia: aut utraque quidem esse parum legitima, sed nostra magis utilia vel magis necessaria: aut utraque quidem esse illegitima, sed quae inde dicantur, magis legibus inimica atque contraria. Similis ratio in ceteris locis, ac maxime proximo loco, qui est contra aequitatem. Utilitatis locus sic ferme tractatur, ut aut dicamus quod ex adversa parte dicatur inutile esse, utile autem quod nos censeamus: aut utrumque quidem utile, sed hoc necessitatem exigere. Iam in eo loco, in quo quaeritur, possitne quid fieri, duplex quaestio est. Aut enim dicemus non posse fieri, quod inde dicatur, hoc vero posse, quod contendamus ipsi: *aut* utraque quidem posse, sed hoc facilius. Tractatio est honesti loci, ut, si possumus, dicamus illud inhonestum, sed hoc honestum: aut, si hoc non possumus, sed est utrumque inhonestum, esse illud tamen inhonestius, quod inde dicatur.

12. Diximus et circa personam esse concertationum quaestionem, ut de felicitate gignendi, quis felicior pater. Iam hic ex ipsa causa argumenta sunt, quare alter videatur esse felicior, nec similis divisio. Eadem tamen illo modo, ut repulsis quae ex adversa parte dicuntur, ex contrario quae pro nobis faciunt, singula statim singulis opposita persequamur. Sed ne alia quaeramus, licet ex his controversiis sumere exempla, quae paulo post ponemus, cum coeperimus de statibus. | Nam et illa causa coniecturalis inter novercam et captivam de veneficio, et illa rursus finitiva inter duos, quorum alter tyrannum ex arce deiecit, alter occidit, concertativae sunt circa personas. In utraque autem plane contendimus: quae talium concertativarum debet esse divisio.

---

1 ex bonis *B* 2 illud iustum *B* 5 concertatiuos *B* 6 maxime quae *PC* multa esse *B* 9 aspicienda sit *B* *fort.* in illa autem legitima 10 dicimus *Bv* 12 sunt *Bv* 13 illegitima *Stanger:* legitima *Bv* 14 inde] *'i. e. ex adversariorum parte'.* Capp. 16 firme *B* 17 dicitur *Bv* 18 sed hoc *nos*: sed ex hoc *B*, sed et hoc *PC* necessitate *BP* 19 dicimus *Bv* 21 aut *add. P* tractatio *P*: peractio *B* 22 hoc honestum *nos*: hoc inhonestius *B*, hoc honestius *PC*, *quae foret tautologia cum altera specie* 23 est *Christ*: si *B*, sit *PC* esse illud *nos*: est: illud *B*, est illud *PC* inhonestius ut quod *B* 25 concertationum unam quaestionem *Bv*; *apparet* unam *ex mera dittographia originem duxisse.* 27 *fort.* sumenda sunt 28 illo modo *scripsi*: ullo modo *B*, uno modo *PC* quae *C*: qui *B*, quia *P* ex *nos*: et *B*, e *PC* 31 ponamus *B* de statibus tradere *Stanger, cf. p. 317, 31. 321, 29* 32 beneficio *BP*

p. 262. 263 C.

13. Nunc quoniam ex tribus oratoris officiis primum officium iam coepimus nosse et persecuti sumus quae intellegenda sunt, sequitur nunc, qua debeat opera curari, ut inveniantur sensus principiis ceterisque partibus congruentes et argumenta ad exemplum et probationem *et* sententiae sive naturales sive morales ad vim et ornamentum, et cetera huiusmodi. Iam consilii et iudicii partes erunt, ut de inventis iudicemus, si qua non apta incurrerint, iis autem, quae probaverimus, utiliter et congruenter utamur. Atque in hac quidem parte non multa praecipi possunt.

14. In dispositione plus artis est, quod tertium esse oratoris officium dixeramus: plurimi enim momenti est ea, quae inventa sunt, ad utilitatem et victoriae effectum digerere in ordinem atque disponere. In dispositione haec sunt: ordo cum ea, quae Graece appellatur *οἰκονομία*, dehinc elocutio, tum pronuntiatio. Ordo est, ut secundum textum naturalem singula persequamur, primum in partibus elocutionis, ut sit scilicet primum exordium, *tum* narratio, tum partes argumentationis, peroratio demum extrema. Sed bene huic ordini *οἰκονομία* proxima adiuncta est, quae hoc distat a superiore, quod ille quidem ordo naturalis, hic ordo artificiosus est. Iam in istis ipsis, quas supra docuimus, partibus orationis iste naturalis est ordo, quem ad modum ostendimus, ut primum locum principia teneant, mox narratio, deinde cetera subsequantur.

Artificiosus ordo est, ut hunc ipsum ordinem, si ita causa poscit, plerumque vertamus. Nam aliquando omittenda principia, aliquando subdividenda et interrumpenda narratio, ex parte ponenda et imperfecta argumentatione reddenda. Nec enim sine causa Tullius pro Milone ante narrationem argumentationis loco praeiudicia senatus et Pompei refutavit. Et prorsus non in hoc tantum ordine patientiae causa, sed in omnibus locis haec *οἰκονομία* plurimum poterit ac tantum valebit, ut etiam quae, *si* aliter posita atque prolata essent, fortasse contraria operentur ad causam, ea plurimum prosint. Reliquae dispositionis duae partes sunt, elocutio et pronuntiatio, et magnum in utraque momentum.

## DE ELOCUTIONE.

15. In elocutione haec observanda sunt: latinitas, perspicuitas, robur, nitor, compositio, tum decens vel decorum; sic enim appellandum est, quod Graeci *πρέπον* | dicunt. Ex quibus nimirum latinitas primo loco rectissime posita est. Quid enim prius est, quam ut latine, hoc est ut emendate loquamur? Post hoc perspicuitas loco proxima est; hic

---

3 qua debeat opera curari *nos*: qua debet operari *B*, *om. PC* caeteris *B* 4 et (*ante* sententiae) *om. B* 6 *immo* abiudicemus *vel* abdicemus incurrerint. His autem *BP* 9 tertium de oratoris *B* 10 plurimi enim *nos*: plurimum *Bv* est *nos*: et *Bv* 11 uictoriam *BP* 14 persequamur iam primum *B* 15 tum *addidi*; deinde *add. P* demum *nos*: tum *B*, *om. PC* 18 *malim* Nam orationis iste *nos*: orationis. Etenim *B*, orationis etiam *PC* 20 subsecuntur *B* 21 poscet *malim* 25 reputauit *B* 27 si *addidi* 29 ea *nos*: et *Bv* prosit *BP* 33 uel decor *B* 36 loco *Stanger*: eo *B*, *om. PC*

p. 263, 261 C.

enim finitimus gradus atque processus est, ut cum latine, tum perspicue atque aperte loquamur. Tertium robur est, ut non solum purus et manifestus, verum etiam robustus et fortis validusque sit sermo. Adhibendus est nitor, quem quarto loco posuimus, ut scilicet verba non sordida et vulgaria et de trivio, quod dicitur, sumpta sint, sed electa de libris et hausta de liquido fonte doctrinae. Compositio post haec non otiosa, ut ordo verborum ea compage iungatur, ne confragosum et asperum sonum faciat, sed apte et leniter defluat: in quo sane adhibendus est modus, ne quid nimio opere luxurietur *neve* nimium molliatur. Illud πρέπον, quod decorum vel decens diximus, in eo est, ut rebus apta sint verba, id est, ne res magnas verbis parvulis proferamus, neve e contrario magnis et tumentibus atque inflatis verbis res parvulas exequamur, ne, dum amplificandi studio evehimur, ridiculi deprehendamur. Custodite ergo faciendum est, ut rebus personisque accommodentur verba quae decent.

## DE PRONUNTIATIONE.

16. Haec in elocutione serventur. Nam pronuntiatio, quae inter dispositionis partes supra posita est, artis quidem quodam modo non est, verum tamen magnam ac nimirum maximam vim obtinet. Nam cum omnia fecerimus, nisi illa, quae recte disposita sunt, apte et cum decore fuerint pronuntiata, omnis labor prorsus peribit. Itaque etsi magnam istius partem vel negat natura vel tribuit, danda tamen opera est, ut in pronuntiando et vox et vultus et gestus et cetera adhibeantur eiusmodi, quare labor in commentanda oratione adhibitus non pereat. Reliquum est etiam, ut incipiamus iam de statibus disputare, quando quidem, ut breviter admoneam, executi sumus, quid esset rhetorica, quid civilis quaestio, quae partes civilis quaestionis, quae oratoris officia, quae *in* intellectu et *in* inventione et in dispositione servanda.

## DE PARTIBUS ORATIONIS.

Hic erat ordo re vera, ut de statibus protinus traderemus, si non esset a Zenonis vestigiis recedendum: sed professi sumus usuros nos *nostro* esse iudicio, *si* videbitur *res* exigere aliquid inserendum esse de meo. Cum paulo supra de dispositionis par|tibus et naturali ordine diceremus, de partibus orationis fecimus mentionem, quod non placet suspensum et

---

1 finitimus *P*: finitiuus *B*, *fort.* legitimus *vel simile aliquid* 5 sunt sed *B* 6 ociosa, aut ordo *B* 9 luxurietur neve *nos*: luxuriae *B* πρέπον *P*: propono *B* 11 neue contrario *B* 13 deprehendamur *C (in adnot.)*: reprehendamur *BP* 19 cum decore *B*: cum decoro *PC*; *si quid mutandum sit, potius* cum *deleas* 23 in commentanda oratione *nos*: in commendando rationem *B*, in comenda oratione *PC* est etiam *nos*: est iam *Bv* 24 iam *del. C* 26 quae oratoris officia *desunt in C* quae intellectu et inuentione *B*, quae in intellectione, inuentione *PC* 28 DE PARTIBUS ORATIONIS *B*: *hic om. PC et infra habent ante p. 322, 4* 30 nostro *om. Bv* 31 esse *B*: *om. PC* si uidebitur res exigere *scripsi:* Videtur exigere *B*, quod videtur locus exigere *PC* de meo *P*: in eo *B* 32 et in naturali *BP*, *fort.* ex naturali

p. 264. 265 C.

incertum relinquere. Reddemus igitur, neque ita multo post, quod ad status attinet: interim videamus, quod ad partes orationis attinet, quae in illis praecepta sunt.

16. Partes orationis sunt, ut quidam volunt, quattuor: exordium, narratio, argumentatio, peroratio sive conclusio. Qui videntur plenius tradere, partes orationis faciunt *sex:* exordium, narrationem, partitionem, confirmationem, reprehensionem, perorationem. Hic animadvertimus partitionem additam solam, ceterum argumentationem in duas partes divisam, ut sit altera pars eius confirmatio, altera reprehensio. Verum ab initio singulas consideremus.

Exordium partes habet duas, principia et insinuationem. Horum diversitas illa est, quod principia quidem sunt, cum aperte ingredimur causam sine laboris ullo apparatu ab ipsis rebus atque personis, quod potest fieri in eo genere causarum, quod est rebus atque personis honestum: insinuatio vero est laboriosa praelocutio, quae fit in admirabili genere causarum. De quo genere non puto in hac parte multa dicenda, quia supra elocuti sumus, cum de modis causarum ac de hoc ipso admirabili genere diceremus.

18. Exordiendi officia sunt, ut faciamus iudicem vel benevolum vel docilem vel attentum. Quid in quaque causa faciendum esset, et ipsum iam ostendimus eodem loco, ubi de causarum genere disputatum est; verum tamen hic quoque breviter ostendemus. Ad benevolentiam provocandus est iudex, ubi non est benevolus, nimirum maxime in admirabili causa: in obscura docendus, ad attentionem invitandus in humili. Vitia exordiorum et alia quidem, sed quae maxime accidant maximeque dicenda sint, haec fere sunt: longum, vulgare, commutabile, contra praecepta.

Longum, si multis sensibus catenatum: vulgare, si tale sit quale esse possit in omnibus causis, nec proprium personarum aut rerum, de quibus agatur. [Quod idem et galeatum a quibusdam vocatur, quoniam ita commune esse possit omnibus causis, quemadmodum galea omnibus vulgo possit esse communis.] | Commune est, quod de causa quidem sumitur, sed et mihi et adversario meo potest esse commune. Commutabile est, quod paucis modo commutatis possit esse vulgare sive commune. Contra praecepta, si, cum debemus iudicem docibilem facere, attentum utcumque faciamus. Omnia haec vitia vitanda sunt.

19. Narratio debet esse aperta, brevis, probabilis. Aperta erit

---

1 reddemus *P*: sed demus *B*; reddemus, *i. e. ἀποδώσομεν, exponemus, explicabimus, ut saepius loquitur Quintilianus*'. [Cf. indicem nostrum]. Capp. 3 *fort.* sint 6 sex *addidit Stanger* 7 hinc *Bv* 8 solum *Bv* 12 principia *B*: principium *PC* 20 in qua *Bv* 21 disput. sit *B* 22 ostendimus *B* 25 et alia quidem *B*: sunt alia quidem *PC*, *fort.* multa quidem 27 *malim* Longum est multis tale sit *B*: tale *P* 29 Quod — communis] '*Haec Sulpitio nostro perperam assuta esse et ex B. Hieronymi prologo galeato in sacros libros decerpta merito suspicatur Vossius Instit. orat. I, p. 372 sq.*' Capp. 30 possit, ut in omnibus *B* galeatum omnibus *B* 31 commune *B* 33 communitatis *BP* 34 utcunque *B*: *om. PC*

p. 265. 266 C.

itemque brevis, si fuerit tantum ipsa narratio, hoc est, si ordini rei gestae nihil extrinsecus fuerit adiectum, qua re obscurior fit et longior, nisi magna aliqua causa vel utilitas postularit. Neque enim obliti esse debemus, quid supra de oeconomiae partibus dixerimus, quae faciet, ut interdum mutetur ipsa narratio, si magnum in eo intellegemus esse momentum. Aliter quidem non temere quicquam in narratione esse debebit praeter textum et ordinem rerum. Ἠθοποιίαι quoque plurimorum praeceptis excluduntur a narratione: quae si quando erunt, et rarae et breves esse debebunt. Etiam illud apertam narrationem facit ferme, si insitum habeat casum nominativum, id est rectum, quam Graeci ὀρθόπτωσιν vocant, ut ferme narrationes sunt Tullianae: Sextus Roscius pater huius municeps Amerinus fuit: et, P. Clodius, cum statuisset omni scelere in praetura vexare rem publicam, nec facile apud Ciceronem est ulla *aliter* coepta narratio. De brevitate narrationis pariter ostendimus.

20. Quod superest, probabilis erit, si argumentorum et quaestionum semina quaedam fuerint ubique respersa, modo ne argumentandi genera ponantur: ut tempus, quo *rem* factam esse dicimus, adsit, et causa cur facta sit, et persona quae fecit, et facultas quare facere potuisse credatur, et locus ubi facta est. In eas res *ex* omnibus narrationibus Tullianis licet sumere exempla. In Milonis defensione danda erat opera, ut Clodius videretur insidias Miloni fecisse. Causam huius rei statim in narratione posuit: Cum statuisset, inquit, omni scelere vexare rem publicam, et infra: occurrebat ei mancam ac debilem futuram praeturam suam consule Milone. Possum ire per omnem narrationem et docere, quem ad modum sit instructa seminibus argumentorum, sed longum est ire per singula. Illud simus admoniti, nullum locum narrationis vacare debere, quin ubique adsit ratio, quare et quomodo res facta esse credatur, ea tamen specie, ut sit illa narratio. Quin etiam quidam iubent omittenda interdum vera, si incredibilia sint, et potius falsa dicenda, *modo* verisimilia dicantur. Sed hoc videro: certe quidem ad naturam rerum erit accommodanda narratio, atque ita cuncta dicenda, ut ad credendum iudices ipsa natura deducat. |

21 Partitio est, qua causam dividimus in partes: hoc in controver-

---

10 p. Rosc. Am. §. 15. 11 p. Mil. §. 24. 24 ibid. §. 25.

---

2 adlectum *B* fit *B*: sit *PC* 5 intelligimus *B* emolumentum *Stanger* 8 rara est breues *B* 9 ferme *nos*: firmi *B*, *om. PC* 10 quam *nos*: Nam *B*, *om. PC* 13 facile *P*: facere *B* 14 aliter *add. P* 16 erit *P*: est *B* 17 fuerit utique *B* modo nec *Bv* 18 genere ponatur *B* tempus *P*: omnibus *B* quo rem factam esse *nos*: quae facta esse *B*, quo factum esse *PC* *immo* dicemus 19 facta sint *B*, factum sit *PC* 20 ex *add. P* 24 ei *nos*: et *Bv* 25 omnem narrationem *nos*: omnes narrationes *B*, omnes narrationis partes *PC* 30 sunt *Bv* et *P*: ut *B* 31 modo *add. P* videantur *PC* hoc uidero *B*: hoc ipsi uiderint *PC* quaedam *B* 34 hoc in *C*: hoc etsi in *BP*

p. 266. 267 C.

siis non fere fit, sed in causis veris, etsi non semper, at tamen saepe. Apud Catonem assidua partitio est, apud M. Tullium rarior. In hac illa servanda sunt, ut iam dudum constituamus, in quot partes causam dividere debemus, easque partes ad certum numerum redigamus. Absurdum erit enim, si postea in argumentatione inveniemur dicere quod in partitione non proposuerimus, aut praeterire quod proposuerimus. In altero stultitiae erit crimen, si videbimur dicere id, quod necessarium non fuerit causae: in altero diffidentiae, si confessi fuerimus ipsi nobis esse dicendum, et videbimur tamen per diffidentiam et metum praeterire. Etiam illud in partitione servandum, ut singulas res eodem ordine in partitione ponamus, quo ordine in argumentatione putabimus esse exequendas. Neque enim oportebit ordinem rerum confundere, ut cuncta sint clara atque manifesta, cum simul et fiduciae magis plena videatur oratio, quae nihil misceat et involvat.

22. Argumentatio, ut diximus, in duas partes dividitur, ut sit confirmatio et reprehensio. Confirmatio est eorum argumentorum atque earum quaestionum, quae ex nostra parte sunt, quae Graeci *προηγούμενα* appellant. Firmabimus autem nostra argumentis naturalibus, tum autem exemplis atque sententiis; atque isdem fere redarguemus ea quae ex adversa parte dicentur.

23. Peroratio est, quae Graece *ἐπίλογος* appellatur. Eius partes tres: renovatio, commiseratio, exaggeratio. Renovatio, quam Graeci *ἀνακεφαλαίωσιν* vocant, cum breviter capita rerum atque argumentorum percurrimus ad renovandam memoriam iudicum. Commiseratio est, qua misericordiam provocamus: in quo plurimum pollet oratio. Non desunt autem exempla de Tullio, de quibus rebus misericordia provocetur, prout se persona habuerit, vel ex aetate hominum vel ex dignitate praeterita vel ex periculi instantis eventu vel ex liberis vel ex parentibus coniunctisque personis. Exaggeratio est, qua in accusationibus utimur, cum amplificamus invidiam eius, quod querimur admissum, cumque in ipsam personam ea dicimus, quibus iudex ei fiat infestus. In hac quoque parte et e re gesta et ex ipsis personis sumenda erunt, | quaecumque animos iudicum ad partes irae poterunt commovere: et quod diximus aliud in defensione, aliud in accusatione faciendum, ita accipere debebimus, ut sciamus interdum in defensione utrumque faciendum, quoniam ut eius causa misericordia iudicum provocanda est, quem defendimus, ita in eum invidia conflanda, qui ex adverso venit: et rursus in accusatione non solum ea adhibenda sunt, quibus iudex ad iracundiam suscitetur, sed etiam ex quibus

---

1 fit *nos*: sit *Bv* at *P*: ut *B* 7 si videbimur tamen dicere *Bv*; *Stanger* tamen *hic delevit et recte post* et videbimur *(v. 9) transposuit* 9 *malim* praeterisse 11 putabimus *Stanger*: putauimus *Bv* 12 sit *B* 13 cum *nos*: ut *Bv* 17 *προηγούμενα C (ex Fortunatiano p. 108, 28): νοούμενα BP* 19 isdem fere *nos*: idem praeferre *B*, iisdem (hisdem *P*) *PC* redarguemus *B*: refellemus *PC* eaque *B* 20 ex *B*: *om. P*, ab *C* ducentur *Bv* 28 ex libris *B*, *em. C* 30 quo quaerimus *B*, *em. C* 31 et re ea gesta ex ipsis *B*

eius simul, cum velimus, misericordia commoveatur. Ita enim fiet ut adversario magis possit irasci.

## DE STATIBUS.

24. Haec per se cum possimus iam arripere, propositum est et de statibus disputare. Status est summa quaestio, ad quam referenda est omnis oratio. Status sunt partim rationales, partim legales. Rationales quattuor: coniectura, finis, qualitas, translatio. Ex his qualitas mutatur in alios status: *negotialem*, absolutam qualitatem et adsumptivam qualitatem. Adsumptiva quoque qualitas vertitur in status quattuor: compensationem, relationem, remotionem, deprecationem. Hic animadvertendum est, quod status, ex quibuscumque nascuntur alii, ipsi desinunt status esse. Quare fit, ut sint rationales omnes novem, id est, coniectura, finis, negotialis, qualitas absoluta, compensatio, relatio, remotio, deprecatio, et translatio, quae initio cum primis quattuor fuerat.

Legales autem status sunt quattuor: scriptum et voluntas, leges contrariae, collectio, ambiguitas. Horum unumquodque et locos per ordinem persequamur. A coniectura sit exordium.

## DE CONIECTURA.

25. Coniecturae status ex negatione natus, per quem factumne sit quaeritur. Coniectura appellata, quia coniciendo et argumentando ad veritatem necesse est pervenire. Hoc eius est proprium, quod quae ponuntur in causa, non ipsa sunt crimina, sed criminum signa, ut si reus sit dives adulescens adfectatae tyrannidis, quod | arcem praeteriens fleat. Non enim quod illa transeat vel quod fleat crimen est, sed haec signa sunt quare tyrannidem adfectare videatur.

Dividitur coniectura perfecta locis his: probationum expetitione, facultate, voluntate, *a* summo ad imum, aliquando iure absoluto, derivatione, veri simili probatione. Et ut istorum locorum vim perspicere possimus, eamus per singulos: sit et controversia, quam supra posuimus, exemplum.

Probationum expetitio primus locus ex rei parte, ut si hic dicat adulescens, crimen maiestatis ex manifestis probationibus oportere convinci: indignum enim esse, ut ex suspicionibus levibus in tantum periculum devocetur.

---

1 simul cum *P*: multum *B* 3 DE TABVLIS *B* 4 possumus *Bv* praepositio *B*, *em. C in adnot.* 8 negotialem *add. P* assumptiuam qual. Assumptiua *C*: absumptiuam q. Absumptiua *B* 19 natus *om. P*, *item C*, *sed ex adnotatione in ed. Capp. apparet errore quodam in verborum contextu lacunam relictam esse.* 21 *malis* peruenire 24 illam *B* 27 a *add. P* a summo ad imum] *'i. e. eo argumentorum loco quem rhetores vocant* a summo ad imum. *Nam paulo post ita loquitur Sulpicius:* cum descensum fuerit ad signa criminis, quae sunt ex loco a summo ad imum. *Fortunatianus appellat locum* ab initio ad finem, *Graeci τὸ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους'.* Capp. iure absoluto] *'ἀντιλήψει. Fortunatianus dixit* qualitatem absolutam'. Capp. 29 *fort* sit autem controversia 30 expetitione *B* 31 crimen magis et manifestis *B* 32 iniquum enim *Stanger coll. p. 328, 33*

p. 268. 269 C.

Voluntatis locus utrique parti communis est. In quo argumenta sunt ex circumstantia personae, cum quaeritur qualis sit ipse qui reus est: perinde etenim de hominibus ipsis aestimatur, quid quisque fecisse aut non fecisse videatur. Circumstantia autem personarum est genus, natura, aetas, disciplina, fortuna, studia, nomen, ante facta, habitus. Ex his voluntatis loco argumenta ducemus, prout se dederit occasio, ut hic dici potest adfectare tyrannidem adulescens, quia haec aetas ad audaciam praeceps atque temeraria; tanto magis quod idem etiam dives est, quoniam copiae animos semper addunt et insolentiam extollunt. Sed hoc eodem voluntatis loco argumenta ducemus validius ex causis, quae sunt aut praecedentes aut insequentes: praecedentes, si, cum de caede quis reus fiet, inimicitias aut odia aliqua poterimus obicere: insequentes, si emolumentum aliquod secutus videbitur in caede facienda. Sed reus poterit haec eadem quoque ad defensionem suam vertere, si res suggeret: ut si hic dicat adulescens, quod dives esse dicatur, in neminem minus quam in se suspicionem istius criminis cadere, cui optimum sit et optatissimum, copiis suis et statu rerum suarum perfrui tranquillaque quiete rei publicae.

26. Tertius locus est facultatis. In hoc loco fere argumenta sunt et ex personarum circumstantia et ex occasionibus faciendi, quas poterimus ostendere. Ex personae circumstantia: in hoc ipso magis tyrannidem adfectasse perspiciatur, quod dives est. Hoc enim est, quare videatur non modo optare dominatum, sed etiam per domesticas copias *posse* tyrannidem occupare.

Quartus locus a summo ad imum vocatur, in quo persequimur ordine criminum signa non simul omnia, sed carptim singula, unde locus a summo ad imum vo|catur, qualia in hac causa non multa sane, sed duo sunt. Primum enim per se ipsum persequimur et ad probationem criminis trahimus, quod praetereat arcem ac frequenter hoc faciat, deinde separatim, quod numquam non fleat in praetereundo.

Ius absolutum est, quem incidere interdum locum diximus: ut si iste adulescens primum hoc respondeat, ut licere sibi et omnibus dicat et iuxta arcem transire et flere.

Derivatio est locus ex rei parte, per quem locum derivantur criminis signa, quae ab accusatore dicuntur: ut si iste dicat adulescens, nunc usque se nescire quod frequenter illam praeteriret, sed aliquando, quia sic rerum suarum ratio deposcat; nec solum se, sed multos ea commeare;

---

3 perinde et in hominibus *B* 5 his *nos*: huius *Bv* 6 dicimus *B* 9 et *B*: *om. PC* eodem loco uoluntatis loco *B* 10 ducimus *Bv* 13 *fort.* eadem ad defensionem quoque s. 14 res surgeret *B* 15 in neminem enim minus *B* 17 tranquillaq; quiete Reip. *B*: tranquilla quietaque Republica *PC* 19 faciendis *B* quas poterimus ostendere ex personae circumstantia *distinctum est in PC* 22 posse *om. B* 23 occupare] *desideratur, ut Stangerus animadvertit, exemplum loci* 'ex occasionibus faciendi' 24 *fort.* persequemur ordinem *B* 27 sunt *P*: scio *B* 31 primum hoc respondeat ut licere *nos*: primo hoc respondeat et licere *B*, et licere *ceteris omissis PC* 34 iste *B*: *om. PC* 35 frequenter *nos*: inter *B*, iuxta *PC* *immo* praeterierit 36 ea *P*: eam *B*

tum autem flere, quia sibi veniat in mentem, quam multa ex illo loco plerumque accidant civitati.

Veri similis probatio est locus ex re ipsa oblatus, cum verisimiliter reus dicit id ipsum, quod quasi signum et argumentum criminis ponatur, se *non* fuisse facturum, si de tyrannide aliquid cogitaret, hoc est, neque illa commeaturum neque cogitationes suas lacrimis vel ullo indicio prodituram.

27. His locis dividitur coniectura perfecta, id est plena. Scire autem nos oportet, eam non esse aliquando perfectam neque omnibus locis divisionis, si deficiatur aut personarum circumstantia aut rerum. Personarum circumstantia defici potest, si ponatur talis controversia: 'Quidam in solitudine inventus est, gladium cruentum tenens et recens occisi cadaver sepeliens: reus est caedis'. Hic enim quidem est quaedam persona, sed circumstantiam non habens, quia non est definita persona. Quid enim est quod dici possit ex circumstantia personae, cuius neque mores neque ante actam vitam neque aetatem neque odia adversus eum, qui occisus est, proferre possumus? Hic cessat locus a voluntate, etiam alter a facultate. Neque enim vel illud positum est, unde hunc perficere potuisse dicamus. Huiusmodi causae dividuntur posterioribus locis. A summo ad imum: quod in solitudine inventus est, quod gladium tenens cruentum, quod corpus sepeliens, id est ex oculis hominum eripiens et abscondens. Nec iure absoluto utatur, nisi forte dicat licuisse sibi gladium, quem invenerat, tenere et corpus sepelire misericordiae causa. Sed hae fere derivationes magis sunt, si dicat tenuisse gladium, quem invenerat, a nescio quo percussore in corpore ipso relictum, sepelisse corpus humanitatis et misericordiae causa magis, quom in solitudine invenisset relictum, ubi nemo fortasse alius esset repertus, qui supremum officium mortuo exhiberet. Verisimili probatione, ut dicat id quod veri simile est, si occidisset, neque se diutius eodem loco moraturum neque eum quem peremisset sepulturae daturum fuisse nec gladium quasi ad contestationem sceleris in manibus habiturum.

28. E contrario, quod supra diximus, *si* circa personas tantum coniectura est, superioribus locis duobus, voluntate et facultate, *utemur*, ut in illa controversia: 'Quidam | habebat novercam, habebat et idem captivam concubinam; obiit signis veneni: se invicem accusant veneficii noverca et concubina'. Animadvertimus nihil esse in hac causa, ex quo argumentari suggerat. Etenim signa veneni, quae videantur fuisse, in quaestionem

---

1 tum *P*: eum *B*, *in qua lectione aliud latere videtur* 2 accidunt *Bv* 3 quum *P*: quin *B* 5 non *add. P* 6 illa *B* 9 divisionis *nos*: diuisis *B*, diuidi *PC* 13 quidem *B*: *om. PC* circumstantia *B* 15 ante dictam *B* 18 perficere potuisse *P*: praeualuisse *B* 26 magis *B*: *om. PC* quom in sol. invenisset *nos*: qnam in sol. inuenisse *B*; in solitudine inuenisse *PC* 27 exhiberet *nos*: extulerit *B*, exhibeat *PC* 28 Veri similis *B*, *em. C* diutius *P*: iustius *B* 29 eum *P*: enim *B* 31 si *add. Christ*: cum *add. PC* 32 utemur *add. P* 34 se invicem accusant *nos*: Ad se inuicem capiunt *B*, accusant inuicem *PC* ueneficium *B* 36 res suggerat *Stanger coll. p. 326, 14*

p. 270 C.

non veniunt, verene illa signa fuerint, quoniam istae consentiunt perisse illum veneno. Ergo si circum personam tantummodo, quaestio est, ut diximus, ex locis duobus, ex voluntatis loco, utrum credibilius sit novercam venenum privigno dedisse, quia novercae privignis semper infestae sunt, an vero captivam dolore condicionis suae et ad vindictam patriae vel parentum. A facultate, cui facilior occasio, novercae, quae in domo mater familias esset, an captivae, cui se ille magis forsitan crederet. Nec ultra videtur argumentatio progredi posse.

In utraque autem causa omisimus locum primum, id est, probationum expetitionem. Nec immerito, quoniam nec ille uti hoc potest, qui et cum gladio et cum occiso corpore inventus est, et multo minus possunt hae, quae se invicem accusant. Et in omnibus omnino causis, ubi mutuae sunt accusationes, cessat hic locus, quoniam absurdum est, si id dicat alter, quod dici contra ipsum invicem possit.

29. Iam *in* ista, quae *est* inter novercam et concubinam, scire debemus duplicem coniecturam esse, quia utrimque accusatio, utrimque defensio. Qualis ergo executio in huiusmodi causis adhiberi debeat, videamus: non utique illa, ut is qui se defendit et alterum accusat, separatim defensionem suam per communis coniecturae locos persequatur, deinde accusationem a principio per eosdem locos ordiatur: sed utrumque simul per singulos faciat, ut a voluntate et argumenta, quibus innocentem se esse doceat, tum statim ex eodem loco det argumenta, quibus alterum nocentem esse vincat et hoc per singulos locos faciat. Sed non hoc modo tantum duplices sunt coniecturae, verum et aliis multis modis. Incidit enim coniectura in coniecturam, *si* et derivatio in ipsa controversia est posita, ut in illa causa: 'Pauper et dives inimici reversi sunt a cena. Pauper vulneratus est et semianimis inventus; ait percussorem suum habere signa ignis in facie, quoniam illi facem impresserit. Eadem nocte arsit domus divitis; altera die habet dives signa ignis in facie: reus est caedis.'

30. Perveniamus, si placet, per ordinem omnium locorum ad incidentem alteram coniecturam. Incipiamus a probationum expetitione. Etsi paene improbus est utique qui in facie ferat, quae signa ignis esse fateatur: verum dicet inicum esse, ut inimici et accusatores eius utantur ad periculum capitis ea occasione, quoniam domus suae incendio periclitatus fuerit. Sequens erit locus a voluntate: an non dubium quin inimicus inimicum voluerit occidere; an pauperem dives, cum scilicet tolerare non pos-

---

2 tantummodo quaestio est *sine distinctione PC; malim tamen:* si circum personam tantummodo coniectura est, quaestio est *etc.* 4 privignis semper infestae sunt *scripsimus:* priuignus semper infestus *Bv* 6 A *addidi* 8 uideretur *Bv* 9 utroque autem causam *B* 10 expetitione *Bv* 12 mutatae *B* 15 in *et* est *add. P* 16 utrumque *bis B* 18 alter *B* 19 persequamur *B* 21 *fort.* a voluntate et facultate 22 alterum nocentem esse *nos:* innocentem se *B,* aduersarium nocentem esse *PC* 23 et *addidi* non hoc modo *nos:* hoc non modo *B,* non modo hoc *PC* 25 si et *Christ:* et *B,* cum *PC* 27 ait *P:* aut *B* 30 omnium *P:* nominum *B* 32 est utique qui *scripsi:* est utique *B,* erit qui *PC* fateamur *B* 33 dicit *B* inicum *nos:* inimicum *B,* iniquum *PC* 35 qui inimicus *B*

p. 270. 271 C.

set inferioris loci hominem sibi vel inimicitiis exaequari. Haec erunt e contrario ex eo loco refutanda, an credibile sit, ut propter inimicitias tantum nefas homo integrae atque florentis | fortunae voluerit admittere; quod ipse dives et ille pauper, hoc pro illo debeat valere, quod abiectum hominem in simultate magis despicere voluerit quam odisse. Sequens locus est a facultate, an facile dives pauperem solitarium ex occasione insidiarum potuerit occidere. Verum et hic *et* in omnibus aliis causis animadvertendum erit, id quod supra posuimus, locos hos et defensionem reis nonnullam suggerere. Quare enim non dives hic dicat: ut etiam maxime pauper esset occisus, potuisse se tamen vel servos vel libertos suos ministros facinoris adhibere, non ipsum manu sua caedem cum periculo vitae aut certe insidiis alicuius admittere. Adversus quod plane responderi potest: potuisse illum quidem per alium caedem perpetrare, sed maluisse sua manu inimici sanguinem haurire. A summo ad imum illa ponentur, quod res secundum pauperis verba congruant et habeat dives signa ignis in facie, quae pauper percussorem suum habere dixerit. Hic quoniam derivatio ex ipsa controversia oriatur, fit et altera coniectura. Derivat enim illo modo, ut scilicet dicat signa illa ignis in facie esse ex incendio domus, non ex pauperis face. Hic iam alia argumentatio est coniecturalis per locos singulos. A voluntate: an credibile sit ut homo dives domum suam voluerit incendere, ut, qui haberet signa ignis in facie, ex incendio domus faciem suam contactam esse contenderet, parvam existimans iacturam domus prae salute. A facultate sane cessat hic locus: neque enim dubium quin domum suam dives potuerit incendere. A summo ad imum singula persequemur, quod neutiquam eadem nocte, qua pauper fuerat occisus, domus ista fuerit accensa. Quae argumentatio ex derivatione nata eo pertinebit, ne incendium domus ex consulto conflatum esse videatur. Confirmatis his constituemus crimen admissae caedis; revertemur enim ad propositum et actionem, ut summa caedis crimine finiatur.

31. Duplex coniectura fit et illo modo, quem Graeci προκατασκευήν vocant, nos fortasse praeparationem possumus dicere, cum aliquis fit reus conscientiae neque de ipso crimine satis constat, cuius conscius dicitur. Praeparandum est enim illud, ut opinor, et prius probandum, ut alius illud fecisse, deinde addendum, ut hic conscius esse videatur. Qualis est controversia illa: 'Pauper et dives inimici. Dives non comparente filio suo

---

1 inimicitiis *P*: inimici eius *B* 2 an credibile sit *nos*: an incredibile sit *B*, ab incredibili sic *PC* 4 et (*ante* hoc) *add. PC*, *nisi sic potius scribendum est:* quod, quom ipse dives et ille pauper, hoc *etc.* 5 in simultate *C*: insimulate *B* 7 et *posterius om. B* 9 dicat: ut etiam maxime pauper esset occisus, potuisse se tamen *scripsi:* dicat, etiam maxime pauperem esse potuisse occisum, se tamen *B*, dicat etiam maxime? pauperem esse occisum: potuisse se tamen *C* 10 liberos *B* 12 amittere *B* 13 perpetrare *Stanger:* imperare *Bv* 14 ponetur *BP* 16 dixit *Bv* 17 *fort.* oritur derivat] '*i e. adhibet eum defensionis locum, cui nomen apud Latinos* derivatio, *apud Graecos* μετάθεσις τῆς αἰτίας'. Capp. 21 qui] *malim* quum *vel* quoniam habere se signa *B* 22 pro salute ac facultate *B* 25 neutiquam *P*: ne unquam *B* 27 ex *B*: *om. PC* 28 amissae aedis *B* 29 finiamur *B*

p. 271. 272 C.

rapuit pauperis filium et in domo sua torsit et incertum quid | dicentem in tormentis necavit. Ita et pauper est reus diviti conscientiae'. Simplex esset coniectura, si divitis filium constaret a pauperis filio occisum. Nunc duplex est, quia probandum est et ab illo caedem esse commissam et hunc conscium fuisse. Hic quoque faciendum est, quod diximus in omnibus causis fieri oportere, ut haec duo non separatim quasi duas causas, sed pariter per singulos locos persequamur eo magis, quoniam eadem fere ex voluntatis loco et ex ceteris locis argumenta sunt, quare vel ille occidisse vel hic conscius esse videatur. Nam *a* voluntate quid aliud dici potest in pauperis filium, quare illum occidere voluisset, quam *in* ipsum pauperem, quare conscius esse videatur, cum utrique causa fuerit simultatis? A facultate nihilo minus illa dicenda: potuisse quamvis divitem a paupere occidi; potuisse et conscium esse patrem filio, immo non potuisse *esse* non conscium. Nam a summo ad imum omnia necesse erit esse permixta. Item ex ceteris locis experire.

32. Illud fortasse in aliis causis ante oculos esse debebit, quis sit ille qui conscientiae reus esse dicatur. Si enim erit remota persona, poterit fortasse defensionem eius omittere, cui conscius dicitur, et satis habebit se tantum defendere, quare non conscius fuerit. In hac quidem causa uterque purgandus est, quia pater est et filio conscius dicitur; nec potest conscientiae crimine liberari, si quidem ille fecisse credatur, et si possit causam suam separare pater, non debeat, quia et filium suum debet velle purgatum. Ergo per singulos locos utrumque pariter exequemur. Nam et eadem similiter in defensione et in accusatione ex singulis locis argumenta sunt, quae ad utrumque pertinent, et ad filium et ad patrem. Ergo divisio haec erit: a probationum petitione: an ex suspicionibus neque filius, quamvis occisus est, neque ipse pater tanti sceleris reus debeat fieri, et ex suspicionibus inimici divitis post tormenta et acerbam quaestionem. A voluntate: an non sit dubitandum, quin inscio patre inimici filium inimici filius occiderit; an quod dicantur inimici, non satis ad argumentum caedis debeat valere, neque animus pauperis ex divitis facto debeat aestimari, ut, quia ille inimici filium occiderit, hic quoque caedem per filium suum fecisse videatur. A facultate: an potuerit filius pauperis divitis filium occidere, tot comitibus semper et ubique tutum. Nam illud utique non negabit se conscium fuisse, si ille occiderit: sed in hoc stabit, illum non occidisse. A summo ad imum est a parte accusatoris, quod non compareat divitis filius. Ad hoc derivatio necessaria ex pauperis parte erit illa nimirum, quod dicat non se praestare debere rationem, quid factum sit divitis filio, ac fortasse illum a patre ipso remotum ab oculis, ut illa occasione

---

1 quid *P*: quo *B* 3 si *P*: sed *B* a *om. B* 5 quod *P*: ut *B* 8 et ea ex *B* 9 nam a *Stanger*: Nam *B*, A *PC* 10 in *add. P* 11 simultatis *B*: simultas *PC* 13 et potuisse *Christ* esse *om. B*, non esse *PC* 15 experiri *Bv* 16 debebit *Stanger*: debuit *Bv* cui *Christ*: qui *Bv* 26 erit *Christ*: erit et *Bv* ad probationum petitionem *B* 29 dubitatum *B* 39 fortasse *P*: forte esse *B*

p. 272. 273 C.

in perniciem inimicorum suorum posset operari. | Aliud signum criminis ponitur ex parte contraria, quod taceat. Hoc enim dicitur indicare et filii facinus et suam conscientiam. Ad hoc derivatio erit pro utroque coniunctim: non hoc esse aut facinoris aut conscientiae signum, sed quod condicionem suam atque humilitatem et potentiam divitis pauper cognoscat, ac nequaquam adversus eum ut vi experiatur, tantum *sibi* licere existimet. *A* verisimili probatione poterit pauper haec dicere: si caedes illa a filio per conscientiam ipsius fuisset admissa, non se fuisse taciturum, neque ex silentio suo posse esse suspitionem.

33. Etiam ille modus est duplicis coniecturae, qui a Graecis *συγκατασκευαζόμενος στοχασμός* dicitur, ideo scilicet, quia una eademque actione duo pariter efficienda sunt et probanda. Id fit, cum vel ipsa res, quae causam criminis dicitur attulisse, in dubium devocatur, *vel* alia coniectura probanda est, ut in illa controversia: 'Quidam retulit ad uxorem, an filiam communem dare deberet in matrimonium pauperis filio. Illa respondit, ante morituram puellam quam illi esse nupturam. Nihilo minus ille despondit pauperi puellam. Sub die nuptiarum virgo ambiguis signis cruditatis et veneni periit. Ancilla matris familias a domino torta negavit se quicquam de veneficio scire, sed dixit adulterium cum petitore virginis et cum matre familias fuisse. Ream facit maritus uxorem veneficii.' In hac causa duplex coniectura non esset, si de adulterio confiteretur. Sed quoniam, cum adulterium causa veneficii dicatur, mulier de adulterio negat, idcirco fit duplex coniectura: et de adulterio [quippe coniectura] aliter argumentandum est et de veneficio. Sed quem in locum incidat alia coniectura, dubitare non possumus, si meminimus loci voluntatis. Hoc igitur loco inferemus coniecturam a probationum expetitione: an non levibus argumentis, sed manifestis probationibus rea parricidii fieri debeat, an mater, an vero et gravissima scelera quamvis tenuibus argumentis erui debeant. A voluntate: an incredibile quod mater familias voluerit occidere: an credibile potius propter adulterium, quod matri cum petitore filiae fuerat. Hoc statim loco exoritur alterius coniecturae initium, qua refellit mulier quaestionem et negat adulterium esse commissum, contenditque hoc prius probari oportere, ut valeat in argumentum sceleris alterius. Ergo in hoc et adulterium comprobandum est et adtingendi fortasse etiam superiores loci. A summo ad imum illud urgendum est, quod ancilla in tormentis confessa sit.

---

1 aliud dignum *B* 4 esse ut facinoris *B* 6 sibi *addidi* existimet *nos*: erit. Et *B* 7 A *add. P* illa filio *B*, *em. C* 13 vel *om. B*, aut alia *PC* 14 controuersia quidem. Retuli *B* 17 crudelitatis *B*; *cf. p. 332, 22* 23 quippe coniectura *nos inclusimus;* duplex coniectura, et de adulterio (quippe coniectura aliter argumentandum est) et de veneficio *distinxit Capp.* 24 incidit *Bv* 25 *malim* meminerimus loci *P*: quo loco *B*, *fort.* de loco 26 coniecturam, quae ad probationum expetitionem a non leuibus *B* 28 debeat *B* 29 an incredibile quod materfamilias uoluerit occidere: an credibile quod materfamilias uoluerit occidere: an credibile potius *etc. B* 31 qua refellit *nos*: quare fert *B*, quare refellit *C* 32 probare *Bv* 34 superioreis *B*

p. 273. 274 C.

34. Adversus hoc ex parte mulieris est derivatio, an tormentis non te mere credendum. In quo loco ille communis de fide tormentorum locus, an eo minus credendum quaestioni, quod ipsa inconstantia indicio sit fidem non adesse, cum de | alio quaesitum, de alio illa responderit: an vero eo magis fides adsit, quod hoc dixerit, cum de alio quaereretur, *quoniam* quae finem cruciatibus suis mendacio quaereret, de eo utique dictura fuerat: an ideo dixerit de adulterio, quod conscia poterat esse, vel non poterat conscia non esse fortasse: nam de veneficio celari potuit. Hinc revertendum ad cetera argumenta, quae pertinent ad crimen veneni. Probato enim adulterio dicemus adesse causam veneficii; nec dubitandum iam quin filiam mater occiderit. A facultate non magna quaestio: an venenum vel potuerit habere vel filiae *dare*. A summo ad imum: an, cum referente ad ipsam marito tam abrupte responderit ante puellam esse morituram quam illi nupturam, non dubium sit eo animo ab illa filiam occisam, quo istud est dictum. Hic derivatio ex parte mulieris: an ideo dixerit, quod indignum illud matrimonium filiae iudicaret et profiteretur, quantum in se fuisset, non passuram. Aliud a summo ad imum: an, quod non alia die quam pridie nuptias ipsas virgo perierit, res indicet illam veneno periisse. Tertium illud a summo ad imum, quod veneni signa apparuerint in corpore. Adversum haec derivationes: an fati incertum ad culpam matris non debeat pertinere, quod illa *die* perierit; et causa illa sit, quare illa die perierit, quod ex metu nuptiarum valetudo contracta sit, unde et cruditas fuerit, cuius signa illa fuerint, non veneni. Habet fortasse mulier aliquid ex verisimili probatione, ut scilicet nec dicturam fuisse quicquam nec id facturam, ut *sub* die nuptiarum occideret filiam, cum alius quilibet dies minus suspicionem sceleris excitaret.

35. Hoc modo ex causa duplex coniectura est, sed diximus duplicem *et* ex signis criminis fieri. Dicemus igitur et huius exemplum: 'Dives adulescens iuravit futurum ut tyrannidem occuparet. Alter adulescens iuravit contra futurum ut illum occideret, si tyrannus esse coepisset. Hic altera die occisus est et inspoliatus *inventus: reus* est ille adulescens adfectatae tyrannidis.' Hic duplex coniectura de signo criminis est facta, quia signum criminis est admissa caedes et securitas sceleris de caede quaesita: et e contrario illo negante de caede, hoc ipsum alia coniectura probandum est. Ergo persequemur hanc causam isto modo. Erit probationum expetitio, de

---

2 ille de fide communis *BP* 4 quaesitum et alio *B* 5 direxit, cum de aliquo *B* quoniam quae *nos*: quae *B*, quo *P*; nam quo (*vel* alioqui quo) *coni. Capp.* 7 ideo *P*: ideoque *B*, *fort.* ideo quid poterit *B* 8 celare *Bv* 9 crimen ueniae, probationi enim *B* 10 dicimus *Bv* 12 dare *om. B*; filiae offerre *PC* referente ab ipso *B* 13 abrupte *C (in notis)*: abrupta *B* 14 *malim* sit dictum 16 illud matrimonium *nos*: illum matrimonium *B*, illum matrimonio *PC* 18 ipsa *Bv* periret *B* indicat *Bv* illa *B* 20 fati *P*: ficti *B* 21 die *addidi* illa fit *B* 25 sub *add. Stanger, coll. p. 331, 17 et 332, 18* 28 et *addidi* 30 Hinc *B* 31 occisus est et spoliatus est ille adolescens *B mance*, occisus inuentus est et inspoliatus; ille reus est (*om.* adolescens) *PC* 33 amissa caedis *B* 34 coniectura *P*: contra *B*

qua iam in superioribus satis docuimus; deinde a voluntate eadem illa quae in altero divite adulescente, de quo supra disputatum est, et a facultate; | deinde a summo ad imum: an non dubium quod adfectet dominationem, qui etiam ipse id sit professus; an eo magis dubia res non sit, quod etiam iuraverit; an adeo manifesta res, ut ille illius amicus et conviva non dubitaverit eum vere iurare; an quod etiam ex adverso ipse iuraverit, quo furorem eius infringeret. Et horum derivationem faciet ille fortasse, ut dicat inter epulas et vinum iocum fuisse inanisque terriculas adversum amicum meticulosum. E contrario: an eo magis credendum, quod post vinum effuderit, ut ferme adsolet fieri, quod sobrius continebat.

Sed iam perventum est ad illam quaestionem, ex qua duplex fit coniectura. Signum enim tyrannidis adfectatae hoc iam loco est, quod ille, qui ex adverso iuraverat, occisus et inspoliatus inventus est. Quae res indicare videtur ab isto et certam ob causam interemptum: sed in dubium devocatur, negante illo a se peremptum. Ergo hic reddenda coniectura de caede: quoniam ille contendit de homicidio primum quaeri oportere, dicendum inquisitione levioris criminis moram fieri periculis publicis non oportere, sed de utroque simul posse constare. Et fortasse non est eundum per singulos coniecturae locos ab initio, sed statim adripienda ea quae sunt a summo ad imum: an cum eadem nocte, qua inter eos fuerat illa contentio, caedes fuerit admissa, non dubium fuerit a quo admissa. Aliud a summo ad imum: an ideo manifestum scelus, quod ille inspoliatus sit inventus: quae res indicet animam eius solam petitam ab eo scilicet, cuius intererat ut ille moreretur. His atque huiusmodi dictis, quae ad caedis crimen pertinent, memores esse debebimus institutae actionis et caedis approbationem atque adfectatae tyrannidis colligere, ut dicamus, dum de caede constet, constare etiam de tyrannide. Iam si qua habebit ille dives adulescens ex verisimili probatione ponentur, velut si dicat: 'non dixissem, si tyrannidem adfectarem': aut 'non eadem nocte occidissem, si eram perempturus'.

36. Diximus supra in omnibus anticategoriis duplices esse coniecturas: sed *ex* ea specie non modo tum erit duplex coniectura, cum se aliqui invicem accusabunt, sed etiam cum in mortuum aliquem retorquebitur crimen, qualis est controversia: 'Novercam filio medico superduxit; habebat filium et noverca: hic in languorem incidit. Desperantibus cete|ris me-

---

2 de qua supra *Bv* 3 deinde ut a summo *P vitiose, unde C* deinde et a s. 5 ille amicus, illius amicus *B*, ille amicus illius *PC* 7 ut dixit *B* 8 locum fuisse inanis quae terricula *B* 11 Sed etiam *Bv* 13 iurauerit *Bv* 15 negante enim illo *B* reddenda] *cf. ad p. 322, 1* 17 periculum *B* 19 ab initio *B*: ab eo initio *PC* quae sunt a s. ad imum] *τὰ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους. Quae verba significant varias rei adiunctae circumstantias:* adiuncta *vocat Tullius.*' Capp. ab summo *B* 21 caedis fuerat *B* a quo ammissa *B* 25 institutae *C*: iusticiae *B* 30 anticategoricis *B*, *haud scio an recte, scil.* causis, *et sic infra quoque* dupliceis *Bv* 31 ex *om. B; cf. p. 334, 5* 33 est illa controuersia *PC* *fort.* Quidam nouercam *vel* filio medico quidam Nouerca filio medicum superdixit, habeat filium. Et nouerca hic in languorem incidit *B*, Novercam filio medico superduxit (*scil.* aliquis); noverca in languorem incidit *C*, *P etiam corruptius*

p. 276 C.

dicis obtulit et privignus mulieri potionem, quam diceret salutarem: novercа accepit. Altera die eadem se medico credere professa ait venenum esse: privignus hausit et periit. Ream facit maritus mulierem veneficii.' Hic non est quidem anticategoria, quia se non invicem accusant, qui in iudicio consistunt: ex anticategoriae tamen specie duplex coniectura est pari modo et in anticategoriis solet fieri. Pater iste et novercam accusat et filium suum defendit, in quem crimen retorquetur quodammodo: sed quaestiones singulas persequi non necesse est. Rationem enim divisionis huius ostendimus in simili supra causa, quae est inter captivam et novercam, in qua docuimus per singulos locos et accusationem et defensionem esse permixtam. Hic quidem plenior causa est, quoniam a summo ad imum et a ceteris locis habet quaestionem, cessante, ut diximus, primo illo, qui est probationis expetitio.

Scire debemus etiam illas causas duplici coniectura necesse esse tractare, quae tales incident, quales de adulterio esse possunt: ubi nonnumquam argumentandum est duplici coniectura, quae in utrumque adulterum spectat per singulos locos causae: non solum an ille voluerit, sed etiam an illa; neque solum anne facultatem corrumpendi habuerit ille, sed etiam an illa peccandi. Et deinceps ex ceteris locis argumenta in utrumque promenda sunt: in quo facile est intellegere quid velim, ut scilicet accusator non separatim per singulos locos in adulterum causam ordiatur, sed ut ex singulis locis in utrumque pariter argumenta colligat. Si qui requirat, quid putemus ex altera parte faciendum, melius erit fortasse, ut isti de adulterio separatim defendantur: nisi eos coniungat defensio, quos etiam conscientia iunxisse videatur.

37. Haec fere sunt de duplicibus coniecturis. Verum coniecturam esse diximus, cum quaereretur an factum quid esset: necessario addendum est interdum accidere ut sit coniectura, tametsi constet aliquid esse factum. Si non voluntate factum probetur, necesse erit lege defendere, qualis est illa controversia. 'Quae per furorem acta fuerint, irrita sint. Noverca cum furere videretur, arrepto gladio privignum suum occidit; rea est caedis.' Hic non abnuit mulier esse occisum privignum: tamen est coniectura, quia *quaeritur*, id quod fecerit voluntarium facinus, an potius fortuito instinctu furoris admissum. Ergo divisio est per coniecturae locos. Sane etiam illud scire debemus, huiusmodi causas habere mitiorem ex scripti et voluntatis locis quaestionem. Nam cum illa lege nitatur, qua dicat ream se esse non oportere, cum lex irrita esse praecipiat, quae facta sint per furorem, prima erit quaestio ex scripto *et* interpretatione scripti, quia contendit

---

1 mulieris *B* 2 se medico *B*: se alii medico *PC*; *fort.* se suo medico 3 ueneficio *B*, *fort.* de ueneficio 4 anticategorica *B* 5 anticategoricae *B* 6 et in] *an* atque in? anticategoricis *B* 7 quodammodo *nos*: hoc iam modo *B*, hoc modo *PC* 9 supra ostendimus in simili causa *PC* 10 in qua *B*: in quo *PC* 14 tractari *mahm* 20 facile sit *Bv* 22 collidat *B* si quis *PC* 30 acta fuerit, irrita sit *B* 32 annuit *B* quia quaeritur *nos*: quia *B*, an *PC* 35 mitiorem *B*: mixtam *PC* scriptis *B* 38 et *add. P*

accusator legem illam pertinere ad leviora delicta aut nec delicta. Fortasse | poterit esse firmamentum etiam ex verbis ipsius legis, quibus significetur eam non ad crimina pertinere, quando non impunita esse praecipiat quae facta sint per furorem, sed irrita. Post haec discessus coniecturae est. Et sane nos fugere non debet, quod cessat in huiusmodi causa locus primus, qui est probationum expetitio, quoniam de facto nulla dubitatio est. Erunt ergo argumenta ex loco voluntatis, an noverca privignum occiderit et ob eam rem furorem simulaverit, cum spem defensionis haberet ex lege. A facultate quaeretur, *non* an potuerit occidere (absurdum enim quaerere, an potuerit facere quod fecerit), sed an potuerit imitari et mentiri furorem. A summo ad imum: quod non alium potius occiderit, quod neminem omnino praeterea attigerit, et quod occiso privigno statim finem simulatae amentiae fecerit. Quae omnia argumenta sunt non casu occisi privigni, sed occisi voluntate atque consilio. Et superior controversia ostendit aliquando in coniecturam incidere, ut diximus, et a legalibus statibus quaestiones.

Alio modo idem accidit, sive per illum locum coniecturae, qui est absoluti iuris, sive per derivationem, quale est illud exemplum: 'Exulem intra fines peremit, qui se dicebat tyrannidem indicaturum. Exorta dominatione eademque finita reus postulatur conscientiae.' Hic cum descensum fuerit ad signa criminis, quae sunt ex loco a summo ad imum, utetur reus iure absoluto vel derivatione, ut dicat legi satis factum, cum exul intra fines fuerit occisus: set occurretur ab accusatoris parte interpretatione scripti, ut scilicet dicatur lex non ad omnes exules pertinere, et minime ad eum, qui bono publico intra fines fuerit, ut tantum mali in publicum proderet: sic tamen, ut accusator revertatur ad causam coniecturalem, quare hic legi | non satis fecerit, sed sibi caverit interficiendo eum, qui erat non solum tyrannum, sed etiam tyranni conscios indicaturus.

38. Circumscriptionum actiones sunt qui putant finitivas esse,

---

1 accusator *P*: ac causatur *B* aut nec delicti fortasse poterit *B*, aut nec delicta fortasse. Poterit *C*; *malis tamen* aut ne delicta quidem. 3 praecipiet *B*, *om. C* 7 nouerca priuignum occiderit et *B*: *om. PC* 9 quaeritur *Bv*, *em. Stanger* non *add. C* 10 quod fecit *malim* 12 omnino *nos*: imo *B*, unum *PC* et quid *B* 15 in coniectura *Bv* occidere *B* 16 quaestionis *B* 17 accidet *PC* qui est *nos*: id est *Bv* 18 absoluti iuris] '*statum intelligit* qualitatis absolutum, *ubi quis aliquid a se factum fuisse legitime contendit, et merito addit* sive per derivationem; *tunc enim reus ita se defendit:* ideo exulem illum occidi, ut legi de exulibus intra patriae fines repertis satis facerem, non vero ut eum qui tyranni conscios indicaturus esset de medio tollerem. *Ubi vides* ius absolutum, *sive petitam ex ipsa lege defensionem, cum* derivatione, *quam Graeci rhetores μετάθεσιν τῆς αἰτίας vocant, permisceri*'. Capp. Exules intra finem peremit quis dicebat *B* 20 postulatur *nos*: imperator *B*, impetitur *PC*, *possis etiam* instituitur 21 ut detur *B* 23 set *nos*: et *Bv* 24 ad eum qui bono publico *C*: ad eos qui bono *P. B*, *fort.* ad eos, qui b. p. i. fines fuerint, ut .. proderetur 25 fuerit *P*: fuerit occisus *B* perderet *B* 26 accusator *B*: *om. PC; subaudiendum esse putabat Capp. in adnot., editione Basil. non cognita* ad quaestionem coniecturalem *auctor alias dicit* 29 finitivas esse] '*i. e. pertinere ad eum quaestionis oratoriae statum, qui* definitivus *appellari solet, quia in eo agitur de nomine, quo res vel actio vocanda sit*'. Capp.

p. 278. 279 C.

ut quaeratur quid sit circumscriptio, sed videntur errare. Non enim fere accidit, ut definiendo quaerendum sit, quid sit circumscribere: sed magis erit fortasse coniecturalis quaestio, an illud quod factum est, circumscribendi voluntate sit factum; ut in eum reum non solum ex ceteris locis, sed etiam a summo ad imum, ex his quae erunt facta, probationes et argumenta ducantur, quare voluntate circumscribendi fecisse videatur. Sed ut non sit coniectura, magis erit iam absolutae qualitatis status quam finitivus. Inspiciamus hanc causam: 'Liceat ex ancilla filios suscipere legitimos. Qui habebat ex legitimis nuptiis filium, alterum ex ancilla suscepit. Lex erat, ut patrimonium commune divideret qui esset maior ex fratribus, eligeret minor. Posuit maior natu ex altera parte matrem fratris, ex altera patrimonium. Elegit ille matrem et reum facit fratrem circumscriptionis.' Hic non utique quaeritur quid sit circumscribere, sed aut ex his, quae facta sunt, argumentum trahitur circumscribendi voluntate fecisse, in quo erit coniectura: aut erit iuris absoluti, ubi de iusto et aequo et bono quaeritur: vel compensatio, ut causam querellae non habere dicatur, qui et libertatem habeat et civis sit et matris suae libertatem fuerit consecutus. Plerique sic habent, tamquam sit commune coniecturae cum ceteris statibus, quod dicatur propria eius esse negatio, quoniam et ille, qui finitiva quaestione defenditur, quia rem profanam de loco sacrato sustulerit, neget se sacrilegum esse, et rursum ille, qui accusatur laesisse rem publicam quod naves incenderit, neget a se rem publicam laesam. Sed multum interest, quod in coniecturalibus quidem causis negat se reus omnino fecisse, quod arguitur: at in illis causis non illa negat fecisse se, quae crimini dantur, | sed alter negat id ad sacrilegii crimina pertinere, alter negat ad crimen rei publicae laesae.

## DE FINE.

39. Finis est, cum quaeritur, quid sit illud quod in controversiam veniat, aut quo nomine appellandum sit, cum aliquid ex parte sic factum est, ut tamen *non* omnino sit factum: quare Graeci fieri hunc statum dicunt *ἐκ τοῦ λελοιπότος καὶ γεγονότος*. Hoc quale sit, ex subiectis facile intellegemus. Loci huius status: finis, contraria definitio, legislatoris *voluntas,* voluntatis coniectura, qualitas conclusiva. Horum locorum vim ut

---

3 quod factum sit *Bv* 4 in eam rem *Bv*; *emendatio nostra necessaria videtur ob illud quod sequitur* 'fecisse videatur' 5 probatione et argumenta ducuntur *B* 6 ut non *Rangius (in ed. Capp.)*: ut magis non *B* 7 infinitiuos inspiciamus, hac causa *B* 11 ex altera matrem fratris, ex altera parte patrimonium *B*, *em. C in adnot.* 13 quaeretur *et paulo post* trahetur *PC* 15 iuris absoluti (*sc.* quaestio) *Stanger:* uerius absolutum *B*, uerius absoluti iuris *PC* 18 commune — quod dicatur *B*: communis — quae dicatur *PC* 19 negatio] '*status ille vocatur aliquando* infitialis, *v. Quintil. 3, 6, 15 et 32*'. Capp. 23 negat serius *B* 24 at *P*: an *B* 27 DE FINE *om. PC* 30 non omnino *Rangius:* non *om. B*, omnino non *P* 31 λελειπότος *BP* 33 uoluntas, uoluntatis *P*: uoluntatum *B* qualitas conclusiva] '*Hermogeni est κοινὴ ποιότης, i. e.* communis qualitas, *quae pars epilogorum esse solet*'. Capp.

intellegere possimus per aliquam controversiam, accipienda videtur illa ex Graecis: 'Comoediam edere in aliquem sub nomine ne liceat. Quidam edidit comoediam non addito nomine. Cum ageretur, succlamavit populus: in illum dixisti: reus est quod sub nomine comoediam ediderit.' Iam primum hic id, quod initio diximus, animadverti potest, finem fieri, cum ex parte aliquid est factum, ex parte non factum. Nam si in comoedia addidisset nomen, sublata esset quaestio nec relicta defensio: sed quoniam edidit comoediam descriptis moribus, non tamen addidit nomen, finitiva quaestio est, an hoc istud quod lex prohibuerit, nec quicquam intersit, utrum addiderit nomen an cohibuerit, cum intellexerit populus et subiecerit nomen.

40. Locos autem singulos sic persequemur, ut sit finis: an sit sub nomine comoediam facere nomen hominis comoediae inserere. | Contraria definitio: an hoc plane sit comoediam sub nomine edere, sic mores hominis insectari, ut notum sit nomen, quod nihil intersit, utrum ipse pronuntiarit an populus. Tertius locus est ex voluntate legislatoris, nec immerito; neque enim fere finitivus status non aliquam habet societatem cum legalibus. Et hic accusator enim dicit illam voluntatem fuisse legislatoris, ne quis omnino civium laederetur. Reus vero contendit legislatorem hoc voluisse, ne quis facile nominaretur, sed unus quisque moribus suis intellegeretur. Maius in eo est, ut si iste dicatur vel acerbius etiam operatus fuisse, quam lex prohibuerit, cum sic in mores hominis fuerit invectus, ut de nomine nemo dubitaret. Voluntatis coniectura est, an per omnem comoediam ex omnibus omnino personis malitiose et voluntate laedendi sic vitam hominis fuerit persecutus, ut nihil esset quod deesse nomini comoediae videretur, atque ut nihilo minus populus intellegeret quem diceret, et ea voluntate succlamaverit populus, ut fraudem eius arriperet et constitueret illum contra legem fecisse quod fecerat. Nam qualitas conclusiva vel exaggerationem habet facti ex parte accusatoris, vel ex altera parte commiserationem, in qua plerumque ex pragmaticae qualitatis locis multa dicentur, et quid iustum sit pro qualitate facti et quid utile exemplo et quid honestum ad famam, quare id de quo quaeritur quam gravissime debeat vindicari: ex quibus iisdem locis et reus in contrariam partem poterit disputare.

---

1 accipieuda *P*: ac si *B* 2 comoediana *B* edere in aliquem *nos*: aedere in aliqua *B*, alienam edere *PC* 4 suo nomine *B* 6 sic in c. addidisse *B* 7 sublata esset, quaestione relicta *B*, soluta esset quaestio, relicta *PC* 8 finita *B* 9 istud *nos*: isti *B*, fecerit *PC* 10 cohibuerit *nos*: prohibuerit *B*, prodiderit *PC* 12 sit (*post* an) *om. P*, *post* facere *add. C* 15 notum *nos*: non *Bv* 18 legalibus et hic. Accusator *B*, legalibus, ut hic. Accusator *PC* 19 *immo* contendet 21 *malim* ut iste 23 est an per omnem comoediam *scripsi:* est et per omnem causam *B*, est (ut per omnem causam ex omnibus omnino personis) an malitiose *etc. C* 27 quam diceret *B*, quam si nomen reddidisset *PC* et *om. B* 28 constituere *B* *fort.* Iam 30 ex grammaticae *B*; '*Graece τῆς πραγματικῆς, i. e.* negotialis, *quae ad futurum pertinet, ad aliquid agendum refertur; v. Hermogenem de statuum divisione*'. Capp. 33 et *P*: ut *B*

p. 280. 281 C.

41. Finis est aut simplex aut duplex. Simplex, quo de una re quaerimus, duplex aut ex personis aut ex rebus: ex rebus, cum duo sunt crimina, alterum maius, alterum minus. Quare hoc proprium finitivi status, quod fere semper accusator minus excludit et maius inducit, reus maius excludit, inducit minus, ut in illa controversia: 'Quidam de templo sustulit vasa privata et profana. Petitus ad poenam tamquam sacrilegus offert quadruplum quasi fur.' Ex personis autem duplex finis fit, ut in illa: 'Quidam in tyrannide arcem conscendit, tyrannum perempturus: tyrannus fugiens ab obvio occisus est. Competunt praemium, ille qui tyrannum ex arce deiecit et ille qui obvium occidit. Verum quoniam diximus, cum ex rebus duplex esset finis, accusatorem minus excludere, maius inducere, videtur illud addendum, quod aliquando evenit in huiusmodi causa, ut ac|cusator non excludat minus, sed ipsum reticeat et maius inducat, qualis est illa causa: 'Qui virginem vitiaverit, det decem milia: qui depositum violaverit, capite puniatur. Quidam iturus ad bellum *virginem filiam apud amicum deposuit:* virginem sibi depositam vitiavit.' Accusator *non* dicit virginem esse vitiatam, sed hoc reticet et dat alterum crimini; dicit enim depositum esse violatum.

Est finis et ille, quem Graeci *ἐγκρινόμενον* vocant, ut aliud quidem in quaestionem veniat et aliud iudicetur, ut si reus sit sepulchri violati, qui tumulum inanem resciderit. Hic enim non hoc quaeritur, an ille sepulchrum violaverit, sed an illud sepulchrum fuerit. Verum tamen necesse est pronuntient iudices, non an illud sepulchrum sit, sed an sepulchrum ille violaverit.

Fit plerumque ex uno scripto duplex quaestio definitiva, ut si haec causa sit posita: 'Sacerdos purus sit et e puris: patrem suum reum proditionis fecit et optinuit; petiit sacerdotium.' Hic enim separatim quaeritur, quid sit e puris, et separatim quid sit purum. Hoc etsi apud Zenonem positum est, mihi tamen thema huius controversiae non placet.

## DE TRANSLATIONE.

42. Metalepsis, sive illa translatio sive illa praescriptio est (nam de utraque dicemus), alium locum forsitan tenere debeat. Nam qualitas prior est, sed, quoniam illa multifariam in alios status spargitur ac plus disputationis desiderat, differatur. Metalepsis, uno nomine apud Graecos, disparem apud quosdam rationem habet; nam hanc Zeno translationem facit, nonnulli praescriptionem. Non alienum sit ergo, ut dixi, utram-

---

1 quo de *C*: quod de *B* 4 uere *B* semper *B*: *om. PC* 6 poenam tam sacrilegus, affert *B* 7 fit, ut in illa: Quidam *nos*: sit, ut ubi quidam *Bv* 9 competunt *B*: petunt *PC* 11 uideretur *Bv* 13 retineat *BP* 15 virginem — deposuit *supplevit Christ* 16 non *addidimus* 17 retinet *B* dat alterum crimini *nos*: dat alterum crimen *B*, addit alterum crimen *PC* enim *nos*: enim etiam *BC* 19 *ἐνκρινόμενον B, κρινόμενον C, coll. Quintil. 3, 11, 18.* 26 perditionis *B* 28 sit e puris *P*: est patris *B* Hoc sic apud Z. depositum est *B*, *em. C* 33 multifaria *B*, multifaria est *PC* 35 disparem *P*: dispar est *B* 36 praescriptionem] *'Graeci quoque rhetores παραγραφήν dicunt'.* Capp. utrumque *Bv*

que cognoscere. Zeno praescriptivas ait causas scripti et voluntatis esse, metalepsin autem translationem facit. Quae quidem translatio ex iisdem rebus fit, e quibus praescriptio. Nam praescribimus vel ex persona, ut negemus eum esse adversarium, qui contra nos agere possit, vel ex tempore, ut negemus *illo tempore*, *vel ex loco*, *ut negemus illo loco*, *vel ex modo*, *ut negemus* illo modo. | Itidem fit translatio, cum facinus in aliquem et crimen constituimus transferendo: ut, cum ille dicat id factum, quod fieri licuisse contendat, transferamus *a* persona et negemus illi licuisse: aut *a* tempore, ut negemus illo tempore: *a* loco, ut negemus illo loco: *a* modo, ut negemus illo modo. Ceterum haec magis exemplis patebunt.

A persona transfertur, ut in illa causa: ‘Quidam inimicum suum reum capitis a se factum et damnatum ipse occidit, cum pretium eius rei dedisset carnifici decem milia: reus est caedis’. Hic a persona transfertur; concedimus enim licuisse occidi, sed negamus huic occidere licuisse.

A loco autem simul et a tempore transfertur, ut in illa controversia: ‘Adulteros deprehensos liceat occidere. Quidam adulteros deprehendit, alterum occidit, alteri pepercit. Reus factus est, quod non et illam occidisset: sic se defendit, ut diceret per amorem occidere non potuisse. Absolutus eandem postea invenit apud tumulum adulteri flentem; occidit: reus est caedis.’ Manifestum est translationem esse et a tempore et a loco. Quippe accusator occidi illam oportuisse non abnuit, *sed neque illo loco* neque illo tempore occidi licuisse contendit. Loci in translatione hi: praescriptivum praecedens, ipsa translatio, par, maius, a summo ad imum, alia translatio, aliquando et ex parte accusatoris a summo ad imum. Secundum hos locos inspiciamus vel hanc causam, quae supremo posita est.

43. De adultera occisa praescriptivum praecedens est, ut si hic praescribat ei actioni, eo quod neget se reum fieri posse, cum ea mulier fuerit occisa, quam constat occidi ex lege debuisse. Huic oppositus locus proximus, id est, ipsa translatio: immo vero reus fiet, quoniam deburit illa quidem occidi, sed alio in loco, alio in tempore, et occisa sit eo loco et eo tempore, quo non licuisset occidere. Sequitur par, in quo dicit reus nihil interesse quo tempore vel quo loco fuerit occisa; aeque ait illam meritas poenas dedisse. | Deinde est maius: in quo loco ostendit reus magis etiam sibi constare rationem et multo iustius illam peremptam. Bene adiectus locus a summo ad imum. Persequemur enim singula, quare vel magis recte et tunc et in illo loco fuerit occisa, cum su-

---

5 illo tempore — modo ut negemus *om. B, suppletum in P* vel e modo *PC* 6 translatio] ‘*haec est μετάληψις ex parte actoris, idque per ἀντιπαράστασιν, de qua Hermogenes in opusc. de statibus*’. Capp. 7 transferendo] ‘*i. e. utendo translatione, τῇ μεταλήψει*’. Capp. 8 a persona *P*: personam *B* et *C*: ut *B* 9 a *ter om. B, add. C* 20 esse eo a tempore *B* 21 sed neque illo loco *add. P* 24 quando *P, em. C* aliquando, *quod ipsum est in B* alia translatio aliquando, et ex parte *interpunxit C*; *at v. p. 340, 2—5* 27 ei actioni *nos*: et actionem *B*, actioni *PC* posse *B*: oportere *PC* 29 imo uero reus fiet *P*: an uero reus fiet *B*, *fort.* an recte reus fiat 30 illas *B*

p. 283. 284 C.

perstitem adulteri retineret libidinem, cum illum desideraret et mortuum, cum apud tumulum eius lamentaretur et fleret. Hic alia translatio a merito; transfert enim accusator, si vindicanda faciebat, accusari illam debuisse. Et hic transfert a persona illius ad personam iudicum, per quos iam opus fuerit vindicari, cum ille potestatem ex lege sibi datam perdidisset.

Diximus ex accusatoris parte aliquando *locum esse* a summo ad imum, quale est in superiori illa causa. A summo enim ad imum argumentum est, non licuisse illi inimicum suum occidere, quod hoc emendum illi fuerit et tanta pecunia emendum. A modo, quemadmodum sit factum, translatio non fere in fictis causis invenitur. Facile est tamen ex his quae supra scripta sunt perspicere, quid in hac parte intellegi debeat: ut si reus sit aliquis, quod alio modo quid fecerit, quam facere ei licuerit.

44. Iam liceat ad illam aliam metalepsin transeamus, quam praescriptionem a quibusdam diximus fieri. Diximus autem etiam quemadmodum fieret: sed hoc interest, quod translatio est de praeterito, cum aliquid est factum aut ab eo qui non debuerit id facere, aut eo tempore vel eo loco vel eo modo quo facere non debuerit: praescriptio spectat ad tempus futurum, si quis agere postulet, qui agere non debeat, aut illo tempore vel illo loco vel modo, quo agi non poterit.

Loci praescriptionis: propositio scripti, homonymia vel synonymia, deductio generis ad speciem, finis incidens, aliquando a summo ad imum, translativa qualitas, communis qualitas, coniectura. Per hos locos tractemus, si placet, controversiam illam: ‘Pauper, qui duos divites habebat inimicos, peregre profectus. Interea filius eius occisus et inspoliatus inventus est. Accusaverunt se invicem divites caedis: absoluti sunt. Redit pauper et instituit divites reos. Illi praescribunt; lex enim est: de eadem re bis agi non liceat.’ |

45. Propositio scripti est: an, cum lege scriptum sit ut bis de eadem re non agatur, non oporteat hanc causam bis induci, cum iam accusati sint et absoluti. Homonymia est, quid vocet lex actionem: utrum poenam et animadversionem eamque nolit iterari, an ipsam accusationem et defensionem. Nam utrumque horum nomine actionis significatum potest videri, magis etiam, si Graece controversia explicetur, qui δίκην tam poenam quam actionem vocant. Sed nos quoque Latino sermone aliquam multa invenimus huiusmodi, quae universa referre non est necesse, cum iam res ipsa ad intellectum declarata sit. Deductio generis ad speciem est: an cum bis agi lex prohibuerit, non de omnibus rebus id prae-

---

2 a *addidimus* 3 uindicata *B* 7 locum esse *addidi* 8 argumentandum est *Stanger* 12 debet *Bv* 13 quod alio *P*: quali *B* 14 liceat *B*: licet *PC* 16 quum *P*: quare *B* 17 est *nos*: sit *B* 18 eo modo *nos*: eodem modo *B*, eo demum modo *PC* praescripti *B* 20 modo a quo *B* poterat *Bv* 21 omonyma uel synonyma *B*, uel synonymia *om. PC* 28 *malim* licere 31 Omonyma *B* 34 δίκην tam *P*: dicunt ad *B* 35 aliqua *B* 37 sit *P*: nec *B* 38 an *P*: Nam *B*

scripserit, sed de pecuniariis causis aut de his, in quibus minora sunt crimina. Finis est incidens: an actio illud fuerit, an vero conclusio. A summo ad imum est: an, cum absente patre de filio eius acta res fuerit, aequum sit iam admitti patrem regressum, cuius dolor est: an, cum hic pater sit, qui nihil in fortunis praeter filium habuerit: an, cum non ipsius culpa acciderit, quod non statim accusaverit, sed peregrinationis et ignorantiae. Translativa qualitas est: an ne sic quidem iterari iudicium debeat, licet accusatoris persona mutata sit, licet pater postulet. Denique locus omnis translativae qualitatis nihil aliud est quam rescissio loci superioris, ut ille pro accusatore, hic pro reo nitatur. Communis est qualitas: an aequum sit eos ex integro causam dicere, cum, si innocentes sint, absolvi possint, si nocentes, damnari debeant: e contrario, num haec molestia accusationis declinanda sit, et sit iniustum saepius eosdem homines ad contentionem iudicii devocare. Coniectura: an adfines huic crimini sint, quod intenditur, id est an commiserint caedem. Qui quidem locus in omni causa diffundendus est, sed non aperte, verum oblique, ut meminerimus nondum hoc agere nos posse, ne demus adversario potestatem, ut manum nobis iniciat et nos in cursu actionis retineat, cum dicet de hoc ipso quaeri, an caedis agere possimus. Sed non deerunt occasiones, quibus, ut dixi, idem faciamus quasi aliud agentes, ostendendo facile nos crimen probaturos, si impetraverimus ut liceat reos facere. Id ipsum et rei facient, verum pari modo, ut non iam se defendant, sed innocentiam obliqua actione suam praeferentes molestiam actionis tantum se declinare dicant, et quia iudices quoque ratas velle debeant leges et res iudicatas. |

Haec, quae ad praescriptionem pertinent, quamquam ab instituto Zenonis remota, non tamen alienum fuit persequi ex his quae tradidit Marcomannus, ex cuius commentariis haec prope ad verbum translata sunt. Iam sequitur ut videamus quae attinent ad statum qualitatis et ut ad Zenonem revertamur.

## DE NEGOTIALI.

46. Haec supra de translatione vel praescriptione fortasse alieno loco, ut iam dixi, inseruisse videamur, quoniam translationis statum novissimum inter rationales quattuor status feceramus: verum non ex nostro instituto, sed ab aliis factum est, ex ea causa quam supra locutus sum, quoniam

---

1 aut *B*: an *PC* 3 est an cum *P*: tantum est *B* 4 iam *nos*: an *B*, *om. PC* amitti *B* cuius hic dolor est *B* an, cum hic pater sit, qui nihil in fortunis praeter filium habuerit; an *scripsimus*: tantum hic pater est, qui nihil importunius praeter filium habuerit: an *B*, an hic nihil importunius habuerit ad agendum *C* *secundum lectionem interpolatam in P* 5 non cum *B* 6 *fort.* accusaret sed peregrinationis et ignorantiae *B*: *om. PC* 9 rescisio *Bv* 10 hic pro reo nitatur *P*: ille pro eo nititur *B* 11 *malim* an non aequum sit 14 an adfines — sint *P*: an finis — sit *B* 17 nondum hoc agere non posse *B* 18 dicet *P*: scilicet *B*, *fort.* scilicet dicet, *v. p. 346, 2* 19 an caedis *nos*: an caedes *B*, an reos caedis *PC* 26 tanquam *B* 27 Marcomanus *BP*

p. 285. 286 C.

de qualitate, quae media est, pluribus erat disputandum et plura tradenda. Nos videamus iam de statibus qualitatis, cuius primus ex omnibus est, sicut supra docuimus, negotialis. Hic aut legalis est aut rationalis: rationalis, cum sine ullo scripto de aequitate rerum disceptatur, legalis vero, cum aut rogatio fertur aut lex aut praemium definitum petitur. Deliberativae quoque causae in eundem statum cadunt.

Dividitur negotialis legalis legitimo, iusto, utili, possibili, honesto, ita ut et in contrarium ex parte diversa per singulos locos disputetur. Quod enim alter legitimum esse contendit, alter ex eodem loco, si poterit, contendet contrarium legibus, si aut lex aliqua ex diverso repugnabit aut rogatio aut pactum aut foedus aut naturale ius aut mores: contra quae utemur aut negatione aut opposito, Negatio est, ut dicamus non esse contrarium legibus neque naturae neque pacto neque moribus: oppositum est, si fateamur quidem alicui scripto esse contrarium, sed opponamus utilitatem eamque dicamus potissimam esse debere. Aliquando etiam in loco legitimo aliqua erit coniecturalis quaestio, fortasse etiam finitiva.

47. Secundus locus negotialis est, quo quaeritur quid sit iustum. In eo loco est disputatio in legibus simplex, cum quaeritur an iustum sit, ut adulteros deprehensos liceat occidere. In rogationibus vero et praemiorum petitionibus et in deliberativis per eum locum, qui est a summo ad imum, oportebit ire per singula et ex singulis locis | ostendere, quare iustum sit quodcumque dicetur iure tali faciendum esse. Hic incidet status, ex quo defensio erit eius, adversum quem aliquid feretur. Qualis apud Graecos controversia est: 'Deliberant Athenienses an Eleis inferant bellum, cum illi Alcibiaden flagellis verberaverint.' Incidit enim quaestio, an licuerit illis facere certaminis sui iure.

Tertius est locus in negotiali utilitatis. Hic omnem ferme disputationem habet circa rationem futuri temporis; quaeritur enim quid in futurum sit utile. Aliquando in hunc locum incidit coniecturalis quaestio, quale est illud apud Vergilium: 'Deliberat Diomedes, an Latinis auxilium petentibus ferat, quia Aeneas, si Latinos vicerit, in ipsum sua arma versurus sit'.

Possibile ex personis et ex rebus ipsis habet disputationem et occasionem. Locus honesti bene conclusionis et epilogi loco positus est. Cum enim cetera excussa sunt, tunc superest ut de honesti partibus disseramus.

Hi sunt loci negotialis status, in quibus satis erit plerumque docere legitimum quidem esse et utile et possibile et honestum, sed aliquando, ut

---

1 media sit *Bv* 2 nos *B*: *fort.* nunc cuius *C (in adnot.)*: qui *B*, cui *P* 4 rescripto *B* cum *P*: Tum *B* 8 disputentur *BP* 11 pactum *B*: plebiscitum *PC* 12 negatio] '*quam Hermogenes ἔνστασιν vocat*, oppositum, *quam ἀντιπαράστασιν appellat*'. Capp. esse *P*: est *B* 13 naturale *B* neque pacto *om. in ed. Capp.* 15 potissimum *B* etiam *P*: esse *B* 16 coniecturalis *P*: legalis *B* 23 qualis illa apud *Stanger coll. p. 343, 9* 24 Eleis *P*: illis *B* 25 illis] *hic quoque malim* Eleis 26 sui *B*: *om. PC* 29 Aliquando *P*: quod *B* 30 Virgilium *PC* 31 sit *om. B*, *ante* sua *habent PC* 32 et occasionem *B*: *om. PC* 33 locus *om. B*; et locus *add. PC* 34 excussa *P*: ex causa *B* 36 *an* quiddam?

sit honestius. Prius refutabimus adversariorum, dein nostra inducemus. Hoc ita est, ut doceamus primum non esse contrarium legibus, deinde addamus separatim, immo congruere legibus: itemque dicamus non esse iniustum et addamus potius esse iustissimum: demonstremus non esse inutile, deinde utilissimum esse doceamus: pari modo et de honestatis partibus disputemus: quod similiter licebit facere ex parte contraria. Haec fere sunt, quae attinent ad negotialem illum, quem diximus legalem vocari.

48. Rationalis autem negotialis est, ut supra proposuimus, cum sine ullo scripto inter se aliqui de aequo bonoque disceptant, qualis est illa controversia: 'Civitas in tyrannide omne quod liberorum natum fuerat exposuit; vicina civitas collegit et educavit: finita tyrannide petunt patres filios et offerunt alimenta: illi contra dicunt'.

Loci huius status: naturalis iusti, per quem utrimque in hac causa disputari potest; ex parte eorum qui retinent, an naturale sit iustum, ut qui semel filios exposuerunt, repetere non possint; ex parte patrum, an potius naturale sit iustum, ut patres quolibet tempore recipiant filios suos et naturale ius repetant.

Secundus locus est a summo ad imum, per quem *per* singula quae praecesserunt quaeritur, iustumne sit ut petant filios, qui necessitate misera coacti sint exponere.

Tertius erit locus aliquando, non semper, futuri temporis ratio, in quo quaeritur et in futurum an utile sit fieri, de quo quaestio sit. | Deinde sunt loci voluntatis et qualitatis.

49. In causis reddendis voluntariae mortis putatur esse negotialis status rationalis: verum an recte, paulo post viderimus: interim sic putemus, ut quidam volunt. Primae erunt quasi praescriptivae quaestiones, an is qui reddet causas voluntariae mortis, sit sui iuris; an possit ex arbitrio suo mortem impetrare contra dicente patre. Ponunt quidem nonnulli etiam generalem quaestionem huiusmodi: an sola sit causa moriendi debilitas corporis: et rursum, an satis sit ad causam moriendi, cum nemo *mori*, nisi causa sit, velit. Cetera fere per ipsum locum, qui est a summo ad imum, considerantur: an ex his quae acciderant, iusta sit causa mortis. Bene iuxta hoc quod tradidit ius. Superest futuri temporis cogitatio, cum scilicet quaeritur, an illi miserum sit vivere. Spectandam autem maxime voluntatem;

---

1 adversariorum] '*aut addendum aut subaudiendum* τὸ argumenta: *nisi Sulpitius ad Graecorum imitationem scripserit; Graeci enim dicerent:* πρότερον ἐλέγξομεν τὰ τῶν ἀντιδίκων, εἶτα τὰ ἡμέτερα εἰσάξομεν'. Capp. 3 congrue *B*, congruum *PC* 9 sine illo *B* 10 nata fuerit *B* 12 ut offerant *B* alimenta] *i. e.* τὰ τροφεῖα 13 utrumque *Bv* 16 reciperent *B* 18 per quem per *scripsi*: per quae *B*, per *C* 19 peterent *Bv* 21 non semper *B*: *om. PC* 22 *fort.* quaestio est 23 voluntatis et *C*: uoluntariae *B* 24 putantur esse negocialis status, uerum si rationales an recte *B*, *em. C* 27 redderet *B* sit sui iuris *nos*: erit filius *Bv* 28 quidam nonnulli *B*, quidam *PC* 29 quaestionem in huiusmodi *B* 30 satis ea sit *PC* moriendi *nos*: morum *B*, mortis *PC* mori nisi causa sit *nos:* sine causa sit *B*, sine causa mori *PC* 31 mori *add. P* ferre *B* est *P*: et *B* 32 consideratur *BP* acciderant *malim* 34 voluntatem] '*subaudio* docent, aiunt rhetores, *vel aliquid simile*'. Capp.; *immo quaedam videntur deesse, nisi corrigas:* spectanda a. m. uoluntas

p. 287. 288 C.

neque enim quisquam libenter mori postulat. Sed fere erunt huiusmodi hae species, quasi hoc optet et exprobret: alioquin cum agatur, ex ipsa causa aestimandum, id est ex parte diversa considerandum, qua voluntate quis contra dicat, utrum simpliciter et vere, an vero et malitiose et astute. Negotialis status utriusque proprium, quod futuri temporis rationem habet; quaeritur enim non quid factum sit, sed quid debeat fieri.

## DE QUALITATE ABSOLUTA.

50. Secundus status qualitatis absolutus vel qualitas absoluta; utroque enim nomine nuncupatur. Huius loci: finitivum praecedens, quod vicem praescriptionis obtinet; | deinde est locus ipsa qualitas absoluta, quae solvitur ex parte accusatoris aut negatione, ut neget licere, aut opposito, ut dicat, etsi licuerit, non tamen in perniciem oportuisse. Deinde est locus a summo ad imum, quare neque iniuriosa nec criminosa videatur. Ponet et ex sua parte reus aliquando a summo ad imum, cum docebit, quibus ex causis et quem ad modum fecerit singula. Deinde voluntatis coniectura est et qualitas conclusiva. His locis tractari potest controversia illa: 'Pauper orator et dives inimici. Dives fortiter fecit: petivit pauperis oratoris linguam praemii nomine, accepit. Postea contionante illo stetit in contione pauper et flevit: lapidatione facta occisus *est* dives: reus est *pauper* coetus et concursus facti secundum legem illam: qui coetum et concursum fecerit, capite puniatur.'

51. Finitivum praecedens et vice praescriptionis, cum dicitur ex rei parte: concursum facere est populum convocare et turbulenta oratione animos hominum concitare, quorum nihil fecerit pauper. Quod vice praescriptionis est, quia dicitur ex illis demum rebus reum de coetu et concursu fieri oportere, in hunc vero crimen hoc cadere non posse. Deinde est ipsa qualitas absoluta, ut dicatur huic licuisse in contione stare, flere. Huic occurrit, ut diximus, aut negatio aut aliquid oppositum: negatio, ut dici possit: 'non licuit huic flere': oppositum: 'etiam si licuerit flere, non tamen in hunc effectum'. Et sequitur locus a summo ad imum, *quod* fletus ad hunc effectum contenderit. Hic sane fortasse non solum ita avertet hoc crimen a paupere patronus eius, ut dicat ad illum non pertinere, quid fecerit populus, cum ipsi reo praeter lacrimas nihil possit intendi: sed adiciet defensionem populi, ut doceat recte illum fecisse quod fecerit, ita ut

---

2 hoc optet] '*ut moriatur*, et exprobret, *sc. iis, qui eum a subeundae mortis consilio deterrent*'. Capp. 3 aestimandum *C (in adnot.)*: aestimari *B* qua *P*: quia *B* 5 utrumque *B* 9 nuncupantur *B* 13 iniuriosa] *videtur* actio *deesse, quod Capperonnier subaudiri posse censet* 14 uidentur *B* et *deest in C* ex tua *B* 15 et *C*: est *B* 16 conclusiua *P*: conclusa est *B*; 'qualit. conclusivam *Fortunatianus vocat* epilogicam quaestionem, *Hermogenes κοινὴν ποιότητα s.* communem qualitatem'. Capp. 19 laudatione *B* 20 est *et* pauper *add. P* 25 quia dicit *B*, quum dicitur *PC* reus *B* 26 oporteret, et tunc uero *B* 29 huic *P*: hic *B* 30 quod *add. P* 31 solum *om. PC* ita uertet *B* 33 sed etiam *Stanger* 34 adijcit *B*

aperte pauperis quidem causam, sed *oblique* populi agere videatur: in quo erit, de quo diximus, a summo ad imum ex parte rei, an meruerit haec dives. Deinde est voluntatis coniectura, quae quidem in totam actionem dispersa est. Nam et accusator contendet pauperem ea voluntate stetisse in contione et flesse, ut fieret quod secutum est, et patronus contendet nihil illum eius nec cogitare nec sperare potuisse. | Conclusiva qualitas, de qua et supra disputatum est, quid iustum, quid utile, quid honestum, damnari pauperem an potius absolvi.

Verum scire debemus qualitatem absolutam non rationalem esse, sed legalem, si reus se non naturali loco, sed aliqua lege defendet, ut scilicet dicat sibi lege licuisse. Huius erit illa divisio, ut primus locus propositio sit criminis, deinde scriptum, in quo erit qualitas absoluta, ex quo scripto licuisse sibi dicat. Post hos locus erit interpretatio scripti contraria scripto, deinde loci reliqui absolutae qualitatis.

## DE COMPENSATIONE.

52. Sequitur, ut de assumptivae qualitatis statibus disputemus. Quorum unus est compensatio, cum incommodum, quod dicimur attulisse, compensamus vicario commodo. Loci eius: aliquando praescriptivum praecedens, tum propositio criminis, deinde locus communis ex causis, deinde ipsa compensatio, cui coniunctus est locus a summo ad imum; deinde est comparatio, *tum translatio*, tum voluntas et qualitas conclusiva.

Horum locorum *vis* consideretur per divisionem controversiae huius: 'Cum exercitus in proelium frequenter inductus in naves semper refugeret, imperator classem incendit et eductus ex classe exercitus vicit. Reus est laesae rei publicae'. Compensationem esse non dubium, ideo quod, cum dicatur amissione classis laesisse rem publicam compensat incommodum opposito victoriae commodo. Primus locus, praescriptivum praecedens, in hac causa fortasse cessabit: in alia erit, ut dicat reus non in his esse crimen rei publicae laesae, nec posse *se* hoc nomine reum fieri. Quod hinc fortasse non potest dici, quia damno affecta res publica est. Erit ergo propositio criminis, an laesa res publica, quae subsidium classis necessarium amiserit. Hic occurrit locus proximus qui est communis ex causis, cum scilicet dicet reus, non oportere secum tam calumniose agi, ut res ipsa tantum consideretur, cum omnia quae fiant vel facta sint, spectari ex causis suis oporteat, hoc est, ut quaeratur qua

---

1 aperte *P*: hac parte *B* oblique *nos addidimus*, *cf. pag. 341, 16;* latenter *add. P* 2 de *P*: eo *B* 3 tota actione *Bv*; *at v. p. 346, 16* 7 damnare *B*, *em. C* 9 scire *P*: scribere *B* 10 non rationali loco *C malebat* 14 locus reliquis *B* 17 dicimus attulisse, et compensamus uicarios, quomodo *B* 18 rescriptiuum *B* 19 praepositio *B* 20 cui coniectus *B* 21 tum translatio *om. B*, demum transl. *add. P*; deinde *vel* tum transl. *coni. C* cum uoluntas *B* 22 vis *addidi*: tractatio *add. P* 23 in naues *nos*: naue *Bv* 27 commodo *P*: quomodo *B* praescriptiuam *B* 28 in hanc causam fortasse certauit *B* 28 se *addidi* 30 hinc *B*: hic *PC* 32 necessariae miserit *B*, necessariae amiserit *PC* 33 cum *P*: tunc *B* 34 calumniosa *B* 35 qua ex *nos*: quae *B*, qua *PC*

p. 289. 290 C.

ex causa illud quodcumque sit factum. | Cui loco adiuncta est ipsa compensatio, cum scilicet dicit reus illo, quod sibi detur crimini, se victoriam consecutum: quae locum implebit a summo ad imum, omnia persequendo quae ante acciderunt, et quem ad modum *incommodo* incensae classis mutata sit ratio dimicandi, et depulsa infamia fugae victoria evenerit. Sequitur comparatio: quo loco scilicet in contentionem veniunt, et illud quod iniuriae dicitur factum, et illud quod commodi dicitur esse quaesitum, et aestimatur quid utilius rei publicae fuerit. Deinde est translatio ex re, ut dicat accusator, potius aliud fieri debuisse, vel removeri inde classem, vel aliquid opponi, ne eo confugeret exercitus: aut ex persona fiet, ut dicatur non ipsum ex arbitrio suo facere, sed referre ad senatum vel ad populum debuisse. Cui sane loco ex contraria parte habebunt defensiones suas. Respondebit enim reus et cum translatione rei, ut dicat non aliud fuisse faciendum, et cum translatione personae, ut dicat imperatorem se habuisse potestatem per se ipsum consulendi. Iam voluntatis locus est, ut supra docuimus, in totam causam dispersus. Nam accusator quidem dat operam, ut ille voluntate laedendae rei publicae fecisse videatur: reus contra, ut credatur fecisse cupiditate vincendi. Qualitatis conclusivae vim satis supra docuimus.

## DE RELATIONE.

53. Relatio est status, qui hoc habet proprium, quod semper necesse est in aliquem statum praeterea incidere, quod illum, quem accusator defendit, defensor accusat. Loci relationis: propositio criminis, ipsa relatio (hic incidens status est loci eius), deinde translatio, tum voluntas et qualitas conclusiva. Potest in exemplum illius accidere actio illa Ciceronis, quae est pro Milone. Nam hunc statum fecit ipse, cum dixit quaeri, iure an iniuria Clodius fuerit occisus. Relatio est, an iure interemptus sit, cum fecisset insidias; hic incidens status est loci eius coniectura cum locis suis omnibus, per quos scilicet decurrit, ut probet Miloni insidias factas esse per Clodium. Hic illud est, quod supra posuimus: defensor enim Milonis accusat Clodium. E contrario utique accusator Milonis Clodium purget necesse est, ut insidias non ille, sed hic fecisse videatur. Translatio in hac causa cessat. Non potest enim Miloni dici: si te Clodius volebat occidere, ad iudicium illum potius adducere debuisses.

Plerumque autem relationi permixta compensatio est, ut si accusetur Scipio rei publicae laesae, quod Carthaginem solo aequaverit. Hic enim

---

2 *immo* dicet se *P*: seu *B* 3 impleuit *B* 4 incommodo *add. Stanger, cf. p. 345, 27* incensae classis *B*: incensa classis *PC* 5 infamia *B*: spe *Mailley* 6 Quod loco *B* 8 aestimatum *B* 9 ut *om. B* inde *nos*: deinde *B*, *om. PC* 11 fiet *nos*: fieri *B*, *om. PC* dicatur *nos*: dicant *B* referri *B* 17 uidisse uideatur *B* 21 Relationis status hoc habet *PC* 22 quem *P*: quod *B* 24 relatio (hic incidens status est) loci eius; deinde *interpunctum in C* 29 scilicet *nos*: scire *B*, scite *PC* 33 volebat *P*: dicebat *B* 34 illud — debuisse *B* 35 accusatur *Bv* 36 solam *B*

p. 290. 291. 292 C.

relatio est, quia dicit merito illi civitati hoc accidisse, et compensatio, quia dicit bono rei publicae factum. Divi|ditur ergo huiusmodi causa propositione criminis, an laesa res publica, cum tantam amiserit civitatem: deinde occurrit ille locus ex compensatione de causis, an nobis *non* res, sed causa rei sit consideranda: et hic iam sequitur et relatio, quia merito illi acciderit tam infidae civitati et toties rebellanti, *et* compensatio, quia bono populi Romani factum, ne ultra necesse habeat in periculum belli venire. Translatio est in hac causa ex relationis et compensationis locis. Nam cum dicet reus merito illi civitati accidisse, transferet accusator, ita ut dicat, etsi illa merebatur, non ipsum arbitratu suo facere, sed referre ad senatum debuisse. Deinde erunt reliqui omnes loci compensationis: comparatio, coniecturalis voluntas et qualitas.

## DE REMOTIONE.

54. Remotio est, cum reus removet a se culpam in aliquam necessitatem vel in alicuius imperium. Loci eius: propositio criminis, finitivus praecedens, locus communis ex causis, ipsa remotio, cui occurritur coniectura vel qualitate: deinde est translatio: translatio autem *aut* simplex aut comparativa erit; a summo ad imum, ex quacumque parte res dederit et quocumque loco opportunum erit, sive ante *sive post* translationem; deinde est voluntas et qualitas conclusiva. Exemplum potest esse in hunc statum causa illa: 'Imperator militum corpora in proelio peremptorum revehebat in patriam; orta tempestate cadavera abiecit: laesae fit reus rei publicae'. Hic imperatori utique illa defensio est, ut crimen necessitate removeat et avertat, quod dicat abiecisse se illa corpora tempestate cogente. Erit ergo divisio secundum locos, quos supra proposuimus.

Propositio est criminis, an sit laesa res publica, cum tam boni et † vasti milites, quibus deberet sepulturae bonum contingere, in profundum proiecti sint. | Secundum quem proposuimus locum ex causis dividemus, *cum* non possit hic imperator primo loco uti finitivo praecedente vice praescriptionis. Neque vero nos umquam fugere debebit hic locus, si res omnino patietur. Quippe in nulla causa omittenda praescriptio est, quae tenet locum primum, etiam si descensuri sumus ad alias actiones: ut

---

3 an *P*: aut *B* 4 locus communis ex causis *PC* nobis non *scripsi*: nobis *B*, non *PC* resp. sed causa rei *B* 5 et (*ante* hic) *om. C* 6 tam fidae *B* et *addidi* 9 diceret *B* transferet] '*i. e. utetur statu translativo*, *μεταλήψει τῇ κατ' ἀντιπαράστασιν, h. e. per aliquod oppositum, ut supra dicebat Sulpitius*'. Capp. 10 ipsa *B* 12 coniecturalis *C*: coniectura rei *B* qualitas, *scil.* conclusiva, *ut est p. 351, 23 et 352, 17.* 14 remoueat *B* 17 *prius* aut *om. B* 18 e quocunque *B*, et e quocumque *Rangius* 19 sive post *om. B*, *add. PC ante* sive ante 21 causa illa *nos*: causa qua *B*, illa causa *PC* 22 laesae fit reus reip. *scripsimus*: laesit Rempub. *B*, accusatur quod laeserit remp. *PC* 23 Hic *B*: Huic *PC* 24 aduertat *B* agente *BP* 25 posuimus *PC* 26 praepositio *B* boni et uasti milites *B*: boni cines et milites *PC* 28 Secundum — diuidemus *B*: Secundum erit in causa, quam proposuimus, locus ex causis *PC* 29 cum *add. P* hic *P*: hoc *B* uti *P*: ut *B* 31 petietur *B* 32 ut si *B*: Nisi *PC vitiose*

p. 292. 293 C.

si dicat hic imperator, non in his esse crimen rei publicae nec posse dici rem publicam laesam, quae nullum detrimentum possit accipere corporibus abiectis, quae iam commodum afferre non poterant. Deinde erit locus ille, quem diximus ex causis: an nulla res ipsa per se debeat aestimari, sed *ex* causa cur facta sit, ut, si voluntate sit factum, plectatur ille qui fecerit, sin vero necessitate, non veniat ad poenam hominis culpa fortunae. Et statim sequitur ipsa remotio: an culpae imperatori esse non debeat, quod tempestas fieri coegerit. Hic erit iam ille fortasse locus a summo ad imum, cui dubiam sedem feceram. Nimirum enim a summo ad imum omnia persequetur reus: quem ad modum voluerit revehere domum corpora, cum imposuerit in naves, sed necesse habuerit abicere, ut hi, qui incolumes erant quique vivebant et prodesse rei publicae poterant, ex periculo evaderent. Huic occurritur, quem ad modum diximus, aut coniectura aut qualitate: coniectura, si tum possumus negare tempestatem fuisse: qualitate, *si* possumus dicere, etiamsi tempestas fuerit, non tamen rem talem et tam impiam fuisse faciendam. Deinde est translatio, quae in hac causa forsitan cessat, in alia tamen non erit otiosa, si potuerit accusator dicere: 'etiamsi faciendum erat, referre utique ad senatum vel ad populum debuisti, non tuo arbitrio facere'. Sed hanc translationem diximus aut simplicem esse aut comparativam: comparativam autem, ut si dicamus omnia potius reum pati debuisse quam facere quod fecit. Deinde est voluntas et qualitas conclusiva, quarum vim supra iam frequenter ostendimus.

Hic quoque idem illud attendendum est, quod paulo supra in absolutae qualitatis statu monuimus, quod etiam remotio pari ratione legalis est, cum ipsam remotionem reus | mutuatur ex lege: ut si dicat, se id quod fecerit, fecisse legis alicuius imperio. In hac quoque similis erit atque in absoluta qualitate divisio, ut sit propositio criminis, deinde scriptum quo coactum se reus dicit, deinde interpretatio scripti ex parte accusatoris, deinde ceterae quaestiones ex locis reliquis remotivi status.

## DE DEPRECATIONE.

55. Deprecatio est seu veniae petitio, cum de eo, quod intenditur *et* confitemur scilicet, veniam petimus, praetendentes aliquam facti causam, quare possit ignosci. Loci eius: propositio criminis, locus communis ex causis, ipsa deprecatio, a summo ad imum. Occurritur autem deprecationi *aut pari* aut occupatione aut coniecturali voluntate et qualitate conclusiva. Verum hic status non erit satis firmus in gravioribus causis

---

1 Reip. *B*: *immo* reip. laesae 4 an nulla *BP* 5 ex *addidi* 9 fecerat *BP*, *em. Capp.* '*nisi quis forte dixerit verba haec:* cui dubiam sedem fecerat, *esse ab aliena manu*'. 11 naves *nos*: naue *B*, nauem *PC* 14 si tum *nos*: sicut *B*, si *PC* 15 si *om. B*, cum *add. PC* 24 in *B*: *om. PC* 26 mutat *B* 33 et *add. P* praetendentes aliquam f. causam *Stanger:* praecedente aliqua f. causa *Bv* 36 aut pari *supplevit C*

atque criminibus, sed in his, in quibus possit ignosci: velut si reus sit iniuriarum adulescens luxuriosus, quod post cenam aliquem pulsaverit, et praetendat ebrietatem atque hoc nomine petat veniam. Ut autem vim locorum scire possimus, percurramus tractatum *per* ipsius huius exemplum.

Propositio criminis est, an iniuriarum lege teneatur, quod civem pulsaverit. Locus communis ex causis est, an non per se res ipsa debeat aestimari, sed qua ex causa facta sit: ut, si consulto et nocendi voluntate sit facta, severe puniatur: sin vero non culpa hominis, ut sit impune et detur venia: cuius petitio per illa quae sunt a summo ad imum persequenda est: an indigna res venia, cum adulescens post cenam, cum potandi venisset hora, erraverit.

Huic loco occurri diximus tribus modis: pari, ut dicamus nihil facere, ex qua causa hoc fecerit, cum adaeque iniuriam passus sit ille qui pulsatus est: occupatione, ut dicamus additamentum esse culpae, non excusationem, quod praetendatur ebrietas; duplicari enim crimen pulsationis crimine ebrietatis: coniectura, si poterimus dicere *simultatem* nec ebrietatem in causa fuisse: cui cohaeret voluntas coniecturalis, ut dicamus licentiae voluntate pulsatum. Qualitas conclusiva est, qua, ut saepe iam diximus, in epilogo vel exaggeratur culpa vel extenuatur. |

56. Quoniam fere omnia videmur tradidisse, quae de rationalibus statibus videbantur esse tradenda, non est ab re aliquid de his controversiis tradere, quorum de statibus plerumque dubitatur.

Ingrati actiones quidam finitivas arbitrantur, quasi quaeratur quid sit ingratus, sed errare isti videntur. Non enim ratio *a* nominis definitione pendet, nec quaeritur quid sit ingratus, sed errare dicitur ille qui reus est. Neque vero contra reus ita defenditur, ut et ipse definiat quid sit ingratus, sed utitur ferme aut remotione, ut neget se eam gratiam referre potuisse, aut compensatione, ut dicat nec illi ipsi expedire, aut illi oportuisse gratiam reddi. Utetur fortasse et absoluta interim qualitate, non uti licuisse sibi dicat, sed illo modo gratiam reddi non oportuisse contendat. Erit igitur divisio in huiusmodi causis, ut sit propositio criminis a summo ad imum, quibus commemoret accusator, quae beneficia praestiterit, quibus iuverit, quem ad modum † non potuerit intrare. Deinde erit responsio ex eo statu, quemcumque illum suggeret causa secundum locos status ipsius.

57. Cum quis de moribus reus fit, propemodum status est absolutae qualitatis; neque enim dubium est lege nulla vetari, quod lege nulla accusatur. Porro autem in qualitate absoluta dicimus licitum, quod inten-

---

4 tractatum per ipsius huius (*sc.* causae) *nos*: tractatum ipsius. Huius *B*, tractatum ipsius per controversiae huius *PC* 7 existimari *PC* qua ex *nos*: quasi *B*, qua de *PC* si *om. PC* 8 sin uero non culpa hominis *B*: si uini culpa, non hominis *PC* 9 Cuius petitio *B*: Deprecatio *PC* 10 *malim* an non digna cum potandi uenisset hora *scripsi*: cui pax uenit horae *B*, cui parum uini *P inepte* 12 dicimus *PC* 16 simultatem *supplevimus* 18 licentiae *B*: nocendi *PC* quae, ut *B* 24 ratio] *Capp. proponit in adnot.* actio, *sed ipse dubitans num haec emendatio necessaria sit, cum* ratio *causativum litis, seu id propter quod res in iudicium devocatur, significare possit.* a *addidi* de finitione *BP* 25 errare *B*: ingrate fecisse *PC inepte* 26 contra reus ita *nos*: contraria *B*, contra reus *C* 28 potuisse ad compensationem *B* illi ipsi] *'actori sc. seu accusatori'* Capp. 29 reddi. Utetur *C*: reddi dicetur *B* 33 quibus innuerit *B* non potuerit intrare *B*: non potuerit iuuare *P*, potuerit non iuuare *C parum probabiliter; ne praecedens quidem correctio* quibus iuverit *satis certa videtur; ipsi tentavimus:* quemadmodum oportuerit gratiam reddi 34 illum *B*: *fort.* illa suggerit *B* 35 ipsius, cum quis *B*; *recte verba distinxit C* 36 sit *B*

p. 294. 295. 296 C.

ditur, et ex eo quaestio eo pervenit ut quaeratur, an oportuerit id fieri. Quod cum oportuit fieri, utique ad crimen morum non pertinet. Potest huiusmodi causarum et illa esse divisio ex negotialis status locis, ut quaeratur an legitimum sit id quod factum est, an iustum, an utile, an honestum. Ex his enim poterit aestimari, an peccatum moribus fuerit, | non tamen ut statum negotialem esse dicamus, sed absolutam potius qualitatem, ideo quia de facto quaeritur, non de futuro deliberatur. Et, ut dixi, absolutae qualitatis est proprium, ut quaeratur, recte an perperam sit factum.

58. Cum causas mortis voluntariae reddit, putant quidam negotialem statum, quia quaeratur, an ille debeat mori, et quaestio quasi tota sit de futuro: sed si hoc est, et in iis causis, in quibus reus est aliquis, negotialis esse videatur; quaeritur enim et ibi, an debeat ipse damnari. Hic porro de praeterito omnis est quaestio; ex his enim quae praecesserunt aestimandum est senatui, an petenti dare debeat moriendi potestatem. Videamus *num* rectius putemus statum huiusmodi controversiae ex eo quod contra dicitur proponi. Nam huiusmodi causae eandem naturam habent quam illae, ubi accusator et reus ex diversis partibus consistunt. Nam et qui causas mortis voluntariae reddit, accusator quodammodo suus est, et ille defensor, qui contra dicit. Inveniemus igitur aut remotivas esse huiusmodi causas aut deprecativas aut quasvis potius quam negotiales.

59. Abdicationum quoque causas negotialis status quidam arbitrantur, quoniam quaeratur an quis debeat abdicari. Sed hoc tale est, quale et de quo supra locuti sumus. Ergo invenientur hae causae iuridicialium statuum, ut sit aut qualitas absoluta aut adsumptivi alicuius; frequentissima tamen deprecatio, quoniam actio est contra patres. Generales quidem quaestiones quasdam in abdicationum causis esse scire debemus: ac prima illa quasi praescriptiva est ex patrum parte: an patres ex lege habeant abdicandi potestatem, an possint liberi contra dicere, et an illis relicta sit contra dicendi potestas. Etiam illa quaedam generalis est quaestio et iam propior causae: an merito abdicetur, qui non fecerit vel non faciat aliquid ex patris voluntate; an vero in quibusdam rebus fas sit non obsequi patris voluntati; neque enim fere abdicatur quisquam, nisi aut voluntatem patris aut alterutrum parentem impugnare dicatur. Deinde cum perventum fuerit ad speciem, hoc est, ad id quod criminis loco obicietur, incipiet ex defensione nasci status, qui locis suis erit persequendus. Sed ne | abrupte videamur negare negotialis status umquam esse causas abdicationum, erunt aliquando fortasse illo modo, si non ob factum aliquod suum abdicabitur filius: nam ille quidem iuridiciali, ut proposuimus, actione *se* defendet, sed fortasse ad illud exem-

---

1 oportuerit *C*: potuerit *B* 2 cum *P*: tum *B* 9 causas — reddit *B*: *fort.* causa — redditur; *C tamen putat* aliquis *cogitatione suppleri posse.* *malim* negotialem esse statum 11 iis *nos*: his *B* in quibus rebus est, a quis negotialis *B* 14 existimandum est *PC* dari *B* 15 num *add. P* controuersiae et ex eo *B* 16 contra *P*: controuersia *B* dicetur *PC* proponi (*vel* poni) *nos*: opponi *B*, exponi *PC* 18 suus est et ille *C*: usus est ille *B* 20 negocialeis *B* 23 hae *deest in C* iudicialium *BP* 24 aut adsumptivi — contra patres *scripsimus*: aut ex sumptibus alicuius frequentissima, tam deprecatio quam actio est contra patres *B*, aut assumptivae alicuius partis; cuius frequentissima tam deprecatio, quam actio est contra C; *in extremis in errorem C inductus est vitio operarum in P* 'quam actio est contra partes' 26 scire *P*: scribere *B* 29 etiam — causae *nos*: etiam illa quae generalis est quaestio, etiam propriori causa *B*, quae etiam illa generalis est quaestio proprior causae *PC* 30 faciat *nos*: facit *Bv* 32 nisi aut *B*: nisi qui *PC* aut alterutrum *P*: in altero utrum *B* 34 *fort.* nasci iuridicialis status 36 negociali statu nunquam *B, em. C* causam *Bv* 37 suus *Bv* abdicatur *PC* 38 iudiciali *BP* se *add. C in adnot.*

plum poterit videri negotialis status. ‘Furentem filium abdicavit, revocavit sanatum, abdicavit rursum furentem.’ Hic sane non est iuridicialis status: neque enim crimina obiciuntur adulescenti, quae ex parte eius erunt perpurganda, sed quasi generaliter quaeritur, an probabilis causa sit abdicandi propter furorem.

60. Iniusti repudii actiones fere erunt relativi status; necesse est enim uti is qui neget iniuste repudium datum, ostendat crimen et culpam, quare merito et recte repudiata esse dicatur.

Iniustae dementiae actiones quaeritur ad quem statum pertineant. Nobis non dubium videtur in huiusmodi causis coniecturalem esse statum, cessantibus sane primis locis a voluntate et ex facultate; neque enim dubium est, quin et nemo velit demens esse, et tamen possit demens esse: set erit omnis quaestio a summo ad imum ex locis insequentibus, quoniam quae in controversia sunt posita, perinde sunt signa dementiae, atque in criminum causis ex eodem loco signa sunt criminum.

## DE SCRIPTO ET VOLUNTATE.

61. Nunc iam ad legales status transeamus, quorum primus scriptum et voluntas, cum alter utitur scripto, alter interpretatur scripti ipsius voluntatem contra ac scriptum sit, id est ** quasi res ipsas opponere. Loci autem eius status: propositio scripti, interpretatio scripti per eum locum, qui vocatur a summo ad imum; huic contrarius locus par, interim et maius; deinde legislatoris voluntas ex utraque parte, deinde finis, deinde translatio, voluntas et qualitas. Inspiciamus vim istorum per exemplum controversiae, si placet, talis: ‘Peregrinus murum ne ascendat. Belli tempore, cum hostes iam murum ascensuri viderentur, peregrinus ascendit in murum et hostes reiecit: victoria facta *fit* reus, quod contra legem fecerit.

Propositio scripti est, an cum lex peregrino interdixerit ne murum ascenderet, teneatur ex lege, quia ascendit in murum. | Interpretatio scripti, an alios peregrinos prohibeat ascendere et pacis tempore vetet ascendere, hunc non prohibuerit, qui ascenderit, ut civitati subveniret, et ascenderit eo tempore, quo iam civitatem hostis intraret, ascenderit denique, ut ex desperatione tanta pacem et victoriam redderet. Facile est animadvertere posuisse nos et illum locum, quem interpretationi scripti adiunximus, eum scilicet a summo ad imum, cum omnia, quae ab isto facta essent quaeque ad defensionem eius pertinerent, singillatim simus persecuti. Posueramus deinde locum, qui par appellatur, an nihil intersit quo tempore vel qua causa ascendisse dicatur. Sequitur maius, an vel magis etiam inlicitum fuerit belli tempore id fieri, quod prohibitum est, ut adversus belli pericula caveretur. Deinde est legislatoris voluntas, quid senserit ille qui legem ferebat. Id quidem raro quaeritur separatim, sed saepius cum ipsius scripti interpretatione permixtum est: utrum prorsus peregrinum non admittendum

---

2 iudicialis *BP* 7 utilis *B*, ut is *PC* ostendet *B* 8 esse dicatur *P*: Quaeritur *B*; *an* esse uideatur? 10 statum. Cessantibus *Bv* 12 set erit omnis *nos*: merito omnis *Bv* 18 alter — scriptum sit *C*: alter contra interpretatur scripti ipsius uoluntatem scriptum sit *B* 19 *malim* scriptum est id est] *hic aliquid deesse sensit C, ipse supplens* id est scripto nititur, conatur; *ad sententiam sufficere videtur ut scribas:* id est conatur quasi *etc.* 23 qualitas *sc. conclusiva* 24 ne ascendat belli tempore. Cum hostes iam murum ascensuri belli tempore uiderentur *B* 25 ascendit murum *PC* 26 uictoria facta fit *nos*: uictoria facta *B*, uictor fit *PC* 29 peregrinus *B* 30 qui ascenderet *B* 32 est *P*: est enim *B* 33 potuisse *B* adiunxerimus *Bv* 35 sumus persecuti *Bv* posueramus *B*: posuimus *PC* 36 par] ‘*vulgo* argumentum a pari’. Capp. 37 maius *P*: magis *B* etiam licitum *B*

in muros esse censuerit, an non admittendum eum, qui perniciosus esset futurus. Sequitur finis, anne sit iste peregrinus, qui praestiterit operam optimi civis. Est et translatio, ut diximus, an, ut ei liceret hoc facere, auctoritatem publicam repetere debuerit, cum aliter non liceret. Deinde est voluntas, quo animo fecerit. Deinde qualitas conclusiva, quale sit factum. Iam de istis locis duobus ubique incuriosius dicemus, quoniam saepe iam dictum est.

## DE LEGIBUS CONTRARIIS.

62. Legum contrariarum status est, cum duo scripta contraria inter se pugnare videntur, unde et status nomen accepit: et est fere quasi duplex scripti et voluntatis status, quia utrorumque scriptorum interpretatio est. Ergo etiam loci hi sunt: propositio scripti et interpretatio scripti, propositio alterius scripti et interpretatio scripti; deinde utriusque legis voluntas, quae, ut iam supra in altero statu diximus, ad plurimum permixta est cum interpretatione ipsius scripti, aliquando tamen habebit et separatim fortasse tractatum: deinde est finis in utraque parte, qui et ipse aliquando interpretationi scriptorum permixtus est: inde est comparatio vel legum ipsarum vel rerum, de quibus disceptatur: erit aliquando translatio; deinde voluntas et qualitas.

Percurramus hos locos sub exemplo controversiae illius: ‘Qui templum Cereris intraverit, oculos amittat: qui parenti auxilium non tulerit, capite puniatur. Quidam, cum mater eius in templo Cereris vapularet, ingressus est templum, opitulatus est matri: petitur ad poenam lege, quae iubet excaecari eum, qui templum Cereris intraverit’. | Primum illud scire debemus, quod aptissimum erit in causis contrariarum legum incipere ab adversarii scripto, idque ex diversa parte proponere et interpretatione rebusque dissolvere; tum eius legis scriptum proponere, qua nitemur ipsi, tametsi haec lex supererit quodammodo, cum alterius scriptum fuerit interpretatione subversum. Invenio tamen nostrum scriptum non incommode priore loco posse proponi, ut proponamus et certationem, qua utitur adversarius: hoc in eam partem pro nobis erit, quod iam certo nostro iure poterimus scriptum illius interpretatione dissolvere, cum in confessum venerit illud scriptum ad interpretationem descendere. Sed ut sit illa divisio, quam supra coepimus tradere (illa enim magis placet), erit locus primus ex parte accusatoris propositio illius scripti, quo reus nititur: ‘an possit reus fieri, qui legi fuerit obsecutus et matri fuerit auxilio’; huic adiuncta statim interpretatione, an frustra sibi esse putet ex lege defensionem, qui matri tulerit auxilium adversus iniuriam verberum, tunc tamen cum ita res ageretur, ut filio non liceret id facere. Hunc locum a summo ad imum oportebit implere: quis ille locus fuerit * *

Sulpitii victoris institutionum oratoriarum ad M. Silonem finis.

---

3 auctoritatem publicam *nos*: auctoritate publica *B*; auctoritate publica rem petere *coni. C* 5 fecerit *nos*: fuerit *B* 10 utrumque *BP* 11 scripti, siue interpretatio *B* 12 utriusque *C*: utrius *B* 18 hos *P*: quos *B* 21 iubet excaecari eum *P*: iuuet et Cereri et ei *B* 22 intraverit. Quia primum *B*; quia *delendum esse C vidit* 24 rebusque] ‘*quas legislator significare voluerit*’. Capp. 25 cum eius legas *B* qua nitemur ipsi, tametsi haec lex *scripsimus*: quae nitemur. Ipsi tamen etiam haec lex *B* 29 quod *C*: quo *B* 30 ad interpr. descendere] ‘*h. e. benignae interpretationi esse obnoxium, benigna esse interpretatione leniendum*’. Capp. 35 auxilium — non liceret *scripsi*: auxilium, non tamen aduersus iniuriam uerberum: tunc tamen cum ita res ageretur, ut filio liceat *B*; auxilium adversus injuriam verberum, sed tum tantum, cum ita res ageretur, ut filio tamen non liceret *coni. C in adnot.* 37 *Post* fuerit *add. in PC*: Desiderantur caetera de statu legum contrariarum, collectionis et ambiguitatis.

XI.

# PRAECEPTA ARTIS RHETORICAE

SUMMATIM COLLECTA DE MULTIS

## A IULIO SEVERIANO.

*A* = codex Wirzeburgensis saec. VIII vel VIIII.

*E* = codex Ratisbonensis Emmeramus, nunc Monacensis lat. n. 14436 saec. XII.

*V* = codex Victorianus, nunc Monacensis lat. n. 756 saec. XV, a Petro Crinito scriptus et lectu difficillimus.

*C* = editio Caelii Secundi Curionis sive princeps Basileensis a. 1556.

*P* = editio Sixti a Popma, Coloniae a. 1569.

*F* = editio Lucae Fruterii, Antverpiae a. 1584.

1. Forsitan me usurpatorem ardui operis adque inriti laboris, Desideri, fateare, quod hunc libellum ad te de arte dicendi scriptum miserim, cum possis advertere nihil me rhetorum praeceptis adiunxisse, sed quae in ipsis | sparsim legeram, in quasdam sermonis angustias coartasse. Deni- que si haec quisquam digna existimet quae in manus sumat, reperiet ea me de veteribus perstrin|xisse, quibus cotidie ad forensem campum adulescentia inbuta proludit. Quorum si nota vis est, silvescentium videlicet praeceptorum, videri certe possum plura his ademisse quam addidisse: namque veteres ita nobis dicendi praecepta reliquerunt, ut etiam sui nominis sempiternam memoriam propagarent. Ego non ullius famae cupidus, sed inmensi laboris molestiam considerans, certos tibi ad conpendium gymnasii forensis tramites constitui, quos ad memoriam reparandam facili lectione percurreres. Adverti praeterea — videro quid ceteri sentiant — obesse dicentibus rhetoricae artis nimiam disciplinam. Memento tamen non ante tibi haec esse conpendia relegenda quam ingenium tuum multa ac Tulliana arte subegeris. |

2. Oratoriis artibus nemo instrui potest, nisi cui ingenium et frequens studium est. Primum animi sit oportet quaedam naturalis ad videndas ediscendasque res potentia: tum vox, latus, decor, valetudo, frugalitas, laboris patientia. Necessaria deinde orationum frequens lectio est, quae nos exemplo conformet, neque earum modo, sed et historiarum et carminum, ex quibus compositio dicendi non in totum trahenda est. Nam per

---

PRAECEPTA ARTIS RHAETORICAE (rhet. *V*, reth. *E*) SVMMATIM COLLECTA DE MULTIS ACSYNTOMATA (acyntomatos *V*, ACSVMPTA *E*) A IVLIO SEVERIANO *AEV*, Praecepta artis rhetoricae summatim de multis, ac Syntomata, a Iulio Severiano collecta *C*, Aurelii Cornelii Celsi de arte dicendi libellus *P*, Iulii Severiani syntomata sive praecepta artis rhetoricae *F* 1 Iulius Seuerianus Desiderio suo S. Forsitan *F* adque *sic A semper* 2 fatuere *A* ad te miserim de arte dicendi scriptum *P* 4 coarctasse *P* 5 quidam *V* existimet *V*: aestimet *rell.* repperiet *A* 6 de] e *P* cottidiae *A* 7 inbuta *om. E* proluditur *P* uis est si adulescentium *V*; Quare in tanta vi et sylva quadam praeceptorum *Heumann* 8 certe *om. P* addedisse *A* 9 dicendi *om. C* 10 sempiternam *om. P* propagarint *coni. Fruterius* ego *ACV*: ergo *EF*, igitur *P* nullius *V* sed] si *E* 11 certus *A* 12 tramites] locos tramittere *P sola* 13 percurres *E*, percurrens *V*, *ut videtur (de P Heumann, ut saepius factum est, erravit)* animaduerti *CV* uidero *AEF*: uideris *CV*, oportet *P* quicquid *Pith. et Capp.* 14 discentibus *V*, *ut Capper. voluit*, tironibus *Heumann* memento tu in ante tibi *E spatio trium litterarum post* tu *vacuo* non haec ante tibi *CF*, nihil ante tibi *P* 15 releganda *E* multa ac *om. C et Heumann*, multa de Tulliana *P* 17 Oratoris *EFP* institui *V* 18 Primum adsit oportet *Heumann* 19 latus *om. E in lacuna* 20 deinceps *V* 21 confirmet *V* neque harum *P* sed et storiarum *A*, sed historiarum *V* 22 ex quibus tamen compositio *F* namque praelectiones *P*, nam lectione *Heumann*

p. 332. 333 C.

lectiones sapientium praecepta noscuntur, sine quibus nihil subtile neque magnificum cogitari potest. Iuris vero civilis neque omittendum studium est nec penitus adpetendum; nam nec rudis esse debet orator, et si se multum iuris scientiae dederit, plurimum de cultu orationis adque inpetu amittet. Huic et veteres oratores legendi sunt et praesentes audiendi. Super haec frequenter scribendum, agendum, declamandum est: his enim rebus oratori fiducia simul cum facundia conparatur.

3. In ceteris fere studiis verum quaeritur, finis autem oratoriae virtutis est verisimilia dixisse vel tantum contendisse, quantum res passa sit ad victoriam.

Proxime quaerendum est, quo genere orationis uti debeat orator: Atticorumne nobis sequenda sit dictio, qui breves adstrictique et acres sunt, pure inter res ipsas aculeosque versan|tes quique adfectum ex occulto petunt, an imitanda nobis sit Asianorum licentia, qui vagi ac fusi rapere potius adfectibus quam disputationibus persuadere didicerunt; sit tamen Romanus orator Asiatico pressior. Ego vero ipsum oratorem eligere arbitror et probare genus orationis, quo magis capi suum iudicem senserit. Aliter aput eum, quem latior delectabit oratio, aliter aput eum, quem adstrictior, aliter aput superiorem, *aliter apud inferiorem*, aliter aput vacuum, aliter aput districtum: nec sic in privatis causis, ubi semper iudices festinant, quem ad modum in publicis, nec sic in accusationibus, ut in patrociniis. Maxima itaque ars erit semper circumspicere, quid personae, quid loco, quid tempori conveniat.

## DE DISPONENDIS CRIMINIBUS.

4. Quidam a maximis criminibus ad levissima gradum faciunt, aut a levissimis ad maxima: nos primum existimamus actorem quasi membra quaedam facere debere, ut separet quae ad lubidinem, quae ad avaritiam, quae ad crudelitatem aliudve quod ad noxae genus pertinent: aut si non genera criminum, tempora tamen discernat, prima quae puta ante militiam gesta sunt, quae in militia, quae post militiam. Aut seiungat ea quae ad privatas causas, deinde ea quae ad publicas pertinebunt aliudve simile,

---

1 sapientum *C* nihil magnificum *V*, *ut voluit Capper.* 2 amittendum *P* est studium *F* 3 paenitus *A* debebit *V* 5 hinc *F et Heumann* super hoc *FP* 6 declamandum *nos*: et clamandum *AEP*, et declamandum *CFV* 7 oratori *A*: oratorum *CV*, auditorum *EFP* facundia frequenter scribendo conparatur *E* 8 fere *EV corr. ex* uero oratoriae artis *C* 9 res poscit *Heumann* 12 dictio *G. I. Vossius (Inst. orat. VI, 6, 2 p. 468)*: actio *libri* brebes *A* sunt et acres *F* 13 pure interim res ipsas *P* 14 sit *om. V* 16 compressior *E* eligere debere *Heumann deletis verbis* et probare 17 iudicem suum *F* 18 delectat *P* 19 aliter apud superiorem *om. V* aliter apud inferiorem *om. mei, add. Pithoeus* 20 distractum *P* 21 neque *V* 25 aut] alii *Heumann* 26 existimamus *Heumann:* aestimamus *mei* auctorem *EF* 27 liuidinem *A*, libidinem *FPV* 28 pertinet *mei, em. Heumann* aut *C*: ut *AEFPV* 29 tamen] tunc *E* prima quae puta *A*: prima ut puta quae *FPV*, primo ut puta quae *C*, prima quae *E* 30 malitiam — malitia — malitiam *EFP* facta sunt quae in militiam *A* 31 eas *EP* aliud ire simile *E*

p. 333. 334 C.

ut Cicero, qui crimina Verris et in tempora et in genera divisit. Nam primus liber continet quae ante Siciliensem praeturam commissa sunt, quattuor insequentes ea quae in praetura Siciliensi: tum in his ipsis secundus ad privatorum furta pertinet, tertius frumentariam rationem, quartus sacrilegia, quintus maiestatis crimina conprehendit. Deinde inter ipsa unius generis crimina in primo magna ponito: quae minima sunt, in medium congerantur; quae maxima, ultimis partibus reservabis, ut de Gavi crimine, quod a Cicerone in ultimam partem dilatum est. Ita iudicis animus et occupabitur et validissima maxime memoriae man|dabit. Hinc est quod Cicero pro Scauro reprehendit adversarii confusam criminationem; ait enim: Et quoniam congesta fuit accusatio magis acervo quodam criminum, non distinctione aliqua generum et varietate.

## DE PRINCIPIIS.

5. De principiis nihil putavi dicendum, quando quidem ad ea, quae arte scrutanda sunt, natura duce saepius pervenitur.

## DE NARRATIONIBUS.

6. Narrationis certum est tres esse virtutes: ut dilucida sit, ut brevis, ut verisimilis. Dilucida fit, si aput nescientem narres: in qua intueberis initium, medium et finem, ita ut ipsa narratio ordinem suum habeat; facile enim percipitur, ubi quod sequitur ex priore pendet. Interdum aliqua suo loco memoriae nostrae non occurrisse fingemus. Brevis fit, si circumcisis quibusdam superfluis sola quae necessaria sunt posueris; quaecumque enim tibi mediocriter prosunt, argumentis vel disputationibus reservabis. Verisimilis ideo, ut credatur, ut corporis robustissimi fuisse eum, a quo duos tresve occisos videri volueris: adicere etiam occasionem, quae perficiendae rei fuerit, ut dicas dormientis oppressos. Personas vero nominibus, quibus notissimae sunt, nuncupabis: si hoc parum est, etiam aliquas notas adicies, ut 'Scipio Africanus', ut 'Hannibal Poenus', et similia. Numquam narrationem nisi perfectam reliqueris. Sed ubi iudicem minus in-

---

8 Verr. V c. 61 sqq. 10 fragm. I, 4, 6.

---

2 commisit *C* 3 Siciliensi *om. P* iis *V* 4 priuata *V* 5 inter *ACV*: per *EF, om. P* 6 in primo *A*: in primis *rell.* ponit *F* conferantur *P* 7 reseruabuntur *EP* Gaui *scripsi:* grani *codd. et edd.; cf. infra §. 21* 8 quod *om. ed. Capp.* 9 mandabit *CF*: mandat *AEPV* a cicerone *E* 11 Et quomodo *P* *malim* congesta est 15 scrutanda *Heumann*: servanda *libri* 16 De narratione *V* 18 si ad praescientem *E*; *fort.* si ut apud nescientem 19 habebat *E* 20 priori *F* interdum tamen *Heumann* 21 sit *V* 22 quibusque *Heumann* quae enim *A* 23 reseruabis *AV*: perseuerabis *FP*, perseuerabit *E*, perseuerabunt *C* 24 *fort.* uerisimilis fit eo ut ut corporis *AEP*: ueluti corp. *F*, corporis *V*, et corp. *C* 25 duos uel tres *EFP* *fort.* adice *vel* adicies perficiundae *C* 26 ut dicat *E*, ut si dicas *Heumann* dormientes *CFP* oppressos *ACV*: oppressit *EFP* nomine *EFP* 27 paruum *EFV* 28 adicis *E* ut Scipio — reliqueris *om. E* ut Hannibal Poenus *om. P*, ut *om. F* 29 sed *om. P*

p. 334. 335. 336 C.

tellexisse perspexeris, numquam ei tarditatem ingenii obieceris, sed in te culpam re|torque, quod parum dixeris. Ubi longior narratio est, quo sit dilucida magis, admonere iudicem debes quid exposueris vel quid expositurus sis, ut: 'Dixi de me: dicam de adversario'. Neque alienum est, ubi longior fuerit expositio vel narratio, extremam ita finire, ut admoneas quaecumque dixeris. Verba autem narrationis ex media consuetudine esse debent; simplex sermo et † sibi vicina conpositio. In expositionibus plus mora nocet; nec loquentis personas narrationibus inseras. Minuitur praeterea offensa longioris narrationis, si te praetermittere aliqua simulaveris. In aliquibus post quaestiones ponenda narratio est, in aliquibus in ultimo: nam pro natura causarum narratio variatur, nec semper debet orator veterum se praeceptis addicere, sed scire debet incidere novam materiam, quae novi aliquid postulet.

7. Narrari pro eo non expedit, qui omnia quae ab accusatore dicuntur tantum modo negat, † nec ibi se fuisse. Talis causa Sullae fuit negantis sibi quidquam cum Catilina convenisse contra rem publicam. Tales fere sunt ambitus causae et repetundarum, in quibus unum rei patrocinium est, nullas se dedisse vel accepisse pecunias. Supervacua narratio est, ubi nota est res de qua ambigitur, ut nihil stultius sit, quam si apud scientes narres. Alterum genus est, in quo utrique aeque supervacua narratio est: ubi quod facit quaestionem abunde propositione indagari potest, etiam si ignotum est. Nec aliquam narrationem a Cicerone admissam putemus nisi pro natura causarum: edebat enim non solum patrocinia causarum, sed et exempla dicendi. Evenit ut ante sit respondendum, quam sit ponenda narratio, ut pro Milone. Incidunt causae, in quibus quod summam habet quaestionis, magna ex parte tractandum sit, et sic sit ponenda narratio, ut pro Vareno vel pro Avito. In | narrationibus res exponimus, probamus argumentatione. Narratio insinuatio est totius causae, quem ad modum facta

---

1 in te *ACV*: ad tē *P*, ante *EF* 3 debes iudicem *EFP* 4 dicam de aduersario. dixi (dixisse *E*) de me *EFP* 5 extrema *FP* 6 dixerunt *E* 7 sibi *EFP*: siui *A*, si *C*, *scriptura in V incerta est;* et trivio vicina *coni. Christ* expositione *P* 8 personam *EFP ex interpolatione*, *cum* loquentis *sit accusativus pluralis* narrationi inseras *EF*, inseras narrationi *P* minuit *EFP* 9 offensam *FP* narrationis *nos*: orationis *libri* 10 quaestionem *EFP* ratio *V* in ultimo] ante eam (eas) *Heumann* 11 nec *om. V* 12 adicere *V* nouam *om. E* 15 tantummodo *om. P*, tamen modo *EF* neque *V* se ibi *P*; nec ibi se fuisse *ut glossema del. Heumann*, *probabilius est*, *quod Christio in mentem venit*, *vv. post* contra rem p. *(v. 16) transponenda esse* sullae *E*: sillae *vel* syllae *rell.* 16 quicquid *E* catillina *A* 17 ambitis *E* causarum *F* et *C*: *om. rell.* est rei patroc. *P* 18 se nullas *C*, se *om. E* 19 est *om. P* sit stultius *EFP* ad praescientes *B* 20 utrique *(sc. actori et reo) ACV*: utique *EFP* atque *E* ubi quod *ACV*: ubi qui *F*, ibi quia *E* (ubi quaestio proposita priori loco recte atque commode ab oratore exposita fuerit. Nec aliquam *etc. P*) 21 propositionem *EF* indagare *F* 22 a Cicerone *om. V* admissam *C*: admissam ac omissam *V*, omissam *AEFP* 23 et *om. AEF* 24 ratio *C* 25 incidit *P* in quibus *ACV*: genus *P*, *om. EF* quaestiones *E* 26 apponenda *V* ut pro Vareno uel pro Avito *nos*: ut pronocare ñ (non) uel (uis *EFP*) pro habito (prohibito *V*) *ACEFPV*, ut pro Vareno et bis pro Habito *Pithoeus* 27 res *ACV*: autem *EFP* exponemus probans *E* argumentationem *EV* 28 institutio *E*

p. 336. 337 C.

est: expositio vero, quae non de causa nascitur, ut 'est honesto genere natus, splendide magistratum gessit', non potest videri narratio, sed expositio alicuius rei, quae causam adiuvat nec dat quaestioni materiam, sed pro argumento ponitur vel inter argumenta.

## DE DISPONENDIS ARGUMENTIS.

8. Litigatores quidem instruunt argumentis advocatos, artis patronorum est, ut haec disponant, figurent, augeant, ut his adfectus intermisceant. In primis videto quae ex iis sint valentia, vel quae infirmiora sint argumenta. Nam quae erunt valentia, longiore oratione non prosequemur, ne aut dubitare de his videamur, aut plura dicendo ponamus aliquid, adversum quod disputari possit. Namque in argumentis infirmioribus versatur oratorius labor, qualia sunt: 'Occidisti hominem; cruentam enim vestem habuisti'. Haec veri similia sunt, non utique vera: quae variis sunt adtollenda rationibus, quo tractatu fiant potentia. Praeterea in potestate sua habere debet orator, ut et causam maximam breviter peroret et parvulam diu extendat: sed cum breviter dicendum erit, argumenta tantum ponet sine ullis ornamentis; cum autem diu dicere volet, omne argumentum ornatius exsequetur.

9. Cum plura erunt argumenta, a validis incipies, in validiora desines, medium inbecillioribus replebis; ut puta, validum argumentum est 'inimicus', mediocre 'ebrius', validissimum est 'in rixa hominem occidit'. Si unum validum argumentum est et unum frivolum, a valido incipies, frivolum prosequeris, rursum validum repetes. | Argumentatio illa melior et fidelior videri potest, quae obscuratur. Cum aliquibus partibus causa laborat, utilius ordinem quaestionum confundimus, quas ex toto tractare non expedit. Scias numquam confitenda esse quae nocent, interdum non neganda, quod Cicero pro Milone secutus videri potest. Nam interfectum ab eo Clodium neque negavit neque fassus est: non negavit, quia sic defendit tamquam occidisset: fassus non est, quia inscio illo dixit a servis occisum, cum hi dominum interemtum arbitrarentur. Praeterea utilius existimo,

---

2 magistratum *C*: magis *rell.* 4 uel *ACPV*: *om. E*, aut *F* 6 instituunt *EFP* 7 disponat figuret ordinet augeat — intermisceat *V* 8 uideatur *V* iis sint *C*: his sunt *rell.* sint *AC*: sunt *V, om. EFP* 9 longiori *CEFP* prosequemur *V*: prosequimur *ACEP*, persequemur *F* 10 ponamus aut aliquid *P* aduersus *F* 11 disputare *V*, putari *EFP* possimus *V* in *om. V* 12 oratorius uersatur *P*, uersatur orationis *F* enim *om. E in lacuna* 13 similia non utique *ed. Pith. et Capp.* similia tractatu *mediis om. F* 14 quo *nos*: quae *libri* tractu *F* fiant *VF*: fiunt *ACEP* potentiora *V*, *ut voluit Heumann* 15 sua *om. EFP* et *ACV*: ne *EFP* maxime *V*, *ut videtur* 17 ponat *V* ullis aliorum argumentis *P*, ullis aliorsum arg. *ed. Pith. et Capp.* dicere diu uoluerit *C* 18 exsequitur *E* 20 reples *A* ualidius *F* inimicus — argum. est *om. E* 23 persequeris *F* 24 quae obseruatur *F* 25 utilius] ut illis *V* tractari *P* 26 Si has *E* non *om. E* 28 confessus *E* non] Nam *P* defendit *AV*: confessus est *CEFP* 29 tanquam *A*, *item infra* inscio eo *C* 30 interemtum *A*: interemptum *CV*, peremptum *EFP*

p. 337. 338 C.

disputationem in speciem paucarum rerum et firmarum convertere easque undique adstruere et exaggerare, potiusque est plures res in unam cogere quam unam in plures dividere. In omni materia quaerendum puto, quid sit quod maxime nos foveat aut urgeat: illuc enim vires suas conferre debet orator, ut quod maxime nos premit frangat. Sed ut omne genus causae quiddam contra nos recipit valentissimum, sic pro nobis omnis causa aliquid valentius habere debet.

## DE PROPOSITIONE ADVERSARII.

10. Responsurus autem adversario primum id, quod ille posuerit, verbis infirmioribus pronuntiato: quae vero incredibilia visa fuerint aut inbecilla, ita universa ponentur, sicuti ab adversario dicta sunt, ut est illud: Bostarem igitur quen|dam dixit Norensem fugientem e Sardinia Scauri adventum, et infra addit etiam augendi criminis causa, prius illum sepultum quam huic cenam esse sublatam. Evenit ut propositionem adversarii verbis nostris ultra fidem extollentes incredibilem faciamus; item propositioni adversarii, si natura sui incredibilis fuerit, cum quodam inpetu animi ac ridicula admiratione respondebimus, ut illud est: Septingenta milia passuum biduo cursa sunt, et respondet: o rem incredibilem, o cupiditatem inconsideratam, o nuntium volucrem! et infra: Roma trans Alpis biduo veniunt. O hominem fortunatum, qui eius modi nuntios seu potius pegasos habeat! Proposito eo, quod adversarius dixerit, respondebimus duobus modis: aut enim non esse id, aut non ideo nos vinci debere.

11. Propositis quibus responsuri sumus, quaerendum nobis erit an inter se comparata repugnantia sint, ut suis armis conruant, ut Cicero de Antonio: Avunculum suum sceleratum esse fatebatur: poena adfectum querebatur. Item pro Caelio: Cur aut tam familiaris fuisti, ut aurum commodares? aut tam inimica, ut venenum timeres? Similiter pro Gallio, ubi accusator reo pecunias obiecit; ibi

---

12 Cic. p. Scauro II. 4, c. 18 Cic. p. Quinct. §. 80. 26 secundum or. Phil. II, §. 18. 27 p. Cael. §. 33. 29 p. Gallio fragm. 8.

---

1 in] ad *C* formarum *C* 2 astruere *CF*, destruere *E* potius est enim res *C* 3 ad unam *EFP* 4 nos iuuet *Heumann* huc enim *C* 5 maximum *EPP* nos *ACV*: noui *E*, nouit *F*, nouum *P* premat *EFP* Sed] Scilicet *Heumann probabiliter* Sicut tamen genus *C* causae genus *P* 6 nos *om. P* recipere *P* 9 aduersa *A* 10 inuecilla *A*, inbecillia *EF* 11 inuisa *P* ponantur *F* sicut *F* 12 pastorem *V* dixit *om. EFP* fugiente me *V* 13 addidit *E*, additur *P* 14 caenam *A*, coenam *CFV* esse *om. F* 16 sua *Heumann (non item P)* 17 ridiculi *EFP* 18 passum *A* cura *E* 20 Roma *C*: Romam *rell.* alpeis *F*, alpes *CP* 21 huiusmodi *FV* 22 aut enim non *A*, *ut emend. G. I. Vossius:* aut non *CEPV*, aut enim *F* 23 aut ideo *P* 26 avunculum] P. Lentulum (*vel* vitricum) *Schottus in Nod. Cic. I, 13* suum *om. F* 27 aut tam *ACPV*: autem *E*, aut *F* 28 inimica *AP:* inimicus *CEFV* 29 reo *scripsi*: tres *AV*, in se *EFP*, *om. C*, ipsi *Heumann* pecunias *ACEPV*: poenas *F*

enim dum singula inter se conparat, alterum altero Tullius diluit. Item utilissimum erit docere, quod adversarius dixerit, etiam pro nobis esse, ut pro Milone Cicero, quod lex promulgata de quaestione fuisset, quam pro se esse contendit. Argumentis vero omnibus adversarii respondere non est necessarium: finem enim non habebit oratio, et satis erit propositionibus repugnasse. His sane argumentis respondendum erit, quibus erunt iudices commoti: sin vero adversarium suis argumentis confutare nequiveris, aliis rationibus quod posuerit convel|lito. De vitiis argumentorum, quae adversarii male posuerint, plene a Tullio insinuatum est.

## DE STATIBUS.

12. Status tres sunt. Ubi, quod a te factum obicitur, negas, coniectura est: ubi, quod a te factum, fateris, set negas eam vim nominis habere, quam adversarius criminatur, finis est: at si neque de facto neque de nomine ambigitur, sed iure factum contendis, qualitas nominatur.

## DE CONIECTURA.

13. In coniecturalibus causis hinc argumenta sumuntur: a personis, causis, facultatibus, verisimilibus, signis. Signum causam aut antecedit aut in eadem est aut sequitur. Item proferuntur auditiones, suspiciones, spolia, quaestiones, indices, fama vel opiniones et multa similia, quae rerum varietas subministrat. A persona, ut Cicero pro Cluentio: Cum esset, inquit, egens, sumtuosus, audax, callidus, perfidiosus, ad omnem malitiam et fraudem versare mentem suam coepit. A causa: Satisne igitur cernitis, quibus ille mercedibus, quibus emolumentis, quibus praemiis incitatus et cetera. A facultatibus, ut Tullius: Servos agrestis et barbaros, quibus silvas publicas depopulatus erat, ex Appennino deduxerat, et reliqua. A verisimili: Quid? quod caput est audaciae, iudices, quis igno-

---

21 c. 26, §. 70 24 locus item ex Cicerone videtur 26 p. Mil. §. 26. 28 ibid. §. 43.

---

1 comparantur *V* deluit *AEFV* 2 utilissimum *scripsi*: ultimum *ACV*, ualidissimum *EFP* pro] quod *V* 3 quam pro se *ACPV*: quia per se *E*, quam ipse *F* 4 contendit *AEFP*: ostendit *CV* argumentum *V* 5 propositioni *EFP* 6 respondendum — suis argumentis *om. E* quibus fuerint *Heumann* 7 commodi *AV*, commouendi *C* si uero *F* 8 posuerit omnino uellito *V* 9 posuerunt *V* plene] petere *F* 11 quid *P* a te] ante $E^1F$ 12 quid *EP* ante *EF* set *nos*: et *libri* 13 criminatur fuisse. Finis *F* at *P*: aut *AEF*, ut *V*, *om. C* 14 sed si iure *C* 17 hic *V* 18 uerisimili *ed. Pith. et Capp.* aut *om. P* 20 iudices *E* 21 sumministrat *A* 22 inquid *A* perfidus *P*, perfidiosus et cum domi suae miserrimus et inanissimus tantum nummorum positum videret *F sola* ad *ACV*: in *EFP* 23 uersari *EP* 24 A *om. F* quibus ille mercedibus *om. EP* 25 quibus iniuriis *P* A *om. F* 26 agresteis *C*, agrestes *EPV* 27 appennino *AP*: apennino (apenino) *rell.* 28 A uerosimili *V*, A uerisimilibus *F*, aut uerisimile *E* iudices] quid *V*

p. 339. 340 C.

rat maximam inlecebram esse peccandi inpunitatis spem? et reliqua. 14. A signis, quae causam antecedunt, instrumentum, iter et similia. Simul sunt, ut in pugna clamor et similia: sequuntur, ut in veneficio livor et tumor, in caede vulnus et sanguis. Auditiones, ut Tullius: Vos ex M. Favonio audistis Clodium sibi dixisse, et audistis vivo Clodio periturum Milonem: post diem tertium gesta res est, quam dixerat. Cum ille non dubitarit aperire, quid cogitaret, vos potestis dubitare, quid fecerit? Suspiciones, ut pro Scauro: Quae quidem suspicio valuit etiam ob hanc causam, quod cum agerent parentalia Norenses, et reliqua. Spolia, ut est illud: Ille deos deorum spoliis ornare noluit, hic ornamenta Minervae virginis in meretriciam domum transtulit, et reliqua. Quaestiones, ut est: Cum igitur de furto quaereretur et de eo furto, quod ille sine controversia fecerat, cum ille de eo, quod quaerebatur, verbum nullum fecisset, de veneno statim dixit, et reliqua. Indices, | ut est: Venit index ad Dineam matrem neque obscurus neque incertus, qui nuntiaret ei filium eius, M. Aurium, vivere et in agro Gallico esse in servitute. Fama vel opinio, ut Cicero: Opinio fuit duplex, una non abhorrens ab statu naturaque rerum et reliqua.

Argumentorum omnium enumerationem advertite studiosam videri, quando quidem in his plus ingenii vis dominetur arsque ipsa magis ab natura profecta dicatur. Sed nec quisquam existimet argumentis numerum praefinitum, si quidem tanta esse possunt, quanta orator intento acriter ingenio reperire valuerit. Non tamen omne genus causarum omnia argumenta habet. Nam quid opus est illic de causa disputare, ubi non appareat, aut de persona adversarii aliquid dicere, cum integra sit?

---

4 p. Mil. §. 44. 8 p. Scauro §. 11. 10 Cic. Verr. IV, §. 123. 16 Cic. p. Cluent. §. 21.

---

1 inbonitatis *E* 2 iter *ACE*: inter *V*, item *FP* 3 ut in pugna *Heumann*: in pugna *P*, pugna *ACEFV* et clamor et *F* sequntur *A* libor *A* 4 vos ex M.] uox exauditur *V* 5 auditis *P* et audistis *V*: et auditis *ACEFP* 6 Milonem triduo *libri Tulliani* 7 cogitaret *AV*: cogitarit *CEF*, cogitauerit *P* 8 suspiciones — Scauro *om. E* 9 quidem] quid si *P* 1 uoluit *FPV* 12 reliqua *EFP*: similia *ACV* 13 et de furto *F* 15 quaerebatur *Pithoeus*: non quaerebatur *ACEPV*, neque rebatur *F* ullum *F* fecisset *P*: fecit *ACEFV* de ueneno — reliqua *om. P* 16 indices ut est *P*: indices cum iudici offeruntur (iudicio efferuntur *V*) uel certe ut est *ACV*, indices cum iudici offert certe ut est *E*, cum indici offe ..... uel certe, ut est *F* 17 qui nuntiaret — in seruitute *om. AE* 19 abestatu *A*, a statu *C* 20 et reliqua *scripsi*: et rei (*pro* rel.) *ACEFV*, *om. P* 22 omnium *om. E* enumerationibus *F* 22 dominatur — a natura perficitur *Heumann* atque ars *P* ipsam *V* magis *om. P* ab *AEF*: a *CPV* 23 sed *om. P* nec *mei*: neque *ed. Pith. et Capp.*, *immo* ne quisque *E* existimet *Heumann*: extimet *V*, aestimet *rell.* argumentum his numeris *C* 25 repperire *A*

## DE FINE.

15. In finitivo statu quaeritur an sit, puta inminuta maiestas. Iam primus locus accusatoris est, cum de vi nominis quaeritur, ut sit generalis eius definitio brevis et aperta et ex opinione hominum ducta, hoc modo: Maiestatem minuere est de dignitate aut potestate populi Romani aliquid derogare. Quae definitio ut vera probetur, multis argumentis aut rebus vel exemplis similibus confirmabitur: post speciatim factum eius qui accusabitur describendo subiunge, ut id quod reum fecisse arguis, simile sit ad id quod supra definieris. Ergo generalis definitio erit: maiestatem minuere est de dignitate aut potestate populi Romani aliquid derogare. Species criminis erit ostendere, quid adversarius specialiter fecerit vel dixerit, ut probetur maiestas imminuta: post loco communi confirmarem, per quem facti atrocitas cum indignatione augetur. 16. Defensoris autem locus est, adversarii definitionem prius infirmare, si falsa ex opinione hominum aut inutilis monstrabitur: post suam definitionem, ac si veram, ponere, quae multa argumentatione et exemplis similibus confirmabitur: deinde suscepti factum ab ipsa definitione dissimile esse ostendere, post locum communem subicere, per quem indignabimur accusatorem non res solum, sed et verba in periculum innocentis convertere. Sic Cicero pro Quintio adversarii definitionem ex opinione hominum | reprehendit: Si qui unum aliquem fundum quavis ratione possideat, ipsum autem dominum patiatur cetera praedia tenere, is, inquit, ut opinor, praedium, non bona videatur alterius possidere. Et ponit definitionem suam: Quid est, inquit, possidere? nimirum in possessione esse earum rerum, quae possunt eo tempore possideri. Probat Naevium non bona, set praedium possedisse: Cum domus erat, inquit, Romae, servi, in ipsa Gallia privata Publi Quinti praedia, quae numquam ausus es possidere: et colligit: quod si bona Publi Quinti possideres, possi-

---

5 cf. Cic. de Invent. II, §. 53. — 20 locus est post lacunam c. 27, §. 85.

---

1 DE INFINITIVO STATV *E* 2 puta *AV*: *om. C*, puta *post* maiestas *habent EFP* iam *nos*: nam *libri* 3 generalis eius sit *C* 4 definitio *P post* ducta *habet* breuis aperta *C* 5 imminuere *F*, *item v. 10* populi *om. E* 7 aut rebus *del. Heumann* uel *ACV*: aut *EFP* 8 eius quae causabitur *V* subiunge *FP*: subiungere *ACV*, subiungitur *E* 9 ad id] ei *C* 10 est de dignit. — derogare] est ut supra *P* et potestate *F* 11 ostendere *ACEPV*: probare *F* 12 post hoc loco *E* 13 confirma rem *nos*: confirmare *libri* per quem] Eque *P* 14 infirmare, quae falsa *Heumann* 15 aut] an *E* inutilis] moribus *C* 16 ac si *ACV*: aut si *EF*, *om. P* uera *F* similibus *om. P* 17 confirmabuntur *F* dissimili *V* 18 ostendere] *hic finit P* 19 in perniciem innoc. *F* 21 qui *CF*: quid *AV*, quis *E* 23 his *AV* ut opinor inquit *EF* alterius uideatur *F* 24 et ponit *ACEV*: Exponit *F* 26 sed et praedium *V* 27 Cum *delevit Garatoni* erat Romae, erant serui, erant in ipsa Gallia *Garatoni* galliae *E* 28 Publii Quinti *C*, P. Quintii *F* ausus est *E* 29 publii quinti *E*, P. Quintii *F*, Quintii *C*

p. 341. 342 C.

dere omnia eo iure deberes. At si factum adversarii tuto definire nequiveris et verborum tuorum laqueos infirmari posse conspexeris, rem ipsam tamquam indignam iudici demonstrabis.

## DE QUALITATE.

In qualitate per coniecturam quaeritur quale sit, hoc est, utrum iure factum sit an iniuria.

## DE ADFECTIBUS.

17. Raro adfectus narrationibus interponuntur, quia non nisi gravium causarum sunt, sed ubi inseri possunt, magnum pondus rebus accommodant. Cum vero aliquem adfectum, hoc est aut invidiam aut misericordiam vel quid simile commovemus, formam vel speciem narrationis excedere non debemus, sed adfectus, qui in narratione latebit, eadem explicita reddendus erit atque exsequendus. Evenit ut sit narratio, quae inter se locos communes patiatur, quos etiam adfectus vocamus: qui non erunt in ultimum, hoc est post narrationem differendi, sed haec narratio gravissimi criminis erit, in qua cum se primum adfectus optulerint, statim interponendi sunt. Neque enim possunt simul omnes post narrationem reddi, ut est: Praedonum dux Heracleo repente praeter spem classem pulcherrimam populi Romani, cum primum invesperasceret, inflammari incendique iussit. Ac mox interponit adfectum: O tempus miserum atque acerbum provinciae Siciliae! o casum illum multis innocentibus calamitosum! Ad narrationem redit: Adfertur, inquit, nocte intempesta gravis huiusce mali nuntius Syracusas. Rursum, dum narrat, excedit: quo neque Atheniensium, inquit, gloriosissimae classes, cum mari plurimum poterant, et reliqua. Rursum ad narrationem redit: eone, inquit, pirata penetravit? quo simuladque adisset, non modo a latere, sed et a tergo magnam partem urbis relinquebat. Rursum excedit: Siculosne milites, ara|torumne liberos, quorum patres tantum labore suo frumenti exararant, ut populo Ro-

---

18 Cic. Verr. V, §. 91. 21—23 §. 92. 24 §. 98. 29 §. 99.

---

1 omnia *V*: omnis *A*, omni *C*, omnes *EF* debere *F* 2 infirmari *F*: infirmare *ACEV* 3 iudicii *V* 5 post coniecturam *coni. Capper.* utrum *om. ed. Pith. et Capp.* 10 Ubi uero *F* hoc est animum an inuidia an misericordia *E* 11 commouens *V* excedet *E* 12 explicata *EF* 14 patiatur *A*: partiatur *CEFV* etiam *om. EF* non sunt *V*, *ut videtur* 15 differendi — post narrationem *om. E* 18 prae etiam donum *V* eradeo *E* 21 aceruum *A* 22 occasum *EV*, *sed in V altera* c *punctata* 23 noctu *F* tempesta *E* grauis huiusce mali *ACV*: cladis huiusce *EF* 24 rursus *E* 25 Carthaginiensium *Cicero* 26 et reliqua (rel. *E*) *ACEV*: etc. *F* eo *EF* 27 penetrabit *A* addisset *E* 28 sed et *ACFV*: sed *E*, sed etiam *Cic.* relinqueret *Cic.* 29 aratorumue *F* 30 patres *om. E* exarent *V*, exarabant *libri Tulliani*

p. 342 C.

mano totique Italiae sufficeret? et item aliter excedit: O spectaculum miserum atque acerbum! ludibrio esse urbis gloriam! Ad narrationem redit: Posteaquam e portu, inquit, piratae non metu aliquo adfecti, sed satietate exierunt, et reliqua.

18. Plerique nuda argumenta posuerunt, adfectus vero perorationibus, hoc est epilogis reservarunt. Scire autem nos debemus, adfectus, qui ex quaestionibus nascuntur, statim ut propositioni responsuri sumus, esse reddendos: alibi enim quam ubi nati sunt, interponi vel augeri non possunt, ut est: Ad vadimonium non venit Quintius, et statim interponit adfectum, antequam quaestioni respondeat: Si res ista, inquit, gravissima sua sponte videretur, tamen necessitudinis nomine levaretur: et reliqua talia sunt. Adfectus autem, qui de omni causa nascuntur, perorationibus reservabuntur. Omnis paene argumentatio moralem disputationem recipit, sed non omnis adfectum. Moralis argumentatio de natura hominum vel morum consuetudine ducitur, ut Cicero: Hic ego dubitem in eam disputationem ingredi, quae ducatur ex natura hominum atque omnium sensibus? et omnia quae secuntur. Ergo sicut argumentatio illa melior erit, quae moralis fuerit, sic perorationes adfectu fiunt meliores. Cicero sane per omnem orationem adfectum inserit. Nam odio Clodii iudices turbat, eversurum fuisse rem publicam, sed prius Milone, qui obstabat, occiso. 19. Adfectus namque hi sunt: ira, odium, misericordia, livor, metus, spes. Odium sine ira ex ante actae vitae facinoribus colligitur, quorum commemoratio ad hoc fit in iudicio, non ut exinde nasci causa videatur, sed ut odiosa vita hominis comprobetur, ut Cicero, qui flagitia Clodii superioris vitae retexuit. Cuius nefandum, inquit, adulterium in pulvinaribus sanctissimae feminae comprehenderunt, eum, cuius supplicio senatus sollemnes religiones expiandas saepe censuit, eum, quem cum sorore germana nefandum stuprum fecisse, et quae secuntur. Iram cum odio, cum multa crimina congerimus, ut Cicero: non furem, sed ereptorem, non adulterum, sed ex-

---

1—3 Verr. V, §. 100. 9 Cic. p. Quinct. §. 52. 15 fragm. ex oratione incerta (deest in editionibus). 26 p. Mil. §. 72 sq. 31 Verr. I, §. 9.

---

1 totaeque *E* suppeditare possent *Cic.* o *om. V* 2 acerrimum *C* 4 et reliqua] etc. *F* 5 affectus autem *EF* 8 interponi — et statim *om. E* 9 ad *ACV*: in *F* et *om. V*¹ 10 res sta *A* inquit ista *F* 11 sui *EF* tunc *E* tamen eius atrocitas necessitudinis n. l. *libri Tulliani* leuaret *C* 12 Affectus uero *F* 14 sed omnino affectum *F* 15 de natura] domina *V* 16 in eam disputationem de natura hominum ingredi *E* ducitur *V* 19 affectus *C*, affectuum *V* omnem *om. ed. Pith.*, *unde male Capp.* perorationi affectum inserit 20 euersam *F*, *fort.* euersurum eum 21 occiso qui obstabat *EF* 22 libor *A* sine ira *AV*: siue ira *CEF*; *cf. infra v. 30* 23 ab hoc *V* 26 puluinaribus sanctissimis nobilissimae f. *Cic.* 27 supplicium *E* 28 relligiones *V* 29 eumque cum *EF*, eum cum *A* fecisset *V* 30 Ira *F* 31 sed] et *A*

p. 342. 343 C.

pugnatorem pudicitiae et reliqua, quod in principiis saepius inritatur. Misericordiam movemus, si ab iis nos inpugnari dicimus, quorum auxilio tuti esse deberemus, ut Cicero pro Oppio: vel cum alicuius calamitates commemoramus, cum magnitudinem periculi ostendimus, sicuti pro Cornelio Cicero. Livorem autem simul cum odio, ut Calvus in Vatinium, cum dicit: Hominem nostrae civitatis audacissimum, de factione divitem, sordidum, maledicum accuso. Nam et divitiae de factione quaesitae interpositae sunt, ut his iudices inviderent. Metum facere Cicero temptat in Verrem, cum ait: Quis hoc non perspicit, praeclare nobiscum actum iri, si populus Roma|nus istius unius supplicio contentus fuerit? et quae secuntur: Non est, inquit, in hoc peccandi locus, iudices; confirmat enim aliis iudicibus damnatum iri Verrem et senatum iudicandi potestatem amissurum. Ad spem redit in eodem loco: Adduxi enim hominem, in quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum populo Romano, satis facere exteris nationibus possetis: de quo si vere ac religiose iudicaveritis, auctoritas ea, quae in vobis remanere debet, haerebit. 20. Contra dicenda erunt, ne specie miserationis, ne ira deducantur a fide aut de odio, ut Cicero pro Caelio, cum dicit: In quoddam odium sit iniustum vocatus: vel de livore agere tamquam aput malevolos, de timore loqui tamquam aput timidos, de spe, cum vana spe sollicitare iudices velint. Adfectus sibi aliquotiens vicini sunt, ut, cum misericordia movetur, statim et odium concitatur; aut ubi utrumque non est, alterum tamen commovetur; aut livor excitatur, si tamen adpareat, aut spe animus iudicis sollicitabitur: qui tamen adfectus certam sedem non habent; nam per totam orationem spargendi sunt. Cicero misericordiam movet, cum dicit: Patres hi, quos videtis, iacebant in limine, matresque miserae pernoctabant ad ostium carceris. Ad iram redit, dum subicit: Aderat ianitor carceris, carnifex praetoris, mors terrorque sociorum. Item ad misericordiam redit: Non vitam li-

---

6 Fragm. or. Rom. ed. Meyer ed. II, p. 477. 9 lib. I §. 9. 11 ibid. §. 10. 14 in eodem loco] immo in Act. I, §. 2. 27 Verr. V, §. 118. 29 ibid. 30 §. 119.

---

1 pudicitia *A* et rel.] etc. *F* recitatur *V* 2 iis *C*: his *AEFV* inpugnare *E* 3 calamitates *om. V* 5 liborem *A* uaticinium *E* 6 audacissime *AEF* 7 maledictum *AE* accuso *ACEV*: accusatorem *F*, accusato *ed. Pith. et Capp.*, accusabo *Ruhnkenius ad Aquilam* §. *40* diuitiae de fact. *ACV*: de fact. diuitiae *EF* 9 hoc *ACE*: homo *V*, haec *F* 10 actum iri] hac. tui. ri *A* 11 contemptus *C* 12 in hoc inquit *F* 13 damnatum iri *Christ*: damnari *libri* 14 enim *ACEV*: eum *F* in quo *om. V* reconciliarem *C*, conciliare *V*, conciliarem *E* 17 uere *CEV*: seuere *AF* ea *om. F* 18 manere *F* 19 deducamur *F* aut de odio *videtur glossema* 20 quondam *C* agere *om. V* 21 maleuolos *A*: maliuolos *CEFV* 22 uana spes *V* uelint *ACV*: uoluit *EF* 23 concitatur *C*: concitetur *AEFV* 24 libor *A*, liuore *CV* 25 qui *ACV*: hi *EF* 27 ii *C* lumine *E* 28 misere prouocabant *F* hostium *CEV* 29 praetoris *C*: p̃r. (*vel* p. r.) *AEFV* 30 liberam *V*

berum, sed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes. Rursum odium movet: Laetaris tu in omnium gemitu et triumphas. Metum quoque miscet: quo confugient socii? Adfectus tunc maiorem gratiam habent, si ex iis moveantur, quae iam probata sunt.

21. Adfectus ex his trahitur: a re, a persona, a causa, a loco, a tempore, a signis, a facultatibus, a toto ad partes, a partibus ad totum, a contrario, a minori ad maius, a maiori ad minus, a simili, et a barbaris gentibus et a bestiis et inanimalibus: ducitur et de ceteris locis, unde et argumenta sumuntur. Nec te moveat, quod hinc et argumenta duci supra rettulerim, si quidem *de* illa omni circumstantia, unde ad convincendum reum argumenta sumuntur, inde etiam, postquam crimen probaveris, adfectus conmoventur. Ante omnia illud considerandum est, ut cum aliqua res natura sui gravis fuerit, ipsa tantum sola invidiam moveamus, ne aliquas rationes alias adferendo res, quae per se gravis est, dubia videatur, quae nonnumquam sola repetitione augetur, ut illud est: Matrem tuam, *matrem, inquam, tuam* cecidisti. A re peto adfectum, cum irascendum dico ei, qui hominem occidit. A persona, dum queror magistratum esse iugulatum. A causa, dum officio in rem publicam fungitur. A loco, cum dico in foro. A tempore, cum dico luce, palam. A signis, ut Cicero: Te praetore Siculi milites palmarum stirpibus, piratae Siculo frumento alebantur. A toto ad partes invidia facta est: Rem publicam universam petis; et ad partes descendit: templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam totam ad exitium et vastitatem vocas. A parte ad totum, *ut*, ubi unus puta civis laesus, tota res publica laesa dicatur, ut est: Non tu hoc | loco Gavium, non unum hominem nescio quem, sed communem libertatem in crucem egisti. A facultatibus: Cleomenes huius libidini nec adversari poterat nec au-

---

2 §. 121. 3 §. 126. 21 Verr. V, §. 99. 23 in Catil. I, §. 12. 27 Verr. V, §. 170. 29 ibid. §. 82.

---

3 triumfas *A* miscet quoque metum *EF* confugiunt *EF* 4 iis *C*: his *AEFV* moueantur *E*: moueant *ACF*, monebunt *V* 6 a loco, a causa *C* 7 a parte *F* 8 *fort.* etiam a barbaris 9 unde argumenta *F* 10 sumatur *A* 11 de illa omni *scripsi*: illa omnia *FV*, illa omnino *ACE* 12 prouocaueris *C*, uocaueris *V* 14 sua *malebat Capp.* generis *V* in inuidiam *V* 15 alias *om. V* 16 illud est *A*: est illud *CEFV* 17 matrem, inquam, tuam *nos addidimus* caecidisti *A* A re peto *ed. Pithoeana*: repeto *mei* 18 ei] illi *F* 19 magistratum *ed. Pith.*: magis *mei* esse *ACV*: esset *E*, etiam *F* in rẽ p̃ fungitur *A*: in re p̃. fungitur *E*, in R. P. iungitur *F*, in rẽ praeiungitur *V*, in Romano populo uincitur *C* 20 in foro in re p. *V* 21 te praetore] tempore *E* 22 A toto ad partes: Invidia facta est, rem publ. *etc. edd. prave* 23 Rem p̃ uniuersa *E*, R. P. uniuersa *F* petis. et ad partes descendit. Templa *C*: Partis et ad partes descendit. Templa *AEV*, Partis ad partes, Templa *F* 25 exitum *E* 26 ut *addidit Christ* 27 Ganium *ACE*: Granium *F*, G. gracchum *V* 28 cruce *E* 29 Cleomedes *F* aduersari nec poterat *Cic.*

p. 344 C

debat; erat enim praetor qui maximam haberet potestatem: inde Tullius traxit invidiam. A contrario Cicero misericordiam movet, cum dicit: Fortis et animosos et se acriter ipsos morti offerentes servari cupimus, eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt. Item a contrario: Si qui deos colunt laudantur, sacrilegi puniendi sunt. A pari: Qui parentes contemnit, et deos neglegit. A consequenti: Qui semel deliquit, semper maiora conatur. A repugnanti, ut Cicero de Antonio: Avunculum suum sceleratum esse fatebatur: poena adfectum querebatur. A minori ad maius: Servi, me hercule, mei si me isto pacto metuerent, quo te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? A maiore ad minus: Quo neque Atheniensium gloriosissimae classes, cum mari plurimum poterant, bellis saepe conatae umquam aspirare potuerunt, eone te praetore pirata penetravit? A simili: Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut cum vidisset monile, ut opinor, ex auro et gemmis, pulcritudine eius incensa salutem viri proderet: similis est, inquit, istius cupiditas. A barbaris gentibus: Si tu aput Persas aut in extrema India deprehensus, Verres, ad supplicium ducerere, quid aliud clamares nisi te civem esse Romanum? et *si* tibi ignoto aput ignotos, aput barbaros in extremis atque ultimis gentibus positos, et reliqua. Item a bestiis et inanimalibus, ut Cicero: denique si non ad homines, verum ad bestias, aut etiam, ut longius progrediar, si in aliqua desertissima solitudine ad saxa et scopulos haec conqueri ac deplorare vellem, tamen omnia muta atque inanimalia tanta et tam indigna rerum acerbitate moverentur.

22. Adfectus hactenus crescunt, ut cum eum qui sit caesus, occisum, qui sit inprobus, latronem nominemus. Si extollendum aliquid fuerit, am-

---

3 p. Mil. §. 92. 9 Phil. II, §. 18. 10 in Catil. I, §. 17. 13 Verr. V, §. 98. 16 Verr. IV, §. 39. 19 Verr. V, §. 166. 24 ibid. §. 171.

---

1 haberet *AV*: habebat *CEF* potestatem *CF*: p̃t̃ *A*, praeturam *V*, pt̃ *E* 2 in inuidiam *V* A] et *V* misericordiam mouet Cicero *C* 3 forteis *CF*, fortes *E* efferentes *V* 4 seruare *F* magis *A*: *om. CEFV* 5 misericordiam nostram *F* non *om. C* requirit *E* 6 colunt *AV*: colant *CEF* laudant *E* sic legi puniundi *V* 10 mei hercule *E*, Hercule *F* 11 sisto pacto *A* omneis *F* 12 relinquenda *E* tibi] uel *F* urbem *om. E* 13 maiori *F* Carthaginiensium *Cic.* 14 mari] ma *A* plurimi *E* 15 numquam *codd. et edd.* te praetore *C*: te p. r. *AV*, te .r̄p. *E*, tandem P. R. *F*, tandem te praetore *Pith.* 16 Eriphylam *E*: Eryphilam *CF*, eryplam *A*, heri filiam *V* 17 munile *EF* 18 perderet *F* 19 inquid stius *A* 20 in *om. CEF* Verres *om. F* 21 ducereris *F*, duceret *E* qui aliud clares *E* ni *V* te *om. EV* 22 et si tibi — positos *om. F* si *addidi* 23 posito *ed. Pith. et Capp.* et reliqua *om. EF* inanimalibus *ACV*: animalibus *E*, inanimatis *F* 26 hoc *EF* ac] haec *V* 27 tamen] tunc *E* inanimata *F* tanta et tam *codd. Cic.*: tantae tam *A*, tanta tam *CEV*, tanta tamque *F* 29 qui ui sit *E* caesus *ACEV*: laesus *F*

p 344. 345 C.

pliora verba ponenda sunt cum ipsis nominibus: ut Cicero: Non furem, sed ereptorem, non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae, non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque, non sicarium, sed crudelissimum carnificem civium sociorumque in vestrum iudicium adduximus. Item crescit adfectus, ut, cum unum crimen sit, sententiae aut verba unum significantia acervo quodam congeruntur, ut est: Quid enim tuus ille, Tubero, destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus mucro ille petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quae tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Ergo alibi congeries multorum criminum enumeratio est, hic unius verbis facta multiplicatio. Similiter: Aderat ianitor carceris, carnifex praetoris, mors terrorque sociorum et civium Romanorum, lictor Sextius.

23. Adfectus tanto plus valet, quanto verbis firmioribus extollitur: in argumentis enim enucleata diligentia, in adfectibus grandiloquium quaeritur. Sunt etiam alii loci communes, qui magis ad causam ex periculi magnitudine, non ex causae genere ducuntur: qui tamen non per totam causam, sed in omne genus causae incidunt. Cito ta|men principiis aptantur, ut misericordiam captent, cum aut adversariorum calumnias, factiones, solitudinem suscepti vel cetera eius infortunia memoramus, ut pro Vareno: amici deficiunt, cognati deserunt, et reliqua: aut accusatorum calumniam prodimus, ut in eodem loco: in inimicissima civitate urgent, instant, insecuntur, studio, multitudine, pecunia, periurio pugnant. Contra species minuendi haec est, ut eum qui pulsavit, attigisse, qui vulneravit, laesisse dicamus, ut Cicero: vulnus, quod acu punctum videretur; item: uxores suas a cena redeuntes adtrectatas esse. Namque adfectus, nisi vim animi habeat, nullus est, nec proderit inventus, ut Cicero de eodem: ut dolere, ut flere, ut ardere videamur.

---

1 Verr. I, §. 9. 7 Cic. p. Lig. §. 9. 12 Verr. V, §. 118. 22—23 fragm. 1 et 2. 26 p. Mil. §. 65. 27 item] p. Cael. §. 20.

---

2 oppugnatorem *F* 4 carneficem crudelissimum *F* 6 unum hominem crimen *E* sit *om. V* aut *AV*: ac *F*, hic *CE* 7 *an* congerantur? *nisi malis*: si, cum unum crimen sit, ... congeruntur districtus *CEF* in acie *om. E*, in *om. F* 8 farsalica *A* mucro latus *V* 9 quis *E*, *sed* s *punctata* 11 *immo* congerie uerbis *AC*: uerbi *EFV* 13 terrorque *C*: terror *AEFV* 14 Sestius *C* 15 infirmioribus *EF* 16 enim qui magis ad causam ex periculis enucleata *E*, *cf. v. 17* in affectibus autem *F* 18 non ex causae (causa *F*) incidunt *mediis omissis EF* non per totam *Capperonnier:* non re per totam *ACV* 20 captet *V* 21 infortuna *E* 22 bareno *A* cognati deficiunt cognati deserunt *E* desunt *F* et reliqua *E*: et rei *ACV*, etc. *F* aut *ACEV*: aut cum *F* 23 calumnias *F* ut] aut *V* in *om. E* 25 peiurio *A*, periurio *om. F* inueniendi *F* 26 attigisse *AEFV*: tetigisse *C* uulnus *ACV*: *om. EF* 27 punctum *C*: punctum inflictum *AEFV*, inflictum *ed. Pith. et Capp.* 28 adtrectatas (attr. *C*) *ACV* attractatas *F*, attractas *E* nisi *ACFV*: qui *E*

p. 345 C.

## DE EPILOGIS.

24. Epilogos de omni causa rapies, et maxime quam misericordiam movere posse conspexeris: qui tamen erunt breves nec diu prosequendi; nam lacrimis comparati sunt, quibus nihil citius arescit. Scire autem debes in omnibus fere officiis caput esse artis, decere quod facias. Horum praeterea natura praeceptorum est, ut etiam obesse videantur, si mediocriter nota sint: quae tunc infinitum proderunt, si in animo frequenti usu insculpta permanserint.

---

2 rapies *AEV*: capies *F*, reperies *C* quam (*sc.* causam) *F*: quae *ACV*, que *E*: *fort.* qua misericordiam moveri 3 conspexeris *ACV*: perspexeris *EF*; *cf. p. 364, 2* persequendi *F* 4 nil *F* 5 docere *EF* facis *E*, facies *ed. Capp.* 7 in infinitum *E* in animo *V*: animo *ACEF* 8 insculpta *F*: sculpta *ACE*, sculpa *V* permanserunt *E*, *in quo additum est caput* DE MEMORIA, *excerptum ex Iulio Victore p. 259 et 262 sq. ed. Orell. In A est subscriptio:* Expleta praecepta artis rethoricae brebiter collecta.

XII.

# C. IULII VICTORIS

## ARS RHETORICA

HERMAGORAE, CICERONIS, QUINTILIANI, AQUILI, MARCOMANNI, TATIANI.

$C$ = codex Romanus, quondam Ottobonianus saec. XII.
$v$ = editio Maii et Orellii.
$O$ = Orelli.
$B$ = prima manus codicis Bambergensis Quintiliani.

# PROOEMIUM.

Oratoris officium est in ea quaestione, quae versatur in negotiis civilibus, posse probabili et apta ad persuadendum oratione uti. Sunt autem ea demum civilia negotia, quae nulla arte propria continentur, ut geometricae et musicae et ceterarum huiusmodi scientiarum, sed earum rerum tractatum habent, quae perficiuntur ex opinione communi aut legibus aut moribus, et de quibus omnes, qui aliquatenus intellectum aliquem recipiunt, et dicere et iudicare possint. Omnes enim fere et accusare alium et purgare se ipsos possunt et de aequo et utili disputare videntur sibi posse. Sed hoc alii natura tantum sine ulla observatione aut exercitatione faciunt, sicut ferire alterum et tueri se ipsum etiam qui armis facere non didicit aliquo modo potest; naturales enim motus, quemadmodum corporis, ita et animi sunt, quibus et alium insectari et pro nobis pugnare possumus: alii autem usu et exercitatione civilium rerum utilius et promptius utuntur oratione, unde factum est, ut quaedam observationes nascerentur, quibus collectis et comprehensis esset quaedam disciplina dicendi. Huius vis constat inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione. Primum est enim | invenire quod dicas; dein quod inveneris disponere; tum quod disposueris *verbis explicare*, *quarto quod inveneris et disposueris* et oratione vestieris, memoria comprehendere; ultimum ac summum, quod memoria comprehenderis, pronuntiare.

## I. DE INVENTIONE.

Inventio est excogitatio rerum verarum aut veri similium, quae causam probabilem reddunt. Haec cum exsistat ingenio atque natura, tum vero sine doctrina non potest perfici. Nam ut quidque auditu dignum excogitari aut inveniri commode possit, in ea, in qua dicendi ratio versatur, arte discendum est. Excogitare igitur et invenire debet orator principium, narrationem, egressum, partitionem, confirmationem, reprehensionem, epilogum, ut integra quasi membris constet oratio, de quibus singulis dissemus. Verum non idem est ordo prosequendae ac proferendae actionis, qui esse debet disponendae atque meditandae. In proferenda namque actione semper primus locus prooemio datur, dehinc plerumque narrationi, post

---

AQUILII *O*, Aquilae *Mai p. LXV* TACIANI *C*, Titiani *Mai et Bergk in novo Mus. rhen. IV, 129 (1845)* 19 verbis — — et disposueris *supplevit L. Spengel ex Alcuino p 391 C; v. Acta soc. Graec. (Lips. 1836) I, p. 34* 29 membris suis? 32 semper *nos*: saepe *Cv*

p. 4—6 M. p. 196. 197 O.

egressibus, tum quaestionibus et novissime epilogo. Sed in cogitatione nihil antiquius versandum est quam status causae: in quo plerique falluntur, qui quod primum dicendum sibi esse vident, id primum requirunt, id est principium, dehinc de narratione cogitare insistunt, tunc ad cetera descendunt: cum hoc sit commode dicere volentibus perquam contrarium et impeditum et multae caliginis plenum; fieri enim non potest ut probabile aut favorabile aut pertinens principium se vel narratio vel ulla sententia aut verba denique ad rem agendam strenue offerant, nisi ei, qui penitus causae viscera per statum ipsum et singula membra quaestionum et species cogitatione tacita apud se omnium, quae prosint causae | quaeque obsint, alta ratione discusserit. Hoc est, quod Cicero ait: ex rerum cognitione efflorescat et redundet oratio: ac nisi res sit ab oratore percepta et cognita, inanem quandam elocutionem existere ac paene puerilem. Socrates quoque dicere solebat, omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes. Scire autem est rem, de qua dicturus sis, universam ante pernoscere (in hanc rem constat etiam Catonis praeceptum paene divinum, qui ait: rem tene, verba sequentur), et peristasin causae, quam susceperis, et in ea iudicatum, *τὸ κρινόμενον*, per singulos proprii status articulos investigare, et tunc ad statuenda principia et ceteras orationis partes cogitatione respicere: ideo quod illa prima quae dicuntur si vehementer velis congruere et cohaerere cum causa, ex his ducas oportet quae secuntur. Accepto igitur themate primum circumstantiam sectari debes, cuius partes sunt septem hae: ‘quis, quid, quando, ubi, cur, quemadmodum, quibus adminiculis’. Harum vero omnium aut plurimarum rationalis congregatio facit causam, et hac primum perspicitur, an consistat controversiae ratio, an vero materia, quae proposita est, asystatos sit.

## II. DE ASYSTATIS.

Asystaton est enim thema, quod circumstantiam non habet, ut ‘reum facit iniuriarum pauperem dives’. Vides hanc causam stare non posse; neque enim quando nec ubi nec cur nec aliud praeterea potest quaeri, ut altercationem controversia videatur admittere, sed quasi nuda et debilitata proponitur. Nec tamen putes omnes species circumstantiae in themate omni posse reperiri, sed aliquando omnes, aliquando plerasque: at si, ut in suprascripto, paene omnis desit circumstantia, causam stare non posse. Sunt et alia vitia tria, quae asystatas controversias faciunt, ut *κατ' ἰσάζουσαν*, cum ex utraque parte circumstantia eadem utique est et nulla ne parva quidem differentia discerni potest, ut ‘vicini adulescentuli,

11 de Orat. I, §. 20. 14 ibid. I, §. 63. 17 p. 80 ed. Iordan.

6 ut probabile — principium se *Christ*: aut probabile — principium, si se 11 alta *C*: habita *F. Meister (Quaest. Quintil. p. 23)* discussit *C* ex] et *C* cogitatione *C*, *em. e Cic.* 23 circumstantia *C* 25 et] ex *coni. Mai* 26 an assistat *Cv* 29 Asystatos *C*, *em. O* 35 at *O*: ac *C* 37 *ἰσάζουσα C*

p. 6—8 M. p. 197—199 O.

qui speciosas uxores habebant, nocte ‖ alter alterum obvium habuit; accusant se invicem adulterii'; nihil est enim, quod non aequaliter ab utroque possit invicem dici. Item *καθ' ἑτερομερίαν*, cum reo nulla defensio est et color facto probabilis non est nec controversiae, sed communis loci speciem obtinet, veluti: 'decem iuvenes nuntiato bello digitos sibi amputaverunt: rei sunt laesae rei publicae'; nulla enim defensio facinoris invenitur. Est etiam aporon, in quo iudex ferendae sententiae rationem explicare non possit, veluti: 'petebat alter ab altero usuram quasi creditae pecuniae; ille velut depositam sine usuris restituere certabat. Pendente iudicio lex de tabulis novis lata est; reposcit ille quasi de|positam, hic quasi creditam retinet'. Non enim perspici potest, quid in sententia ferenda iudex sequatur, cum petitor interdum creditam, interdum depositam, reus autem nunc depositam, nunc creditam dicat. In omni igitur controversia perspicies secundum ea, quae supra scripta sunt, diligenter, num aut plures partes circumstantiae desint, aut similitudo interimat quaestionem, aut inclinatio partium reo auferat actionem, aut caligo iudicis causam disceptare non possit. Et si ex his nullum inerit vitium, attende identidem etiam atque etiam et inhaere origini quaestionis, id est intentioni et repulsioni. Intentio est id, quod primum dicit qui movet litem, sive accusator sit sive petitor, ut est 'occidit patrem Sextus Roscius': repulsio est 'non occidit'. Ex intentione et repulsione nascitur quaestio 'an occiderit'. Hoc *τὸ κρινόμενον* Graeci dicunt. Hic est status causae, qui nascitur ex intentione et repulsione. Non omnis tamen status ex prima propositione et repulsione comprehenditur, sed sunt status, qui multis propositionibus et depulsionibus invicem frequentatis sero eruantur, ut 'caedem fecisti': si respondeat 'non feci', sicut supra, perventum ilico ad statum est, ut quaeratur 'an fecerit'. Si vero, cum obiectum sit 'caedem factam', respondeatur 'factam quidem caedem, sed iure, quoniam adulter occisus sit', non iam *ἀπόφασις* a reo opposita erit, sed causativum, quod Graeci *αἴτιον* appellant. Cui accusator aeque etiam non *per κατάφασιν* insistit, quia confessus est quod obiecerat, sed per | *συνέχον*, quod est causativi destructio, id est, non habuisse eum potestatem perimendi, quoniam infamis fuerit: deinde referetur a reo, negatam non esse etiam infamibus perimendi potestatem. Vides, quam ‖ sero et per quot gradus ad statum ventum sit, id est ad *τὸ κρινόμενον*, de quo partes congrediuntur, de quo iudex pronuntiaturus est, an etiam infamibus adulterum liceat occidere. Hoc ergo interest, quod in superiore ex cataphasi et apophasi tantum, id est ex intentione et depulsione, *τὸ κρινόμενον* invenitur: in hac autem posteriore, relicta cataphasi et apophasi, ex causatione, *ἐκ τοῦ αἰτίου*, et continentia, *ἐκ τοῦ συνέχοντος*, *τὸ κρινόμενον* apparet. Quintilianus di-

---

20 ut est *Stanger*: id est *Cv* 26 ad statum sit *Cv* 28 non iam *Mai*: non etiam *C* 30 per *add. Mai* 37 superiore *scil.* materia, *ut est infra v. p. 376, 7* 39 *εἰς τοῦ αἴτιον C* 40 *εἰς τοῦ C*

cit primitus inveniri statum, id est τὸ κρινόμενον, si cogites id, quod sive accusator vel petitor dicat, utrum controversum sit an confessum: si confessum sit, non potest ibi esse quaestio. Transeundum ergo ad aliud et illud subtiliter intuendum, confessumne sit an controversum: ut ubi primum coeperit controversum esse, id est ubi primum non convenerit inter partes, ibi statuatur quaestio, id est status, hoc est τὸ κρινόμενον. Hoc per exemplum insinuari manifestius potest: ut in superiori materia ‘occidisti hominem’ si respondeatur ‘non occidi’, controversum est, non convenit inter partes: potest hic esse quaestio ‘an occiderit’. At si respondeatur ‘occidi’, confessa res est, convenit inter partes, cum quod alius intendit alius confiteatur. Longius ergo proficiscendum est: ‘puniendus es, cum occidisse te fatearis’. ‘Adulterum occidi, et interimi adulterum licet’: quod hic confessum est; convenit enim inter partes adulterum occisum. Quaerendum ergo est aliquid ultra, | ut ‘adulter fuit quidem, sed, quia exul eras, tibi non licuit occidere’; respondetur contra ‘licuit’. Ac vicissim cum aliunde dicatur ‘non licuit’, aliunde ‘licuit’, coepit inter partes non convenire; et potest hic stare quaestio, ut sit τὸ κρινόμενον ‘an exuli adulterum licuerit occidere’. Sed harum rerum rationem ac differentiam nisi perceptis statibus consequi plenius non potes, et idcirco disce de singulis statibus.

## III. §. 1. DE STATIBUS.

Omnium omnino causarum status sunt octo: ex his rationales quattuor, quattuor legales. Rationales quattuor sunt coniectura, finis, qualitas, translatio, quae vel rationalis est vel legalis. Legales sunt scripti et voluntatis, legum contrariarum, collectio, ambiguitas.

## §. 2. DE CONIECTURA.

Coniectura dicta est a coniectu animi, id est intentione mentis ad veritatem acumine suo tendentis. Huius proprium est id, quod obicitur, totum negare, quod iudex suspicionibus sectatur. Status hic temporum *trium* est; nam quaeritur ‘an fecerit, an faciat, an facturus sit’. Alia est coniectura, quae plena dicitur, alia, quae non [dicitur] plena. Aut enim et in personis et in rebus quaestio est, et est plena coniectura: aut in personis tantum vel in rebus tantum, et est non plena. ‖ Coniectura plena est, ut est illa: ‘despondit filiam petenti pater; exclamavit mater potius esse ut moriatur quam ut illi nubat; obiit puella ambiguis signis citra nuptiarum diem: ream veneficii facit maritus uxorem’. Hic enim et de re quaestio est, an veneno obierit puella, et de persona, an mulier dederit. | De re tantum quaestio est, ut in illa controversia: ‘pater et filius ducatum

1—15 = Quintil. 7, 1, 5 sqq. 27 = Quint. 3, 6, 30.

5 coepit *Cv* 11 confitetur *Cv* 29 trium *add. Christ* 30 an faciet *Cv* 31 dicitur non plena *coni. O, sed videtur potius* dicitur *additamentum esse* 37 mulier *C*: mater *Mai*

petierunt; filius praevaluit, aciem commisit, captus est et patibulo affixus. Inventus est pater cum auro ab hostibus veniens; reus est proditionis': hic enim de facto ambigitur solo. De persona tantum quaeritur, ut 'cum caedis reus est, qui iuxta cadaver recens in solitudine cum gladio inventus est'. Hic enim res apparet, hoc est homicidium, sed de auctore dubitatur. Sunt et duplicis coniecturae species plures: prima, cum utrique se reos directo consistunt, et sunt duae accusationes, duae defensiones, id est anticategoria, et iudici licet quemcumque damnare, ut in hac controversia: 'vir fortis, cui noverca erat, captivae nuptias praemii nomine impetravit. Obiit veneni signis; reas se faciunt veneficii captiva et noverca'. Secunda species est, in qua reus eligit aliquem facinoris auctorem, tamen citra accusationis periculum, ut M. Tullius removendi a Sexto Roscio criminis causa Capitonem et Magnum et Glauciam designat facinoris auctores. Tertia species est, in qua quaeritur 'hic testamento nominatus an ille: veneni sint *signa* an cruditatis'. Quarta species est, in qua uterque a se factum esse consistunt, ut in hac controversia: 'tyrannus suspicatus est sibi venenum a medico suo datum; alium medicum advocavit: ille ait veneno eum appetitum et antidotum pollicitus dedit potionem, qua epota tyrannus obiit: ambigunt medici de praemio'. Fit coniectura et ex una parte duplex aut multiplex, cum duo aut plura crimina accusator intendit, quae defensor negat. |

## §. 3. DE FINE.

Si neque de facto neque de persona negamus, superest ut, confessi commisisse nos quod obicitur, negemus id, quo accusator vult nomine vocandum, ut sit finis, ut: 'dives inimici pauperis statuam verberavit; reus est iniuriarum'. Hic enim non negat a se dives quod intenditur factum, sed differte se tuetur, id est, non hanc esse iniuriam. Diffors enim est oratio, quae id, quod definit, explicat quid sit: et ideo in hoc nomine controversia est, quia, cum de facto conveniat, quaeritur, quo id, quod factum est, nomine appelletur. Omnis quaestio finitiva fit, quotiens aliqua res ex parte perfecta est, ex parte imperfecta. Nam si sit omni parte perfecta, nulla erit quaestio, || ut: 'Sacrilegium illud est, quia de sacro loco vas ablatum est: sacrilegium illud non est, quia non sacrum vas ablatum est.' Et semper sive in simplici sive in duplici finitor eo, quod est, nititur: infirmat diffors eo, quod deest. Illud etiam respiciendum est, quod in omni finitivo statu aut minoris poenae oblatio est et maioris repulsio, ut: 'non debeo capite puniri, quia non sacrilegium est, quod admisi, sed furtum: ob hoc quadruplum solvendum est': aut omnis omnino poenae repulsio est, ut: 'nullam poenam mereor, quod statuam verberaverim; non

---

7 *num* consistunt *hic et infra v. 16 sanum sit dubitamus* 8 *fort.* anticategoriae 10 obiit] *sup. lin. additum in C* vir fortis, *quod Mai et Orelli receperunt* 15 signa *Mai addi iubebat (cf. Quintil. 7, 2, 13), Orelli tamen omisso* sint *sic scribere malebat:* veneni signa an cruditatis 27 id est *C*: dicens *Stanger* 28 diffinit *C* in hac *Christ* 35 infirmat *Christ*: infirmatur *Cv*

p. 11—13. M. p. 201. 202 O.

est enim iniuria, quod admisi'. Huius status species sunt plures. Est enim simplex, quando de uno nomine quaestio est, ut in illa controversia, in qua reus est iniuriarum, qui statuam verberavit: nam quoniam hoc tantum in disceptationem venit, quid sit iniuria, simplex finis est. Est et duplex finis, in quo duo nomina veniunt in quaestionem, ut: 'fur quadruplum solvat; sacrilegus capite puniatur. Is, qui ex fano pecuniam privatam subripuit, ad poenam deposcitur: offert quadruplum'. Hic duplex finis est, quia quaeritur et quid sit furtum et quid sit sacrilegium. Est et alia species duplicis finis, in qua non de duobus nominibus quaeritur, sed cum ei rei, quae proprium nomen obtinet, aliud extrinsecus nomen adhibetur, ut: 'saepe se verberanti marito uxor amatorium dedit, eumque repudiavit; obsecrantem reconciliari respuit; ille se suspendit: rea est mulier veneficii'. Hic constat potionem illam amatorium vocari: an tamen et veneficii nomen accipere debeat, quaeritur. Est et multiplex finis, qui fit aut per partitiones aut per divisiones: per partitiones, cum res ea, quae proposita est, quasi in membra discerpitur, ut si quis dicat: ius civile est, quod in legibus, senatus consultis, rebus iudicatis, iuris peritorum auctoritate, edictis magistratuum, more, aequitate consistit. Per divisiones autem, cum formas omnes complectimur, quae sub eo genere sunt, ut: abalienatio est eius rei, quae mancipi est, aut traditio alteri nexo aut cessio in iure. Est etiam finis per etymologiam, ut: 'Tyrannicida optet praemium. Ascendit quidam arcem necaturus tyrannum, ipso non reperto liberos eius interfecit et ibi gladium reliquit, quo se, cum supervenisset, tyrannus occidit.' Qui eum negat praemio honorandum, etymologia utitur dicens, tyrannicidam esse, si quis occidat tyrannum, non si quis ei causa mortis exstiterit. Est et alius finis, in quo aliud continet et aliud continetur, ut: 'si quis sacra indicaverit, poenas luat: quidam initiatum se sacris somniavit; eam rem sacerdoti retulit; sacerdos ita esse respondit: petitur ad poenam'. Hic continens finis est quid sit indicare, 'dicere, an assentire nescienti'. Continetur ille | 'an profanus sit, qui talia somniavit'. Ex cuius quaestionis fortuna dependet etiam prioris eventus. ‖

## §. 4. DE QUALITATE.

Qualitatis status vel in primis ad notitiam necessarius est, propterea quod multiformis ac varius est et in plerisque forensibus negotiis magis quam in pragmatibus scholasticis assiduus. Est igitur qualitas, ut ex nomine ipso deprehendi potest, genus quaestionis, in quo nihil aliud tractatur, quam cuiusmodi sit ea res, quae in controversiam adducitur. Sunt

11—12 = Quintil. 7, 8, 2.

6 is quis *C* 11 saepe se uerberanti *C*: saepe seuerantia *B*, saepe secubanti *edd. Quintil. ex coni.* 30 *debebat saltem esse* assentiri, *sed videtur maius vulnus latere*

p. 13. 14 M. p. 202. 203 O.

autem qualitatis primae species duae secundum M. Tullii auctoritatem, pragmatica, id est negotialis, et dicaeologica, id est iuridicialis.

## §. 5. DE PRAGMATICA, ID EST NEGOTIALI.

Negotialis est, in qua infinite et quodammodo citra personae complexum de re ipsa quaeritur, qualis ipsa sit. Pragmatica fit modis pluribus; nam et deliberativum est quaestionis *eius* genus. Sed si modo res apud iudicem agatur, persuasoria est controversia negotialis, quo in genere sunt omnes fere diffortes. Item fit, cum simplex petitio inducitur, vel cum quaeritur, in quo iure sit res aut persona. Item negotialis status est, cum quaeritur de quantitate alicuius rei vel in mensura vel in numero: quod genus quaestionis incidit nonnumquam in civiles actiones, cum aliqua ratio acceptorum, expensorum et solutorum inducitur, vel cum de mensuratione agrorum inter vicinos et modo promisso quaestio nascitur, vel cum propter onera fugienda de bonorum permu|tatione tractatur. Et ut breviter explicem, quaecumque controversia versatur in aestimatione litis vel pretii vel quantitatis vel numeri vel alicuius huiusmodi rei, ea cadit in statum negotialem; sicut etiam de aestimatione litis aut de modo poenae constituendo iis, quorum de culpa iam pronuntiatum est: quales sunt duae orationes Catonis et Caesaris de poena coniuratorum; quaeritur enim illic, quanti lis coniuratorum debeat aestimari. Hoc autem genus quaestionis totiens nascitur, quotiens nulla lex certam poenam constituit maleficio, quod constat: at, cum plura genera poenarum sunt diversis legibus constitutarum, contra voluntatem alter alterius sibi vindicabunt, et non arbitrium iudicis, sed necessitatem legis spectabunt. Et ideo, ne sit error, totiens negotialis status esse dicetur, quotiens poenae in condemnatum reum electio erit in iudicis potestate nullam statutam formam vindicante. Praeterea etiam illud est negotiale quaestionum genus, in quo singulae rerum qualitates patiuntur quaestiones per universales propositiones, an honesta, an utilis, an iusta res sit: quae ferme etiam in legum et in rogationum lationibus observari solent. Item alia est species negotialis, cum hae eaedem qualitates rerum inter se comparantur, utra iustior an honestior, vel cum aliquis reddit causas voluntariae mortis. Fit *item* negotialis status *ἐπιβολῇ ποιο‖τήτων*, id est iniectione qualitatum, cum quasi inicitur et supervenit qualitas qualitati, sicut in illa controversia: ‘qui servus dicebatur, coepit in libertatem vindicari: placuit omnia iudicia in annum differri: postulat ille, ut medio tempore in possessione libertatis sit.’ Est enim una qualitas, quia

1 de Inv. I, 11, 14. 19 in Sall. Catil. c. 51 sq.

6 eius *addidi* 12 de numeratione agitur inter *ed. Rom. vitiose, quod vitium operarum Mai ipse correxit p. 126* 13 modo promisso *scripsi*: modo primo *Cv; cf. Frontin. de controv. p. 14 Gromat. ed. Lachm.* nam et in ceteris agris de modo fit controversia, quotiens promissioni modus non quadrat. 18 his *Cv* 22 at *Christ*: aut *Cv* diuersis *O*: diuisis *C* 26 nullo (*vel* neutro) *Christ* 32 item *addidi*

servus videbatur: deinde supervenit qualitas alia, quia liber hodie | videri vult, et exinde quaestio oritur: quae tamen quaestio non fuisset, nisi adumbrata esset influentibus in se quodammodo prioribus qualitatibus: et seposita persona quodammodo generaliter quaeritur, cum paullo ante servus, hodie autem liber dicatur et necdum de altero constet, utrum sit aequius eum in libertatis possessione consistere, an in servitute retineri. In summa omnis negotialis status neque facti defensionem habet neque coniecturam futuri, sed suadet tantum, quid oporteat fieri; ideoque eiusmodi res ad ius quodammodo futuri temporis spectat. Diximus retro duas esse primas species qualitatis, negotialem et iuridicialem. Quoniam igitur de negotiali satis tradidimus, nunc iuridicialem videamus.

## §. 6. DE IURIDICIALI, ID EST DICAEOLOGICA.

Iuridicialis est, in qua non sicut in negotiali quid debeat statui, sed quid fieri oportuerit consideratur. Et licet similis sit superioribus, differt tamen, quod criminibus refutandis commodior videtur. Proprium autem eius est, quod ita subest de ista materia, ut, an criminose an licite factum sit, disseratur. Hoc scinditur in duas partes, in antilepsin, quae est absoluta, et in antithesin, quae est relativa.

## §. 7. DE ABSOLUTA, QUAE EST ANTILEPSIS.

Absoluta qualitas fit, quotiens de facti tantummodo qualitate contenditur, ipsaque res, quae in iudicium vocatur, perniciosa non esse fere monstratur recteque facta et iure, quoniam frustra est paene licitum quid | esse, nisi sit et bonum atque iustum, aut ita tamen, ut secundum iustum non vetetur: ceterum si legem profert, legalem statum **. Veluti: 'damnato Milone exclamavit M. Tullius Romam sedem bonis viris esse non posse, et reus est laesae rei publicae'. Hic enim neque dictum a se, quod obicitur, infitiatur, neque de nomine criminis disputat, nec de transferendo iudicio laborat, nec lege contra legem aliquam utitur, nec contra sententiam scripto nititur, nec ambiguitatem distinguit, nec colligit aliquid collectumque dissolvit, nec sicut in negotiali qualitate quid oporteat fieri tractat, sed de qualitate eius, quod iam dictum est, contendit, et nullo iure prohibitum et perniciosum non esse.

## §. 8. DE ANTITHESI, QUAE EST RELATIVA.

Antithesis genere et ipso exprimit qualitatem, sed idcirco tantum species habenda, quia non usquequaque simili, ut absoluta, consistit || articulo. Namque illa, ut quae prima vim generis sui, id est qualitatis, exceperit, in eo universa est, ut de qualitate eius, quod fecisse aut dixisse arguitur reus, disputet, id est non esse improbum doceat. Antithesis au-

---

8 tantum *nos*: etiam *Cv* 17 antilensi *C* 18 antithesi *C* 19 ANTILENSIS *C* 21 uere *Cv* 23 aut ita tamen ut secundum *nos*: et ita tamen secundum *Cv*

tem non ex qualitate eius, quod fecisse reus arguitur, defensionem praestat, sed ex alia re extrinsecus appetita, id est ex causativo, cum rei ipsi non potest assistere, sed causam asserit, propter quam fecisse dicat. Et interest inter absolutam et relativam, quod ibi facti qualitate reus se tuetur, hic qualitate causae, propter quam dicitur factum, id est *αἰτίῳ*, veluti: 'Orestes accusatur, quod matrem interfecerit'. Non potest enim factum quod obicitur, recte factum ostendere, sed *αἴτιον*, id est causam, propter quam fe|cit, allegat, id est ob patris sui necem. Fit antithesis per quattuor species, aut *κατ' ἀντέγκλημα* aut *κατ' ἀντίστασιν* aut *κατὰ μετάστασιν* aut *κατὰ συγγνώμην*. *Κατ' ἀντέγκλημα* est, cum in eum ipsum, cuius gratia arguimur, culpam referre conamur et causativum ad defensionem facti ex ipsius incusatione deducimus, ut supra: 'Orestes reus ob necem matris ipsam, propter quam accusatur, accusat et in eam, quae maritum interemit, causam criminis refert ac per accusationem matris sui defensionem comparat.' *Κατ' ἀντίστασιν* fit, cum neque factum ipsum quasi recte factum probare neque *culpam in alium transferre con*amur, causativum autem inducimus et ex incommodo, propter quod arguimur, maius commodum enatum, veluti re rem rependimus atque pensamus, ut: 'imperator, fugientibus ad moenia militibus, bis acie pulsus tertio disiecit muros et conflixit et vicit'. Nemo potest dicere recte factum, quod civitati muri sint adempti, sed adfirmat maius ex eo incommodo commodum esse quaesitum, victoriam scilicet: cuius beneficio consecuti sunt, ut vel alia moenia meliora etiam exstruere possint. *Κατὰ μετάστασιν* fit, cum factum, propter quod arguimur, aliorsum a nobis derivare conamur; nec compensamus, sicut in *κατ' ἀντίστασιν*, nec in eum ipsum, propter quem rei sumus, regerimus incusationem, sicut in *κατ' ἀντέγκλημα*, sed contenti a nobis removere aliorsum transferimus vel in personam vel in rem: in personam, ut si Ahala Servilius Spurio Maelio occiso ita se defenderet, occidisse quidem, sed iussu dictatoris. In rem, ut *si* Hannibal reus, quod a tertio lapide urbis recessisset, diceret fulminibus et tonitruis se esse deterritum. *Κατὰ συγγνώμην* est, cum et factum confitemur, quod intenditur, et culpam esse concedimus et eam in alium transferre non possumus et commodum nullum | ex ea probare conamur, sed omissis omnibus veniam precamur aut ignoratione aut necessitate aut casu, ut est Marci Tullii pro Ligario sententia. Si omnia defecerint, superest deprecatio, in qua et male et sponte nos fecisse confessi nihil aliud quam preces allegamus.

---

3 *fort.* insistere 5 *αἴτιον Cv* 15 *Καταντίστασις Cv, em. Spengel l. c.* neque factum .. probare, neque culpam in alium transferre conamur *scripsimus*: aeque factum .. probare nequeamus *Cv* 17 et *nos*: ut *Cv*; *fort.* et, quod ex incommodo.. enatum sit, veluti re rem *nos*: rei rem *Cv* 19 refugientibus *Stanger coll. p. 345, 24, at v. p. 93, 24* 23 Catametastasis *Cv* 24 diriuare *Cv* 25 in catantistasi *et v. 26* in catantenclemate *Cv, em. Spengel* 28 Haala *C* 29 si *om. C* 35 sententia *C*: *immo* defensio. *Apud Maium et Orell. prave locus sic exstat:* pro Ligario sententia: si omnia defecerint, ... preces allegamus, *quasi verba* si omnia *etc. ex oratione Ligariana petita sint*

p. 18. 19 M. p. 204. 205 O.

Quod genus actionis apud humiliores iudices nihil valet, si sola sit; quid enim apud eum preces agant, cui necesse est damnare confessos? ‖

## §. 9. DE METALEPSI, ID EST RATIONALI ET LEGALI.

Translatio est, id est praescriptio, cum id agimus, ut causam non dicamus, id est excludamus actione adversarium. Consistit autem haec quaestio aut ratione aut lege. Ratione praescribimus modis sex: aut persona aut loco aut tempore aut re aut modo vel numero. Persona, ut ‘ignominiosus es, accusare tibi non licet’: aut ‘magistratus sum, accusari me non licet’, et talia. Loco, ut ‘non in senatu accusari debeo, sed apud iudicem: non Romae, sed Athenis’, et talia. Tempore, ut ‘non nunc, sed olim agere debuisti’, aut ‘nondum tibi agere permittitur’, et talia. Re, ut ‘dementiae tibi agere licet adversus patrem, tyrannidis non licet’, et talia. Modo *vel numero*, quod difficile in scholasticis pragmatibus invenitur, ut ‘non hanc formulam mihi intendere debuisti, sed illam: non ex hoc edicto mecum agere, sed ex illo: non tanti litem taxare, sed tanti’, et talia. Nonnumquam et in una controversia duae translationes exsistunt. Necesse est tamen praescriptionem in aliquem statum continuo transire: ut si dicam ‘non potes me accusare, nam infamis es’, aut respondebit ille ‘non sum’, | et fit coniectura: aut respondebit ‘aequum esse et infamibus actionem dari’, et fit qualitas, et talia.

## §. 10. DE TRANSLATIONE LEGALI.

Translatio est legalis, cum aliquod nobis ius patrocinatur ad excludendam actionem diversae partis, ut in illa controversia: ‘Bis de eadem re agere non liceat. Pauper duorum divitum inimicus filio in urbe relicto peregre profectus est; filius eius inventus est occisus et inspoliatus, et accusaverunt se divites caedis; ambo absoluti sunt: regressus pauper vult eos accusare: illi ex lege praescribunt.’ Non fallat autem nos, non in his solis controversiis esse praescriptivas quaestiones, quae totae praescriptione tollantur, ut est controversia, quae supra scripta est, sed sunt et aliae controversiae, in quibus erunt quidem primae praescriptivae quaestiones, sed non ita, ut controversia finiatur in ipsis. Utrimque enim, omissa praescriptione, descenditur ad causae disceptationem, ut: ‘mortem petit vir fortis unius ex civibus; decreta est: non occidit; petit ille ut occidatur’. Erit quaestio prima praescriptiva: ‘non licet tibi postulare, semel decreta morte mea; et si adversus alium licet, adversus me non licet’. Quae quamquam sint praescriptiva, necesse est tamen ab his descendant actiones ad iuris aut praemiorum disputationem.

---

4 id est] *fort.* siue 7 uel numero] *fort. addendum* aut aliquo scripto, *v. infra p. 386, 24* 9 et alia *Cv, et sic etiam v. 10, 11, 15, 20* 12 dementiam — tyrannidem *Cv*; *at cf. infra p. 392, 30 et Fortun. p. 97, 4* 13 vel numero *add. Christ* 15 sed tanti *O*: sed tanti litem *C* 18 es et respondit ille *Cv* 22 excludendum *Cv* 25 spoliatus *Cv*; *at p. 392, 32 et v. Sulp. Vict. p. 340, 25*

## §. 11. DE STATIBUS LEGALIBUS.

Sunt autem legales status, sicut supra dictum est, quattuor: ambiguitas, quam Graeci *ἀμφιβολίαν* vocant; | collectio, quam Graeci *συλλογισμόν* vocant; contrariae leges, quem Graeci *ἀντινομίαν* vocant; scriptum et voluntas, quem Graeci *ῥητὸν καὶ διάνοιαν* vocant. ‖

## §. 12. DE AMBIGUITATE.

Ambiguitas est, quotiens varia pronuntiatione vel varia significatione quaestio nascitur. Fit autem vel in scripto vel in voluntate scripti. In scripto aut per distinctionem fit aut per similitudinem nominum, quod est *ὁμωνυμία*. Per distinctionem fit sic: ‘periurus ter dena milia solvat: periurat quidam semel; petuntur ab eo triginta milia’. Hic enim totum in distinctione consistit, utrum pronunties ‘periurus ter’, an vero ‘periurus’ et distinguas, et sic postea adicias ‘ter dena milia det’. Per similitudinem autem nominum, velut ‘heres sit Tiberius’, et multi Tiberii ambigant; vel cum legatur taurus et quaeritur, ‘utrum bovem an servum Taurum legaverit’, et talia. Per voluntatem vero fit ambiguitas, cum tota quaestio in voluntate scriptoris consistit, veluti: ‘meretrices, si ancillas habeant, publicae sint’: hic enim neque distinctio discernere potest quaestionem, nec de nominis similitudine altercatio nascitur, sed tantum quid lex voluerit quaeritur, utrum meretrices publicas esse an ancillas an utrasque.

## §. 13. DE LEGIBUS CONTRARIIS.

Legum contrariarum status est, cum aut duo scripta contraria inveniuntur et comparatione in diversa nituntur, quod perquam raro accidit, aut cum peri|stasis ipsa quamvis diversissimas leges ita tamen comminus conducit, ut contrariae esse videantur, veluti: ‘sacerdotibus Vestae sit perpetua virginitas; viri fortes praemium accipiant: fortiter fecit quidam et petit nuptias virginis Vestae’. Hic enim ipsae leges contrariae non erant, quippe ne eadem quidem *de* re scriptae, sed incidentia, quam peristasin dicimus, ita eas ex diverso comminus adegit, ut repugnare sibi videantur. Fit autem legum contrariarum status, non modo cum duae leges videntur esse contrariae, verum etiam cum aliqua incidit duplex, et actores alter alteram tuentur partem, veluti: ‘rapta raptoris mortem aut indotatas nuptias optet: duas quidam eadem nocte rapuit; altera mortem, altera nuptias optat’. Hic quamquam una lex sit, tamen legum contrariarum status dicitur. In simplicibus quoque aliquando nascitur legum contrariarum status, velut: ‘fortis praemium accipiat: fratres, qui patrem habebant proditionis reum, fortiter fecerunt; petunt alter ut aboleatur iudicium, alter ut agatur’. Quod enim ad legem attinet, simpliciter unam rem

---

4 *fort.* quem statum *καὶ διάνοιαν scripsi*: catiano *C*, *κατ᾽ ἔννοιαν inepte Mai et O* 11 periurat quidam *O*: periuratum *C*; *possis etiam* periuratum a quodam Sic enim *Cv* 28 de *om. C*

praescribit, ut vir fortis praemium accipiat; non ut illa superior, *ut* aut mortem aut nuptias flagitet: sed voluntates diversae virorum fortium quandam speciem ediderunt quasi duarum legum contrariarum. Hoc genus quaestionum nonnulli quasi sine statu, asystaton, repudiant, cum omnia videantur utrimque paria esse et sint *ἰσάζοντα*. Sed comparatio per omnes tractata articulos ab hac calumnia vindicat quaestionem. ‖

## §. 14. SCRIPTI ET VOLUNTATIS.

Quando alter verba praestat, quae scripta sunt, alter sententiam interpretatur vel quiddam excipit, scripti et | voluntatis status appellatur. Hic autem status non in legibus solum est, sed in testamentis, in edictis, in dictis, in omni re, quaecumque in literas referri potest, ut in hac controversia: ‘peregrinus murum si ascenderit, capite puniatur: murum peregrinus ascendit, hostem advenire nuntiavit, processit exercitus et vicit; petitur ad poenam’. Is qui petit lege utitur, is qui recusat voluntate; dicit enim non omnes, qui ascenderint, sed eos, qui malo voto ascenderint, puniendos. Scripti autem sententiam intemptamus tribus modis: aut scripto ipso, *si ipso* patet non semper id posse servari, *ut: ‘liberi parentes alant aut vinciantur’;* non enim et infantes et debiles vinciuntur: aut *cum* ex *aliis* legibus exempla ducuntur, quibus probetur non semper scripto stari posse: aut cum ex ipsis legis verbis argumentamur non id, quod dixerit, voluisse latorem, ut in hac controversia: ‘noctu qui cum ferro fuerit inventus, vinciatur: cum massa ferri quidam deprehensus est; petitur ad poenam’: apparet enim legis latorem in ferri nomine telum cogitasse.

## §. 15. DE COLLECTIONE.

Cum ex eo, quod certum est, id, quod incertum est, ratiocinatione inquiritur, collectivus status vocatur. Hic colligitur duplici modo. Nam quaeritur aut, an satis lege cautum sit, aut an nihil propriae legis habeat et similitudine uti debeat. Superioris collectionis species sunt quattuor: ab eo, quod semel, et saepius, ut: ‘incesta praecipitetur: praecipitata evasit; repetitur ad poenam’: dicitur enim, quae praecipitari iussa sit, saepius debere praecipitari, nisi obierit. Aut quod in uno, et in pluribus, ut: ‘qui duos tyrannos uno tempore occidit, petit duo praemia; contra dicitur’. Aut quod ante est, et postea, ut: ‘rapuit | quidam et profu-

---

12—14 = Quintil. 7, 6, 6. 17 sq. = ibid. §. 5 18 = ib. §. 7 20 sqq. ib. §. 8. 25 — p. 385, 3 = ib. 7, 8, §§. 3—8.

---

1 ut *ante* aut *addidi* 6 tractata *Stanger*: tracta *Cv* 10 in edictis *nos*: et edictis *Cv* 11 in dictis *delendum videtur* 17 si ipso *supplevi* ut — — uinciantur *om. Cv; suppleta e Quintiliano* 18 cum *addidi* 19 aliis *supplevi e Quintil.* stare *C, em. e Quintil.* 20 argumentantur *Cv, em. Meister secundum Quintil.* 27 aut an nihil *etc.*] *apud Quintil. est:* In hoc genere haec quaeruntur: an, quotiens propria lex non est, simili sit utendum. 30 petitur *Cv, em. ex Quintil.* iussa est *Cv*

p. 23. 24 M. p. 207. 208 O.

git; rapta nupsit; reversus raptor petitur ad mortem'. Aut quod in parte est, *et* totum, ut: 'vomerem pignori accipere ne liceat; aratrum accepit; contra dicitur'. Secunda collectio fit a simili, ut: 'cum vir fortis praemium accipiat, et tyrannicida debet accipere'. A contrario: 'desertor capite puniatur; vir fortis praemium debet accipere'. A maiore ad minus: 'exulem intra terminos liceat occidere, utique et flagellare'. A minore ad maius: 'furem licet verberari, latronem utique interfici'.

Haec sunt, quae de cognoscendis statibus insinuanda tibi existimavi. Sed in his ille error non debet exsistere, quod plerumque in pragmatibus rationalium statuum multae leges inveniantur. Quamvis enim ista sit pugna, tamen omnis lis atque contentio non ex legibus, sed ex ratione extrinsecus adposita consurgit, veluti: 'fur quadruplum solvat, sacrilegus capite puniatur: de templo qui privatam pecuniam sustulit, offert quadruplum, et petitur ad poenam'. Hic quamquam duae leges positae || sint, quaestio tamen non ex legibus nascitur, sed ex criminis proprietate, et fit status finitivus, qui est unus, sicut retro didicisti, ex rationalibus statibus. Contra et legales quaestiones, quamvis multae extrinsecus rationales altercationes admoveantur, pugnam tamen et contentionem ex ipsis legibus gerunt, ut: 'vir fortis praemium petat: fortiter quidam fecit et petit mortem civis'. Hic etsi ratiocinatio adhibeatur extrinsecus, disceptatio tamen omnis [nominis] in legis voluntate consistit, et fit status scripti et voluntatis, qui est unus ex legalibus statibus. Post haec meminerimus, alias esse controversias simplices, alias coniunctas: simplices tres status habere, id est aut 'non feci', aut 'non hoc feci', aut 'iure feci', et cetera: coniunctas vero totidem status plerumque recipere posse, quot sint crimina vel species, ve|lut cum uni reo multa intenduntur, et aliud negat, aliud definit, aliud iure factum contendit, et cetera, prout causa postulaverit. Illud autem interest inter simplices et compositas controversias, quod compositae, sublata una re aut pluribus, manent tamen, simplicium omnis contentio contra unam rem consistit. Et ideo cum incidit composita causa, licebit eam sic tractare quasi plures causas.

## IV. §. 1. DE DIVISIONE.

Quoniam, quemadmodum possis dinoscere statum, plenissime tibi traditum est, protinus accepto themate cura perspicere, cuius quid sit status. Habent enim singuli quandam ad dividendum regulam propriam, licet sint eius pleraque communia, illo quod in omni statu divisio rectius ordietur a generalibus quaestionibus, quae in unaquaque causa generales esse potuerint, et a generalibus gradatim descendet ad speciales, id est ad causae

---

2 est totum *Cv*; *apud Quintil. est:* an quod in parte, idem in toto 4 debet *O*: debeat *C* 20 nominis *ex dittographia ortum videtur* 21 est unus *nos*: est et unus *Cv* 23 coniunctas. Simplices, tres status *prave distinctum in v* 27 Illud *nos*: Aliud *Cv* 34 *immo* cuius quod (*vel* quodque *sc.* thema) sit 36 eius] *scil.* divisionis illo *C*: eo *coni. O* 37 *an* poterunt? 38 descendunt *Cv*

proprias. Generales sunt, quae non in ipsa tantum causa tractari possunt, sed habent aliquid commune cum pluribus, ut: 'an veri simile sit a divite tyrannidem affectari'. Hoc enim non in hac tantum causa, sed ubicumque dives reus affectatae dominationis fuerit, disputari potest. Deinde sequitur: 'an cum habeat magnam secum manum'. Haec quoque generalis quidem est, aliquatenus tamen iam devergit ad speciem; non enim omnibus reis hoc idem obici potest. Ex hac pervenitur ad specialem, id est propriam praesentis iudicii: 'an cum abdicatos secum habeat'. Ita sensim defluit generalitas ad speciem, id est ad τὸ κρινόμενον. Eadem ratio est divisionis et in ceteris omnibus statibus. Intuendum tamen est, ne nimis immoremur generalibus quae|stionibus, sed praecipuam congressionem ad causae proprias conferamus species. Disputatio enim generalium apud animos iudicum praeparabit tantummodo aditum, ut magis persuadere possis, cum de specialibus disputabis. Ceterum omnis causae firmitas in τῷ κρινομένῳ est, id est specie iudicii propria. Cui etsi generales nonnihil prosunt, nisi tamen, cum summa industria speciales fuerint elaboratae, frustra sit in generalibus opera consumpta. Sunt et incidentes quaestiones, sed et incidentium incidentes, id est, ‖ cum ad iudicandum statum eum, qui est causae proprius, alius extrinsecus status supervenit. Sed hoc planius per divisionum exempla percipies; nullus enim omnino est status, qui non vel sibi ipse vel cuicumque alii statui possit incidere. Accepto tamen themate cura perspicere ante omnia, num praescriptio possit opponi per aliquam sui speciem, de quibus retro didicisti, id est aut persona aut loco aut tempore aut re aut modo vel numero aut aliquo scripto. Potius enim est, si litis condicio patitur, adversarium ab actione depellere, quam cum intentionibus eius conluctari. Sed tamen acriter praecavendum est, ne in praescriptivis quaestiunculis aut leves admodum aut nullius momenti occasiones sint aut invidiosae et contrariae. Si autem inventa fuerit praescriptio, dividetur ea ratione, quam suo loco status huius divisione cognosces. Nunc primum de coniectura tractemus.

## §. 2. DE CONIECTURA.

Plena coniectura dividitur locis septem: a persona, a causa, a consiliis, a potestate, ab initio ad finem, a translatione causarum, a veri simili defensione. In persona consideratur patria, nomen, genus, corporis habi|tudo, mores, vita, amici, aetas, incessus, vultus: nunc haec omnia, nunc quae causa habuerit. Nec enim semper necesse est omnia considerare ista, sed quae praesens negotium subministraverit. A causa autem amor, odium, spes lucri vel futurorum timor, et cetera. A consiliis, an suppliciorum metu retardari potuerit, an reum futurum se non speraverit. A potestate pecuniae, arma, conspiratio, numerus clientium, servorum. Nexae autem

---

15 est, id est *scripsi*: non est *Cv* 22 perscriptio *C* 37 amorem odium spem lucri uel futurorum timorem *C*

p. 26. 27 M. p. 209. 210 O.

inter se esse debebunt causa et potestas; nam ut frustra est voluisse, si non potuerit, ita potuisse, si noluerit, vanum est. Ab initio autem ad finem, in quibus factum ipsum excutimus, variae sunt usquequaque quaestiones. Nam in illis facta, dicta, affectus, eventus etiam considerari solent; praeiudicia, rumores, tormenta, tabulae, ius iurandum, testes, responsa, *omina*, vox aliqua emissa, et ea, quae dicuntur signa, id est vestis cruentata, livor et talia: et omnia, quae in causa inveniuntur, non ingenio nec arte excogitantur, sed ingenio et arte tractari solent, [et] appellantur ab initio ad finem, quod Graeci dicunt *ἀτέχνους πίστεις*. Et nunc ordinem sequimur, nunc eum convertimus pro utilitate causarum. A translatione causam facti transferimus in id, quod facere licuit, et haec est sedes coloris, in qua parte vel maxime coniecturales causae laborant. Veri similis defensio est, quae plerumque horum argumentorum est confirmatio. Haec resolvitur ab accusatore locis tribus: ignoratione, casu, necessitate; quorum omnium usum in exemplo experiemus. 'Dives adulescens multos abdicatos recipit; reus est adfectatae dominationis'. A persona 'an veri simile sit ut dives tyrannidem affectaverit'. A causa 'an propter | lucra et voluptates, quae sunt in dominatione'. A consiliis 'an metu supplicii retardari potuerit: an reum futurum se non speraverit, et si speraverit, evasurum crediderit', quae pars similis est ac paene eadem cum veri simili defensione. Atque idcirco Marcus Tullius pro Milone per utrumque istorum locorum tractatum consiliorum divisit. A potestate 'an cum habeat magnam secum manum eorum, quos recipit': ab initio ad finem 'an, cum abdicatos recipiat, signum sit adfectatae tyrannidis, an cum multos'. Quod quoniam est pro accusatore, resolvere id reus causarum translatione conabitur, quae sunt sedes coloris. Quo in loco coniecturales causae laborant, 'an ideo recipiat, quod misereatur civium calamitosorum simulque eos sustinendo innoxios praestet'. Huic parti necessario adicitur veri similis defensio. A veri simili defensione: 'an si hoc destinaret, non utique palam abdicatos reciperet, sed eos clam sibi foederaret, ac non solos abdicatos, sed et alios homines'. Hunc locum quia resolvi diximus ab accusatore ignoratione, casu, necessitate, nascentur quaestiones hae: 'an nescierit posse se accusari: an divino casu hoc modo instruxerit dominationem, ut posset teneri: an ex necessitate hoc genus hominum susceperit, quia aliud non habebat'. Sic dividitur plena, hoc est illa, in qua et rerum et personarum vertitur quaestio. Sed non plenarum altera est, quae in personis solis litem patitur, ut in hac controversia: 'Vir fortis habeat praemium: quidam fortiter fecit; praemio captivae mulieris nuptias accepit, veneno periit; rea est captiva veneficii'. A persona: 'an credibilis homicidii voluntas in muliere, an veneficii, an in captiva, an in uxore'. A causa: 'an causam habuerit sceleris odium

---

5 omina *add. Spengel coll. p. 403, 31* 8 tractari *Spengel*: scrutari *Cv*; *cf. p. 403, 32*[e] 9 *ἀτέχνον C* 25 *immo* quae est sedes 33 possit *Cv* ex *nos*: et *Cv* 35 uertitur quaestio, sed non plenarum. Altera est *prave distinctum est in v*

illud hostile; in quo an post nuptias potuerit permanere'. Consilia etiam tractabimus, quod quidem in huiusmodi controversiis vice | veri similis defensionis hoc in loco plenius exequimur: 'an speraverit occultum futurum scelus, an se ream non futuram, an prosperas sententias relaturam'. A potestate: 'an potuerit venenum parare in aliena civitate; an in ea civitate, in quam captiva pervenerat; an potuerit dare ei, a quo diligebatur et per hoc non timebatur'. Sequens est ex non plenis coniectura, in qua de re quaeritur, quia persona manifesta est, ut: 'quidam inventus est recens cadaver in via solus sepeliens; caedis reus est'. Hic scilicet venire in controversiam persona non poterit; certa enim est, cuiusmodi sit; et ideo nec voluntati locus est nec potestati. Tres igitur reliqui loci divisione fungentur. Ab initio ad finem: 'an, cum iuxta recens cadaver solus sit inventus, hic sit caedis auctor; an cum in via, an cum sepeliens'. A translatione causarum: 'an omne illud iniuria fecerit'. A veri simili defensione: 'an, si ipse esset interfector, utique fugisset potius quam ibi substitisset; an vero neminem putaverit adfore, vel tutiorem existimaverit cadaveris obliterationem'. In coniecturae divisione voluntatis et potestatis loci communes sunt et accusatoris et defensoris, perinde etiam ab initio ad finem; quae nunc recto prosequimur ordine, nunc vero || confundimus pro utilitate causarum. Causarum quoque translatio communis esse debebit. Nam cum † constitit partes ab initio ad finem, quae nobis officiunt, causarum translatione solvenda sunt; utrique autem possunt officere, causarum etiam translatio utrique subveniet. Verisimilis defensio semper defensoris esse tradita est, quae ut resolvenda sit, supra dictum est. Si quis autem curiosius spectaverit, inveniet nonnumquam accusatorem quoque aliquid tale temptare, cum erit facti alicuius ratio reddenda. Quod ad mutuam accusationem attinet, | eadem ratione dividenda erit, qua simplices coniecturales causae, hoc tantum accedente, quod unoquoque loco duplicatur divisio. Ordo tamen legitimus erit, ut prior sit nostra purgatio; nemo enim accusatorem fert, cuius adhuc innocentia incerta sit.

## §. 3. DE FINITIONE.

Finitiva dividitur sex locis: definitione, collectione, quantitate, comparatione, qualitate, coniectura. Definitio nominis proprietatem verbi explicat, ut 'quid sit furtum'. Collectio autem contrariae partis definitionem expugnat. Contendimus enim perinde hoc esse atque illud, de cuius culpa non dubitatur; et hoc operatur collectio, ut cum sua definitione adversarium poenae faciat obnoxium. Quantitas de commissi modo quaerit, quem defensor minuit, accusator amplificat, et defensionibus suis quisque adaequat. Comparatio quantitatem supercrescit; illa enim sese contenta est, haec se ulterius extollit. Qualitas in hoc assumitur, ut accidentiam rei

---

11 divisionem *Cv, at v. 389, 6* 14 iniuria] misericordia *Christ* 21 *an* consistunt? 22 solvenda sunt *nos*: soluendas *Cv* 27 attinet *Cv* 29 accusationem C, *em. O* 35 perinde *Christ*: primum *Cv, cf. 389, 14*

dispiciamus, an iusta, an bona, an turpis, an utilis, et cetera; non tamen semper omnia, sed utique quae materia portaverit. Illud tenendum est, non solum rerum qualitates, sed et personarum inspiciendas per accidentiam suam et factorum reputationem. Sed et modus inspicitur, quo modo factum sit; qui locus latus est et gaudet collationibus sive exemplis. Coniectura sexto loco fungitur, nonnumquam et secundo, quae si validior erit, locis suis dividetur. Scire debes in ea materia, in qua duplex finis fuerit, duplicari etiam collectionem. Quantitas principalis est defensoris; dicit enim minus esse quam accusator affirmet. Comparatio accusa|toris est; vult enim maius esse hoc, quam eius nomen, de quo quaeritur. Qualitas utrique communis est, in qua solent partes ab initio ad finem multas recipere definitiones. Nunc sub exemplo finem dividamus. ‘Aeger militia vacet: qui amat, petit militiae vacationem’. A fine: ‘an qui amat, aeger sit’. A collectione: ‘an perinde sit amor atque languor’. A quantitate: ‘anne tanta res sit amor, qui mereatur vacationem’. A comparatione: ‘an gravior sit morbus animi quam corporis’. ** A coniectura: ‘utrum hoc ei divinitus an culpa mentis acciderit, praesertim belli tempore’.

## §. 4. DE NEGOTIALI QUALITATE.

Dividuntur negotiales, quae in legum et rogationum lationibus reperiuntur, primo quidem ab obscuritate, si nobis materia largitur, ‖ ut Marcus Tullius de lege agraria facit, et Cato saepe et saepissime Gracchus. Sequens locus est, legem esse contrariam vetustis legibus, ut Demosthenes adversus Androtionem, Aeschines adversus Ctesiphontem faciunt; qui tamen locus in scholasticis materiis quam est rarus, nisi forte sub nomine sit controversiae. Tertio loco spectabimus universales propositiones, quibus gaudet suasoria, honestum, utile, iustum et cetera talia. Nunc suasionem legis dividamus. ‘Pauper et dives inimici visi sunt in gratiam revertisse, commutatis liberis per adoptionem: fert legem dives, ut indemnatos liberos liceat occidere; contra dicit pauper’. Ab obscuritate: ‘quos dicat liberos, utrum naturales an adoptivos, utrum ante natos an hos, qui inde nascentur’. A contrarietate: ‘an obroget vetustis legibus, quae de salute civium caveant, id est, | ne quis telum hominis occidendi causa ferat’. Ab universalibus propositionibus: ‘an iustum indemnatos necari, an ipsis quoque patribus inutile, an impium, an periculosum, an impossibile’. Hic plane et coniecturae vehemens tractatus est, ‘quo animo ferat.’ Nec miremur coniecturam intervenire; omnis enim status, sicut saepe iam dictum est, in omnem controversiam potest incidere: qui si erit levior, uno capite divisionis cum eo transigemus; si validior, locis et ipse suis omnibus quasi

---

10 eius *O*: esse *C* 16 qualitatis locum *excidisse monuit Spengel l. c. p. 35; cf. supra p. 388, 33 et 40* 21 *malles* fecit, *nisi paulo post (v. 23) sequeretur* faciunt 23 Stesiphontem *C* 24 quam] ‘*i. e.* perquam *vel* quam maxime, *ut c. 16* uerbis utique quam propriis et accommodatis. *ibid.* compositio quam lenis et placida decurrat’. Orelli 30 ante *Christ*: a se *Cv*

p. 31. 32 M. p. 212. 213 O.

principalis dividetur. Hoc eodem modo rogationum quoque lationes dividemus. Reliquas negotiales, quae nec in legum neque rogationum lationibus erunt, dividemus locis his: ab initio ad finem, definitione, consilio, qualitate, comparatione qualitatum; nunc his omnibus, nunc, ut se materia offert, quibusdam. Proinde in hac quoque divisione incidentium statuum formas et quantitates considerabimus. 'Is, cuius filius non comparebat, edixit se certam pecuniam daturum ei, qui filium sibi exhibuisset: quidam mortuum ostendit; petit indicivam: contra dicitur'. Ab initio ad finem: an, cum promiserit, exsolvere debeat: an non debeat, quod mortuum ostendit'. A definitione: 'an hoc exhibere sit, mortuum demonstrare'. A consilio: 'quo consilio promiserit; utrumne qualemcunque quis demonstrasset, an vero si vivum'. A qualitate: 'an aequum sit compelli eum ad pretia in orbitate numeranda'. Possit hic fortassis et comparatio qualitatum moveri: 'utrum illi melius fuerit non videre omnino filium, an vel talem videre'.

## §. 5. DE ABSOLUTA QUALITATE.

Dividimus absolutam qualitatem locis tribus: ab initio ad finem, a partibus iusti, a consilio. Partes ab | initio ad finem perinde hic etiam persequimur, atque in causis coniecturalibus inveniuntur. Partes iusti excutientur in eo, quod est natura iustum, more iustum, pacto iustum. Natura iustum est, quod nobis nascendi sorte obvenit, ut parentes amare, amicis bene facere, inimicos persequi. Hic est locus, in quo quid ‖ dignum sit examinatur. More iustum est apud Scythas sexaginta annos natum occidere, et apud Lacedaemonios flagro verberari. Lege vel pacto iustum est, in quo consideratur, an non sit prohibitum; nam si scriptum praetenditur, alius erit status. In pacto spectantur aetatum licentiae et sectae; quibusdam enim quaedam videntur esse concessa, ut philosophis, oratoribus, pictoribus. Tertius est consiliorum locus, in quo quaerimus, quo consilio fecerit; ac si incertum, destruetur et resolvetur causa, persona, modo, tempore, loco. Ab initio ad finem principalis est accusatoris locus; a partibus iusti principalis est defensoris: locus consilii utrique communis est. Nunc absolutae qualitatis materiam dividamus. 'Matrona cynicam sectam exercet; de moribus rea est'. Ab initio ad finem: 'an, cum affectet insolita feminis, male vivat, an cum literarum artes, an cum philosophorum, an cum cynicam legem sequatur'. A partibus iusti: 'an liceat velle, quae prohibita legibus non sunt, an studere, an sic studere'. A consilio: 'cur hoc faciat; utrumne, quod suo nomine sapientiam praestet, an vero, quod libere velit et sine observatione cuiusquam vitam ducere'. Potest hic et communis illa qualitas incidere, quae eadem per comparationem est, ubi quaeritur 'utrum e re publica sit damnari hanc an absolvi'.

---

5 Perinde *C, em. O* 14 an uelut talem *Cv* 17 *malim* persequemur 23 Lacedaemones *Cv* 24 praetenditur *nos*: pertendit *Cv* 25 in pacto *nos*: in hoc *Cv* 35 An consilio *Cv* 36 suo nomini *Cv*

p. 32—34 M. p. 213. 214 O.

## §. 6. DE ADSUMPTIVA QUALITATE.

Adsumptiva per relationem et adsumptiva per | remotionem et adsumptiva per compensationem et adsumptiva venialis iisdem omnes locis dividuntur: ab initio ad finem, ab adsumptione, ab adsumptionis destructione. Destruimus autem locis sex: coniectura, qualitate, definitione, translatione, quantitate, comparatione; nunc istis omnibus, nunc plerisque eorum. Horum effectus in controversiis inspiciamus. Relativa: ‘dux exclamantem in acie militem, vincimur, interfecit: reus est caedis’. Ab initio ad finem: ‘an cum militem interfecerit ob nullum commissum, quod lex morte punit, poenam luere debeat’. Ab adsumptione relativa: ‘an cum exlamantem, vincimur, interfecerit, absolvendus sit’. A destructione adsumptionis relativae per coniecturam: ‘propter hoc an propter aliquas simultates interfecerit’. A qualitate: ‘an iustum fuerit sic animadverti in militem’. A fine: ‘animadversio fuerit illa an vis’. A translatione: ‘an nec ipse nec illo loco nec illo tempore, sed iudices dicta causa iudicare debuerint’. Per quantitatem: ‘anne tanto supplicio dignum fuerit commissum militis’. Per comparationem: ‘utrum potius fuerit tunc eum interfici an postea reum fieri’.

Remotiva: ‘legatus intra diem tricesimum proficiscatur: legatus non accepto viatico remansit et reus est’. Ab initio ad finem: ‘an cum legatus non sit profectus, debeat poenam sustinere’. Ab adsumptione remotiva: ‘an cum non acceperit viaticum, crimini non sit obnoxius’. A destructione remotivae adsumptionis iisdem gradibus, id est per ‖ coniecturam: ‘cur profectus non sit: utrumne quod viaticum non acceperit, an ob insidias vel contumaciam vel laedendae rei publicae studio’. Per qualitatem: ‘an iusta sit cessationis causa non accepisse viaticum’. Per translationem: ‘an agere cum quaestore debuerit et rem vel | ad senatum vel ad populum deferre’. Per quantitatem: ‘an magnum sit quod commisit’. Per comparationem: ‘an potius fuerit vel non accepto viatico pergere quam manere’. Definitio huic controversiae defuit, sed iam praediximus, non omnes locos in omnibus materiis inveniri.

Adsumptiva per compensationem: ‘Tyrannus trecentos nobiles uti secum gubernator transveheret imperavit: ille omnes naufragio per dolum perdidit; reus est laesae rei publicae’. Ab initio ad finem: ‘an laeserit rem publicam trecentis perditis, an nobilibus’. A compensativa adsumptione: ‘an, cum simul tyrannum perdiderit, non modo non laeserit, verum etiam iuverit rem publicam’. A destructione compensationis iisdem gradibus per coniecturam: ‘quo consilio navem fregerit: utrum quod perdere tyrannum voluerit, an vero quod patres et rem publicam laedere’. Per qualitatem: ‘an iusta causa, propter quam tot homines perierint’. Per translationem: ‘an tantam rem non debuerit suo arbitrio agere’. Per comparationem: ‘utrum melius fuerit cum tyranno illos vivere an sic perire’.

---

16 *post* commissum *in cod. superadditum est, ut ait Maius,* uindicare, *quam glossam delevimus* 25 iusta *Baiter*: iustum *C* 39 perirent *Cv*

p. 34—36 M. p. 214. 215 O.

*Venialis.* 'Damnatus est quidam caedis, et in tricesimum diem debebat in vinculis esse: rediit qui occisus videbatur post tricesimum diem; damnatum magistratus eduxit: reus est contra legem fecisse'. Ab initio ad finem: 'an, cum acto tricesimo die damnatum non abstulerit ad poenam, contra legem fecerit'. A veniali adsumptione: 'an venia dignus, cum innocenti pepercerit'. A destructione per coniecturam: 'cur pepercerit, quod leges sperneret, an quod illum rediturum suspicaretur'. Per qualitatem: 'an iustum sit istis de causis contra legem fecisse'. Per quantitatem: 'an magnum sit quoquo modo contra legem fecisse'. Per comparationem: 'utrum melius fuerit innocentem servare an legem transgredi'. |

## §. 7. DE TRANSLATIONE.

Rationalis translatio dividitur locis tribus: ab initio ad finem, in quo sunt persona, locus, tempus, ipsa res modusque eius, per quem movemus praescriptionem: sequens locus est translativae qualitatis, tertius communis qualitatis. 'Adultero stigmata inscribantur; scriptus procedebat: maritus foribus eius inscripsit: hic adulter habitat; reus est iniuriarum'. Ab initio ad finem; 'an, cum adulter sit, cuius domus inscripta est, agere non possit: an cum ipse maritus inscripserit': in quo incidere etiam finis potest, 'an etiam iniuria vocanda sit'. A qualitate translativa: 'an ei ad impunitatem proficere debeat, quod adulter sit, cuius fores inscripserit'. A communi qualitate: 'an absolutione dignus sit, qui effecerit, ne occulta esset impudicitia; an vero poena magis, quod supplicium ultra praescriptum legis extenderit'. ‖

## §. 8. DE LEGALI TRANSLATIONE.

Legalis translatio dividitur locis his: a propositione scripti, ab homonymia vel synonymia, *si* quod istorum inciderit in scriptum; a genere scripti in species, *a fine*, ab initio ad finem, a translativa qualitate, a communi qualitate: saepe istis et finitiva quaestio incidet. Nunc locorum vim sub exemplo consideremus. 'Caedis sit actio: adversus patrem ne qua sit actio nisi dementiae: bis de eadem re agere ne liceat. Pauper et dives inimici visi sunt in gratiam revertisse, commutaverunt liberos per adoptionem; inventus est pauper in publico inspoliatus occisus; instituit accusare caedis adoptivus filius; praescripsit ille, et | abduxit et abdicavit: vult ille rursum reum caedis facere; praescripsit dives.' A propositione scripti: 'an, cum lege cautum sit ne bis de eadem re agere liceat, non possit hic rursum aggredi iudicium, quod iam pridem instituerat'. Ab homonymia: 'quam rem dicat, de qua bis agi vetet: utrumne plene pertractatam et diiudicatam an etiam verbo tenus tactam'. A speciebus, quae genere continentur:

---

1 Venialis *add. Baiter; cf. Spengel l. c. p. 35* 15 praecedebat *Cv* foribus eius scripsit *Cv* 20 *fort.* foribus 26 si quod *nos*: quod *Cv* 27 a fine *addidi; v. infra p. 393, 2*

p. 36. 37 M. p. 215. 216 O.

'an omnes causas bis agi prohibuerit; an vero privatas, non publicas, non capitales, non caedis'. A fine: 'an et actio sit praescriptio'. Ab initio ad finem: 'an, cum abdicatus sit, agere possit et debeat'. A translativa qualitate: 'an ei abdicatio possit aliquid adversus leges conferre'. A communi qualitate: 'an et alias iustum sit res praeponere crimini, an caedis crimini; an cum patrem filius ulcisci velit, an et ipsi diviti honestius sit habita contentione vincere potius quam beneficio legis evadere'. Illud plane in primis scire debemus, quod saepissime legalibus translationibus coniectura implicatur, tendens ad id crimen, quod praescriptio tuetur: quae coniectura ferme omnibus locis dividitur, perinde ut si sola esset nulla interposita praescriptione. Probabile est enim genus actionis, ut videamur iure, non defensionis desperatione praescribere.

Scripti et voluntatis statum dividimus locis his: a propositione scripti, ab eius, quod scriptum est, generis divisione in species, ex quibus speciebus exceptionem voluntatis adversum scriptum afferimus; ab aliquo incidenti rationali statu. Per eos locos, quibus necandus sit hic, qui in templo Cereris inventus est, dividemus quicumque status erit, non tamen omnes eos, sed quosdam, qui opportuni erunt. Omnis autem scriptionis et voluntatis quaestio necesse est ut implicitum sibi habeat aliquem rationalem statum et vel maxime finem, coniecturam, veniam, compensativam qualitatem, universales etiam propositiones, id est, honesti, iusti et | ceterorum, quae incidere solent, nonnumquam et comparationem. 'Vir si in templo Cereris fuerit inventus, capite puniatur: quaedam in templo Cereris puerum enixa est; petitur ad poenam puer'. A propositione scripti: 'an, cum lex caveat necandum qui in templo Cereris inventus est'. Ab specie, ex qua exceptio voluntatis adversus scriptum trahitur: 'an vero lex non omnes puniat, sed eos, qui prudentes et scientes inlicito proposito fana adierunt'. ‖ A fine: 'anne vir possit vocari infans, et quid sit comprehendi: cum latere cupiat, teneri, an vero quoquo modo inveniri'. A simplici qualitate: 'an iniustum sit, an impium, hominem huius aetatis interfici'. A coniectura: 'an providentia deae illic natus sit, ut statim necaretur'. A comparatione: 'utrum melius sit hunc interfici an reservari'.

## §. 9. DE STATU LEGUM CONTRARIARUM.

Statum legum contrariarum dividimus locis his: propositione scripti, interpretatione eius, comparatione scriptorum. Comparatio autem scriptorum ducitur per universales propositiones honesti, utilis ceterorumque, quos supra didicimus, statuum. Adhibemus autem comparationibus tempus, ut, quae lex antiquior sit, et quae magis congruat legibus civitatis, et quae lex super rebus maioribus caveat, quae de magis necessariis, quae privata quorundam, quae communis omnium; quae sacra, quae profana. Sed ho-

---

5 res praeponere crimini *corruptum videtur* *Cv* 17 diuidemus *nos*: diuisus est *Cv* 25 ne cauendum *C* 30 an iustum *Cv* 37 adhibemus *nos*: adiuuemus *Cv*

p. 37—39 M. p. 216. 217 O.

rum locorum non omnes semper in omnem materiam incidunt status, et ideo etiam ingenio est opus ad divisionem. ‘Abdicatus ne quid ex bonis patris capiat: qui ultus fuerit alicuius mortem, bona mortui obtineat. Obiit, qui ex duobus liberis alterum ab|dicaverat; abdicatus accusaverat fratrem veneficii et obtinuit; vindicat sibi bona: contra dicunt propinqui’. Ab intentione scripti: ‘an, cum lege caveatur, ne quid ex bonis patris abdicatus obtineat, hic bona patris obtinere non possit’. Ab interpretatione sententiae per exceptionem: ‘an non omnibus modis abdicati excludantur paternis bonis, sed tum demum, si ea sibi filiorum nomine et sanguinis iure deposcant’. Ab intentione alterius scripti: ‘an, cum lex caveat ut ultorem exspectent bona mortuorum, hic accipere debeat bona, qui ultor exstiterit’. Ab interpretatione alterius sententiae: ‘an non omnes ultores bona accipere debeant, sed hi, qui salvis aliis legibus possint’. A comparatione legum: ‘quae lex potior habenda sit, eane, quae in patrem caveat, id est de † patribus, an ea, quae in omnes, id est de ulciscendis quorumcumque civium mortibus: utra lege standum, magisne ea quae puniat, an ea quae honoret; utra melior, utra iustior, utra religiosior sit’. Nonnumquam et rationalis status incidit, quem et ipsum, quatenus permittit eius subiectum, suis locis dividere debemus. Accidit etiam, ut inter duas leges ita sit quaestio, ut alteri alter status superveniat: quibus inventis locis divisiones non deerunt.

## §. 10. DE AMBIGUITATE.

Ambiguitatis statum dividimus locis his: propositione partis, quae ex lege nobiscum facit, oppositione eius, quae adversus nos facit; collatione partium per universales propositiones, utra pars hu|manior sit, utra congruat moribus civitatis; in quibus de animo latoris | coniectura dominatur. Hos locos sub exemplo consideremus. ‘Qui periuraverit ter publice virgis verberetur: convictus semel periurii petitur ad poenam ut verberetur; contra dicitur’. A propositione, ‘an periurum ter censeat verberandum’. Ab oppositione: ‘an vero lex ter periurum verberandum censuerit’. A comparatione: ‘utrum honestius, utrum iustius, utrum legibus congruentius, utrum disciplinae aptius’: in quo quid credibile sit voluisse latorem cernitur.

## §. 11. DE COLLECTIVO STATU.

Collectivus status dividitur locis his: collectione, quantitate, comparatione, qualitate. Nunc locum sub exemplo consideremus. ‘Adulterum cum adultera liceat occidere: mulier maritum cum adultera occidit; caedis rea est’. Ab ipsa collectione: ‘an lex, quae maritis facultatem ultionis dedit, dederit et feminis; an vero solis maribus scripta sit’. A quantitate:

---

6 *et* 10 ab intentione] ‘ab interpretatione *Maius, sed* intentio scripti *eadem est quam initio §. dixit* propositionem scripti’. Orelli 15 *fort.* de patris bonis 24 nobiscum facit *nos*: nobiscum facta est *Cv* oppositione *Spengel*: propositione *Cv* 25 congruit *C* 27 consideramus *C*

p. 39—41 M. p. 217. 218 O.

'an non tantum sit adulterii peccatum in maribus quantum in feminis'. A comparatione: 'an hoc peius sit peccatum et idcirco morte dignius'. A qualitate: 'an dignus mori maritus, qui tam intemperans fuit; an salute digna mulier, quae tam iuris tenax fuit; an hoc aliis et in commune utile sit'.

## V. DE COMMUNIBUS ARGUMENTORUM LOCIS.

Divisionis in quantum breviter potui praecepta collegi. Sed enim vereor, ne quam tibi caliginem faciat, quod haec argumentorum locos appellaverint, ut ex his argumenta depromerentur, cuius quaeque status causa esset: | quod quidem confitemur esse non utile. Sed plurimum prodest, ut singuli status singulas suas quisque divisionum, id est argumentorum formas habeant, quia ex omnibus locis argumentorum, qui communes sunt et appellantur, sunt certi quidam unicuique statui familiariores et magis adhaerentes fiunt: quos sicut recte accepisti, teneri oportet, ut proposito themate, cum statum eius comprehenderis, ilico compendium divisionis expedias, protinus per demonstrata decurrens. Multum plane ad probationis abundantiam poteris adiuvari, si etiam, ut illi volunt, universos locos in commune traditos teneas, ut praeter obviam divisionem, quae supra est tradita, ex his amplius etiam argumenta vestiges; quae tamen tibi causae praesentis utilitas largietur. Qui igitur communes argumentorum locos tradiderunt, alios dixerunt artificiales, alios inartificiales.

## VI. §. 1. DE ARTIFICIALI ARGUMENTATIONE.

Artificialium distributio quadripertita est. Sunt enim primi loci, qui rem praecedunt, deinde qui in re ipsa sunt, deinde qui circa rem, post haec qui post rem. Rem praecedunt persona, causa, tempus, locus, materia, modus sive ratio. In re ipsa sunt a toto, a parte, || a genere, a specie, a differentia, a proprio, a definitione, a nomine: circa rem a simili, a dissimili, a pari, a contrario, a maiore, a minore, a praecedente, ab eo, quod simul est, a consequente: post rem ab eventu, a iudicatis. Hi loci ideo communes appellantur; quia in omni genere causarum ex his argumenta duci possunt. Namque a persona considerabitur patria, nomen, genus, corporis habitudo, mores, vita, amici, aetas, incessus, vultus. Itaque proposita quaestione etiam in coniectura considerari potest, cuius modi persona sit, ut per quae illi accidunt aut confirmetur crimen aut repellatur: si ex barbara natione vel contra; si ex miti, si ex seditioso genere vel ex feroci; si nobilis, *si ignobilis*; si robustus, si invalidus; si bonis moribus vel contra nequissimis, in quo ferme ante acta vita percurritur; si bonis iunctus vel pessimis, si qua arte praeditus, si verbis semper arrogans, si mansuetus et modestus. Item aetas dat aliquod argumentum in

---

8 depromerent, cuiusque status *Cv* 15 plane approbationis *C*, *em. Mai* 23 sint *Cv* 28 a iudicatu *Spengel coll. p. 402, 31 sqq.* 35 si ignobilis *addidi* 37 praeditis *C* 38 mansuetis et modestis *C*

utramque partem, dat etiam fortuna, nonnumquam et incessus et vultus et habitus; sed et nomen ipsum quasi indicium morum apprehenditur. Et in controversia finitiva argumenta nihilo minus duci possunt a persona. ‘Non est sacrilegium, cum ab eo quid de templo detrahitur, cuius tutelae atque custodiae commissum est.’ ‘Si praeceptor discipulum verberaverit, iniuria non est.’ Similiter et in qualitate: ‘si honesta est persona, factum quoque eius honestum iudicetur’, ut Cicero pro Cluentio fecit. A causa in coniectura: ‘causam adulterii fuisse amorem, aut parricidii avaritiam’. Quae plerumque poni argumentorum locis satis non est, nisi oratorum viribus adiuventur, id est de vi avaritiae et de vi odii latius disputetur, tam in defensione quam in accusatione. Nam sicut illi valet fuisse causam, ita defensori proderit non fuisse. A causa *in* finitiva: ‘si inimicitia pulsavit, iniuria est’; et ‘qui lucri faciendi causa in templum venit, sacrilegus est’; non enim res maleficium facit, sed causa faciendi. ‘Si non ut lucrum facerem, sed ad ornatum commodarem, detraxi aliquid de templo, non est sacrilegium.’ A causa in qualitate: ‘si causa honesta videtur, res quoque honesta videatur necesse est. Bona consumpsit; si per luxuriam, turpius, si | per liberalitatem, honestius’. A tempore in coniectura: ‘si nox, si sollemnitas aliqua, si opportunitas, si dies *festus*’. A tempore in fine, ut Demosthenes publicum crimen esse dicit, quod ludis pulsatus et festis diebus videretur. A tempore in qualitate; frequenter enim tempore res aut turpis aut honesta potest videri aut utilis aut necessaria, ut ‘arma habuisse, cum latrocinia plurima committerentur aut domus expugnarentur’. A loco in coniectura, ut *si* silvam, montem, campum, templum, domum, civitatem causarentur, quorum aut opportunum crimini quod intenditur aut alienum argumentando effici potest. A loco in fine, ut idem illud Demosthenis: ‘quod in theatro et in templo pulsatus sit, esse publicum crimen’. A loco in qualitate: ‖ ‘sicut quae domi iure fieri dicamus, haec in publico fieri non oportet, ita is, qui adulterum in lupanari cum uxore deprehensum interemit, videatur non iure interemisse’. A materia in coniectura, ut si tyrannidis accusetur, qui paratum habeat multitudinem, qui pecuniam, qui arma et vim; vel defendatur, qui nihil horum habeat. A materia in fine, ut Marcus Tullius pro Caecina vim colligit: ubi armati homines, ubi convocati, ubi multi fuerint, ibi vim non esse factam videri non posse. Quibus igitur *in* rebus aliis vis intellegatur, si in his non intellegatur? A materia in qualitate; qualis enim materia est cuiusque rei, talis ipsa res videri potest. Sic artes honestas aut turpes esse dicimus ex his rebus, quae instrumenta earum sunt. Nam et musicam laudamus artem, quod sint materia illius voces et modi, et ora-

33 §. 24. 35 ibid. §. 31.

6 honesta sit *Cv* 12 in *add. Spengel* 19 festus *supplevimus; v. Cic. de Inv. I, §. 40. Fortun. p. 104, 12* 24 si *add. Mai* 35 in *ante* rebus *addidi e Cic.* 36 *immo* non intellegetur 38 quae *nos*: quia *Cv*

p. 43. 44 M. p. 219. 220 O.

torem vituperamus, quod eius sint materia iudicia et lites et testimonia et damnationes. A modo in coniectura, id est a ratione, in eo est ut quaeramus, quo modo factum sit aut fieri potuerit aliquid; potest enim quis et causam habere et materiam, sed rationem utendi materia non habere, id est clam, aperte vel spe se impune facturum. Considerandum est autem, ut ratio personae accommodetur; nam si callidus, credibilius erit clam et per fraudem quam per vim et palam admisisse, contra, si audax et impudens. A modo in fine, ut Marcus Tullius dolum circa servos Publii Fabii definivit ex eo, quod insidiati sint. Et idem: non esse detrectationem circa pacem, cum non clam nec furtim profectus sit, sed palam. A modo in qualitate: an, si ratio faciendi iusta est, et factum iustum videri potest.

## §. 2. DE LOCIS IN RE.

In re autem *in* coniectura argumenta ducuntur a toto, a parte, a genere, a specie, a differentia, a proprio, a definitione, a nomine. A toto: ‘si totam rem publicam prodidit, quod ex multis rebus ostenditur, non est incredibile eum classem et equitatum prodidisse’. Et ut Marcus Tullius in defensione fecit pro Fonteio: si nulla | pecunia numerata est, quod est totum, cuius pecuniae quinquagesima est? quod est pars. Contra a parte totum: ‘si unumquemque laesit, totum populum laesit’. ‘Si congressus est, si secreto constitit, si mariti domum venit’, quae sunt partes, ‘adulter esse colligitur’, quod est totum. A genere: ‘si libidinosus, et adulter; si avarus, et ‖ fur’. A specie, ut, cum probare crudelem volumus, quaedam ab eo crudeliter facta doceamus. A differentia, cum in eodem genere species ab alia specie secernitur, ut Marcus Tullius: qualis in urbana praetura fuerit Verres, talem in provinciali esse. Illud nos non fugiat, incidere hoc genus argumenti, quod est a differentia, in alios locos saepe, et maxime in eum, qui est a minore usque ad maius. Nam cum dico ‘qui in civitate legibus non obtemperavit, hunc per regionem modestum fuisse creditis?’ a maiore ad minus ostendo: ‘qui civitatem praedavit, quanto magis domos incendit?’ A proprio sic argumentum ducitur: ‘proprium est tyrannorum leges contemnere: qui ergo legem a vobis latam circumscripserit, non hoc ipso tyrannidem se affectare declarat?’ Et apertius Marcus Tullius docet, quemadmodum hoc loco utamur, qui assignat propriam Caesari esse clementiam et dicit: bellicas

8 cf. p. Tullio §§. 25 et 34. 9 itemne ex or. pro Tullio? 18 fragm. 4, 7. 25 cf. Verr. lib. II, c. 6. 35 p. Marc. §. 6 sq.

5 spe se *nos*: sperasse *Cv* 8 Fauii *C* 9 detractionem *C* 11 an — potest] *malim* ut — potest *quam* an — possit *corrigere* 13 *titulum supplevit Mai vacuo in cod. spatio* 14 in *post* autem *addidit Spengel* 15 a proprio *Spengel*: a proposito *Cv*; *cf. infra v. 31* 21 si in mariti *malim* 26 prouincia *C* 30 *post* creditis *videtur aliquid deesse, nisi v. 29 eius loco quod est* nam cum *scribendum est:* ut cum 31 praedauit *C*; *cf. Prisc. 8, 6, 29 p. 396 Hertz.* 33 *malim* circumscripsit

quidem laudes cum exercitu, cum belli casibus et cum ceteris esse *ei* communes: ex ista vero laude nihil centurio, nihil cohors, nihil turma decerpsit. A definitione. Definitio est oratio vim et substantiam rei signifi|cans. Eius duplex ratio est: aut enim praecedente definitione quaeritur, sitne hoc virtus, aut quid sit virtus. Id aut universum verbis complectimur, *ut: rhetórice est bene dicendi scientia, aut per partes*, ut: rhetorice est inveniendi et disponendi et eloquendi cum firma memoria et cum dignitate actionis scientia. Sed illa prior subtilius et limatius philosophicis disputationibus coartatur; at vero haec inferior oratoriis actionibus dilatatur, et magis descriptionibus et eiusmodi definitionibus explicatur, quae ex pluribus speciebus rem notent, ut Marcus Tullius contra contionem Quinti Metelli: qui animum hostilem habet et cuius facta hostilia sunt, et cetera. Hoc utique modo in utramque partem valebit definitio. Omnis namque, qui, quod habeat, arguitur, eodem, quia non habeat, defenditur. Argumenta a definitione ducuntur et per etymologiam, ut ‘locupletem’ a ‘locorum copia’ et ‘pecuniosum’ a ‘pecorum copia’ dicamus. Definitioni subiecta maxime videntur genus, species, differens, proprium. Ex his omnibus argumenta ducuntur. Genus ad probandam speciem minimum valet, plurimum ad refellendam. Itaque non ‘quia est arbor, platanus est’, at ‘quod non est arbor, utique platanus non est’: nec ‘quod virtus est, utique iustitia est’, at ‘quod non est virtus, non potest esse iustitia’. Species firmam probationem habet generis, infirmam refutationem; nam ‘quod est iustitia, utique virtus est; quod non est iustitia, potest esse virtus, si est continentia, fortitudo’. Numquam itaque tolletur per speciem genus, nisi ut omnes species, quae sunt generi subiectae, removeantur hoc modo: ‖ ‘quod neque immortale neque mortale est, animal | non est’. His adiciunt propria et differentia. Propriis confirmatur finitio, differentibus solvitur. Proprium est autem quod soli accidit, ut homini sermo, risus. Sunt eiusdem rei plura propria, ut igni lucere, calere. Sed hic ubi plura sunt propria, quodcumque proprium deerit, solvet finitionem, non utique quodcumque erit confirmabit: quod autem proprium non erit, differens erit, ut: ‘aliud est servum esse, aliud servire’: qualis esse in addictis quaestio so-

3 sqq. Quintil. 5, 10, 54 12 fragm. 10. 15 — p. 399, 1 = Quintil. 5, 10, §. 55—60.

1 et cum ceteris esse ei communes *nos*: ei cum ceteris esse communes *Cv* 3 decerpit *Cic. Post* decerpsit *incipit in Cv nova paragraphus cum titulo:* A DEFINITIONE; *at falso hic novam poni ostendit Spengelius; nam locus* a definitione *est septimus de locis in re; cf. p. 397, 15* 4 Aut enim *etc.*] *incertum est sitne in cod. confusio an auctor ipse res confuderit; nam Quintilianus, quem exscripsit, sic habet V, 10, 54:* Eius (finitionis) duplex ratio est: aut enim simpliciter quaeritur, sitne hoc virtus, aut praecedente finitione, quid sit virtus. 5 Id aut uniuersum uerbis complectimur *C et B*: ita ut uniuersam uim uerbi complectamur *codd. dett. Quintil.* 6 ut rhetorice — aut per partes *addidimus e Quintil.* 10 oratoris *C, em. O* 15 quod habet arguitur *Cv* 20 quia *Quintil.*: quae *Cv* 24 si est fortitudo, constantia, continentia *Quintil.* 26 remoueantur *CB*: praemoueantur *codd. dett. Quint. 5, 10, 57*

p. 46. 47 M. p. 221. 222 O.

let: 'qui servus est, si manumittatur, fit libertinus, non item addictus'. A proprio vero ad coniecturae quoque pertinent partem, ut, quia proprium est boni recte facere, iracundi autem verbis aut manu labefactare, hoc ab ipsis esse credamus aut contra; nam ut quaedam in quibusdam utique sunt, ita quaedam in quibusdam utique non sunt. A nomine tenuis omnino et exilis, dat tamen nonnumquam facultatem argumentandi. Sic ostendimus Marcum Tullium fecisse de Verris sive de Apronii nomine, et cetera, quae similiter in hunc locum conveniunt. Sed et in finitivo statu vel multo magis iisdem locis uti possumus, item in qualitate. Nec interest utrum defendamus an accusemus, pareamus an resistamus, cum locorum vi demonstrata in utramvis partem inde argumenta trahi possint.

## §. 3. DE LOCIS CIRCA REM.

Secuntur hi loci, qui circa rem. Omne enim, quod in quaestionem venit, habet aliquid, cui comparetur, cum quo conferatur, quia est ei aliquid simile *est dissimile*, est par est contrarium, est maius est minus, est praecedens, est quod | simul sit, est quod consequens. Ab his in hunc modum argumenta ducuntur. A simili *in coniectura*: similitudo est res similis ei rei, de qua quaeritur, ut ex eo, quod certum circa rem similem acciderit, id quoque, quod dubium est et in quaestionem venit, probetur. Et ducetur aut ab exemplo aut a parabola aut a fabula aut ab imagine. Ab exemplo, sicut hoc est: si custodes corporis Dionysio dederitis, idem faciet quod Pisistratus, qui quum a suis civibus custodes corpori postulasset, tyrannidem occupavit. Hoc enim manifestum est de Pisistrato, dubium autem erat de Dionysio. Parabola est res aut genere similis aut ratione: ratione, ut hoc: quod in mari gubernator, id in re publica magistratus, quia ut ille navem, sic hic rem publicam regit: genere: quod magister pecoris, hoc bonus imperator, quia genus utriusque imperium est: eo differt, quod aliud in homines imperium, aliud in muta animalia. Quod tempestas in mari, hoc seditio aut discordia in populo; quod medicina in corpore, hoc leges in civitate. Ab apologo autem, id est fabula, cum inducuntur nota iam et vulgaria quaedam et probandae rei causa ad similitudinem conferuntur. Ab imagine; est autem imago, cum ipsi aliquid simile effingimus, quamvis non sit in rerum natura, ut Marcus Tullius in Verrem: nam sicut Scyllam, inquit, nautis infestam accepimus. A simili in finitivo statu, non aliter quam in

2—5 = Quintil. V, 10, §. 64. 21 cf. ad p. 413, 6 et 8. 35 Verr. V, §. 146.

1 item *O*: idem *C* 2 A proprio *C*: propria *Quintil.* 3 bonis *C* labefactare *C*: *fort.* male facere; *libri Quintil. hic lacunam habent* 10 ui demonstrata *O*: fide monstrata *C* 11 possunt *Cv* 15 est dissimile *add. Spengel coll. p. 395, 26 et 400, 10* 17 in coniectura *add. Spengel* 20 parabula *C* 27 sic hic *nos*: sic ille *C*, sic iste *coni. Orelli* genere *Spengel*: a genere *Cv* 32 uulgata *Cv* 35 Scyllam i. nautis infestam *scripsi*: Scylla i. ipsa *Cv* 36 accipimus *Cv*

coniecturali, ab exemplo, a parabola: ut si ex alto aliquis portum tenens adversa tempestate prohibitus peteret, ut in eum locum, ex quo deiectus esset, restitueretur, non illud postularet, ut in salum, sed ut in ipsum portum et ut in ipsam civitatem restitueretur: sic | et is, qui prohibitus est ab aliquo loco, ex illo deiectus debet videri, quem petebat, non a quo pulsus est. Et in qualitate, ut si dicamus: ‘utile fuisse amitti aliquam partem civitatis, ut ceterae salvae esse possint’: et ‘gubernatores in tempestate saepe vel mercium vel armamentorum facere iacturam, ut cetera stare possint’. A dissimili et in coniectura et in ceteris statibus sic argumenta sumemus, ut, quemadmodum supra quaerebamus, quid esset simile, ita et e contrario consideremus, quid in se dissimile habeat ea res, quae in quaestionem venit, ut pro Fonteio Marcus Tullius exsequitur, quod eius causa non sit eadem quae Verris, et in pluribus aliis orationibus. Quibus illud colligitur, ut, si dissimilia sint ea, quae obiciuntur, atque ea fuerunt, quae alii obiecta sunt, causa quoque dispar sit et absolvi debeat hic, cum sit ille damnatus. A pari in coniectura. Fortasse hic argumenti locus similis videatur esse illi, qui appellatur a simili, sed habet aliquam differentiam; nam id, quod est par, quantitate aestimatur, simile autem est illis modis, qui supra dicti sunt. Hic locus pertinet ad statum finitivum. Namque in eo non solum quaeritur, an hoc sit, an quid, sed an idem sit, sicut Marcus Tullius definit idem esse prohibere, quod deici, quoniam ex utroque id consequatur, ut aliquis amittat eum locum, ex quo prohibitus est vel deiectus: aut ‘si quis neget caedem a se esse commissam, quod non ipse percusserit, dicetur ei nihil interesse, utrum auctor quis fuerit caedis an ipse percusserit, quoniam ex utroque in eundem exitum scelus | venerit’. A pari in qualitate, ut si dicamus ‘utile esse tolli legem, quae inutilis est, quia nec recipiantur leges, quae noceant: idem autem esse, quam rem expertus fueris inutilem, tollere, et eam, quam nocituram putes, repudiare’. A contrario in coniectura, quod fit per cataphasin et apophasin. Si enim tibi proponitur, divitem non esse veri simile de tyrannide cogitasse, tu a contrario argumentum ducas ita: ‘ut si pauperem accusarem tyrannidis, incredibile videretur propterea, quod facultatem non haberet, ergo quia divitem accuso, probabile videri oportet’. A contrario in fine, ut: ‘si ‖ desertor appellandus est, qui hostem vitat ac fugit, is certe, qui non vitavit nec fugit, sed ultro appetiit, desertor dici nullo modo potest’. A contrario in qualitate, ut: ‘si honestum est aliquid, turpe non est’; et ‘si iure factum est aliquid, non potest per iniuriam

1 Cic. p. Caec. §. 88. 13 in loco deperdito. 22 secundum or. p. Caec. §. 84 sqq.

3 eiectus *Cv* 4 in ipsa ciuitate *Cv* 6 a quo *nos*: in quo *Cv* 11 sumemus ut *Spengel*: sumemus. Et *Cv* 16 fuerint *Cv* 22 id esse prohibere *Cv*, *em. Spengel* 24 aut *nos*: ut *Cv* 35 appellandus sit *Cv*

p. 49—51 M. p. 223. 224 O.

vindicari'. A comparatione in coniectura a minore ad maius: 'si exiguae pecuniae causa peccare non dubitavit, quid, cum illi maius esset propositum lucrum? certe non abstinuit'. A minore ad maius in fine: 'si commovisse aliquid eorum, quae in templo erant posita, aut contaminasse sacrilegium videtur, quanto magis eo crimine tenetur aliquid de templo sustulisse?' Et Marcus Tullius pro Caecina: si videre armatos satis est ad vim probandam, quanto magis pulsum esse metu ac terrore vis est? Similiter et [in ceteris] a maiore ad minus. Nec necesse est in his locis ostendere, quemadmodum et in accusatione et *in* defensione utamur. Demonstrata enim parte facile, qui non sit hebes ac nimis brutus, assequitur quomodo in utramque partem, si facultas detur, his uti locis possit. | A praecedenti in coniectura. Omnis res habet aliquid praecedens, aliquid simul, aliquid consequens, et ex eo, quod praecedit aliquid aut simul est aut consequitur, colligimus argumentum, ut Marcus Tullius pro Milone: cum ante diem tertium dixerit Clodius Milonem periturum, cum ille non dubitaverit praedicere quid esset facturus, vos dubitatis pronuntiare quid fecerit? Defensionis autem argumenta ab hoc loco duplici modo duci possunt. Nam si quod praecedere debuit, non probatur, nec id credibile debet esse, quod sequitur: 'si non sum locutus, non possum videri prodidisse'. Aut certe hoc ipso, quod praecessisse dicitur, crimen diluimus, ut si dicatur: 'occidisti; nam ante minatus es', et contra dicas: 'ex eo, quod minatus sum, credibile non est me peremisse: omnes enim, qui aliquid tale sceleris cogitant, occulte habent, quo facilius efficere possint'. A praecedenti in fine: 'si omnino venisse in templum furandi causa iam sacrilegium est, quia non exitu, sed conatu male facta existimantur, quanto magis e templo quodcunque abstulisse?' Et Marcus Tullius: denuntiasti mortem Caecinae: si hac vi perterritus discessisset, neminem dubitare oportebat, quo minus vi pulsus videretur. Et: itane tandem? audire armatos satis est ad vim probandam, videre non erit satis? Ab eo autem quod praecedit et simul est et sequitur in qualitate argumentari possumus ita: 'nam si quod praecedit honestum est, necesse est et quod sequitur honestum sit': aut: 'si utile est exerceri ad vires corporis, et bene valere | utile est': 'si bona est sanitas, et uri et secari bonum est, quia haec pro sanitate futura suscipiuntur'. Comparativis quoque locis non minus in hoc genere quaestionis utemur quam in ceteris. 'Nam et si unum pro-

---

6 §. 45. 15 §. 44. 27 p. Caec. §. 46. 29 secundum eiusdem orationis §. 45.

---

1 in coniectura *Spengel*: et coniectura *Cv* 6 uidere] scire se *Cic.* 8 Similiter] '*Deest tertium exemplum:* A minore ad maius in qualitate ** *cf. p. 403, 9.*' Spengel; *at v. infra v. 35* in ceteris *delet Christ* 9 et defensione *Cv* 12 A praecedenti in coniectura *Spengel*: §. 5. EX PRAECEDENTIBUS IN CONIECTURA *Cv*; *at cf. p. 395, 27. 399, 16* 17 dubitatis pronuntiare *C*: potestis dubitare *Cic.* 26 *fort.* aestimantur 29 Et *addidi* 33 aut *Spengel*: Ut *Cv*

texisse civem pulchrum est, universam civitatem eripuisse periculo multo pulchrius iudicabitur'. Et contra: 'non eo multum sibi vindicare debere oratorem, si salutem homini praestiterit; nam et gubernatorem simul navigantibus, et eum, qui propugnacula aedificaverit, de muro dimicantibus aeque fecisse certum est'.

## §. 4. DE LOCIS POST REM.

Nunc post rem. Ab eventu in coniectura, quod Graeci ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως dicunt: 'Si ante nobis discordia luctus et maeroris et inopiae, maximarum calamitatum, fuit causa, nunc quoque existimare debemus eadem eventura, si discordare coeperimus'. Et ut a Gaio Fannio adversus Gracchum dictum est: 'si Latinis civitatem dederitis, credo, existima|tis vos ita, ut nunc constitistis, in contione habituros locum aut ludis et festis diebus interfuturos. Nonne illos omnia occupaturos putatis?' Collegit enim non esse recipiendos in civitatem ex his, quae eventura sint. 'Prodere voluisse patriam arguor. Quid ita? an ut eversa patria dignitatem a maioribus acceptam, fortunas optime constitutas amitterem, ut cui liceret beatissimo cum summa gloria vivere, idem hostium potestati subditus cum infamia degerem?' Ab eventu in fine, ut Marcus Tullius Cicero: 'si iudicaveritis sine dolo malo posse familiam congregari, hominem occidi, omnibus facinorosis eandem licentiam permiseritis'. Et: 'si prohiberi non potest aut deici, prohiberi domo tua poteris, et non habebis interdictum, quo restituaris?' Et in defensione: 'quod si ex eo, quod hi naves reliquerunt et ad pedestrem exercitum transierunt, victoriam paraverunt, desertores eos appellare non possumus'. Ab eventu in qualitate, ut: 'qualia sunt ea, quae evenerunt aut quae videantur eventura, tale illud quoque existimetur, ex quo evenerunt', ut Sabinis Ennius dixit: cum spolia generis detraxeritis, quam ‖ inscriptionem dabitis? A iudicatu in coniectura uberrimus et late patens locus est. Ex hoc fere omnia sunt, quaecumque ἔνδοξα Graeci vocant, nos autem probabilia dicimus. Utimur autem iu|dicatu tum omnium, tum plurimorum, tum optimorum, praeterea eorum, qui in unaquaque arte peritissimi sunt. Omnium iudicatu utitur Marcus Tullius cum dicit, nullum ordinem in civitate fuisse, quibus non libentibus ab exilio rediret: pluri-

21 fragm. p. Tullio p. 102 ed. Turic. 23 secundum or. p. Caecina, ut videtur, §. 35. 30 p. 161 ed. Vahlen. 35 ad Quir. p. red. c. 1.

6 est. NUNC POST REM. Ab eventu *Cv* 10 aestimare *Cv* 11 uentura *C, em. O* 13 constitistis *Mommsen (Berichte der sächs. Gesellsch. der Wissensch. VI, 157):* constitisse *Cv,* consuestis *Spengel* contentione *C* 24 *an* potes? potueris *Cv* 28 sint *Cv* 30 *fort.* in Sabinis generis (*i. e.* τοῖς γαμβροῖς) *Christ*: generi *Cv* 31 dicabitis *coni. Orelli* 36 licentibus *C* plurimorum *Spengel*: bonorum *Cv*; *cf. v. 34*

p. 53. 54 M. p. 225. 226 O.

morum autem iudicatu, cum ex senatus consulto sibi domum restitutam: optimorum iudicatu, cum Pompeium et ceteros auctores reditus sui nominat: scientium iudicatu, cum domum suam dicit a religione pontificum sententia liberatam. A iudicatu in fine similiter ex iisdem locis, ut si quaeratur, quid sit princeps, eum esse dicamus, qui sit nobili genere et facultatibus affluens, quod ita omnes appellandos esse principes credant: vel si ita dicamus, eum esse principem, qui virtute praecellat, quod ita sapientes censeant; et cetera eodem modo percurremus. A iudicatu in qualitate. Hic vel maxime convenit qualitati locus. Nam et opinione uti possumus omnium, quae turpia et honesta iudicentur, et plurimorum *et* excellentium et peritorum aeque, ut retro didicisti. Adiciendum videtur duci argumenta etiam a fictione ex omnibus iisdem locis, quibus superiora. Fictio autem est proponere aliquid, quod, si verum est, aut solvat quaestionem aut adiuvet: deinde id, de quo quaeritur, facere illi simile. Hoc quo sit notius, subiciamus exemplum. 'Lex: qui parentes non aluerit, vinciatur; non alit aliquis; ut vincula recuset, utitur fictione: *si miles*, si filius infans sit, si rei publicae | causa absit'. Et illa, quae solent contra praemium dici: 'si tyrannidem petat, si templorum eversionem'. Utitur his Cicero pro Caecina: 'Unde tu aut familia aut procurator. Si me vilicus tuus solus deiecisset: si vero ne habeas quidem servum praeter eum, qui me deiecerit', et alia in eodem libro plurima. Haec autem fictio cum plurimum valet adversus scripta, tum etiam ad qualitates habet vires non mediocres. 'Si Lucius Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, condemnaret Lucium Murenam'. Et, 'si hoc tibi inter cenam et || illis inmanibus poculis tuis accidisset'. Et, 'si Appius ille Caecus loqueretur'.

## §. 5. DE INARTIFICIALIBUS.

Inartificiales sunt, quos non oratoris ingenium invenit, sed causa ipsa in se habet, ut praeiudicia, rumores, tormenta, tabulae, ius iurandum, testes, responsa, omina, vox aliqua emissa, in quibus maxima pars forensium contentionum consistit. Haec, ut ipsa carent arte, *ita arte* tractanda sunt; et adiuvantur iisdem locis, quos tradidimus: a persona, a loco, a tempore, a ceteris omnibus, qui in probationibus artificialibus communes argumentorum loci appellantur. Nec tamen omnia tradi possunt, sed tan-

---

1 de Harusp. resp. c. 7. 2 ad Quir. p. red. c. 7. 3 de Har. resp. c. 6. 13—27 = Quintil. V, 10, §. 95 sqq. 19 §. 55. 23 p. Mur. §. 83. 26 or. Phil. II, §. 63. 27 p. Cael. §. 34. 28 §. 5 = Quintil. V, 1, 2 sq.

---

9 et in opinione *C, em. O* 10 et (*ante* excell.) *add. Spengel* 14 hoc quod *C* 16 si miles *om. Cv, add. e Quintil.* 19 tu aut] tu *C* procurator tuus *Quintil. et Cic.* 25 hac de re publica posset *Cv* 26 cenas *Cv* 32 ita arte *addidit Spengel; Quintil. habet:* sed ut ipsa per se carent arte, ita summis eloquentiae viribus et allevanda sunt plerumque et refellenda. 35 tantum *O*: tamen *C*

p. 54—56 M. p. 226. 227 O.

tum demonstratur via quaedam atque ratio, qua percepta non modo in exsequendo suas quisque vires debet adhibere, sed etiam inveniendo his, quae traduntur, similia, ut quaeque condicio litium poscet. Neque enim | de omnibus causis quisquam potest dicere, quae sunt infinitae et numero et varietate.

## §. 6. DE PRAEIUDICIIS.

Praeiudiciorum vis omnis tribus in generibus maxime versatur: rebus, quae aliquando ex paribus causis sunt iudicatae, quae exempla rectius dicuntur, veluti de rescissis patrum testamentis vel contra filios confirmatis: item iudiciis ad ipsam causam pertinentibus, unde etiam nomen hoc ductum est, qualia in Oppianicum facta dicuntur et a senatu adversus Milonem: item cum de eadem causa pronuntiatum est, ut in reis deportatis et adsertione secunda et partibus centumviralium, quae in duas hastas divisae sunt, constet oratio. Confirmantur autem praecipue duobus, auctoritate eorum, qui pronuntiaverunt, et similitudine rerum, de quibus quaeritur. Refelluntur vero raro per contumeliam iudicum, nisi forte manifesta in his erit culpa, ne offendantur iudicum animi: vel aliqua dissimilitudine causae, quia vix ulla res est, quae per omnia alteri similis sit. Si id non continget aut forte causa erit eadem, actionum incusanda neglegentia aut de infirmitate personarum querendum, contra quas erit iudicatum, aut de gratia, quae testes corruperit, aut de invidia aut de ignorantia, aut videndum, quid causae postea accesserit. Quorum si nihil fuerit, licet tamen dicere multos iudiciorum casus ad inique pronuntiandum valere, ideoque damnatum Rutilium, absolutos Clodium atque Catilinam. Rogandi etiam iudices, ut rem potius intueantur ipsam, quam iuri iurando alieno suum donent. Adversus consulta autem senatus et | decreta principum vel magistratuum nullum est remedium, nisi aut inventa quantulacumque causae differentia aut aliqua vel eorundem vel eiusdem potestatis hominum posterior constitutio, quae sit priori contraria.

Famam atque rumores pars altera consensum civitatis et velut publicum testi‖monium vocat, altera sermonem sine ullo certo auctore dispersum, cui malignitas initium, credulitas incrementum afferat; quod nulli non etiam innocentissimo possit accidere fraude inimicorum falsa vulgantium. Exempla utrimque non deerunt.

In tormentis quoque pars altera quaestionem vera fatendi necessitatem vocat, altera falsa dicendi, quod aliis patientia facile mendacium faciat,

---

7—29 = Quint. V, 2. 30 sqq. = Quint. V, 3. 35 sqq. = Quint. V, 4.

---

1 *immo* demonstretur *vel* demonstrabitur 3 poscit *Cv, em. e Quint.* 4 sint *C* 8 paribus *Quintil.*: aliis *Cv* 12 deportatis *Quint.*: de piratis *Cv* 14 *fort.* constat oratio; *additamentum non habet Quint.* confirmatur *Cv, em. e Quint.* 20 quaerendum *Cv, em. e Quint.* 21 corrupit *Cv, em. e Quint.* 25 tueantur *C, em. e Quint.* 27 quantulumcunque *CBv* 32 afferat *Meister*: affert *Cv, cf. Quint. 5, 3* 34 utriusque *Cv*

p. 56. 57 M. p. 227 O.

aliis infirmitas necessarium. Et sive de habenda quaestione agetur, plurimum intererit, quis et quem postulet aut offerat, et in quem et ex qua causa: sive iam erit habita quaestio, quis ei praefuerit, quis et quo modo sit tortus; an credibilia dixerit, an inter se consonantia; an perseveraverit in eo, quod coeperat, an aliquid dolore mutaverit, prima parte quaestionis an procedente cruciatu: quae utrimque tam infinita sunt quam ipsa rerum varietas.

Contra tabulas saepe dicendum est. Cum sit autem in his aut scelus signatorum aut ignorantia, tutius ad ignorantiam nos convertimus, quo pauciores rei fiant. Sed ad hoc ipsum argumenta ex causa trahuntur, si forte aut incredibile est id actum esse, quod tabulae continent, aut aliis quoque probationibus aeque inartificialibus solvitur, si aut is, in quem signatum est, aut aliquis signatorum dicitur afuisse vel prius esse defunctus; si tempora non congruunt; si vel antecedentia vel sequentia tabulis repugnant. Inspectio etiam ipsa falsum saepe deprehendit.

Ius iurandum qui offert, aut vita se tuebitur, ut eum non sit credibile periuraturum, aut ipsa vi religionis, in qua plus fidei consequetur, si id egerit, ut non cupide ad hoc descendere, sed ne hoc quidem recusare videatur: aut, si causa patiatur, modo litis, propter quam devoturum se ipse non fuerit passus: aut si praeter alia causae instrumenta adiciet ex abundanti hanc quoque conscientiae suae fiduciam. Qui non recipiet condicionem, et a multis contemni iuris iurandi metum dicet, cum etiam philosophi quidam sint reperti, qui deos agere curam rerum humanarum negarent; eum vero, qui nullo deferente iurare sit paratus, ipsum velle de causa sua pronuntiare et ostendere, quam id, quod offerat, leve ac facile credat. At qui defert aliis iuris iurandi condicionem, modeste agere videtur, cum litis adversarium iudicem faciat, et eum, cuius cognitio est, onere liberet, qui profecto alieno iure iurando stari quam suo mavult. Quo difficilior recusatio est, nisi forte res est ea, quam credibile sit notam ipsi non esse. Quae si excusatio deerit, hoc supererit, ut invidiam sibi quaeri ab adversario dicat atque id agi, ut in causa, in qua vincere non potest, queri possit. Itaque hominem quidem malum occupaturum hanc condicionem fuisse, se autem probare malle, quae affirmet, quam dubium cuiquam relinquere, an peierarit. Praecipere tamen quidam solent, numquam temere

---

8 sqq. = Quint. V, 5. 16 sqq. = Quint. V, 6.

---

1 et si de vi habenda quaestio *C, em. e Quint.* 4 sit ortus *C* an credibilia *CB*: an incredibilia *codd. dett. Quint.* constantia *Quint.* 6 praecedente *Cv, em. e Quint.* 10 et causa *C, em. ex Quint.* 12 in quem *Quint.*: in quo *Cv* 13 signator *Quint.* 16 aut ita *Cv, em. e Quint.* 17 in quam — consequitur *Cv, em. e Quint.* 19 patietur *Quint.* propter quem *Christ* se *O*: et se *C*; devoturus se ipse non fuerit *Quint.* 20 aut si *CB*: si *om. alii codd. Quint.* 21 recipiet condicionem et *CB*: recipiet, et iniquam condicionem *codd. dett. Quintil.*; *fort.* qui non recipiet condicionem, [et inprobam condicionem] et *etc.* 24 nullo deferente *multi codd. Quint.*: nullo offerente *CB* , 26 At qui defert *nos*: qui deferat *Cv*, At is qui defert *Quint.* 28 liberat *Quint.* 31 non possit *Quint.* 32 quaeri *Cv*

ius iurandum deferri oportere, sicut *neque* optionem iudicis adversario dandam. Nam si dicere contraria turpe advocato | videtur, certe est turpius facere quod noceat.

Testimonia aut per tabulas dicuntur aut a praesentibus. Simplicior ‖ contra tabulas pugna est; nam et minus obesse videtur pudor inter paucos signatores mentiendi, et probandi diffidentia premitur absentia. Et si reprehensionem non capit ipsa persona, infamare signatores licet inde, quod nemo dat per tabulas testimonium nisi sua voluntate. Contra haec dicitur, et amicum pro amico et inimicum *contra inimicum* posse verum integra fide dicere. Sed late locus uterque tractatur. Contra praesentes vero communis locus est, cum pars altera nullam firmiorem probationem esse contendit, quam quae sit hominum scientia nixa, altera omnia, per quae fieri soleant falsa testimonia, enumerat. Verumtamen non est in eiusmodi quaestionibus immorandum, an credendum testibus, an credendum tormentis sit, sed tantum sumendus est transitus ad propria causae; debemus enim probare velle non illis testibus nec illis tormentis esse credendum, de quibus tum maxime agitur. Sequens ratio est, cum specialiter iam quidem, sed tamen multos invadere patroni solent. Nam et gentium simul universarum testimonia † elevantur et de auditionibus possunt inveniri: non enim ipsos esse testes, sed iniuratorum afferre voces, ut eos, qui se reo numerasse pecunias iurant, litigatorum, non testium habendos loco. Interim adversus singulos dirigitur actio: ob quam rem multum interest, ut totam orator causam familiariter norit. Ea enim res docebit, ad quae iudicis animus actione sit praeparandus: debet enim vel fieri vel detrahi testibus fides oratione perpetua, quia sic quisque dictis movetur, ut est ad credendum vel non credendum ante formatus. Saepe in|ter testes et argumenta contentio est: inde scientiam et religionem esse; hinc vero, ex argumentis, dicitur testem gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu depravari. Argumenta autem ex natura *duci* dici possunt: in his iudicem sibi, in illis aliis credere. Communia haec multis causis ac saepe iactata sunt. Aliquando etiam utrimque sunt testes. Sed confirmatio sequitur ex supradictis, si his adicientur divina testimonia, id est responsa et omina et cetera similia. In quibus tractatus erit unus generalis, quo inter Stoicos et Epicureos solet rogari, providentiane mundus gubernetur: alter specialis contra partes divinationis, ut quaeque ad quaestionem cadet. Hic enim

4 sqq. = Quint. V, 7, §. 1—8. 26 — p. 407, 7 = ibid. §. 33—37.

1 sicut optionem iudici *Cv*, *em. e Quint.* 2 advocatum *Cv*, *em. e. Quint.* 7 inde *O*: deinde *C* 9 contra inimicum *add. e Quint.* 10 sed *Quint.*: et *Cv* 13 solent *Cv*, *em. e Quint.* 15 tantum *O*: tamen *C* 16 non illis testibus nec illis *O*: non nullis testibus nec nullis *C* 18 multos pariter invadere *Quint.* *ex Quintiliano locus sic explendus et emendandus videtur:* nam et gentium simul universarum testimonia [et tota genera testimoniorum] elevata, ut de auditionibus, possunt inveniri 20 offerre *Cv* aut eos *Christ* 27 est et inde *Cv*, *em. e Quint.* 29 duci *addidi* 32 et omina et *Mai*: et omnia *C*, *cf. Quint. §. 35* 33 quo *Christ*: qui *Cv* 35 contra *C*: circa *cod. Par. 1 Quint.*

p. 59. 60 M. p. 228. 229 O.

fidem confirmabit, hic refellet; quo adiciat aliquis et voces, si quae sunt per vinum vel per somnum vel per dementiam vel ab infantibus emissae: quos pars altera nihil iudicare dictura est, altera nihil fingere. Haec omnia, quae inartificialia supra dicta sunt, non tantum praestantur cum sunt, sed etiam ubi non sunt, desiderari solent. Ut puta: pecuniam dedisti: quis numeravit? ubi? unde? venenum arguis: ubi emi? a quo? quanti? per quem dedi? quo conscio?

Ideo autem retro eorum statuum, qui sunt in scripto, non fecimus mentionem, quia eadem ratio est in omni genere quaestionum, qua semel accepta ad ‖ cuiusque status controversiam probationum argumenta parantur. Illud quoque studiosi eloquentiae et de artificialibus et de inartificialibus cogitent, neque in unaquaque causa ea, quae monstravimus, cuncta posse reperiri, nec eodem ordine, quo sunt tradita, semper debere tractari: neque cum proposita fuerit materia dicendi, tum de|mum scrutanda singula argumentorum loca et velut ostiatim pulsanda, ut ad probandum id, quod intendimus, respondeant; infinitam enim et inutilem faciat ista res dicendi tarditatem. Propter quod opus est non tantum arte, sed ingenio et studio et exercitatione nimia, quae plus plerumque et arte et ingenio valet, ut quemadmodum in syllabis, quae scribentium cogitationem non exigunt, si sit usus et consuetudo, sic in oratoribus sponte quadam argumentorum facultas dicendi vel scribendi consuetudine ultro se necessariis locis offerat.

## §. 7. DE ARGUMENTO.

Non est satis argumentorum locos vel divisionum argumenta invenisse, nisi exornentur inventa et certas in partes distinguantur. Dicere enim ‘veri simile est eum homicidium fecisse, qui ex barbaris est’ aut ‘concubuit haec mulier, nam peperit’ non argumentari est, sed argumentum proferre. Cum igitur argumentum fuerit inventum aliquo ex genere, rem aliquam aut probabiliter ostendes aut necessarie.

## VII. DE NECESSARIA ARGUMENTATIONE.

Necessarie demonstrantur ea, quae aliter ac dicuntur neque fieri nec demonstrari possunt, hoc modo: ‘si peperit, concubuit cum viro: si lac habet, peperit’. Hoc genus argumentandi, quod in necessaria ratione versatur, tractatur in dicendo aut per complexionem aut per enumerationem aut per simplicem conclusionem. Complexio est, in qua utrum concesserit, reprehenditur, ut: ‘si improbus est, cur tueris? si probus, cur accu-

---

5 ex or. p. Cluent., ut ait ipse Quintil. §. 37, sed ibi tantum similia §. 167 leguntur, nec consonant loci similis argumenti in or. Caeliana 10 sqq. = Quint. V, 10, 122 sq. 18 = ibid. §. 125.

---

1 quo *nos*: quod *Cv* 12 demonstravimus *Quint.* 15 ut] ut sciant, an *Quint.*, *fort.* num 20 quaedam *Cv* 24 certas *O*: ceteras C 27 Cum i. arg. fuerit inuentum *nos*: quum i. arg. sit inuentum *C*, Est i. arg. inventum *M* 28 ostendens *C*, *em. O*

sas?' | Enumeratio est, in qua pluribus rebus expositis et ceteris infirmatis, una res aliqua necessario confirmatur, ut: 'necesse est aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum aut metus aut spei aut alicuius amici gratia: aut si horum nihil est, ab hoc non esse occisum; nam sine causa maleficium susceptum non potest esse. Ergo si neque inimicitiae fuerunt neque metus ullus neque spes, neque ad amicum pertinet huius mors illius, relinquitur igitur ut ab hoc non sit occisus'. Simplex conclusio est: 'si vos me istud eo tempore fecisse dicitis, *ego* autem eo ipso tempore trans mare fui, restat ut id quod *dicitis* non modo non fecerim, sed ne potuerim quidem facere'. Atque hoc diligenter videri oportet, ne quo pacto genus hoc refelli possit, ut non sola confirmatio, verum et ipsa argumentatio ex necessaria ratione constet. ‖

## VIII. DE PROBABILI ARGUMENTATIONE.

Probabilis argumentatio in eo genere est, quod credibile est, quod fere solet fieri, quod in opinione positum est, quod sine ullo teste auditoris opinio confirmat, ut 'si mater est, diligit *filium;* si avarus est, contemnit ius iurandum'. In hoc omnis argumentatio aut per inductionem tractanda est aut per ratiocinationem. Inductio est oratio, quae rebus non dubiis captat assensiones eius, quicum instituta est; quibus assensionibus facit, ut illi dubia quaedam res propter similitudinem earum rerum, quibus assensit, probetur, ut: 'Dic mihi quaeso, mulier, si vicina tua melius habeat aurum, utrum illiusne an tuum malis? Illius, inquit. Quid, si et vestem et ceterum ornatum muliebrem pretii maioris habeat quam tu, tuumne an illius malis? respondit, illius | vero. Quid, si virum meliorem habeat illa quam tu habes, utrumne tuum virum malis, an illius?' Hic cum rebus non dubiis assensum est, fiet propter similitudinem, ut etiam illud, quod dubium videretur, si quis separatim quaereret, propter rationem interrogandi concedatur. Hoc in genere praecipiendum nobis videtur, primum ut illud, quod inducemus per similitudinem, eiusmodi sit, ut sit necesse concedi. Nam ex quo postulabimus nobis illud quod dubium sit concedi, *id* ipsum dubium esse non oportebit. Deinde illud, cuius confirmandi causa fiet inductio, videndum est ut simile iis rebus sit, quas res ante induxerimus quasi non dubias. Nam aliquid ante concessum nobis esse nihil proderit, si ei dissimile erit id, cuius causa illud concedi primum voluerimus. Demus *operam* oportet non intellegi, quo spectent illae primae

---

14 = Cic. de Invent. I, §. 46. 17 sqq. = ibid. §. 51 sq. 29 — p. 409, 15 = ibid. c. 32 §. 53 sq.

---

8 ego *et* 9 dicitis, *quae verba in cod. abscissa sunt, M supplevit* 10 Atqui? 15 fere *Cic.*: vere *Cv* 16 filium *addidi e Cic.* 19 assensionem *Cv* 21 assentit *Cv, em. e Cic.* 23 si vestem *Cic., item Quintil. V, 11, 28* 32 id *add. e Cic.* oportet *Cv* 33 his *Cv* 36 operam *addidi*; Deinde oportet *O*

p. 62. 63 M. p. 230. 231 O.

inductiones et ad quem sint exitum perventurae. Nam qui videt, si ei rei, quam primo rogetur, recte assenserit, illam quoque, quae sibi displiceat, esse necessario concedendam, plerumque aut non respondendo aut male respondendo longius procedere rogationem non sinet. Quapropter ratione interrogationis imprudens ab eo, quod concessit, ad id, quod non vult concedere, deducendus est. Ad extremum autem aut taceatur oportet aut concedatur aut negetur. Si negabitur, aut ostendenda similitudo est earum rerum, quae ante concessae sunt, aut alia utendum inductione. Si concedetur, concludenda argumentatio est: si tacebitur, aut elicienda responsio est aut, quoniam taciturnitas imitatur confessionem, pro eo ac si concessum sit concludere oportebit argumentationem. Ita fit hoc genus argumentandi, id est inductionis, tripertitum, ut prima pars ex similitudine constet una pluribusve, altera ex eo, quod concedi volumus, cuius causa similitudines adhibitae sunt, tertia | ex conclusione, quae aut confirmat confessionem aut, quid ex ea conficiatur, ostendit. ‖

## IX. DE RATIOCINATIONE.

Ratiocinatio, id est syllogismus, est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum et per se cognitum sua se vi et ratione confirmet. Syllogismi membra sunt enthymema et epichirema. Syllogismus constat partibus compluribus, aliquando quinque, aliquando quattuor, aliquando tribus. Plerumque, quotiens quinque partibus constat, prima est propositio, qua exponitur summa argumentationis ad hunc modum: ‘melius adcurantur, quae consilio reguntur, quam quae sine consilio administrantur’. Secunda est confirmatio propositionis, quae rationibus variis et quam copiosissimis verbis approbat superiorem hoc modo: ‘domus ea, quae ratione regitur, omnibus est instructior rebus et apparatior, quam ea, quae temere et nullo consilio administratur. Exercitus is, cui praepositus est sapiens et callidus imperator, commodius regitur, quam qui stultitia et temeritate administratur. Navis optime cursum conficit, quae scientissimo gubernatore utitur’. Tertia est assumptio, quae id, quod velit ostendere, assumit hoc pacto: ‘nihil autem melius quam omnis mundus administratur’. Quarta est, quae approbat assumptionem hoc modo: ‘nam et signorum ortus et obitus definitum quendam ordinem servant, et annuae commutationes non modo ex necessitate quadam semper eodem modo fiunt, verum etiam ad utilitates quoque rerum omnium sunt accommodatae: et diurnae nocturnaeque vicissitudines nulla re umquam mutatae significant non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari’. Quinta est conclusio,

---

17—19 Cic. de Inv. I, c. 34. 23 — p. 310, 2 = ibid. 34, §. 58 sq.

---

2 quoque rem quae *Cic.* 4 sinit *Cic.* 6 Ad *om. Cic.* 14 exhibitae *C, em. e Cic.* 20 complurimis *Cv* 23 geruntur *Cv* 25 verbis *addidi e Cic.* 26 geritur *Cv* 29 ea quae *Cic.* 30 velis *Cic.* 31 nihil *Cic.*: nauis *Cv* 34 necessitudine *Cic.*

p. 63—65 M. p. 231. 232 O.

quae id infert, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: | 'consilio igitur mundus administratur'. Haec est ratiocinatio in quinque partes distributa, quam omnes ab Aristotele et Theophrasto profecti maxime secuti sunt, ut illam per inductionem Socrates et Socratici tractaverunt: et mox oratores ab utrisque transtulerunt. Et tamen aliquando est quadripertita ratiocinatio, cum aut proponimus aut assumimus sine approbatione. Id autem fieri debet, cum aut propositio ex se intellegitur aut assumptio nullius approbationis indiget. Item est et tripertita ratiocinatio, id est trium partium syllogismus, qui constat propositione, ratiocinatione, conclusione, ut 'bonum est virtus; nam id demum bonum est, quo nemo male uti potest; virtute autem nemo male uti potest: bonum ergo est virtus'. Et contra idem syllogismus: 'non est bonum pecunia; non enim bonum est, quo quis male uti potest: pecunia autem potest quis male uti; non igitur bonum est pecunia'. Syllogismorum propositio aut confessa est aut probanda: confessa, ut: 'omnes beatam vitam vivere volunt'; sequitur ergo argumentatio et conclusio: probanda, ut 'qui beatam vitam vivere volet, philosophetur oportet'; non enim conceditur, nisi confirmata fuerit. Assumptio quoque interim confessa est, || ut 'omnes autem volunt beatam vitam vivere'; interim probanda, ut 'quod autem dissolutum est, sensu caret', cum hoc non constet, quia potest soluta corpore anima vel immortalis *esse* vel ad tempus manere. Omnia genera conclusionum in syllogismis intellegi oportet. Nam *aut* ita concludimus, ut in unum conducamus propositionem et assumptionem, atque ita conclusionem adnectamus hoc modo: 'quod si leges omnes ad utilitatem rei publicae *referri convenit, hic autem rei publicae* consuluit, profecto non potest eodem facto et saluti communi consuluisse et legibus non obtemperasse': aut ita, ut ex con|trario conficiatur conclusio, hoc modo: 'summa igitur amentia est in eorum fide spem habere, quorum perfidia totiens deceptus sis': aut ita, ut id solum, quod conficitur, inferatur ad hunc modum: 'urbem igitur diruamus'. Aut id, quod eam rem, quae conficitur, sequatur necesse est, hoc modo: 'si peperit, cum viro concubuit; peperit autem': conficitur hoc 'concubuit igitur cum viro'. Hoc si nolis inferre et inferas id, quod sequitur: 'fecit igitur incestum', et concluseris argumentationem *et perspicuam fugeris complexionem*. Quare in longis argumentationibus ex conductione aut ex contrario complecti oportet; in brevibus id solum, quod conficitur, exponere; in his, in quibus exitus perspicuus est, consecutione uti.

---

2—5 = Cic. de Inv. I, c. 35, §. 61. 10 = Quintil. V, 14, 25. 15 = ib. §. 13. 22—36 = Cic. de Inv. I, c. 40.

---

21 esse *addidimus, item v. 22* aut *et v. 24* referri convenit, hic autem rei publicae 24 puplicae *C* 32 conferre *C* 33 et persp. f. complexionem *supplevimus e Cic.* 34 *immo* aut ex conductione, *ut est in Cic.*

p. 65—67 M. p. 232. 233 O.

## X. DE ENTHYMEMATE.

Enthymema est imperfectus syllogismus: non est enim in eo necesse primum proponere, deinde argumentari et postremo concludere, sed vel primam propositionem praeterire licebit, propterea quod ipsa tantum praesumptione iudicis vel auditoris contenta esse poterit, et sola ratiocinatione exsequi et conclusionem superaddere, vel certe conclusionem praetermittere et sensibus iudicis id, quod ratiocinatus est, colligendum relinquere. Quare ergo dialecticis illud necessarium est, ut omnibus partibus colligant, oratoribus non semper? Quoniam illis veri inveniendi ratio, his suadendi proposita est. Persuadere autem non poterunt, si ipsa diligentia et redditione partium obscuraverint quae colligunt. Deinde ad illos non pertinet, ut suaves et iucundi sint in disserendo, oratori autem maxime, ne aures auditoris offendat, studendum est; offendit porro iisdem nominibus utendo saepius et eadem colle|ctione referenda. Debemus etiam illam differentiam scire, quod is, qui disserit, interim longe probationem petit et multis in ratiocinatione positis colligit: orator autem, quo sit lucidior probatio eius, ex proximo petet nec spectabit, quam vera sint ea, quibus colligit, sed quam probabilia. Ut si colligendum sit mortem malum esse, dialecticus ille repetet huius rei probationem ex natura, quod illa nos vitae conciliavit, vel etiam altius et obscurius ex disparatione animae et corporis, ut vel interire animam probet, vel, si immortalis sit, poe||nas eorum dare, quae hic commiserit; et ideo, cum hoc ipsum incertum sit, an recte vixerimus, timendum esse ne quas poenas sustineamus. At vero orator nihil horum sibi probandum putat, nisi forte haec ipsa pompatice exsequi volet alio modo et alia ratione. Locuples enim et speciosa vult esse eloquentia, quod non consequetur, si conclusionibus certis et crebris et in unam prope formam cadentibus concisa ex copia satietatem et ex similitudine fastidium attulerit. Probationem autem ex proximo petet, ut ‘omnes homines aut maior pars hominum mortem timent, quod sui lugeant eos, qui mortui sunt, quod carituri sint voluptatibus’. Est enim illi oratio apud homines, qui non recondita disputationum subtilitate, sed communi sensu universa percipiant.

## XI. DE EPICHIREMATE.

Et quoniam diximus, quid differat syllogismus ab enthymemate, non alienum hoc loco videtur et de epichiremate dicere, quoniam quaerere quidam solent quid inter epichirema et enthymema intersit. Est autem diafo|ra *inter* utrumque, etsi vi et substantia idem. Quid ergo interest?

---

25—28 Quint. V, 14, 30.

---

5 contenta] *deestne* argumentatio? 6 praemittere *Cv* 14 referendo *Cv* 17 petit *Cv* 20 disperatione *C, em. O* 26 sequetur *Cv, em. e Quint.* 27 concessa *Cv, em. e Quint.*; *post* concisa *habet Quint.*: et contemptum ex humilitate et odium ex quadam servitute et ex copia *etc.* 29 timeat *C* 37 diafora utrumque et ui *Cv*

p. 67. 68 M. p. 233. 234 O.

Quod enthymema correptior probatio, epichirema autem exsecutio enthymematis est. Quod dico, tale est. Cum partes eae, quibus colligitur aliquid, ita probabiles sunt, ut nullum praeterea firmamentum desiderent, enthymema erit nudum et viduum, quale est hoc: 'nisi vero creditis eum, qui patri non temperavit, quo minus manus inferret, alienis temperaturum'. Hoc quia statim probabile videtur, nullam confirmationem desiderat et circumcisum enthymema est. At vero hoc ipsum quasi parum probabile hoc modo proponat aliquis, deinde exsequatur: 'si ostendero, iudices, ab hoc pulsatum patrem, dubitabitis ab eo iniuriam extraneo factam? non opinor': deinde longius prosequatur: 'Etenim multi, quamvis petulantes in alienos essent, suis tamen temperaverunt: at vero, qui patrem non manu dico, sed vultu tantummodo laesit, quid est, quod non audere possit? Credo existimationem impudentiae verebitur, qui crimen impietatis suscipere non recusavit, aut leges verebitur, qui parente violato non solum humana, verum etiam divina iura permiscuit'. Et licet in quantum vis aliquid exsequi, deinde hoc probato et confirmato, tum demum imponere enthymemati conclusionem ita: deinde, cum ab hoc pulsatum patrem constet, ab eo non videbitur aliquid iniuriose circa hominem alienum et extraneum esse commissum?' Et omnino, quia est tripertita, quae est minima collectio syllogismi — proponimus enim id, quod colligendum est, deinde confirmamus, deinde concludimus —, illa ratiocinatio, quae est inter propositionem et conclusionem, enthymema dicitur. Enthymematon et epichirematon formae sunt quinque, elencticon, item dicticon, item gnomi|con, item paradigmaticon, item syllogisticon. Elencticon, quod ‖ solum apud veteres tractabatur, in quo repugnantia colliguntur, cuiusmodi est hoc: 'liberalem se praedicat; idem peculatum fecisse convincitur'; pugnant enim liberalitas et peculatus. Alii postea adiecerunt enthymema dicticon: 'quod si apparet huic numquam officio pecuniam fuisse potiorem, certe eum liberalem iudicari oportet'. Non enim pugnant haec inter se, sed consecuntur, et est haec forma enthymematon, quod appellatur dicticon, et fit a consequentibus. Tertium gnomicon: nam gnomicon est sententia, sicut illa: 'difficile est modum pretio statuere, nisi libidini feceris': et illa: non potest verus accusator esse, qui cum reo criminum societate coniungitur'. Sed enthymema gnomicon hoc a sententia differt, quod ibi tantum simpliciter sententia pronuntiatur, hic autem simul et ratio sententiae redditur, quale est hoc: 'Karthaginienses nobis iam hostes sunt; nam qui omnia parat contra me,

32 Cic. Verr. IV, §. 14. 33 div. in Caec. §. 32.

1 enthymematis est *Cv* 2 hae *Cv* 3 sint *Cv* disiderent *C* 4 si uero *Cv* 7 quasi *Christ*: quia quasi *Cv* paruum *C* 8 exsequitur *Cv* iudici *Cv* 9 dubitatis *C* 17 ita deinde: 'cum *v* 21 conclusimus *C* 23 elencticon] *C de hoc vocabulo et de seqq. longius habet scholion, quod hic repetere nihil attinuit, quoniam ad verbum ex Cassiodorio translatum est* 27 enthymema dicticon *nos*: enthymematicon *Cv* 30 enthymematon *Baiter*: enthymematicon *C*

p. 68—70 M. p. 234. 235 O.

ut quo tempore velit, bellum possit inferre, hic iam mihi hostis est, tametsi nondum armis agat'. Paradigmaticon enthymema quamquam ad exemplum se refert, hoc tamen differt ab | exemplo, quod exemplum per se positum probationem adiuvat, conversum autem in speciem argumenti formam accipit paradigmatis enthymematici, ut sit exemplum: 'non debetis largitionem permittere; nam et Dionysius et Pisistratus cives largitione corruperunt: at vero ut enthymema sit paradigmaticon, illo modo corripitur et concluditur, ut: 'si Phalaridi et Pisistrato et ceteris omnibus una res maxime, largitio, dominationem comparavit, quid est, quod non idem Gracchum adfectare credatis, quem eadem quae illos facere videatis?' Syllogisticon enthymema est, quod ad imaginem syllogismi ex multis aliquid colligit, ut si dicamus: 'adulterium multis modis arguitur, quod munuscula missa sint, quod ad cellulam saepius conventum ancillae, quod ad domum mariti accessum sit, quod qui accesserit latere voluerit'. Atque haec omnia cum astruxerimus, tunc concludemus: 'quod si munera misisse doceo et cum ancillulis familiaritatem habuisse, ** et egressum furtim, quid est quod non ex his omnibus adulterium videatur esse commissum? In † eliciendo enthymematibus raro utendum est. In pathe‖ticis vero aut ethicis materiis etiam dissolvamus quantum fieri potest enthymemata et destruamus, ne pedibus et numeris constricta sint. In his vero causis, in quibus res omnis in probatione posita est, dictica vitamus et syllogistica adhibemus. Paradigmatica et gnomica severis et gravibus et magnificis conveniunt: dictica supplicantibus et in affectu positis. In omni autem argumentatione variare orationem magno opere oportebit; nam sicut in omnibus rebus, ita etiam in hac similitudo mater est satietatis. Variari autem poterit, si non similiter semper ingrediamur, si tum inductione utamur, tum ratiocinatione: nec semper ratiocinationem a propositione | incipiamus, nec semper quinque partibus eius utamur, nec eadem ratione partes explicemus, sed tum ab assumptione incipere *licet*, tum ex propositione, tum *ab* approbatione, tum hoc, tum illo genere conclusionis uti.

## XII. DE REPREHENSIONE.

Reprehensio est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur aut elevatur. Haec fonte inventionis eodem utitur, quo utitur confirmatio, propterea quod, quibus ex locis aliqua res potest confirmari, iis-

---

6 et 8 haud scio an sint loci Gai Fannii, v. supra p. 402, 12. 24—31 = Cic. de Inv. I, 41, 76. 33 — p. 414, 2 = ibid. I, 42 in.

---

1 velit, bellum possit *O*: possit bellum uelit *C* 14 conuentum *nos*: conuenit *Cv*; *possis etiam scribere* conuenerit, *sed illud rectius videtur* 16 concludimus *Cv* 17 *signum lacunae posuimus; nam apparet hoc membrum deesse:* et ad domum mariti accessisse 18 *fort.* in definiendo 22 *fort.* vitabimus *et* adhibebimus 25 uariari *Cv* 27 congrediamur *Cv*, *em. e Cic.* 29 partes *Cic.*: partitiones *Cv* 30 licet *et* ab *addidimus* 34 deluitur aut adleviatur *C*, *em. e Cic.*

dem potest infirmari, id est, quos in superiori parte didicisti, communibus argumentorum locis. Nec tantum argumentum, sed argumentatio tam in confirmando quam in refellendo similiter explicatur. Verum tamen sunt huius partis quaedam propria praecepta, quae in refellendo observare debemus. Tradidimus retro argumentum aut necessarium esse aut probabile: necessarium tractari aut per complexionem aut per enumerationem aut per simplicem conclusionem. Haec quemadmodum in probando tractarentur accepisti: nunc quemadmodum reprehendantur, id est refellantur, attende. Primum complexio, quae utrum concesseris debet tollere, si vera est, numquam reprehendetur, id est: ‘si peperit, concubuit cum viro’. Si vero falsa et imitatur veritatem, duobus modis, aut conversione aut alterius partis infirmatione. Conversione hoc modo:

Nam si veretur, quid eum accuses qui est probus?
Sin inverecundum animi ingenium possidet,
Quid eum accuses, qui id parvi auditu aestimet?

Hic sive vereri dixeris sive non vereri, concedendum | putat hoc, ut neges esse accusandum. Refelles ergo conversione sic: ‘nam si veretur, accuses; non enim parvi auditu aestimabit: sin inverecundum ingenium animi possidet, tamen accuses; non enim probus est’. Alterius autem partis infirmatione reprehenditur complexio ita: ‘verum ‖ si veretur, accusatione corrigetur, ut ab errato recedat’. Enumeratio reprehenditur, si aut praeteritum quiddam dicemus, quod velimus concedere, aut infirmum aliquid adnumeratum, cui contra dici possit, aut causa non sit, quare non honeste possimus concedere. Praeteritum quiddam est: ‘quoniam habes istum equum, aut emeris oportet aut hereditate possideas aut munere acceperis aut domi tibi natus sit: aut, si horum nihil est, surripuisti. Neque emisti neque hereditate venit neque donatus est neque domi natus est; necesse est ergo ut surripueris’. Hoc totum dissolves, si dicere possis ‘ex hostibus equum esse captum’, quod ille in enumeratione praetermiserat. Item reprehenditur enumeratio, cum contra dici alicui speciei ex enumeratione possit, ut si contendas hereditate tibi obvenisse aut munere accepisse aut domi natum esse. Item reprehenditur, cum aliquid ex enumeratione eligere possumus, quod honeste concedamus, ut si qui dixerit: ‘aut insidias facere voluisti aut amico morem gessisti aut cupiditate elatus es’, et nos contra dicamus: ‘amico morem gessi’. Simplex conclusio reprehenditur, si id, quod sequitur, non videatur necessario cum eo, quod antecessit, cohaerere. Nam hoc quidem ‘si spiritum ducit, vivit: si dies est, lucet’, eiusmodi est, ut cum priore necessario posterius cohaerere videatur ***.

---

9—38 = Cic. de Inv. I, 45. 13 Trag. lat. reliq. p. 223 ed. Ribb.

---

3 tamen *nos*: enim *Cv* 10 reprehenditur *Cv* 13 *et* 15 accusem *alii* 14 Si *Cv* 16 ut necesse non sit accusandum *C*, *em. e Cic.* 18 si *Cv* 20 corripitur *Cv* 22 uelim *C* 26 Sed neque *Cic.* 33 quod *nos*: cui *Cv* 36 quod ante sit *Cv*, *em. e Cic.* 38 *lacunae signum posuimus; nam deest contrarium quod reprehendi possit, v. Cic. de Inv. I, §. 86.*

Argumentatio, quae per inductionem appellatur, quoniam per similitudinem maxime exercetur, poterit refelli, dum simile negemus id, quod confertur, et si fieri potest, diversum genere, natura, vi, magnitu|dine, tempore, loco, persona, opinione. Quo in numero illud, quod per similitudinem affertur, et quo hoc, cuius causa affertur, haberi conveniat, quid res a re differat, ostendendum: ex quo probemus aliud de eo, quod comparabitur et de *eo, cum* quo comparabitur, existimari oportere. Syllogismus expugnatur, cum aut intentio eius aut assumptio aut conclusio, nonnumquam omnia refelluntur. Et quidem intentio ex his locis argumentorum redarguitur, quibus et confirmatur, id est contraria ratiocinatione: ratiocinatio autem numquam est vera, nisi et propositio vera sit. Nonnumquam tamen verae propositionis falsa ratiocinatio est: ut ‘virtus bonum est’ verum est; sed si quis ratiocinationem subiciat ‘quod ea locupletes faciat’, verae intentionis falsa sit ratiocinatio. Conclusio autem aut vera negatur, cum aliud colligit quam id, quod ex prioribus exprimitur, aut nihil ad praesentem quaestionem dicitur pertinere. Non est vera, sicut haec: ‘insidiator iure occiditur; nam cum vitae vim afferat ut hostis, etiam repelli debet ut hostis; recte igitur Clodius ut hostis occisus est’. Non utique; nondum enim Clodium insidiatorem ostendimus: sed fit vera conclusio: ‘recte igitur insidiator ut hostis occiditur’: nihil ad nos; nondum enim Clodius insidiator apparet. Sed, ut potest vera esse intentio et ratiocinatio et tamen falsa conclusio, ita, || si illa falsa sunt, numquam est vera conclusio. Praeterea omne genus argumentationis sive in his, quae scripta sunt, sive in enthymemate sive in epichiremate, refutatur aut quasi vitiosum genus argumentationis, ut cum contra argumentum aliud argumentum opponitur firmum, cum ipsum genus vitiosum est aut falsum, ut ‘non potest esse sapiens qui pecuniam neglegit’: aut cum commune, | ut non minus ab adversariis quam a nobis faciat, hoc modo ‘idcirco, iudices, quia veram causam habebam, brevi peroravi’: aut cum vulgare, quod in aliam quoque rem transferri possit, ut ‘si causam veram non haberem, vobis me iudicibus non commisissem’: aut cum leve, quod sero inducitur: ‘si in mentem venisset, non commisissem’: aut cum remotum, quod ulterius quam satis est petitur, ut ‘si in nemore Pelio non cecidissent trabes, hoc scelus factum non esset’. Aut male definitum reprehenditur, ut communia describendo, hoc modo: ‘seditiosus est is, qui malus atque inutilis civis est’, cum non magis seditiosi quam ambitiosi et calumniatoris sit: aut

---

7—22 = Quintil. V, 14, 20 sqq. 26 sqq. = Cic. de Inv. I, 48, 89 sqq. 33 secundum Ennii Med. fragm. 1.

---

7 eo cum *add. Christ* 9 omnia *Quint.*: communia *C* 10 ratiocinatione] ratione *Quintil. et sic deinceps* 15 efficitur *Quint.* 17 nam qui curauit ut uitae uim adferret (*vel* curabit ut . . adferat) *codd. Quintil.* 18 nam utique nondum etiam *C, em. e Quint.* 19 sed fit *Quint.*: et si *Cv* 22 si uera falsa *C* 27 ab *et* 28 a *add. e Cic.* 29, 31 *et* 32 aut cum *nos*: aut ut *Cv* 31 quid *Cv* 35 his *C*

p. 73. 74 M. p. 237. 238 O.

false definiendo, ut 'sapientia est pecuniae quaerendae intellegentia'. Item vitiosum est argumentum, cum controversum est, id est, cum incertis incerta vult probare; vel cum relicta controversia de eo, in quo non est quaestio, argumentatur. Non honestum est argumentum, quod aut loco, in quo dicitur, aut homine, qui dicit, aut eo tempore, quo dicitur, aut iis, qui audiunt, aut ea re, de qua agitur, indignum est. Offensum est argumentum, quod eorum, qui audiunt, voluntatem laedit. Inconstans est argumentum, quod ab eodem de eadem re diverse dicitur, ut *si* qui dicat 'virtutem ad beate vivendum nulla re indigere', et idem postea neget 'sine bona valetudine posse bene vivi'. Adversarium est argumentum **, ut si quis hostium vim et copias augeat, cum ad pugnandum milites adhortetur. Vitiosum est argumentum, si plurima in partitione pollicitus pauciora demonstret: aut cum, si totum debet ostendere, de parte aliqua loquatur, hoc modo: 'mulierum genus avarum est; nam Eriphyla auro viri vi|tam vendidit'. Vitiosum est argumentum, aut si res ex hominis vitio vituperabitur, ut *si* qui doctrinam *ex* alicuius docti vitiis reprehendunt: aut si qui, cum aliquem volet laudare, de felicitate eius, non de virtute dicet: aut si rem cum re ita comparabit, ut alteram se non putet laudare, nisi alteram vituperaverit: aut si cum de certa re quaeritur, de communi instituerit orationem, ut, si *qui*, cum aliqui deliberent, bellum gerant an non, pacem laudet omnino, non illud bellum inutile esse demonstret. Parum idoneum est argumentum hoc modo: 'maximum bonum est amicitia; plurimae enim delectationes sunt in amicitia'. ** cum contra argumentum aliud firmum argumentum opponitur. Hoc genus in deliberationibus maxime versabitur, cum aliquid, quod contra dicatur, aequum esse concedimus, sed id, quod ‖ nos defendamus, necessarium esse demonstramus; aut cum id, quod ille defendat, utile esse fateamur, quod nos dicamus, honestum esse demonstremus.

## XIII. DE PROPOSITIONE.

Quaeri etiam solet, an semper approbationes propositione uti necesse sit; propositio autem est omnis confirmationis initium. Sed aliquando sine propositione quoque satis manifestum est, quid in quaestione versetur; utique si narratio ibi finem habet, ubi initium quaestio, adeo ut aliquando subiungatur expositioni, quae solet in argumentis summa esse collectio, ut est: haec, sicut exposui, gesta sunt, iudices, insidiator supe-

29 XIII = Quint. IV, 4. 35 Cic. p. Mil. §. 30.

5 his qui *Cv* 6 agatur *Cv* 8 si *addidi* 9 beate utendum *C* 10 aduersum *Cic.* *ex Cicerone I, §. 94 supplenda est definitio:* quod ipsi causae aliqua ex parte officit 12 *et* 15 *videtur* item *ante* Vitiosum *deesse* aut si *Cic.*: et si *Cv* 16 si *et* ex *add. e Cic.* reprehendat? 17 dicat? 20 qui *om. Cv* 21 laudent — demonstrent *Cv* 23 *signum lacunae posui; ex Cic. I, §. 96 hoc fere supplendum est:* Aliud est genus (*vel* modus) reprehensionis, cum *etc.* 24 opponitur, hoc genus *v* 27 illi defendant *Cic.* 35 haec si ut *Cv* ita gesta *Cic. et Quintil.*

ratus est, vi victa vis est. Nonnumquam valde utilis est propositio, ubi res defendi non potest et de iure quaeritur, ut pro eo, qui penuniam privatam de templo sustulit, ut | si dicas: ‘de sacrilegio cognoscetis’, ut iudices intellegant id unum esse officii sui quaerere, an id, quod obicitur, sacrilegium sit. Item necessaria est propositio in causis obscuris aut multiplicibus, non solum ut fiat causa lucidior, sed quia aliquando magis movet, si protinus subtexantur aliqua, quae prosint, ut est: ‘lex aperte scripta est, ut peregrinus, qui murum ascenderit, morte multetur; peregrinum te esse certum est et ascendisse murum: quid superest nisi ut puniaris’? Haec enim propositio confessionem adversarii premit et quodammodo iudicandi moram tollit. Sunt propositiones non tantum simplices, sed etiam duplices et multiplices. Nam et plura crimina simul congeruntur, ut ‘Socrates accusatus est, quod corrumperet iuventutem et novas superstitiones introduceret’. Defensio quoque plures interim propositiones habet, ut ‘pecuniam petis nullo iure; procuratorem enim tibi esse non licuit: sed neque cuius nomine litigas, habere procuratorem potuit‘. Et multiplicari haec in quantum libet possunt. Est etiam nuda propositio, qualis fere in coniecturalibus: ‘caedis ago, furtum obicio’: est cum ratione propositio, ut ‘maiestatem minuit Cornelius; nam codicem legit’. Praeter haec utimur propositione aut nostra, *ut* ‘adulterium obicio’, aut adversarii, ut ‘adulterii mecum agitur’, aut communi, ut ‘inter me et adversarium quaestio est, uter sit defuncto propior’: nonnumquam diversas quoque iungimus, ut ‘ego hoc dico, adversarius illud’. Habet interim vim propositionis etiam, quae per se non est propositio, cum enarrato rerum ordine subicimus: ‘de his, iudices, cognoscetis’: ut sit haec commonitio iudicis, ut ad quaestionem ingredientibus ipse quoque quodammodo novum audiendi sumat exordium. | ||

## XIV. DE PARTITIONE.

Et de partitione quaesitum est, an ea semper esset utendum. Partitio autem est nostrarum aut adversarii propositionum aut utrarumque in ordinem collocata enumeratio. Hac aliquando utendum non est, primum quia pleraque gratiora sunt, si inventa subito nec domo adlata, sed inter dicendum ex re ipsa nata videantur: unde illa non iniucunda schemata: ‘paene excidit mihi’, et ‘fugerat me’, et ‘recte admones’: deinde quod interdum etiam fallendus est iudex, ut aliud agi quam quod petimus putet. Nam est nonnumquam dura propositio, quam iudex si providit, non aliter

19 Cic. or. p. Corn. I. 29 = Quint. IV, 5, 1. 31 — p. 418, 12 = ibid. §. 4—8.

2 iure *CB*: fine *codd. dett. Quint.* 3 cognoscitis *Cv, item Quint. codd.; at v. infra v. 25, Quint. 4, 2, 8* 6 aliquanto *Cv* 8 ascendit *Cv, em. e Quint.* 10 confessione aduersarii praemitur *Cv, em. e Quint.* 12 et] *nisi Victor hoc* et (*ante* plura) *mera neglegentia transcripsit, membrum post* introduceret *intercidit, ut apparet ex Quint. 4, 4, §. 5* 20 ut *om. Cv* 22 defuncto] intestato *Quintil.* 26 ingredientibus] nobis *videtur deesse* 30 utrorumque *Cv* 36 praeuidit non aliter reformidat *Cv, em. e Quint.*

p. 76. 77 M. p. 239. 240 O.

praeformidat, quam qui ferrum medici prius, quam curetur, aspexit. At si [de] re non ante proposita securum ac nulla denuntiatione in se conversum intrarit oratio, efficiet, quod promittenti non crederetur. Deinde refugienda interdum non modo partitio quaestionum, sed omnino tractatio est, et affectibus turbandus et ab intentione auferendus auditor. Non enim solum oratores docere, sed nonnumquam plus debent movere. Cui contraria est maxime tenuis illa et scrupulosa partitio. *Quid* quod interdum, quae per se levia sunt et infirma, congerenda sunt et turba valent, ut velut eruptione pugnetur, quod tamen rarum esse debet et ex necessitate demum, cum hoc ipsum, quod dissimile rationi est, coëgerit ratio. Praeter haec in omni partitione est utique aliquid potentissimum, quod cum audierit iudex, cetera tamquam supervacua gravari solet. De illo quoque genere defensionis plerumque dubitatur: 'si occidi, recte feci; sed non occidi'. | Quo enim pertinet prius, si sequens firmissimum est? sequente enim, si modo indubitabile est, solo utendum est. Verum tamen si quid in eo, quod est fortius, timebimus, utraque probatione nitamur; alius enim alio moveri solet. Et qui factum putabit, iustum credere potest, et qui tamquam iusto non movebitur, factum fortasse non credet: ut certa manus uno telo potest esse contenta, incerta plura spargenda sunt, ut sit et fortunae locus. Ut *Cicero* pro Milone insidiatorem primum ostendit Clodium, tum ex abundanti addidit, etiam si id non fuisset, talem *tamen* civem cum magna virtute interfectoris necari potuisse. Quotiens tamen hac duplici defensione utemur, nitendum est, ut in illam partem sequentem fides ex priore ducatur. Potest enim videri, qui tuto etiam confessurus fuit, mentiendi causam in negando non habere. Et illud utique faciendum est, ut quotiens suspicamur iudicem aliam probationem desiderare, quam de qua loquimur, promittamus nos statim plene satis esse facturos. Frequenter autem suscipitur causa parum verecunda, sed iure tuta, de quo ne inviti iudices audiant, frequentius sunt admonendi secuturam defensionem probitatis, ut exspectent et agi ordine sinant. Quaedam nos invitis litigatoribus simulandum est dicere; nonnumquam, quasi interpellemur ab iis, subsistere; saepe avertenda ad ipsos oratio, hortandi etiam, ut sinant nos uti nostro consilio. Ita surrepetur animo iudicis, et dum ‖ sperat probationem pudoris, asperioribus illis iuris adlegationibus minus repugnabit. Sic utraque se res invicem iuvabit, eritque iudex circa ius nostrum spe modestiae attentior, circa modestiam iuris probatione proclivior. Sed ut non semper

13 — p. 419, 5 = Quint. IV, §. 13—22.

1 curuetur *C* 2 de *om. Quint.* 6 cui rei *Quint.* 7 Quid *addidimus e Quint.* 11 audiuit *Quint.* 14 sequenti *codd. Quint.* 19 incertae *Spengel, sed* incerta (*i. e.* ab incerta) *Quintiliani quoque libri meliores habent 4, 5, 14* 20 Cicero *et* 21 tamen *addidimus e Quint.* 23 utemur *Quint.*: utendum est *Cv* 26 suspicabimur *Quint.* 27 plene et statim *Quint.* 31 nonnunquam, si interpellamur, ab his subsistere *Cv, em. e Quint.* 33 surripitur *C, em. O.* 34 iuris adlegationibus *om. codd. Quintil.*

p. 77—79 M. p. 240 O.

necessaria aut utilis est partitio, ita oportune adhibita, multum *orationi* et lucis et gratiae | confert. Neque enim solum id efficit, ut clariora fiant, quae dicturi sumus, sed reficit quoque audientem certo singularum partium fine, non aliter quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata in inscriptis lapidibus spatia. Partitio igitur, quotiens adhibenda est, illustrem et distinctam facit orationem. Partitionis partes sunt duae, quarum utraque magno opere ad aperiendam causam et constituendam pertinet controversiam. Una pars est, quae quid cum adversariis conveniat et quid in controversia relinquatur ostendit, ex qua certum quiddam destinatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum: altera est, in qua rerum omnium, de quibus erimus dicturi, breviter expositio ponitur distributa, qua conficitur, ut certas animo res teneat auditor, quibus dictis intellegat fore peroratum. Quae partitio quid conveniat et quid non conveniat ostendit, haec debet illud, quod convenit, inclinare ad suae causae commodum hoc modo: 'interfectam matrem esse a filio convenit mihi cum adversariis'; item contra 'interfectum esse ab uxore Agamemnonem convenit: an sceleratus Orestes et an scelerata Clytaemnestra, non convenit': et hoc *τὸ κρινόμενον*. Sed cum scelus sit matrem interemisse vel maritum interemisse, idque conveniat, plurimum proficit etiam ad id, quod non convenit inter partes, ut scelerati videantur, qui id admisisse doceantur: † ut 'dicam de avaritia, de superbia, de crudelitate': ut 'dicam primo, quae in quaestura, quae in aedilitate, quae in praetura Romae, postremo quae in provincia commiserit' et talia. Sic et Marcus Tullius fecit pro Tullio: damnum datum Tullio et vi hominibus armatis et a familia P. Fabii constare dicit, in controversia autem esse, an do|lo malo damnum datum sit; quod est *τὸ κρινόμενον* quodque adiuvatur plurimum ex his, de quibus convenire constitit. Idem: dolum malum esse, cum familia armata sit, cum ad vim venerit, cum damnum intulerit. Quae autem partitio omnium, quas dicturi sumus, rerum distributam continet expositionem, haec habere debet brevitatem, absolutionem, paucitatem. Brevitas est, cum nisi necessarium nullum assumitur verbum: quae idcirco est utilis, quod rebus ipsis et partibus causae, non verbis neque extraneis ornamentis animus auditoris tenendus est. Absolutio est, per quam omnia, quae incidunt in causam genera, de quibus dicendum est, amplectimur. In qua partitione cavendum est, ne aut aliquod genus utile relinquatur aut sero extra partitionem, id quod vitiosissimum ac turpissimum est, inferatur, Paucitas in partitione servatur, si

---

6—18 = Cic. de Inv. I, 22, 31. 24 idem fragm. or. p. Tullio accuratius habet Victorinus p. 209, 25 sqq. 27 deest locus in reliquiis orationis et in edd. 29 sqq. = Cic. de Inv. I, §. 32.

---

1 orationi *addidimus e Quint.* 4 notata in scriptis *Cv*; notata inscriptis *edd. Quint.* 13 quod conueniat *Cv* 21—23 *haec exempla aliena sunt et, ut recte vidit Christ, ad alteram partitionis partem v. 29 sqq. pertinent* 34 omnium *Cv* 35 ne aliud aliquod *C, em. e Cic.*

genera ipsa rerum ponantur, neque || permixte cum partibus implicentur. Nam genus est, ut animal, pars est, ut equus. Sed saepe eadem res alii genus, alii pars est; nam homo animalis pars est, Troiani aut Graeci genus est. Hoc ideo, ut aperte intellecta generali partitione paucitas generum in partitione servari possit. Nam qui ita partitur ‘ostendam propter cupiditatem et audaciam et avaritiam’, non intellegit in partitione exposito genere partem se generi admiscuisse. Nam genus est omnium nimirum libidinum ‘cupiditas’, eius autem generis sine dubio pars est ‘avaritia’. Hoc igitur vitandum est, ne cuius genus posueris, eius sicut aliquam diversam ac dissimilem partem ponas. Quod si in genus incident partes, id genus cum in prima causae partitione erit simpliciter expositum, eo tempore commodissime distribuetur, cum ad ipsum ventum erit explicandum in causae dictione. | Atque illud quoque pertinet ad paucitatem, ne aut plura quam satis sit demonstraturos nos dicamus, hoc modo: ‘ostendam adversarios, quod arguamus, et potuisse et voluisse et fecisse’, cum satis sit ‘fecisse’ ostendere; aut cum in causa nulla partitio sit et cum simplex aliquid agatur, tamen utamur distributione, id quod perraro potest accidere. Meminisse debemus, quod prima quaeque pars, ut exposita est in partitione, sic in ordine prima quaeque transigatur.

Est autem magna prudentia, cum multa argumenta occurrunt, non uti omnibus, sed electis et magis profuturis, nec tam enumerare argumenta quam pendere. Argumenta semper desiderant purum sermonem et dilucidum et distinctum et minime elatum, maxime in rebus minoribus, *in quibus* etiam sermone ac verbis propriis utendum est. Nam, ut ait Marcus Tullius, ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis fontibus hauriuntur, dicendi autem omnis ratio in medio posita communi quodam in usu atque hominum in more et sermone versatur, ut in ceteris artibus id maxime excellat, quod longissime sit ab imperitorum intellegentia sensuque disiunctum, in dicendo autem vitium vel maximum sit, a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus abhorrere. Hoc cum Marcus Tullius de omni parte orationis dixerit, praecipue tamen in argumentatione servandum est, in qua etiam obscuritas magis fugienda est. Si quando tamen maior erit materia, nonnullus etiam argumentationi indulgendus est ornatus, quod et Tullius fecit: silent leges inter arma, et gladium nobis interim | ab ipsis porrigi videmus legibus. Sed et Quintilianus praecipit in argumentatione ante

---

22 = Quintil. V, 14, 33. 25 de Orat. I, §. 12. 34 — p. 421, 4 = Quintil. V, 14, 34 sqq. 35 p. Mil. §. 11 et §. 9.

---

3 Thebani aut Troiani genus (*sine* est) *Cic.* 6 *plenius Cicero:* auaritiam aduersariorum omnia incommoda ad rem p. peruenisse 9 cuius rei *Cic.* diuisam *Cv* 15 potuisse facere *Cic.* 18 quod] *immo* ut, *ut est apud Cic.* 19 ordine primo *Cv* 22 pandere *C* 23 in quibus *addidi* 33 in quo *Cv* 36 interdum *Cic.*, interim *Quintil. quoque codd.*

p. 81. 82 M. p. 241. 242 O.

omnia peraccurata utendum esse perspicuitate: in maioribus dumtaxat causis licere ornatu aliquo delectare. Quicquid natura magis asperum est, hoc pluribus est condiendum voluptatibus, dummodo in his argumentis pius habeatur modus, ut sint ornamento, non | impedimento. Cum igitur argumentorum locos perspexeris et quemadmodum his sit utendum, tum suscepta causa constitue, quid habeat boni, quid mali: nulla enim potest esse, quae non habeat utrumque: et quod boni habet, id amplectere, id exorna et exaggera et in eo commorare. A malo autem vitioque causae ita recede, non ut te fugere appareat, sed ut totum bono illo ornando et augendo obruatur. Et si causa est in argumentis, ad ea te potissimum converte; si in conciliatione, *ei* insiste. Summa denique huius generis haec sit, ut si in refellendo adversarium plus spei sit quam in confirmandis nostris, omnia in illum tela conferamus: si nostra probari facilius quam illa redargui possunt, abducere animos a contraria defensione et ad nostram conemur adducere. Diximus retro inventionem excogitare principia, narrationem, excessus, quaestiones, epilogos. Itaque his, quae prima in omni causa spectanda sunt, id est quaestionibus disputatis, iam reliqua videamus.

## XV. DE PRINCIPIIS.

Non tantum in prooemio, sed in omni parte actionis maxime prodest, ut dicturus intueatur, qui et apud quem et pro quo et contra quem et quo | tempore et quo loco et quo rerum statu et qua vulgi fama dicendum, quid iudicem sentire credibile sit; ita enim facilius, quid adnitendum, poterit institui. Oportet autem, ut aedibus ac templis vestibula, sic causis principia nec magnis parva nec parvis magna praeponi. Principium autem non semper est necessarium: nam vel temporis angustiae non patiuntur vel causa perparva est vel iudex mora offenditur. Plane potest nonnumquam post narrationem prooemium poni. Si enim est quod apud suspicionem iudicum causae officiat, ipsi autem expositionem negotii statim desiderent, possumus utrique rei satisfacere, ut explanata omni controversia, quibus medendum est principiis, leniamus ac sic ad probationes transeamus; quod genus Graeci μερικὰ prooemia appellant, quae non initio, sed ubicumque usus exegerit, quibusque actionis partibus accommodantur. Cum autem erit utendum principio, praeparare eo debemus iudicem, benevolum, attentum, docilem faciendo: quae tamen per totam actionem custodienda sunt, sed in initiis praecipue, ut in animum iudicis possimus admitti. Benevolus aut *a* personis efficitur aut *a* causis. A personis, si ducatur

---

20—22 = Quint. IV, 1, 52. 33—35 = ibid. §. 5 sq. 36 — p. 422, 6 = ibid. §. 13 sq.

---

3 pius *C*: *fort.* parcus *vel* iustus 4 ornamenta, non impedimenta *Cv*, *em. e Quintil.* 11 consiliatione insiste *Cv* 15 inventione excogitare *Cv*, *em. Spengel* 16 excessus *Spengel*, *at v. indicem* 20 qui *CB*: quid *edd. Quint.* 22 enim *nos*: etiam *Cv* 24 proponi? 30 ac sic *nos*: Ac si *Cv* 32 exigerit *C* 36 a *bis addidi*

p. 82—84 M. p. 242. 243 O.

exordium vel ab actore causae vel ab ipso litigatore et ab accidentibus unicuique personae, ut aut dignitas allegetur aut infirmitas aut merita, sed verecundius, ne invidiam provocemus. Prosunt etiam et liberi et sexus et aetas et condicio et cetera, quae iudicem ad misericordiam inclinant. Degustanda tamen *haec* in principio, non consumenda latius. Adversarii quoque persona prope iisdem omnibus e contrario impugnari solet. A iudice quoque principia ducuntur, non nimis laudando eum, quia suspectum est et parti utrique | commune; et ideo, si || fieri potest, laudem eius ad utilitatem causae conferamus, ut adlegemus pro honestis dignitatem illi suam, pro humilibus iustitiam, pro infelicibus misericordiam, pro laesis severitatem et similiter cetera. Propter quod mores quoque, si fieri potest, iudicis velim nosse. Nam prout asperi lenes, iucundi graves fuerint, ita aut assumere in causam naturas eorum, quae competent, aut mitigare, quae repugnabunt, oportebit. Praeterea detrahenda vel confirmanda opinio, si quam videbitur domo iudex attulisse. A causis benevolentia ducitur, si quae in actione favorabilia nobis fuerint, et tractemus et augeamus, ea vero, quae laedant, aut omnino repellamus aut certe aliqua ex parte minuamus. Sed sicut in persona diximus, res omnes, quae affectus movent, id est vel pro nobis gratiam, misericordiam, benevolentiam, vel contra etiam adversarios odium, iram, invidiam, parcius et modestius in principio praegustanda sunt, quia hoc differt principium ab epilogo, quod hic restrictius, illic liceat effusius evagari. Namque in epilogo et adlocutionem permittitur inducere et defunctos excitare et pignora producere et cetera, quae animos audientium moveant. Quae omnia tamen, sicut in principio praecerpenda sunt pro nobis, ita ex diverso amoliri opus est. Illud in universum praeceptum sit, ut si causa laborabimus, persona subveniat; si persona oberit, causa prosit; si nihil fuerit quod adiuvet, quaeramus quid adversarium laedat. Non inutile est interdum occurrere, quae videntur obstare, ut Cicero: scire se mirari *quosdam*, quod qui per tot annos defenderit, subito ad accusandum descenderit. Multum gratiae exordio dabit, si ab | actione diversae partis trahatur, quia non compositum domi, sed ibi natum existimabitur. Attentum iudicem facies, si res agi videatur nova, magna, atrox, pertinens ad exemplum, praecipue tamen, si iudex aut sua vice aut rei publicae commoveatur spe, metu, admonitione, precibus, promissione etiam nos non diu moraturos nec quicquam extra causam esse dicturos. Sed intentio, si quam sibi pars diversa conciliaverit, minuetur e contrario, quaedam quasi levia, quaedam quasi non perti-

6—14 = Quint. IV, 1, §. 16. 14 = ibid. §. 20. 15—25 = ibid. §. 26 sqq. 25—28 ibid. §. 44. 28—30 ibid. §. 49. 29 div. in Caec. §. 1. 30 sq. = Quint. IV, 1, §. 54. 32—36 = ibid. §. 33 sq.

2 *malim* sed haec verecundius 5 haec *add. e Quint.* 12 graues] *addit Quintil.* duri remissi 13 quae — quae] qua — qua *Quint.* competunt *Cv* 14 si] sed *C* 19 etiam *videtur delendum* 24 in principio, sicut praec. *Christ* 28 occurrere] occupare *Quint.* 29 quosdam *e Quint. addidi*

p. 84. 85 M. p. 243. 244 O.

nentia ad causam praedicando. Et si actio diversae partis iudicum animos occupavit, praemittendae sunt nostrae probationes et diversarum refutatio. Docilem sine dubio haec ipsa praestabunt, attentio et benevolentia, sed et illud, si breviter et dilucide summam rei, de qua cognoscere debeat, indicemus, ut Homerus atque Virgilius operum suorum principiis faciunt, cuius rei modus esse debet, ut propositioni similior sit quam expositioni: nec quo modo quidque sit actum, sed de quibus dicturus sit orator ostendat. Licet etiam principales quaestiones in principio praecerpere, sed praecursu solo atque tactu, *non* ut de his quaeri videatur, quomodo pro Flacco et pro Fonteio Marcus Tullius, nihil agi illo iudicio, nisi ut magistratus in provinciis non audeant imperare sociis, quod ex usu rei publicae sit. Saepenumero in principiis etiam causam praedividimus ex utilitate nostra, ut Demosthenes contra Aeschinem. Est etiam illud nonnumquam aptum ad prooemiandum, cum praeiudicatum aliquid de ea re ostendimus, vel cum incipimus ab his, quae *postea* acciderunt. Tenendum est et in principio et in quacumque parte actionis, ne ante invehare in crimen, quam id coargueris. Prooemio convenit non semper, sed frequenter sententiarum et verborum compositio; id enim nostris iam temporibus exigitur, cum tamen apud priscos multo utilius praecipi soleat, minime ostendendam eloquentiam in principiis, quia facilius simplicitate simulata surrepere possit orator. Sed nunc delicatius audientium fastidium hanc saltem moderationem capit, ut demus operam, ne videamur callide, sed accurate potius dicere. In principiis cavere debemus, ne quod inusitatum verbum neve audacius translatum aut obsoletum a vetustate aut poëtica licentia sumptum sit. Nondum *enim* recepti sumus, et custodit nos recens audientium intentio. Et ideo illud quoque turpissimum est, in principio turbari memoria vel verborum facultate destitui vel in quocumque reprehendi. Solet in principiis apostrophe admitti secundum veterum exempla, quod diligentiores prohibent. Non enim quia potest bene aliquando fieri, passim facienda est, cum sit magis secundum naturam, ut eos adloquamur potissimum, quos conciliare nobis studemus. Sunt illa vitia principiorum, si id dicas, quod ad plures causas accommodari possit, quod appellatur vulgare principium, vel quod causae non cohaereat et aliunde translatum sit, quod alienum dicitur.

## XVI. DE NARRATIONE.

Narratio esse debet brevis, perspicua, probabilis. Nam etsi in omnibus *partibus*, in hac tamen vel maxime vitanda est obscuritas et modus

3—7 ≒ Quint. IV, 1, §. 34. 10 p. Flacco et p. Font. in partibus deperditis. 17—28 = Quintil. 4, 1, 55 sqq. 31 sqq. ≒ ibid. §. 71.

9 non *O deesse vidit* 15 postea *addidi* 19 tamen *nos*: autem *Cv* 21 surripere *Cv*; *cf. p. 418, 33* Sed et nunc *Cv* 24 ne aut ab obsoleta uetustate aut poetica licentia sumptum in principio deprehendatur *Quintil., in quibus verbis transscribendis Victor ipse videtur errasse* 25 enim *addidi e Quint.* 27 memoriam *C, em. e Quint.* 37 partibus *addidimus*

p. 85—87 M. p. 243. 245 O.

custodiendus et credibilia facienda, quae dicas. Brevis erit, si narrationem nec repetamus altius nec persequamur longius quam quaestiones exigant, neque inseramus minime necessaria, nec locos communes nec egressus appetamus. Poteri|mus enim haec aut in argumentando aut in commovendo reddere, nisi † de hac re niti voluerimus indignam aliquam rem et miserabilem demonstrando, quia prodest, cum quid narres, etiam quemadmodum gestum sit exponere. Sed hoc, sicut supra dictum est, in narratione breviter. Alias autem breviter narrare eam virtutem, quae narrationis est maxima, ut iucunda et ad persuadendum accommodata sit, tollit. Denique illa: nam is postquam excessit ex ephebis, non tam brevis narratio quam iucunda; mores adulescentis ipsius et mors Chrysidis et vultus et forma et lamentatio et reliqua pervarie collocantur. Quaedam narrationis vitiosa prolixitas est, cum specie brevitatis ea omnia singulis verbis exsequimur, quae aut ex sequentibus aut ex praecedentibus nihilo minus, etsi taceantur, intel‖legi possunt, ut est illud: 'ecfertur, imus, venimus, in ignem imposita est'. Videtur haec brevitas esse, quia concise proposita est, sed abundat; potuit enim ex eo, quod dictum est 'ecfertur', intellegi etiam quod sequebatur, licet non esset dictum. Item: 'navigare volens ad portum descendi, dominum navis conveni, locum conduxi, ascendi, navigavi'. Hoc quoque in pari culpa est; ex eo enim, quod dictum est 'navigavi', satis potuerunt praecedentia subaudiri. Abesse a narratione praecipue, ut maxima vitia, debent tautologia et perissologia. Perspicua erit narratio, si utamur verbis usitatis et | significantibus et propriis; si ordine temporum servato, si non interrupte narrabitur; si amphibolia absit, si hyperbaton et translatio alte repetita et brevitas nimis coartata et nimis praeceps continuatio verborum. Probabilis erit narratio, si circumstantiam persequamur, vel omnem vel quaecumque ex ea subpeditaverint. Circumstantia autem est, sicut retro tradidimus, peristasis, quis, quid, quando, ubi, cur, quemadmodum, quibus adminiculis. Dicendum ergo: 'ille cum illi inimicus esset cumque ante insidiaretur vitae eius, in solitudine, circa illum locum, nocte, cum ipse cum pluribus esset armatus, iurgio orto, commisso proelio, gladio eum transfixit'. Haec narratiuncula habet omnia, et personam et tempus et causam et locum et rationem et adminicula. Sed hoc tamen frustra erit, nisi certa ratione ponantur, ut inter se congruant et conveniant, et quae singulis accidunt, probabiliter efficta sint. Nam si aut personam eam posuerimus, quae a re semota sit, aut tempus alienum a re gerenda aut locum aut haec ipsa inter se repugnantia, locus reprehensionis erit: quam sicut in nostris narrationibus cavere debemus, ita in adversarii reprehendere, cum occasio datur. Solet et sine persona narratio esse, cum res aliqua per se ipsa exponitur. Nonnumquam et causa sola faciendi

10 Terent. And. 1, 1, 24.

9 ut *O*: et *C* 11 Chirsidis *C* 15 *et* 17 haec fertur *C* 35 affecta *Cv* 40 ipsam *Cv*

p. 87—89 M. p. 245. 246 O.

enarrari solet. Sunt aliae narrationes, in quarum singulis partibus probationes singulae reddantur, et dicuntur μερικαί: quod accidit duobus modis, aut cum longa rerum series est et verendum, ne iudex aut auditor obliviscatur eorum|, quae prima dixeris, et statim singulae quaeque partes prorunt: aut cum sub unum crimen plures res gestae cadunt, ut in repetundarum iudiciis et tutelae actionibus. Itaque quasi multae causae sint, sic oportet singula narrari et probari. Sunt narrationes, quae appellantur ἐγκατάσκευοι, quae insertas probationes habent, non tam longas quam habent illae retro. Hoc enim interest, quod illic singulorum criminum vel singularum specierum narrationem ‖ probationes plenae sequuntur; hic autem sic mixta probationum semina habent, ut in narrationis cursu, quo laborare causa videtur aut quod per se aut invidiae aliquid habiturum sit aut parum fidei, fulciatur, ut: Q. Ligarius, cum esset nulla belli suspicio, legatus in Africam profectus, non modo ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli, domum spectans, ad suos redire cupiens. Ita, quod exponebat, et ratione fecit credibile et affectu, verumtamen non argumentatione, sed argumento. Si quando omnia narranda sunt, observandum est caute, ut contraria praetervolemus quantum poterimus, minuentes quoque, aliam causam, aliam mentem, aliam rationem afferentes, luxuriam liberalitatis nomine, avaritiam parsimoniae, neglegentiam simplicitatis, et cetera in hunc modum, nostra exaggerantes, iis instantius immorantes. Sunt causae, quae narrationem habere non possunt, ut si inter duos de sacerdotio quaeratur, uter sit dignior; in quo nos falli non oportet, cum de nobilitate generis aut de meritis disputetur. Verum enim hae non causarum narrationes, sed quaestionum illarum praeparationes, uter nobilior, uter melior meritis, uter praestantior: quae sunt argumenta a persona. Nonnumquam reus narrationem subtrahit, cum id, quod obicitur, | neque negari neque excusari potest, sed in sola iuris ratione consistit, ut in eo, qui pecuniam ex aede sacra surripuit, confessio verecundior quam expositio est: 'non negamus pecuniam de templo esse sublatam; calumniator tamen sacrilegii agit, cum privata fuerit'. Sed et petitor aliquando narrationem subtrahit, quia satis est propositione uti: 'pecuniam peto ex stipulatione; legatum peto ex testamento': in quo diversa pars tantum exponit, cur non debeatur. Et quod quidam dicunt supervacuam esse narrationem rei, quam vel adversarius narraverit vel iudex noverit, sic intellegendum est, si non modo, factum quid sit, sciet iudex,

13—17 Quintil. IV, 2, 109. 13 Cic. p. Lig. §. 2 et 4. 19—21 = Quint. 4, 2, §. 76 sq. 27—34 = ibid. §. 6—8. 34—8 = ibid. §. 20—22.

8 incertas *Cv* 13 paruum *C, em. O* fidei *nos*: fidim *C*, fide *Mai, falso cum* fulciatur *nomen coniungens* 17 affectu implenit *Quintil.* 20 liberalitatis *Meister:* hilaritatis *Cv et codd. Quint. in lib. 4, 2, 77; at v. ibid. 8, 6, 36; post* simplicitatis *videtur* lenientes, *quod Quintil. habet, intercidisse; nam nimis durum videtur ad* nomine *illud superius* minuentes *referre* 22 exaggerantes, iis *nos*: exaggerantius *C* 25 disputatur *Cv* 26 propositiones *Christ* 32 propositione, ut *Cv*

p. 89. 90 M. p. 246. 247 O.

sed ita factum etiam, ut nobis expedit, opinabitur. Neque enim narratio in hoc reperta est, ut tantum cognoscat iudex, sed aliquanto magis, ut, quemadmodum nos volumus, gestum putet. Quare etiam, si non erit docendus, sed aliquo modo afficiendus, narrabimus. Interim in narrandis his, quae nota sunt, plurimis figuris orationis erit varianda expositio ad effugiendum taedium, ut assidue iniciamus, ‘ne graventur rationem quoque cognoscere’, vel ‘sicut meministis’, vel ‘fortasse supervacuum fuerit hic commorari’, vel ‘quid ego diutius, cum tu optime noris?’ et his similia. Quaeri solet, an sit utique narratio prooemio subserenda. Sed hoc interim mutat condicio causarum. Ideo et Tullius pro Milone distulit narrationem tribus praepositis quaestionibus. Nihil enim profuisset exponere, quomodo Miloni insidias fecisset Clodius, nisi fas esset eum, qui a se hominem occisum fateretur, defendi: et cetera, quae necessario ante narrationem est exsecutus. Etenim hae quoque quaestiones vim prooemii obtinent, quae iudicem praeparant, ut etiam idem Marcus Tullius *pro Vareno* fecit. Quod fiet utiliter etiam in anticategoria, ut refutatis prius, quae obiecta sunt, veluti initium sit narrandi aliud. Similis narratio ‖ est ea|rum quoque causarum, in quibus crimen quidem, de quo cognitio est, facile diluitur, sed multis ante actae vitae *flagitiis* oneratur: quae prius amovenda sunt, ut iudex propitius defensionem ipsius negotii, cuius propria quaestio est, audiat, ut pro Caelio M. Tullius fecit. Interim prodest ita narrare, quasi damnemus ipsi susceptos: Vis te dicam vino esse inpulsum? errore lapsum? vera sunt ista fortasse; cum tamen ingenuum stuprasti, solve decem milia. Non semper eo ordine, quo quid actum est, narrare expedit, sed aliquando nobis excidisse aliquid simulabimus, ut id utiliore loco dicamus. Interim reddituros nos reliquum ordinem testamur, quasi sic futura sit causa lucidior; interim re exposita subiungimus causas, quae antecesserunt. Quaedam tamen turpiter convertuntur, ut si peperisse narres, deinde concepisse: apertum testamentum exponas, deinde *signatum*. Excessus in narratione perquam raro permittitur, et is tantum brevis et talis, ut vi quadam affectus videamur a recto itinere depulsi, qualis est Ciceronis circa nuptias Sasiae. Sermo † quandoquidem aversus a iudice, ut in prooemio dictum est, habet quidem exempla, sed minime probabiliter fit apostrophe: allocutio quoque aeque perquam raro admit-

---

9—21 = Quint. 4, 2, §. 24—27. 22—24 = ibid. §. 71. 24—27 = ibid. §. 83. 28 sq. = ibid. §. 87. 30—33 = ibid. §. 104.

---

4 aliquo modo *Quint.*: aliquando *C* narrabimus inter nos. In narrandis *Cv* 11 propositis *C* 15 pro Vareno *addidi e Quintil.* 16 Quod — narr. aliud] *admodum variant libri Quintil. 4, 2, 26, qui partim manci, partim interpolati sunt* 18 quidem] quid *C* 19 flagitiis *addidi e Quint.* 22 uino non esse pulsum *Cv*, *em. e Quint.* 23 cum] tu *codd. Quintil.* 30 signatum *add. e Quintil.*, *O* factum *supplevit* Egressus *Spengel; at v. ad p. 421, 16* tantum *nos*: tamen *Cv* 32 Sasiae sermo. Quandoquidem *Cv*; *fort.* quandoque (*falso Mai in sequente* quidem *vitii sedem esse suspicatus est*) aduersus iudicem *Cv*, *em. e Quint.*

p. 90—92 M. p. 247. 248 O.

tenda est, nisi ubi opus tibi et ubi ad celeritatem et ad fidem plurimum confert, ut apud M. Tullium: ut adeas, tantum dabis. Plurimum refert, quae sit natura eius rei, quam exponemus: ut in privatis quaestionibus pressus et velut applicitus rei sit cultus: in verbis, utpote quam propriis et accommodatis et summa diligentia deliniatis, compositio dissimulata quidem, sed tamen quam lenis et | placida decurrat: figurae verborum non illae poëticae et contra rationem loquendi auctoritate veterum receptae; debet enim esse purissimus sermo; nec vero in eundem casum, similem compositionem, pares elocutionum tractus incidant. Ubi autem maior res erit, et atrocia invidiose et tristia miserabiliter dicere licebit, non ut consumatur affectus, sed tamen velut primis lineis designetur, ut, qualis futura sit imago rei, statim appareat. Iamque vel iram vel misericordiam vel quodlibet aliud in iudice opus fuerit, ceteris partibus praeparemus. Sententiis quoque fatigatam iudicis intentionem refici oportet, et maxime brevi interiectione, qualis est illa: fecerunt servi Milonis, quod suos quisque servos in re tali facere voluisset; nonnumquam et liberiore, ut est: nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auctoribus, funestis ominibus omnium. Finem narrandi quidam dicunt perducendum esse eo, unde quaestio oritur, ut: his rebus ita gestis Publius Dolabella praetor interdixit et cetera, deinde: ex hac quaestione vobis iudicandum est. Quod ait Quintilianus a petitore semper fieri posse, a defensore non semper. ‖

## XVII. DE EGRESSIONE.

Hoc exspatiandi genus non modo narrationi, sed etiam quaestionibus vel universis vel interim singulis opportune subiungi potest, sed non semper, verum cum res postulat aut permittit: si illustratur eo oratio, si cohaeret et sequitur, non si per vim irrumpit, ut ea, quae natura iuncta sunt, disrumpat vel distrahat. Nihil enim | tam consequens quam narrationi probatio, nisi excursu illo vel finis narrationis vel quasi initium probationis adiuvetur. Erit ergo illi nonnumquam locus, ut si expositio circa finem atrox fuerit, prosequamur eam, veluti erumpente protinus invectione. Quod tamen ita fieri oportebit, si res dubitationem non habebit, quia criminum invidia pro reo est prius, quam probatur. Licet autem et, si merita aliqua in adversarium exposueris, invehi in ingratum, et similia, sed omnia breviter; iudex enim crimine audito festinat ad probationem. Prae-

---

2 Verr. V, §. 118. 2—21 = Quint. 4, 2, 116—132. 15 Cic. p. Mil. §. 29. 17 p. Cluent. §. 14. 19 p. Caecina §. 23. 21 Quint. IV, 2, 132 extr. 24 — p. 428, 13 = Quintil. IV, 3, §. 4—13.

---

3 exponimus *Cv, em. e Quint.* 5 delineatis *v* 8 simili compositione *Cv, em. e Quint.* 9 incidamus *Quint.* 11 ut] et *Quint.* 17 liberior *Cv, em. e Quint.* 30 ‘*an in cod.* illic?’ Mai 31 erumpente *B*: irrumpente *Cv* invectione *C, immo* indignatione, *ut habet Quint.* 33 probatur *CB*: probabitur *alii codd. Quint.*

terea cavendum est, ne ipsa expositio evanescat, aversis in aliud animis iudicum. Sed sicut non semper est necessaria post narrationem progressio, ita frequenter utilis ante quaestionem praeparatio, ut sit hic locus velut sequentis exordium ad conciliandum probationibus iudicem vel mitigandum vel concitandum: quod vehementius et liberius hic fieri potest quam in prooemio, quia iudici nota iam causa est. Quo loco iudicis quoque noscenda natura est, iuri magis an aequo sit apposita; primumque consideremus, quid faciendum sit. Haec eadem res et post quaestionem perorationis vice fungitur et appellatur parecbasis, in qua plures sunt occasiones, quae per totam causam varios excursus aperiant, ut laus hominum locorumque, ut descriptio regionum, expositio quarumdam rerum licet etiam fabulosarum. Quo ex genere est contra Verrem laus Siciliae, Proserpinae raptus, et pro Gaio Cornelio popularis illa virtutum Gnaei Pompei commemoratio. Sales etiam in dicendo nimium quantum valent, vel quod ipsa hilaritas benevolentiam conciliat, per quem excita|ta est, vel quod frangit adversarium, odiosasque res saepe, quas argumentis diluere difficile est, ioco risuque dissolvit. Ridiculorum autem cum duo genera sint, unum facetiarum, alterum dicacitatis, utetur utroque orator: sed altero, id est facetiarum, quod idem etiam cavillatio dicitur, cum narratur aliquid venuste ad risum commovendum, ut Marcus Tullius de Caepasiis fratribus. Hoc quam sit facetum, quam elegans, quam oratorium, perspicitur. Sive habeas quod narres, ut id tamen sit mendacii stillicidiis aspergendum, sive totum fingas, maxima est virtus, ut ita facta demonstres eius, de quo narres, ut sermo, ut vultus, ut omnia apta et conpetentia videantur, ut qui audiunt cerni illa fierique existiment: nec tamen mimici uti imitatio sit, quia imitationem orator surripiat oportet, ut is, qui audiet, cogitet plus quam videat. Praestet idem ‖ orator ingenuum pudorem, verborum turpitudine et rerum obscenitate vitata. Alterum vero, id est dicacitatis, quod est breve aliquod et circumcisum dictum, urbanius ad risum commovendum. Id magnae debet esse cautionis, ut nec nimis frequens sit, ne scurrile videatur, nec subobscenum, ne mimicum, nec petulans, ne inprobum, nec in calamitatem, ne inhumanum, nec in facinus, ne odii locum risus occupet: et quod maxime fugiendum est, quia est ineptissimum, ne aut suae personae aut iudicis aut ceterorum aut tempori aut loco aut rei minus accommodatus iocus et parum oportunus existimetur. Valde etiam frigidum erit ridiculum, si quaesitum et non repente enatum intellegatur. Parcendum amicis, qui sint e dignitatibus audientibus kari, vitandae in-

---

17 sq. = Cic. Orat. §. 87. 20 p. Cluent. c. 21. 28 — p. 429, 2 = Cic. Orat. §. 88 sq.

---

2 procursio *Quint.* 4 exordii *codd. dett. Quint.* probationibus nostris *Quint.* 11 *immo* rerum gestarum, *ut habet Quint.* 15 beneuolentiam ei conciliat? 20 Caepasiis *Mai: in C vox est corrupta* 31 nec scurribile — nec mimicum — nec inprobum — nec inhumanum — nec odii *Cv, em. e Cic.*

p. 93—95 M. p. 249. 250 O.

sanabiles contumeliae, tantummodo adversarii figendi, | nec tamen semper nec omnes nec omni modo. Per haec igitur parecbasis, id est egressio, esse intellegitur alicuius rei ad utilitatem causae pertinentis extra ordinem excurrens tractatio. Quidquid igitur dicitur, quod sit praeter illas, quas fecimus, partes orationis, id est prooemium, narrationem, quaestiones et epilogum, ea profecto egressio est, id est indignatio, laus, interpellatio, interventus alicuius, tumultus repentinus, amplificatio, minutio, affectus; de luxuria, de avaritia, de religione, de officiis: set innumerabilia sunt, quae maxime iucundam et ornatam faciunt orationem. Potest autem longius exire, qui praeparat aliquid ante quaestionem et qui finitae probationi velut commendationem adicit: at qui ex medio erumpit, cito redire debet eo, unde devertit. Ciceroni placuit in secundo artis rhetoricae hanc partem non ponere in numero, quod de causa egredi nonnisi per locum communem putet oportere.

## XVIII. DE EPILOGO.

Epilogus habet partes tres: enumerationem, indignationem, conquestionem. Enumeratio est, per quam res disperse et diffuse dictae unum in locum coguntur et reminiscendi causa unum sub aspectum subiciuntur. Haec si semper eodem modo tractabitur, perspicue ab omnibus artificio quodam tractari intellegetur; sin varie, et hanc suspicionem et satietatem vitare poterit: et ideo tum oportebit singillatim unam quamque rem attingere, et ita omnes transire breviter argumentationes: tum dicere, | quas partes exposueris in partitione, de quibus pollicitus sis te dicturum, et reducere in memoriam, quibus rationibus unam quamque partem confirmaris: tum ab his quaerere, quid sit, quod sibi velle debeant demonstrari, hoc modo: 'docuimus illud, hoc planum fecimus'. Ita simul et in memoriam redibit auditor et praeterea nihil putabit esse, quod debeat desiderare. Ita fit, ut enumeratio sit aut variarum argumentationum separatim decursus, aut tuarum || et contrariarum comparatio, et cum tuam dixeris argumentationem, tunc contra eam quae afferrentur, quemadmodum dilueris, ostensio. Sic per brevem conparationem auditoris memoria et de confirmatione et de reprehensione redintegrabitur. Haec aliis quoque actionis modis variare oportebit: nam tum ex tua persona enumerare potes, ut quid et quo quidque loco dixeris admoneas, tum vero personam inducere et ei enumerationem totam tribuere: 'Quid si legis scriptor exsistat et quaerat a vobis quid dubitetis, quid possitis dicere, cum vobis hoc et hoc sit demonstratum?' Atque hic, item ut in nostra persona, licebit alias

---

2—4 = Quintil. 4, 3, 14. 4—9 = ibid. §. 15. 9—12 = ibid. §. 17. 12 de Invent. II, c. 15. 16 — p. 430, 19 = Cic. de Inv. I, c. 52 sqq.

---

8 set *nos*: et *Cv* 19 Hoc *Cv* 21 sigillatim *Cv* 25 ab iis qui audiunt quaerere *Cic.* 30 quae afferretur *Cv*, quod adferebatur *Cic.* 32 hoc — uariari *Cv*, *em. e Cic.* 34 quo quid loco *Cv* 35 adtribuere *Cic.*

singillatim transire omnes argumentationes, alias ad partitionis singula genera referre, alias ab auditore quid desideret quaerere, alias hoc facere per comparationem suarum et contrariarum argumentationum. Nec tantum persona poterit induci, sed et alicui *rei* oratio attribuetur, ut: 'quid si leges loqui possint, nonne hoc apud vos querantur? quidnam amplius desideratis, iudices, cum vobis hoc et hoc planum sit factum?' In hoc quoque genere omnibus iisdem modis uti licebit. Commune autem praeceptum hoc datur ad enumerationem, ut ex unaquaque argumentatione, quoniam tota iterum dici non potest, id eligatur, quod erit gravissimum, et unum quidque quam brevissime transeatur, ut memoria, non oratio renovata videatur.

Indignatio est oratio, cum in aliquem hominem | magnum odium aut ira aut gravis offensio concitatur. Conquestio est oratio auditoris misericordiam *captans*. In hac primum animum auditoris mitem et misericordem conficere oportet, quo plerumque facilius conquestione commoveri possit. Id locis communibus efficere oportebit, per quos fortunae vis in omnes et hominum infirmitas ostenditur: qua oratione habita graviter et sententiose maxime demittitur animus hominum et ad misericordiam comparatur, cum in alieno malo suam infirmitatem considerabit. Et indignatio autem et conquestio et omnia praeterea adiuvantur maxime locis communibus argumentorum, quae accepisti a persona, a loco, a causa et a tempore et ceteris. His et probatio instruetur et amplificatio et deminutio operabitur et animus movebitur et delectatione mulcebitur. Ita et communes argumentorum loci, tametsi probationum sunt proprii, in omni tamen orationis specie, in omnibus membris, in omni genere actionum praecipue sunt tenendi, recipiendi, intuendi, amplificandi, observandi.

Satis quidem de inventione tradidimus, quae excogitari possent ad explicandam orationem: principia, narratio, excessus, quaestiones, epilogus. Sed cum ad haec omnia praeceptis fueris instructus, frustra fuerit, nisi et legendis et quantum fieri potest tenendis orationibus lectissimorum auctorum atque summorum singularum specierum exempla consideres intuearisque cum cura, quae illic sit in prooemio conciliandi iudicis ratio, quae narrandi lux, brevitas, fides, quod consilium, quam occulta calliditas, quanta in dividendo *prudentia*, quam subtilis et crebra argumentatio, qua iucunditate permulceat, quanta in maledictis asperitas, in iocis urbanitas, quae ampli|ficandi, quae minuendi virtus: postremo, quae in omni|bus partibus in-

---

32—35 = Quintil. II, 5, 7 sq.

---

2 deferre *Cv* desideret *Cic.*: tenderet *Cv* haec *Cic.* 4 sed et cui oratio *Cv*, sed et res, cui oratio *coni. O* 5 possent *et* quererentur *Cic.* 10 quodque *Cv* 14 captans *om. C* 15 conquestionem commouere *C* 20 locis omnibus *Cv* 22 et ceteris his. Et *v* instruet — mouetur et delectationem mulcet *Cv* 27 possint *Cv* 28 egressus *Spengel*, *at v. ad p. 421, 16* cum et hoc omnia *C* 34 prudentia *add. e Quintil.*

p. 97. 98 M. p. 251 O.

ventio exstiterit, intendas, imitationem cum arte coniungas: quia efficacior est per exempla doctrina, meliusque poteris perficere quod disces, si identidem quemadmodum fecerint, qui didicere, perspicias.

## XIX. DE DISPOSITIONE.

Dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio. Haec autem et verbis et rebus maxime prodest. Omnia enim non solum ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensanda et componenda sunt, prout praesens ratio utilitatis aut decoris aut necessitatis exegerit. Sed quod ad verborum dispositionem pertinet satis plene docetur, cum de elocutione tractatur. De rerum vero dispositione per singula membra orationis, id *est* cum prooemio et narratione et ceteris traditum accepisti.

## XX. DE ELOCUTIONE.

Elocutio est idoneorum verborum ad inventionem accommodatio. Haec et Latina debet esse et aperta. Aperta erit utendo significantibus et propriis verbis et usitatis, sine ambiguo, non nimis procul ductis translationibus nec interposito hyperbato; Latina autem, si grammatica sit ratio, auctoritas subsit. Sed de his nequaquam nobis existimo laborandum; neque enim docemus illum, qui loqui nesciat, nec sperandum est, qui Latine non possit, hunc ornate esse dicturum, neque qui non dicat, quod intellegatur, hunc posse, quod admirandum sit, dicere. | Augenda est potius eloquentia legendis auctoribus, quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui nisi ornate. Neque tamen utendum erit verbis priscis, quibus iam consuetudo nostra non utitur, nisi quando ornandi causa parce, sed tamen usitatis plus ornatur eloquentia. *Ornatur autem eloquentia* aut in verbis singulis aut in coniunctione verborum. In verbis singulis duo sunt, quae orationem illustrant, aut proprium si sit verbum aut translatum. In verbis propriis est illa laus, ut abiecta atque obsoleta fugiantur, electis atque illustribus utamur, in quibus plenum quiddam et sonans inesse videatur. In quo consuetudo etiam bene loquendi plurimum valet. In translatis late patet ornatus, quem necessitas genuit inopia coacta et angustiis, post autem delectatio iucunditasque celebravit. Nam ut vestis frigoris repellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem, sic verbis translatio instituta est inopiae causa, deinde frequentata delectationis. Nam 'gemmare vites, luxuriare messem, laetas segetes' etiam rustici dicunt: quod

27 — 30 = Cic. de Orat. III, §. 150. 30 — p. 432, 3 = ibid. §. 155 sqq.

1 intendas, ut imitationem? 2 itidem *Cv* 11 est *add. Christ* 14 et apta. Apta erit *Cv*; *at v. Albini dial. de rhetor.* §. *37* signantibus *Cv* 24 nisi raro ornandi causa et parce *Albinus l. c.* sed tamen — Ornatur autem eloquentia *scripsimus secundum Albinum:* et tamen usitatis. Ornatur eloquentia *Cv* 28 absoleta *C* lectis *Cic.* quicdam *C* 32 depellendi *Cic.* 33 uerbi *codd. Tulliani* 35 luxuriem esse in herbis *Cic.*; *an* luxuriari?

p. 98—100 M. p. 251. 252 O.

enim declarari vix verbo proprio potest, id translato illustratur. Ea tamen transferri oportet, quae clariorem faciunt rem, ut est ‘inhorrescit mare’, et ‘fervet aestu pelagus’. Nonnumquam etiam brevitas translatione conficitur, ut ‘telum manu fugit’: imprudentia enim teli emissi propriis verbis exprimi brevius non posset. Et quoniam summa haec laus est verbi translati, ut sensum feriat, fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos, qui audient, trahet similitudo, ut dictum est ‘morte Africani castratam rem publicam’, ut ‘stercus curiae’; est *enim* in utroque deformis cogitatio similitudinis. Translatio non sit maior quam res postulet, ne dicas ‘tempestas *comessationis*’, aut contra minor ‘comessatio tempestatis’. Nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit, quam fuisset proprium. Si vereare, ne paulo durior translatio sit, mollienda est praeposito verbo, ut dicturus ‘mortuo Catone pupillum senatum’ ***: verecundior enim fiet translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irrupisse videatur. Est translatio non in uno verbo, sed in pluribus continuatis, ut aliud dicas et aliud intellegendum sit, ut est: neque me patiar ad unum scopulum iterum † crasse offendere, et ‘imperii insistent iugo’: quod magnum ornamentum est orationis. Sed in eo fugienda est obscuritas; etenim ex hoc fere genere fiunt ea, quae dicuntur aenigmata. Est etiam illa translatio pertinens ad ornatum, ut ‘Martem belli esse communem’ et ‘Cererem’ pro ‘frugibus’ et ‘curiam’ pro ‘senatu’ et ‘campum’ pro ‘comitiis’, ‘togam’ pro ‘pace’: aut cum virtutes et vitia pro ipsis, in quibus ista sunt, appellamus, ut: quam in domum luxuries irrupit et avaritia penetravit. Est et illud, cum intellegi volumus aut ex parte totum, *ut* cum pro ‘aedificiis’ ‘parietes’ aut ‘tecta’ dicimus, aut ex toto partem, ut cum ‘unam turmam’ ‘equitatum’, aut ex uno plures, ut ‘Romanus invasit’, aut cum ex pluribus unum, ut ‘Romani sumus’, cum unus dicit. Utimur etiam saepe verbo non tam eleganter, sed licentius tamen translato, ut cum ‘grandem orationem’ pro ‘longa’, ‘minutum animum’ pro ‘parvo’ dicimus.

Sequitur continuatio verborum, quae duas res maxime, collocationem primum, deinde modum quendam formamque desiderat, ut structura velut conpacta decurrat; ne sit hiulca vocalium et maxime longarum crebra concursione, quamquam Tullius dixit: habet hiatus ille et | concursus

5—31 = Cic. de Orat. III, §. 163 sqq. 32—34 = ibid. §. 171. 35 Orat. §. 77.

4 amissi *Cv*, *em. e Cic.* 7 trahit *Cv*; trahet *firmant etiam libri Albini* 9 enim *addidi* cogitatio. Similitudinis *v* 10 comessationis *e Cic. addidi* 13 proposito *Cv* 14 *lacunae signum posui, quae sic fere e Cicerone videtur explenda:* mitius efferes: ut ita dicam pupillum senatum 16 dicatur *Cic.* 18 crasse] ut olim classem Achiuom *libri Tulliani; cf. Ribbeckii Trag. Reliq. p. 218* iam perii insistente iugo *Cv*, *em. e Cic.* 22 comitibus *C* 23 *fort.* pro pace dicamus 24 *immo* illa, *ut est apud Cic.* sint appellemus *Cv* 26 ut *addidi* 29 abutimur *Cic.* sed etiamsi licentius, tamen interdum non inpudenter *Cic.*

p. 100. 101 M. p. 252. 253 O.

vocalium molle quiddam et quod indicet non ingratam neglegentiam de re hominis magis quam de verbis laborantis: ne aspera consonantium conflictio earum, quae sunt asperiores, ut si .s. ultima cum .x. confligat; ne homoeoptota, ne homoeoteleuta; ne monosyllaba multa iungantur, ne brevia multa congerantur, ne longa multa, ne ultima syllaba prioris verbi eadem sit quae prima posterioris, ne prima cum ultima efficiat obscenitatem, id est cacemfaton. Quidam etiam, hique praecipui oratores, etiam pedes observandos censuerunt, quos et poetae sequuntur, dum ne in versum aut in partem versus incidamus; id enim maximum vitium est. Cum per totam orationem, tum praecipue in conclusionibus servandus est ordo verborum, moderate in exordio, in media parte leniter, ita ut magis ad numerum tendat, quam ipsa numerosa ‖ sit. Longis syllabis incipiendum potius quam brevibus est, ut sit in exordio dactylus aut spondeus aut paeon primus: nonnumquam tamen, quotiens attenuandus est, et ab iambo optime incipitur. Concludere autem aut creticus, ut una syllaba ei supersit, potest, vel duae, quae spondeum vel trochaeum vel iambum pedem faciant, aut tres, quae eundem creticum geminent. Cludit et paeon primus, si spondeus ei supersit, et paeon posterior, si una syllaba ei supersit. Nec vero ad hanc diligentiam redigimus oratorem, ut in structura semper pedes singulos conspiciat et collocet; erit enim maximi res impedimenti et tarditatis; sed exercitatione et discendo auctores optimos ad hanc eandem cursu perveniet, ad quam ratio deducit. Cavendum, ne omnes conclusiones eandem formam habeant, quia fastidium creabunt et studium ostentabunt. Maxime tamen fugiendum est id vitium, quo in oratione nihil turpius est, cum cessanti numero verba inania non rei augen|dae, sed structurae tantummodo implendae causa subveniant. Nec numerosa sint omnia nec dissoluta; nec creticus pes saepius frequentetur. Inter nomina aut pronomina in eosdem casus cadentia nomen diversi casus interveniat.

Est ille ornatus eloquii, si vel dictionum vel verborum figuris compositiones convenustemus. Dictionum figurae sunt, cum multiformis se versat orator, ut [aut] haereat in eadem commoreturque sententia, quod Graeci dicunt *κατὰ τοῦ αὐτοῦ*; ut interrogando urgeat, quae est *ἐπερώτησις*; ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat, ut contra ac dicat accipi velit, ut addubitet, ut aliquid relinquat, quae est *παράλειψις*, ut cum his, qui audiunt, nonnumquam etiam cum adversario quasi deliberet, ut hominum sermones moresque describat, ut muta quaedam loquentia inducat, ut ab eo, quod agitur, avertat animos, ut se in hilarita-

---

31 — p. 434, 3 = Cic. Orat. §. 137.

---

1 quiddam *om. C* 3 conflictu *Cv* 7 cacenfaton *Cv* iique? 15 attenuandum? 25 cum] *an* ut? 26 agendae *C* 32 aut *inclusimus* 33 *fort.* *ἐπιμονὴν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ*

tem risumque convertat, ut interpellatorem coerceat, ut aliquid reticere se dicat, ut denuntiet quid caveant, ut irascatur, ut obiurget, ut deprecetur, ut medeatur, ut optet, ut exsecretur aliaque similia permulta, quae in orationibus quoniam semper exposita cernuntur, non sunt omnia exsequenda.

## XXI. DE FIGURATIS.

Sed et illa figura dianoias videri potest, in qua per quandam suspicionem, quod non dicimus, accipi volumus, non utique contrarium ut *in* ironia, sed aliud latens et auditori quasi inveniendum, unde controversiae quoque figuratae dicuntur. Eius triplex est usus: unus, si dicere palam parum tutum est; alter, si non decet; tertius, qui gratiae tantummodo causa adhibetur, si elegantius ita dicitur quam aperte. Prima frequens in scholis est; nam et pactiones deponentium tyrannidem et alia, in quibus non licet quid palam dicere, finguntur. Nam vera negotia numquam adhuc habuerunt talem silentii necessitatem, sed || aliam huic similem quidem, *verum* multo ad agendum difficiliorem, cum personae potentes obstant, sine quarum reprehensione teneri causa non possit: ideoque hoc parcius et circumspectius faciendum est, quia nihil interest quomodo offendas; et aperta figura prodit hoc ipsum, quo figura est. Ac propterea a quibusdam tota res repudiatur et supervacua videtur, sive intellegatur sive non intellegatur. Sed modum licet adhibere, in primis ne sint manifestae. Non erunt autem, si non ex verbis dubiis et quasi duplicibus *petentur*, quale est in suspecta nuru ‘duxi uxorem, quae patri placuit’, aut, quod est multo ineptius, conpositionibus ambiguis, ut in illa controversia, in qua infamis amore filiae virginis pater raptam interrogat eam, a quo vitiata sit: ‘Quis te’, inquit, ‘rapuit?’ ‘Tu, pater, nescis?’ Res ipsae perducant iudicem ad suspicionem: in quo multum etiam affectus iuvant et interrupta silentio dictio et cunctationes: sic enim fiet, ut iudex quaerat illud nescio quid ipse, fortasse quod non crederet, si audiret, et ei, quod a se inventum existimat, credat. Sed ne si optimae quidem sint figurae, esse debent frequentes; nam densitate ipsa figurae aperiuntur. In summa sic maxime iudex credit figuris, si nos putat nolle dicere. Quaedam etiam, quae non possis probare, figura aspergenda sunt. Haeret enim nonnumquam telum illud occultum, et hoc ipso, quod non apparet, eximi non potest. At si idem dicas palam, et defenditur et probandum est. Secun-

---

6 c. 21 = Quintil. 9, 2, §. 65—72. 31—35 = ibid. §. 75.

---

1 risumue *Cic.* 4 sequenda *Cv*; *possis etiam* persequenda 8 in *om. Cv* 13 deponentium imperium *Quintil.* 16 uerum *addidi e Quint.* 19 perdit hoc ipsum quod figura est *Quintil.* 22 petentur *addidi e Quint.* 28 illic nescio *Cv, em. e Quint.* 29 ipse *addidi e Quint.* 32 dicere quaedam. Etiam *v* 33 spargenda *Quintil. codd.* 35 defenditur *Quintil.*: defendendum *Cv, sed ait Mai ipse ambiguam esse terminationem in codice*

p. 103. 104 M. p. 254. 255 O.

dum genus figurae est, cum minime decet dicere: hic existimet iudex tegere nos quod sciamus, et verba vi quadam veritatis erumpentia credat coercere. Nam quanto minus aut ipsi, in quos dicimus, aut iudices aut assistentes oderint hanc male dicendi lasciviam, si velle nos credant? Aut quid interest quomodo dicatur, si et res et animus intellegitur? * * nisi ut palam sit, facere nos, quod ipsi sciamus non esse faciendum? Tertium genus est, quod etsi palam liceat dicere, elegantius tamen figuratur, ut Marcus Tullius: 'semper hic erro', et 'cum propter nocturnos metus cum sorore cubitaret' et talia. Vitiosissimum est, quod quidam etiam, ubi opus non est, adhibent figuras.

## XXII. DE OBLIQUITATE.

Supervacuum Quintilianus existimat in libro nono Institutionum etiam illud genus dicendi, quod figuris finitimum est. Aliud dicere et aliud velle obliquitas appellatur: ut cum reddunt causas voluntariae mortis; 'non enim' inquiunt 'mori vult, sed invidiam facit', cum sit supervacuum, ut quis, si vivere mavult, mortem potius male petat quam omnino non petat. Usi tamen et hoc genere multi obliquitatis, ut Marcus Tullius, cuius solum exemplum satis est, suppeditantibus multis, cum de poena coniuratorum fingit se mitiorem, et tamen id agit oblique, ut interficiantur coniurati. In quo quidem genere multo cautius et subtilius et argutius quam in figuratis agendum est, quia || illic aliud dici vis et | aliud intellegi, in obliquitate vero et intellegi debes aliud velle, et tamen longe aliud dicendi arte perficere. Quaestionis insidiae nisi astu occulto et latenter operantur, omnem effectum intellectae etiam cum indignatione audientis amittent. Quaesitum, quo modo contra figuras responderi oporteat. Et quidam semper ex diverso aperiendas putaverunt, sicut latentia vitia rescinduntur, idque sane frequentissime faciendum est; aliter enim dilui obiecta non possunt, utique cum quaestio in eo consistit, quod figurae petunt: at ubi maledicta sunt tantum, et non animadvertere interim et dissimulare bonae conscientiae est. Si fuerint crebriores figurae, quam ut dissimulari possint, postulandum est, ut nescio quid illud, quod adversarii obliquis sententiis figurare velint, si fiducia sit, obiciant palam, aut certe non exigant, ut, quod ipsi non audent dicere, iudices non modo intellegant, sed etiam credant.

Verborum vero figurae magis apud grammaticos et ex lectionibus percipiuntur, ut si dicamus 'hac re invidere', non ut veteres et Cicero praecipue, 'hanc rem invidere': et 'incumbere illi', non '*in* illum', et 'ple-

---

1—6 = Quintil. 9, 2, 76 sq. 8 p. Cael. §. 32. ibid. §. 36. 12 IX, 2. 17 in Catil. IV. 25—34 = Quintil. 9, 2, 93 sq. 35 — p. 436, 2 = ibid. 9, 3, 1.

---

3 quanto *Quint.*: quo *Cv* 5 *videtur ex Quintiliano addendum esse:* quid dicendo denique proficitur, nisi *etc.* 9 et alia *Cv* 31 quid aliud quod *C* 37 in *om. Cv*

num vino', non 'vini', et 'huic adulari', non 'illum adulari', et mille alia, quae auctoritate defenduntur. Quo quidem parce et, cum res poscet, utendum est, velut asperso quodam condimento. At qui nimium affectaverit, ipsam illam gratiam varietatis amittet.

In elocutione magnum vitium est cacozelon, id est mala affectatio et per omne dicendi genus peccans. Nam et tumida et pusilla et praedulcia et abundantia et accersita et exultantia sub idem vitii nomen cadunt. Denique cacozelon vocatur quidquid est ultra virtutem, quotiens ingenium iudi|cio caret et specie boni fallitur, omnium in eloquentia vitiorum pessimum; nam cetera vitia cum fiunt, parum vitantur. Est autem totum hoc in elocutione vitium: rerum enim vitia nomen suum obtinent, ut aut stultum aut commune aut contrarium aut supervacuum vocetur, cacozelon vero est, quod dicitur aliter, quam se natura habet et quam oportet et quam satis est. Et ne omnia percurram, hoc satis sit exemplum: Lecta *in* capite cuiusdam ossa medicus tenenda matri dedit; ille adiecit: 'infelicissima femina nondum extulisti filium et iam ossa legisti'. Et multa alia similia maxime vitanda, quia impensissimo conatu ingenii irrisionem petunt.

Ornat elocutionem praecipue descriptio, quia tota rerum imago verbis describitur, ut velut ante oculos posita videantur quodammodo audientibus. Ut apud Tullium: stetit soleatus praetor populi Romani cum palliolo purpureo, tunica talari, muliercula nisus in litore. Et apud eundem: videre videbar alios intrantes, alios autem exeun‖tes, quosdam ex vino vacillantes, quosdam hesterna ex potatione oscitantes: humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis et spinis cooperta piscium. Sic et urbium captarum crescit miseratio: sine dubio enim, qui dicit expugnatam esse civitatem, complectitur omnia, quaecumque talis fortuna recipit, sed in affectus minus penetrat brevis hic velut nuntius. At si aperias haec, quae verbo uno clausa erant, apparebunt, id est effusae per domos ac templa flammae et ruentium tectorum fragor | et ex diversis clamoribus unus quidam sonus, aliorum fuga incerta, alii extremo complexu suorum cohaerentes, et infantium feminarumque ploratus et cetera. Licet enim haec omnia, ut dixi, complectatur qui dicit eversam urbem, minus est tamen totum dicere quam omnia. Consequemur autem, ut manifesta sit de-

---

2 sq. = Quintil. 9, 3, 4 6—14 = ibid. 8, 3, 56—58. 14—16 = ibid. 8, 5, 21. 18 — p. 437, 15 = ibid. 8, 3, 64—73. 20 Verr. V, §. 86. 22 fragm. or. p. Gallio.

---

1 non hunc *Quintil.* 2 poscit *et* 3 aspero *Cv, em. e Quint.* 4 ueritatis amittit *Cv, em. e Quint.* 7 accersita *nos*: acerba *Cv*, arcessita *edd. Quint.* 10 nam cetera parum uitantur, hoc petitur *Quintil.*; *addito* cum fiunt *auctor noster sententiam depravavit, ut nescias addideritne contrarium* hoc petitur, *quod ad sententiam intellegendam utique necessarium est.* 15 in *om. Cv* 19 audientibus *nos*: ab audientibus *C* 21 pallio *Cic. et Quintil.* nixus *Quintil.* 23 esterna *C* 29 inclusa *Quintil.* domus *Quint.* 34 autem *Quint.*: item *Cv*

p. 106. 107 M. p. 256. 257 O.

scriptio, si fuerit veri similis. Et licebit etiam falso adfingere quidquid fieri solet. Continget enim claritas etiam ex accidentibus, ut: mihi frigidus horror membra quatit gelidusque coit formidine sanguis: et 'trepidae matres pressere ad pectora natos'; facillime enim recipiunt animi quod agnoscunt. Ornant elocutionem etiam similitudines: quarum aliae sunt illae, quae probationis gratia inter argumenta ponuntur, de quibus inter argumenta didicisti; aliae ad exprimendam rerum imaginem compositae, quod est huius loci proprium, id est ornatus: inde lupi ceu raptores atra in nebula. Quo in genere id est praecipue custodiendum, ne id, quod similitudinis gratia adscivimus, aut obscurum sit aut ignotum: debet enim, quod illustrandae alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo, quod illuminat. Quare poetis quidem permittamus:

qualis, ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
deserit, et Delum maternam invisit Apollo:

oratorem non decet nisi satis notis et illustribus ea, quae sint obscura, *demonstrare*.

De sententiis sive sensibus consuetudo iam tenuit, ut mente concepta sensus vocemus, lumina autem, praecipue in clausulis posita, sententias: quae minus celebratae apud antiquos nostris temporibus modo carent, ut ait Quintilianus. Sententiae interim ad rem referuntur, ut 'nihil est tam populare quam bonitas', interim ad personas, ut est | Afri Domitii: princeps qui vult omnia scire, ei necesse est *multa* ignoscere. Hanc quidam partem enthymematis, quidam initium aut clausulam epichirematis esse dixerunt: et est aliquando, non tamen semper. Illud verius, esse eam aliquando simplicem, ut ea, quae supra ediximus, aliquando ratione subiecta, ut est: 'nam in omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur. Est nonnumquam et duplex: obsequium amicos, veritas odium parit. In his custodiendum est, id quod ubique, ne crebrae sint, ne palam falsae, et ne passim et a quocumque dicantur: magis enim decet eos, in quibus est auctoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet. Quis ferat adulescentem aut etiam ‖ ignobilem, si iudicet in dicendo et quodammodo praecipiat?

Epiphonema est rei narratae vel probatae summa exclamatio, ut 'Tantae molis erat Romanam condere gentem', et 'facere enim

---

2 Verg. Aen. 3, 29. 4 ibid. 7, 518. 9 ibid. 2, 355. 18—30 = Quintil. 8, 5, 2—4. 29 Terent. Andr. 1, 1, 42. 30 — p. 438, 7 = Quintil. 8, 5, 7 sqq. 36 Verg. Aen. 1, 37. Cic. p. Mil. §. 9.

---

4 *fort.* et: 'et trepidae 6 quare aliae *Cv* 7 aliae hae ad *Cv* 13 permittamus eiusmodi exempla *Quintil.* 14 ubi *Verg. et Quintil.*: ut *Cv* 16 demonstrare *addidi e Quint.* 23 multa *om. C* 26 supra dixi *Quint.* 32 decet *CB* (*i. e. decet sententiam dicere*): decent *codd. dett. Quint.* auctoritas. Veri pondus — confirmat *Cv, em. e Quintil.* 35 acclamatio *Quint.*

p. 107. 108 M. p. 257 O.

periculose probus adulescens quam perpeti turpiter maluit. Clausula est quae † est concludentibus sensus, ut est: quare prius de vestro facto fateamini necesse est quam Ligarii culpam ullam reprehendatis. Verum nunc vitium est novitatis, quod omnes in fine sermonis ferire aurem sensus velint: quae res facit, ut etiam inepta dicantur. Neque enim possunt tam multae bonae sententiae esse, quam necesse est multae sint clausulae.

Elocutionis genera sunt tria, vehemens, quod Graeci *βαρύ*, tenue, quod Graeci *ἰσχνόν*, medium, quod Graeci *μέσον* dicunt. In genere tenui communis consuetudo sermonis imitanda est, ab indisertis *re* plus quam opinione differens. Itaque qui audiunt, quamvis sint infantes, ta|men illo modo confidunt se posse dicere, sed nihil est experienti minus possibile. Hoc genus non sit sane nimis expolitum structura, nec tamen nimis solutum. Verum callidus non ingratam quandam neglegentiam simulabit magis de re hominis quam de verbis laborantis. Sint acutae crebraeque sententiae. Non sequatur illa similiter conclusa et paria paribus reddita et cetera, quae sunt quaesitae venustatis. Utatur autem verbis quam usitatissimis, translationibus quam mollissimis. Nec faciet rem publicam loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec acervatim multa frequentans una conplexione devinciet. Erit enim, ut voce, sic etiam oratione suppressior. Aspergantur, si opportune possunt, etiam sales. Hac forma est pro Ligario paene tota oratio. Medio autem generi dicendi omnia ornamenta conveniunt, plurimum suavitatis, multum sententiarum, latae eruditaeque disputationes, et communes loci sine contentione dicentur. Hoc solum totum genus e sophistarum fonte defluxit in forum, sed spretum a subtilibus, repulsum a gravibus in ea, de qua loquor, mediocritate consedit, ut est oratio de imperio Gnaei Pompei. Tertia est vehemens forma dicendi, quae cursu magno fertur et sonitu, tragica quadam et excelsa sublimitate dicendi, et hoc a superioribus vel maxime differens, quod illa minime versantur in lubrico, et si semel constiterint, numquam cadunt, nec extimescunt ancipites dicendi incertosque casus: at vero hic gravis, acer, ardens et in periculum praeceps est, et si hoc solum possit quod profitetur, vix satis sanus videri solet. Debet ergo tranquille, ut ille medius, debet et subtiliter, ut ille primus, debet et vehementer, quod ei est proprium, id

2 Cic. p. Lig. §. 2. 9—21 = Cic. Orat. §. 76 sqq. 22—26 = ibid. §. 96. 27 — p. 439, 2 = ibid. §. 87.

1 periculose *om. C* 2 *incertum videtur, qua ratione. Victor verba Quintiliani mutaverit; in illo est:* Vocatur aliquid et clausula, quae si est, quod conclusionem dicimus, et recta et quibusdam in partibus necessaria est, *unde conicio:* Clausula est, quae si concludit sensus, recta est, ut est 5 sermonis fieri sensus *Cv, em. e Quint.* 10 re *addidi e Cic.* 13 sane *nos:* suae *Cv* structura ne tamen *Cv* 14 simulat *Cv* 15 Sunt *Cv* 16 sequantur illas *Cv* 17 usitatis *Cv* 23 multa (*sc.* lumina) sententiarum *Cic.* latae *Cv, em. e Cic.* 25 genus est sofistarum fonte defluxum *Cv, em. e Cic* 26 in ea demum qua *C,* in ea demum de qua *Mai* 29 illa optime *Cv, em. e Cic.*

est granditer dicere: praesertim cum causae partim totae sint eo modo, partim aliter tractan|dae, ut pro Cornelio maiestatis et in Verrem et pro Cluentio. Ergo quot officia oratoris, tot genera dicendi, ut sit subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in flectendo, ‖ in quo uno vis omnis oratoris est. Magni igitur iudicii, summae etiam facultatis esse debet moderator ille et quasi temperator huius tripertitae varietatis. Nam et iudicabit, quid cuique opus sit, et poterit, quocumque modo causa postulabit, dicere. Sed est eloquentiae, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia. Ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius, quam quid deceat videre: πρέπον appellant hoc Graeci, nos dicamus sane decorum, de quo praeclare et multa praecipiuntur, et res est cognitione dignissima. Huius ignoratione non modo in vita, sed saepissime et *in* poëmatis et in oratione peccatur. Est autem quid deceat oratori videndum, non in sententiis solum, sed etiam in verbis. Non omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis aetas, nec vero locus aut tempus aut auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus est aut sententiarum, semperque in omni parte orationis, ut vitae, quid deceat est considerandum: quod et in re, de qua agitur, positum est, et in personis eorum, qui loquuntur, et in eorum, qui audiunt.

Est etiam eloquendi triplex *forma;* nam aut comma aut colon aut periodos dicitur. Comma concisa in singulas partes brevis oratio, ut est illud apud M. Tullium: abiit, excessit, evasit, erupit. Colon vero per membra definitae breviter dictiones, ut est apud eundem: Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quam diu etiam furor iste tuus eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Periodos vero longo ambitu et pleno circuitu orationis circumacta conversio, ut: Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro | fortissimo viro dicere et cetera omnia totius principii, quae magno orbe circumacta volvuntur: quae differentia, prout res et orationis aut magnae aut parvae aut cum impetu exsurgentis aut contra tranquillioris ratio poposcerit, erit usurpanda dicendi.

Ethos et pathos prae oculis habendum. Ethos autem est habitus quidam mentis et morum perpetuus tenor, ut iracundus, avarus, pius, rusticus, vel lenis vel timidus vel libidinosus vel severus, vel senex vel adulescens et cetera, quorum proprietatem sermo debet imitari: ut Marcus Tullius fecit pro Caelio in persona Appii Caeci, item Clodiae. Pathos vero est repentina et temporalis animi incommoditas, ut ira, dolor, gaudium, maeror, metus et cetera: quae omnia ita proferenda sunt, ut apte

---

4—10 = Cic. Orat. §. 69 sqq. 22 in Catil. II, §. 1. 23 in Cat. I, §. 1. 27 p. Mil. §. 1.

---

1 tutae *C* 6 debebit *Cic.* 7 quodcunque opus sit *Cv* 10 dicimus — clare — cogitatione *C, em. e Cic.* 12 in *add. e Cic.* 14 non enim omnis *Cic.* 20 forma *addidimus* 25 etiam] te iam *Cv*

p. 110. 111 M. p. 258. 259 O.

exprimantur; ut tristia miserabilibus, iracunda atrocibus verbis efferamus. Vix adeo scaenicis plures habitus in agendo concipiendi sunt quam oratoribus eloquii formae ac varietates. Sed sicut ornate dicere melius ex libris, ita etiam apte loqui ex libris multo melius addiscimus, si hoc in auctoribus animadvertamus et animadversa imitationis exercitatione celebremus. Marcus enim Tullius nihil aliud esse ineptum, quam minus apte dicere, disputavit. Minus autem apte dicat necesse est, qui et rerum et personarum et temporum ceterorumque omnium, quae in oratione versantur, rationem habere neglexerit. ‖

## XXIII. DE MEMORIA.

Memoria est firma animi rerum ac verborum ad inventionem perceptio. De hac Marcus Tullius: Quid ] dicam, inquit, de thesauro omnium rerum memoria? quae nisi custos cogitatis inventisque rebus et verbis adhibeatur, intellegimus omnia, etiam si praeclara fuerint, in oratore peritura. Ad hanc obtinendam tradunt plerique locorum et simulacrorum quasdam observationes, quae mihi non videntur habere effectum. Exercenda est memoria ediscendis ad verbum quam plurimis et tuis scriptis et alienis, licet Quintiliano vehementer displiceat exercitationis causa sua scripta ediscere, qui scribere quidem plurimum praecipit, ediscere autem lectos ex orationibus vel historiis aliove quo genere dignorum locos. Ita enim et confirmabimus memoriam et adsuescemus optimis, semperque habebimus intra nos quod imitemur, et non sentientes formam orationis illam, quam mente penitus accepimus, exprimemus. In his autem, quae cogitamus, et in his, quae scribimus, retinendis proderit multum divisio et compositio: nam qui recte conpegerit orationem, numquam poterit errare. Certa sunt quaedam non solum in digerendis quaestionibus, sed etiam in persequendis. Et si prima et secunda deinceps cohaereant, nihil per oblivionem subtrahi poterit, ipso consequentium admonente contextu.

## XXIV. DE PRONUNTIATIONE.

Pronuntiatio est ex rerum et verborum dignitate vocis et corporis moderatio. Huic non immerito Demosthenes ex omnibus oratoris virtutibus primas dedit et secundas et tertias. Haec enim in tantum excellit,

---

6 de Orat. II, §. 17. 12 de Orat. I, §. 18. 18—23 = Quintil. II, 7, 1—3. 24—29 = ibid. XI, 2, 36 sq. 32 sq. Cic. de Orat. III, §. 213.

---

10 *Exstat hoc caput in codice Ratisbonensi Emmeramo (v. ad pag. 370), Iulii Severiani rhetoricae adnexum* 17 Sed potius exercenda est memoria discendis *E* 19 discere *E* 21 dignorum *CE*: dignorum ea cura uoluminum *Quint.* 22 intra *Quint.*: contra *CE* 23 acceperimus? 24 scripsimus *Quint.* 25 conpo *C linea superposita* 25 numquam non poterit enarrare *E (qui in haec verba deficit)*, numquam poterit in rerum ordine errare *Quint.* 27 in exsequendis *Quint.* 32 oratoriis?

ut | etiam secundam sententiam maximi Tullii quamquam indocta oratio laudem tamen consequatur, si optime proferatur, et quamvis optime expolita, si indecenter pronuntietur, contemptum irrisionemque mereatur. Et vocis ergo et speciei et totius corporis et ipsius linguae motus exerceantur, quia non tam artis haec erunt quam laboris. In primis vitia, si qua sunt, oris emendanda sunt, ut expressa sint verba, ut suis quaeque litterae sonis enuntientur, nec verba in faucibus patiamur audiri, nec oris inanitate resonare, nec, quod minime sermoni puro conveniat, simpliciter vocis naturam pleniore quodam sono circumliniri, quod Graeci catapeplasmenon dicunt. Curandum etiam, ne ultimae syllabae intercidant. Nolo praeterea exprimi litteras putidius, nolo obscurari neglegentius, nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata et quasi anhelata. Sonus ipse vocis ita rectus et simplex esse debet, ut nihil ostentationis aut imitationis habere videatur, non aspere, non vaste, non hiulce, sed pressim et aequaliter et ‖ leniter: nolo rustice ac praefracte ac cum clamore erumpat, sed nec perpetuo et uniformiter vociferetur oratio. Pro locis, pro rebus, pro personis, pro causis, pro temporibus, sicut in elocutione didicisti, varianda est. Eris enim ineptissimus secundum Marci Tullii sententiam, nisi omnium horum ratio diligenter habeatur. Alia simplicitate narrandum est, alia auctoritate suadendum est; alia inflammatione consurgat ira, alius flexus miserationem decet, alius rogantem: et hoc † acceperis propter quam maximas vel panegyricas dictiones. Ceterum si apud pedaneum iudicem sit privata cognitio, ad sermocinationis vicem deprimendam actionem etiam non admonitus intelleges. Sicut enim in sublimibus quaestionibus deiecta | et iacens pronuntiatio deformis est, ita in parvis elata et clamosa videatur necesse est furiosa atque deridicula. In pronuntiatione habenda est ratio diligenter, quos imiteris quorumque similis esse velis. Eoque impensissimum studium curae et laboris intendas, quia, etsi ad pronuntiationis laudem praecepta te ducant, incredibile est quanto magis valeat ad hanc rem vivum exemplum. Et intuendi tibi non solum oratores in pronuntiando laudati, sed etiam actores scaenici, non tamen ita, ut ad scaenicos motus deferaris, sed in quantum sat est ex his ad pronuntiationis ornamenta derives. Nec enim etiam tenuitas femineae vocis imitanda est aut seniliter tremendum aut ebrietas vacillatione exprimenda est, quia in pronuntiatione oratoris id maximae erit artis, ne ars esse videatur: tenebisque, ut quotiens exclamandum erit, lateris conatus sit ille, non capitis, ut gestus ad vocem, vultus ad gestum accommodetur. Illud non sine causa est ab omnibus praeceptum, ut

---

5—9 = Quintil. I, 11, 4 sqq. 10—12 = Cic. de Orat. III, §. 41 18 de Orat. II, §. 17. 34 Quintil. I, 11, 3. 35 sq. = ibid. I, 11, 8. 37 — p. 442, 9 = ibid. XI, 3, 28 sq.

---

1 maximi *C*: Marci *Spengel; at firmat codicis scripturam Albini dial. de rhet. §. 40* 4 faciei *Christ, cf. p. 442, 14* 7 inanitatem resonare ne quod *Cv, em. e Quint.* 9 circumlinire *Quint. codd.* 17 sq. *cf. Albini dial. §. 40 extr.* 34 maxime *C*

parcatur maxime voci in illo a pueritia in adulescentiam transitu, quia naturaliter impeditur, non, ut arbitror, propter calorem, ut quidam putaverunt — nam est maior alias — sed propter humorem potius: nam aetas illa inturgescit: itaque nares etiam et pectus eo tempore tument atque omnia velut germinant, ideoque sunt tenera et iniuriae obnoxia. Iam igitur confirmatae constitutaeque voci optimum genus exercitationis est, quod est operis simillimum, dicere quotidie, sicut agendum est. Namque hoc modo non vox tantum confirmatur et latus, sed etiam corporis decens et accommodatus orationi motus componitur. Vocis quoque ipsius sonus neque acutus neque nimis remissus sectandus est: namque ut in | nervis, ita et in voce quo remissior, hoc gravior et plenior; quo intentior, hoc tenuis et acutus magis est. Ita imus vim non habet, summus rumpi periclitatur: et idcirco mediis utendum sonis, ex quibus sit et excitandae intentioni et submittendae facultas. Observandum etiam, ut recta sit facies: ne labra detorqueantur, ne immodicus hiatus rictum distendat, ne supinus vultus, ne deiecti in terram oculi, ne inclinata cervix, ne elata aut depressa supercilia. Infinitum enim in his quoque rebus momentum est, quia nihil potest placere, quod non decet, et ut ait M. Tullius: caput artis est decere, quod facias. Labra lambere vel mordere deforme est, cum etiam in efficien||dis verbis modicus esse debeat eorum motus; ore enim magis quam labris loquendum est. Manus vero, sine quibus trunca esset actio ac debilis, vix dici potest quot motus habeant, cum paene ipsorum verborum copiam consequantur. Nam ceterae partes loquentem adiuvant; hae, prope est ut dicam, ipsae loquuntur: his poscimus, pollicemur, vocamus, dimittimus, minamur, supplicamus, abominamur, timemus, interrogamus, negamus; gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, paenitentiam, modum, copiam, numerum, tempus ostendimus: isdem concitamus, inhibemus, probamus, admiramur, verecundamur. Hae in demonstrandis locis atque personis adverbiorum atque pronominum obtinent vicem, ut in tanta per omnes gentes nationesque linguae diversitate hic mihi omnium hominum communis sermo videatur. Averso pollice demonstrare aliquid oratori indecorum est. Sinistra manus numquam sola gestum rectum facit, idque praecipue vitandum est vitium: pla|ne dextrae se frequenter accommodat, sive in digitos argumenta digerimus, sive obicimus adversas, sive in latus utramque distendimus, sive satis facientes aut supplicantes — diversi

10—14 = Quintil. XI, 3, 41 sq. 14—18 = ibid. I, 11, 9 sqq. 18 de Orat. I, §. 132. 19 sq. = Quintil. XI, 3, 81. 21—31 = ibid. XI, 3, 85 sq. 31 = ibid. §. 104. 32 — p. 443, 4 = ibid. §. 114—116.

3 nam hoc aetas *Quint.* 11 quo tensior *Quint.* 12 imus *Quintil.*: unus *Cv* 15 distorqueantur *Quint.* discindat *Quint.* 16 inclinata utrolibet *Quint.* 23 consequatur *C*, persequantur *codd. Quintil.* 25 interrogamus negamus *om. codd. Quint.* 32 recte *Quint.* 34 adversas *scil.* palmas, *ut apparet ex Quintiliano, qui haec habet:* siue auersis in sinistrum palmis abominamur siue obicimus aduersas 35 utrumque *Cv, em. e Quint.* supplicantes. Diversi *v*

autem sunt hi gestus — summittimus manus, sive adorantes attollimus, sive aliqua demonstratione aut invocatione protendimus: ‘vos, Albani tumuli atque luci’: aut Gracchanum illud: ‘quo me miser conferam? in Capitolium ad fratris sanguinem? an domum?’ maiorem enim affectum in his iunctae exhibent manus. Cantare vero inutilius sit an foedius nesciam. Quid enim minus oratori convenit quam modulatio ebriorum aut comessantium licentiae similis? quid vero movendis affectibus contrarium magis quam cum dolendum, irascendum, indignandum, commiserandum sit, non solum ab his affectibus, in quos ducendus est iudex, recedere, sed ipsam fori sanctitatem efficere quodammodo tibiis ac fidibus aut cymbalis † audiendam? Quisquamne, non dico de homicidio, sacrilegio, parricidio, sed de calculi ratione et ceteris quaestionibus loquens, atque, ut in breve conferam, quisquam in lite cantat? Itaque hanc inflexionem vocis, quae paullo modulatior existeret, reprehendere et Aeschines et Demosthenes solent. M. etiam Tullius dixit in Phrygia et Caria turpissime rhetoras epilogos coepisse cantare, quo foedius nihil est. Satis sit, si obscuro quodam flexu, ubi necesse est, sit lugubris ac miserabilis, cum virili tamen et recta pronuntiatione, non modulata, ut nunc plerique faciunt, cantatione. |

## XXV. DE EXERCITATIONE.

Ante omnia illud inhaerere tibi volo, haec, quae supra dicta sunt, et cum natura obvenerint et arte fuerint excogitata, ad plenam tamen || consummationem nullo modo posse sine usu continuaque et iugi et instanti exercitatione perduci, sine qua affirmat M. Tullius Cicero nullam rem illustrem effici posse. Idem alio loco: exercitatio quaedam suscipienda est, inquit; usus enim uni rei deditus et ingenium et artem saepe vincit. Alibi quoque: adhibeatur usus frequens, qui omnium magistrorum praecepta superabit. Quamobrem et inventio et dispositio et elocutio et memoria et pronuntiatio usu acri et exercitatione intentissima convalescant. Nec te fugiat in exercitatione esse periculum maximum, quod plerique, fugientes laborem, incuriose et tumultuarie exercentur verborumque sola frequentia delectantur, cum sit nihil tam vitiosum, ut ait Marcus Tullius, quam verborum vel optimorum atque amplissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sententia. Etsi ergo

---

2 Cic. p. Mil. §. 85 3 cf. Cic. de Orat. III, §. 214. 5—13 = Quintil. XI, 3, 57 sqq. 13 Cic. Orat. §. 57. 15 ibid. et Quintil. XI, 3, 58. 25 or. p. Balbo §. 45. 27 de Orat. I, §. 15. 32 ibid. 1, §. 51. 34 — p. 444, 2 = ibid. I, §. 150.

---

2 praetendimus *C* 6 modulatio scaenica et *Quint.* 7 qui uero — contrarius *C* 8 docendum *Cv, em. e Quint.* 9 inducendus *Quint.* 10 fori *Quintil.*: rei *Cv* 11 audiendam] *fort.* uiolandam *vel* solvendam 22 ad plenam t. confirmationem *Cv, emendavimus ex Albini dialogo §. 42* 28 superabit *cod. E (in quo insunt huius quoque capitis quaedam sententiae, v. ad p. 440, 10)*: superauit *C* 30 conualescunt *Cv, emendavimus ex Albini dial. §. 42* 34 atque ornatissimorum *Cic.*

in istis ipsis exercitationibus utile est subito saepe dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum paratius atque accuratius dicere. Stilus est, inquit Marcus Tullius, stilus optimus et praestantissimus effector dicendi ac magister. Omnes enim sive artis sunt loci sive ingenii cuiusdam atque prudentiae, inquirentibus nobis omnia, quae sunt cuiusque generis maxime propria, maxime illustria, sub acumen stili subeant et succedant necesse est. Tum ipsa collocatio conformatioque verborum | perficitur in scribendo, et hanc affert facultatem, ut etiam si subito dicas, tamen illa, quae dicantur, similia scriptorum esse videantur. Multa praeterea ex omni parte orationis circumspiciantur, ne quid offendas, ne quo inruas: nec tibi videatur reformari postea posse, si quid in exercitatione neglexeris. Naturae enim vicem paene optinet consuetudo, et sicut bene dicendo, inquit M. Tullius, bene dicitur, ita male dicendo male dicatur necesse est; ut melius sit omittere quam paenitenda consuetudine in pravitatem aliquam convalescere. Ridiculum forsitan putes, si adiecero, ut exercitatione consuescas nihil contrarium, nihil quod obsit ingerere. Sed frequenter, mihi crede, oratores urgentur ab advocatis, a litigatoribus, ut quod sit inutile ingerant. Huic errori non obtemperare consuesces, si exercitatione id quoque, ne quid contrarium dicas, prospexeris. Dices enim, si personarum, quas defendes, rationem habere neglexeris: si quae sunt in || eis invidiosa non mitigaris extenuando, sed laudando et efferendo invidiosiora feceris; si in homines caros iudicibus inveharis; si qua vitia aut incommoda sint in iudice, adversario si exprobraris; si, cum dicas pro altero, laesus litem tuam persequaris, causam relinquas. Quid si *in* ipsis argumentis po|sueris aliquid aut aperte falsum aut ei, quod dixeris dicturusve sis, contrarium? Quid multa? omnis cura esse debet, ut, si quid possis boni, causae efficias: sin minus, certe, ut ait Marcus Tullius, ne quid mali: quia nihil turpius videri potest, quam cum oratoris dicto sermone consequitur: ‘occidit susceptum’. Exercitatio iuvenilis uberior et abundantior esse debet, quia multum inde decoquent anni, multum ratio limabit. Volo, ait M. Tullius, se efferat in adulescente fecunditas. Audeat ergo haec aetas plura et inveniat. Facile remedium est ubertatis, sterilia nullo labore vincuntur: sit eloquens, non tantum disertus. Inter disertum autem et eloquentem hoc interest, quod eum statuit M. Tullius esse disertum, qui possit satis acute atque

3 de Orat. I, §. 150 sqq. 11 sq. ibid. II, §. 301. 14 ibid. I, §. 150 in. 21—28 de Orat. II, §. 304—306. 29 sq. = ibid. §. 288. 31 Quintil. II, 4, 7. 32 de Orat. II, §. 88. Quintil. l. c. §. 8. 33 sq. = Quintil. II, 4, 6. 36 de Orat. I, §. 94.

5 anquirentibus *edd. Cic.* 9 perficitur *Cic.*: perspicitur *Cv* 11 circumspectantur *Cv* 12 ne quod inruas *Cv* 18 ingerere *O*: incurrere *C* 20 exercitatione id *nos*: exercitationi *C* 24 inuehare *Cic.* 25 dicas ab altero laesus *Cv, em. e Cic.* 26 in *addidi e Cic.* 31 inde decoquent *Quintil.*: inde quoque *Cv* 34 ubertati *Cv, em. e Quintil.* 35 non tamen *Cv, em. Spengel*

dilucide ex communi quadam opinione dicere, eloquentem vero, qui mirabilius ac magnificentius augere atque ornare, quae velit: qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et verbis et rebus et in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficere; quique ita aptus esse possit, ut rebus et personis congruenter accommodet eloquium. Amet laudem iuvenis magnumque *esse* sciat multis tacentibus solum audiri. Nam licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum est. Orator, cui semper in multa celebritate vivendum est, assuescere exercitatione maxime debet iam ab adulescentia non reformidare homines neque illo labore solitario delitescere. Cum enim omnibus oratoriis opibus fueris instructus, plurimum tamen valet animi praestantia, quam nec metus frangat nec ultra modum reverentia retardet. Sicut enim abominanda sunt contraria vitia, confidentia et temeritas et inprobitas et arrogantia, ita | sine constantia nihil studium, nihil profectus ipse profuerit, ut si des arma timidis et imbellibus. Est ergo verecundia interim adversa multisque causa fuit, ut bona ingenii studiique situ quodam secreti consumerentur. Ne putes a me probitatem repudiari, sed verecundiam, quae longe differt atque discreta est. Nam quid est verecundia quam timor quidam reducens animum ab his, quae facienda sunt? inde confusio. Quis autem dubitet vitiis ascribere affectum prohibentem facere, quod debeat fieri? Neque ego is sum, qui nolim eum, qui sit dicturus, et sollicitum surgere et colorem mutare; quae si non acciderent, etiam simulanda erant: sed sentiat periculum volo, non succumbat nec concidat. Sed prorsus optima atque potissima est adversus verecundiae vitium medicina fiducia. Excitanda ea et attollenda semper est, quae in eiusmodi secretis languesceret. Deinde cum proferenda sunt studia, caligat in sole et omnia nova offendit, ut qui, quod solus exercuerit, inter multos ‖ facere non possit. Sequenda igitur est M. Tullii sententia, qui praecipit ducendam dictionem ex domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque in aciem, subeundum visum omnium. Sint praeterea ipsae materiae, quae fingentur, quam simillimae veritati; nam et declamatio ea solummodo prodest, quae imitatur eas actiones, in quarum exercitationem reperta est. Frustra in declamationibus laborabimus, si diversitate operis ac dissimilitudine ad forum quasi rudes venturi sumus. Rudes autem simus necesse est, si alia pronuntiatio, aliud genus elocutionis in declamationibus fu|erit, cum longe alia in foro reperienda sint. Et ideo unum etiam atque etiam te repetens iterum iterumque monebo, ut et pronuntiatione et elocutione declamatio tibi semper forenses actiones imitetur et exprimat et effingat. Eas vero declamationes, quas quidam corruptius delectationis tantummodo causa decantant, non aliud esse Quintilianus affirmat, quam fuisse traditur, qui grana ciceris ex spatio distante missa in acum † adversum sine frustratione inserebat: cui donari modium ciceris rex iussit, inertem laborem ipso

---

3—5 = de Orat. III, §. 53. 7 Quintil. I, 2, 22. 8—10 = ibid. I, 2, 18. 10—23 = ibid. XII, 5, 1—4. 25 sq. = ibid. I, 2, 18 sq. 28 de Orat. I, §. 157. 29—31 = Quintil. II, 10, 4. 40 — p. 446, 4 = ibid. II, 20, 3 sq.

---

6 esse *addidi ex Albino §. 42* 10 oratoris *Cv* 16 bona ingenia studiaque *Cv, em. e Quintil.* 19 unde? 21 colore mutari *Cv, em. e Quint.* 22 accederent — erant *CB*: accident — erunt *edd. Quint.* 25 languescet? 26 ut qui *Quintil.*: et *Cv* 30 usum *codd. Cic.* omnium] *an* hominum? 31 finguntur *Cv* 32 exercitatione *Cv* 37 repetens te? 41 in acumen aduersum *C*, in acum continuo *codd. Quintil.* 42 inhertem *C*

p. 120—122 M. p. 264. 265 O.

praemii genere testatus. Huic conparandi sunt, qui in declamationibus, quas esse veritati dissimillimas volunt, multo se studio ac labore consumunt: et appellatur hoc a doctis ματαιοτεχνία, quaedam supervacuae artis imitatio; certe apud omnes profecto ματαιοπονία, quia habeat vanum laborem nullumque eius, ad quod praeparetur, effectum. Quid ergo? nihilne sibi declamatio indulgebit aut panegyricus sermo? Indulgeat sane aliquid ad ornatum, ita tamen ne a forensis actionis similitudine ullo alio differat, quam accuratiore splendore et locis omnibus, quibus supra diximus illustrari orationem, liberius effusis. Tenendum tamen, quidquid aget orator, non multum a forensi actione discrepare debere et rebus et verbis et pronuntiatione: ceterum longe ab effectu operis aberraverit. |

## XXVI. DE SERMOCINATIONE.

Sermocinandi ratio non in postremis habenda est; et quidem sermonis usus multo frequentior quam orationis est. Igitur sermonis est virtus elegantia sine ostentatione. Verba sint lecta, honesta magis quam sonantia, paucae translationes neque eae alte petitae, modica antiquitas, sine figuris insignibus, sine structura leniore, sine periodo, sine enthymemate: denique omnes rhetoricas palaestras missas feceris, quae ut addunt orationi auctoritatem, sic detrahunt sermoni fidem. Attamen habebit sermo lucem suam, ut sit simplex et aequalis et ante omnia carens obscuritate. Sermonum argumenta, quae semper esse || vix seria possunt, plerumque se iocis inserentibus, tamen semper honesta sint, at non inepte neque iurgiose. Nam multos nugae rapiunt ad foeditatem, nec non contentiones ad furorem, cum tamen in omni parte vitae, tum in sermonibus quies optima est. Fere sermo cuiusque mores probat. Cave ne quem sermone laedas vel aperto vel inverso vel absentem vel coram. Agrestis ingenii est aut neminem appellare aut de pluribus unum alterumve eligere, quicum fabulere. Superiores observare oportet, ut invitent clientes ad colloquendum: nam inferior modestius fecerit, si exspectet, dum lacessatur, nisi quid rei suae evenerit. Sermonum autem occasiones sunt et sciscitatio, quid agant, rogantis, et commemoratio, quid tibi aut alteri evenerit, aut quid novae rei audieris, quam tamen narrare non sit religionis, et admonitio ex re nata fortuita. Iam ubi statuendum sit initium, res ipsa perducit; nascitur enim ex responsione | responsio. In quo cavendum est, ne hinc illo, quod aiunt, transultes aliudve quid, quam qua de re agitur, interseras. Neque porro obloquare neque solus loqui postules neque properantem morere atque otio obtundas. Ubique brevitas bonum est, sed in sermone praecipuum; alterius enim tempore non abuti decet. Multum ad sermonis gratiam valet veterum exemplorum memoria, rerum novarum scientia, si illa accommodes, non ut quaesita, sed ut obvia. Et proverbiorum tempestivitas lepida est Graecorum atque nostrorum; et versus partesve eorum *et* ex oratoribus aliisve scriptis sententiae, si loco proferuntur, sermonem convenustant.

---

6 panagericus *C*; *in marg. hoc scholium est*: panegyricum est licentiosum et lascivum genus dicendi in laudibus regum, in cuius compositione homines multis mendaciis adulantur, quod malum a Graecis exortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitavit. 11 ceteroqnin *coni. O* 14 quam oratoris *Cv* 15 lecta *Albinus (§. 43)*: electa *Cv* 16 hae *Cv* 17 leniore] laboriosiore? 19 Ac tamen? 30 scicitatio *C* 33 statuendum sit *nos*: statum est *Cv* 36 otio *Mai*: odio *Cv* 40 tempestas *C* 41 et (*ante* ex) *addidi distinctione verborum mutata*

p. 122—124 M. p 265—266 O.

*Vita* dicta vernilia scurrarumque aemulationem: nam multi, dum se facetos volunt, non modo verba, sed gestus quoque ac vocabula scurrarum exprimunt. Ita accidit, ut nec quod esse debent sint, nec quod imitantur. Nec sermonem quasi orationem pronuntiaveris, nec praepropere loquaris, ne si possis quidem verba sine haesitantia linguae celeriter evolvere; multo enim turpius, si offendas saepius quasi salebrosa festinatione. Neque tamen protrahere voces oscitantem decet nec intervallis dividere. Bonus modus est in loquendo tamquam *in* ambulando clementer ire, sine curriculo, sine cunctatione. Clamare in loquendo rusticum ac barbarum est; fit enim de sermone convicium. Iam si in publico aut in convivio clames, non agrestis modo, sed insanus habearis. Rursus si ita demisse fabuleris, vix ut proximus audiat, hominis nimium delicati est. Ita audire sermocinantem rationis est, primum ut attente audias, ne, dum res alias agas, cum responsorio opus sit, aliud respondeas, aut ignarus, rogari quid videatur, consilescas; deinde ut sinas propositum explicare atque in loco occurras, ne | duo aut plures chori aut catervae modo constrepatis. Et hominum et locorum et temporum ratio servanda est: alius cum superiore, alius cum pari aut proximo sermo est; item cum senioribus, cum aequalibus, cum pueris aut mulierculis. Quid? in convivio putas eundem debere esse, quem in foro aut aliquo coetu litteratorum? *Quid* quod ‖ ego scio quosdam *in* spectaculis aut conviviis aut ubi minime convenit doctrinam atque facundiam venditare aut rem publicam strepere. Minime oportet vinum de poculo in mensam instillare idque digitulo diducere in lineas. Mala ista † satio in convivio garrula ac per vinum diserta, et fere videas, qui sicci ac sobrii nihil sunt, eos madidos friguttire. Et temporum tibi cura sit, ne in rebus tristibus laeta, ne in laetioribus tristia introducas. Hi sunt enim, quos Cicero ineptos vocat, qui neque ubi nec quando nec cum quibus fabulentur existimant nec quam diu nec quo modo. Partim plus cachinno interturbant quam verbis explicant, verba concidunt, syllabas obscurant, litteras ut furto auferunt. Loquere opportune, honeste, Latine, dilucide, placide, plano ore, vultu quieto, clamore nullo, sine cachinno, sine aliis notatis supra. Multum ad sermonis elegantiam conferent comoediae veteres et togatae et tabernariae et Atellanae fabulae et mimofabulae, multum etiam epistolae veteres, in primis Tullianae.

## XXVII. DE EPISTOLIS.

Epistolis conveniunt multa eorum, quae de sermone praecepta sunt. Epistolarum species duplex est; sunt enim aut negotiales aut familiares. Negotiales sunt argumento negotioso et gravi. In hoc genere et sententiarum pondera et verborum lumina et figurarum insignia conpendii opera requiruntur atque omnia denique oratoria praecepta, una modo exceptione, ut aliquid de summis copiis detrahamus et orationem proprius sermo explicet. Si quid historicum epistola conprehenderis, declinari oportet a plena formula historiae, ne recedat ab epistolae gratia. Si quid etiam eru-

---

27 de Orat. II, §. 17.

---

1 dicta C, *quod Mai mutavit in* vita; *sed videtur potius* uita *ante* dicta *intercidisse* 8 in *addidi* 12 ita audire *nos*: et audire *Cv* 13 responsio *coni. O, ut est p. 448, 26* 20 Quid *add. Mai* in *addidi* 23 conuersatio? 28 aestimant? 38 negotiosa *C*

ditius scribas, sic disputa, ut ne modum epistolae corrumpas. In familiaribus litteris primo brevitas observanda: ipsarum quoque sententiarum ne diu circumferatur, quod Cato ait, ambitio, sed ita recidantur, ut numquam verbi aliquid deesse videatur: unum ‘te’ scilicet, quod intellegentia suppleatur, in epistolis Tullianis ad Atticum et Axium frequentissimum est. Lucem vero epistolis praefulgere oportet, nisi cum consulto [consilio] clandestinae litterae fiant, quae tamen ita ceteris occultae esse debent, ut his, ad quos mittuntur, clarae perspicuaeque sint. Solent etiam notas inter se secretiores pacisci, quod et Caesar et Augustus et Cicero et alii plerique fecerunt. Ceterum cum abscondito nihil opus est, cavenda obscuritas magis quam in oratione aut in sermocinando: potes enim parum plane loquentem rogare, ut id planius dicat, quod in absen|tium epistolis non datur. Et ideo nec historia occultior addenda nec proverbium ignotius aut verbum cariosius aut figura putidior: neque dum amputatae brevitati studes, dimidiatae sententiae sit intellegentia requirenda, nec † dilatione verborum et anxio struendi labore lux obruenda. ‖ Epistola, si superiori scribas, ne iocularis sit; si pari, ne inhumana; si inferiori, ne superba; neque docto incuriose, neque indocto indiligenter, nec coniunctissimo translatitie, nec minus familiari non amice. Rem secundam prolixius gratulare, ut illius gaudium extollas: cum offendas dolentem, pauculis consolare, quod ulcus etiam, cum plana manu tangitur, cruentatur. Ita in litteris cum familiaribus ludes, ut tamen cogites posse evenire, ut eas litteras legant tempore tristiore. Iurgari numquam oportet, sed epistolae minime. Praefationes ac subscriptiones litterarum computandae sunt pro discrimine amicitiae aut dignitatis, habita ratione consuetudinis. Rescribere sic oportet, ut litterae, quibus respondes, prae manu sint, ne quid, cui responsio opus sit, de memoria effluat. Observabant veteres karissimis sua manu scribere vel plurimum subscribere. Commendatitias fideliter dato aut ne dato. Id fiet, si amicissime dabis ad amicissimum, et si probabile petes et si impetrabile. Graece aliquid addere litteris suave est, si id neque intempestive neque crebro facias: et proverbio uti non ignoto percommodum est, et versiculo aut parte versus. Lepidum est nonnunquam quasi praesentem alloqui, uti ‘heus tu’ et ‘quid ais’ et ‘video te deridere’: | quod genus apud M. Tullium multa sunt. Sed haec, ut dixi, in familiaribus litteris; nam illarum aliarum severitas maior est. In summa id memento et ad epistolas et ad omnem scriptionem bene loqui.

EXPLICIT ARS RHETORICA C. IULII UICTORIS FELICITER HERMAGORAE. CICERONIS. QUINTILIANI. AQUILI. MARCOMANNI. TACIANI.

---

3 Locus deest in Iordani edit.

---

6 consilio *inclusimus* 15 dilatatione *coni. O; an* translatione? 18 diligenter *Cv* 20 ostendas *C* 26 responso? 28 commendatias *C* 38 *Cf. supra ad operis inscriptionem p. 373, 1.*

## XIII.

# MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE

## LIBER DE ARTE RHETORICA.

*B* = codex Bambergensis saec. X.

*D* = codex Darmstadtiensis saec. XI.

*E* = codex Emmeramus Ratisbonensis, nunc Monacensis lat. n. 14729 saec. X.

*R* = codex quondam Reichenauensis, nunc Carlsruhensis saec. XI.

*b* = manus secunda Bambergensis.

*v* = editio princeps impressa Vicentiae a. MCCCCXCIX per Henricum de Sancto Urso.

*mei* = *BDER*

ς = ed. vulgata.

Integram dedimus lectionum diversitatem e BE, ex optimo R dare non potuimus, quoniam pars cuiusque folii putedrine ita exstincta est, ut nihil iam legi possit.

1. Interea sonuere tubae raucusque per aethram 425
Cantus, et ignoto caelum clangore remugit: ed. Kopp.
Turbati expavere dei, vulgusque minorum
Caelicolum trepidat, causarum et nescia corda
Horrent ne veteris renoventur crimina Phlegrae.
Tunc Amnes Faunique, Pales, Ephialta, Napeae
Respectant proceres nulloque assurgere motu
Cernunt attoniti, vicibusque alterna profantes
Mirantur placidam per pectora sacra quietem.
Tum primum posita Silvanus forte cupresso
Percitus ac trepidans dextram tendebat inermem,
Deliacos poscens arcus atque Herculis arma;
Portuni trifidam suspirans flagitat hastam,
Gradivi frameam non ausus poscere, falcem
Saturni bello suetus disquirit agresti,
Diffidensque sui respectat tela Tonantis.

2. Sed dum talibus perturbatur multa terrestrium plebs deorum, ecce 426
quaedam sublimissimi corporis ac fiduciae grandioris, vultus etiam decore luculenta femina insignis ingreditur, cui galeatus vertex ac regali caput maiestate sertatum; arma in manibus, quibus se vel communire solita vel adversarios vulnerare, fulminea quadam coruscatione renidebant: subarmalis autem vestis illi peplo quodam circa umeros involuto latiariter tegebatur, quod omnium figurarum lumine variatum cunctorum schemata praeferebat; pectus autem exquisitissimis gemmarum coloribus balteatum. Haec cum 427
in progressu arma concusserat, velut fulgoreae nubis fragore colliso bombis dissultantibus fracta diceres crepitare tonitrua: denique creditum quod instar Iovis eadem posset etiam fulmina iaculari. Nam veluti potens rerum omnium regina et impellere quo vellet et unde vellet deducere, et in lacrimas flectere et in rabiem concitare, et in alios etiam vultus sensusque

---

5 Horrent, ne *Susius (in Gurlitti animadvers. 4, p. 9):* Haerent et *libri* phlaegrae *BR* 10 Tunc *Dbvς* 12 deliacos poscens *lectio varia in marg. B:* Della composcens $BR^1$, Dellaque composcens $DR^2b$, Bellaque composcens *E* 13 astam *E* 18 sublimissimi *DE, item B (sed in hoc* limis *in ras., in qua prima littera non* l, *sed* t *fuerat):* subtilismi *R* 19 regale caput magestate *E* 20 sertatum arma in manibus *B in ras. habet* 21 renitebant *vς* 22 humeros *Evς* latiariter *BER*: latialiter *Dvς* 24 subalteatum *v* 25 fulgureae *bvς* 27 ueluti potens *E*; uelut impotens *B*, ueluti impotens *v*, uelut potens *Dς* 28 quo *Ebv*: quod *BD*

p. 409. 410 C.

convertere tam urbes quam exercitus proeliantes, quaecumque poterat agmina populorum. Haec etiam sena|tum, rostra, iudicia domuisse in gente Romulea, Athenis vero curiam, gymnasia theatraque pro arbitrio reflexisse
428 ac totam funditus Graeciam miscuisse ferebatur. Hac vero loquente qui vultus vocisve sonus quantaque excellentia celsitudoque sermonis! audire operae pretium etiam superis fuit tantae inventionis ingenium, tam fecundae ubertatis eloquium, tam capacis memoriae recordationisque thesaurum: qualis disponendi ordo, quam pronuntiandi congruens modulatio, qui gestus in motu, quae profunditas in conceptu! Denique exilis in modicis, in mediocribus facilis, in elatione flammatrix: reddebatque cunctos in ambiguis dociles, in persuasione cedentes, in conlisione discordes, in laudibus arrogantes. At vero cum quid commotum publici nominis attestatione
429 clamaverat, fluctuare, permisceri, ardere omnia videbantur. 3. Hanc igitur feminam auratae vocis et quasdam diadematum gemmas regnorumque fundentem ingens inlustrium virorum sequebatur agmen: inter quos proximi eidem duo diverso habitu nationeque praenitentes, quorum unus erat pallio circumactus alterque trabeatus. Diversus utrique oris sonus, licet alius etiam Athenis se diceret Graia didicisse ac promptus gymnasiorum studiis et reluctantibus semper Academiae altercationibus haberetur: ambo tamen novi profectique paupertatis sinu: et cum alterum Quirinalis eques, alium fabrilis procrearet industria, ita praeclues linguae excellentia floruerunt, ut post curarum fata immeritasque mortes virtute astra conscenderent, immor-
430 talitate gloriae saecula superarent. De uno tamen, quem Athenarum populus ac palliata agmina sequebantur, haec fama convenerat, quod acerrimus idem et procellis indignantis oceani fremituque violentior: denique de illo versus huius modi ferebatur:

δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο.

431 Alter vero, quem consularis purpura et coniurationis extinctae laurea redimibat, mox ingressus curiam superum et in Iovis gratulatus se venisse conspectum clamare laetior coepit: o nos beatos, o rem publicam for-
432 tunatam, o praeclaram laudem consulatus mei. Post hos tamen in diversis agminibus oratores emeriti, ac prae se ferentes insignium culmen meritaque linguarum Aeschinem, Isocraten Lysiamque conspiceres:

27 Hom. Il. XI, 654. 30 Cic. in Cat. II, §. 10.

1 quaecumque *BDE*: et quaecumque *vς* 4—6 *vulgarem verborum distinctionem emendavit Christ* 6 fecundae $R^1b$: facundae $BDER^2vς$ 12 publice *E* 13 permisceri *bv*: permiscere *mei* 15 proxime *R* 17 circuactus *E* utrique *mei et v*: utrisque ς 20 profectique *Susius*: protectique *libri* 22 curiarum *bvς* fata *BDRv*: facta *Eς*; duriora fata *coni. Vonck.* conscenderant $B^1$ 23 de uno *Bv*: Denuo *DER* 25 item $B^1$ 27 ΑΙΝΟCΑΝΗΡ.ΤΑΚΑΚΕΝΚΑΙΑΝΑΙΤΙΩΝ.ΗΤ*ΟΙΤΟ (ΗΤΙΟΙΤΙ *R*) *BR*, *in E loco versus est vacuum spatium* 28 alterum *B* redimibat *BEv*: redimebat ς *vitiose* 29 ut ingressus est *b* gratulatus *E*: gratulatus est *BDRvς* 30 clamare laetior *mei*: clamare igitur coepit *v* 32 ac res prae se *E* 33 escinem *BER*, eschinen *D* socraten *E* lisianque *D*

p. 410. 411 C.

tum in togatis agminibus † Sosantios, Gracchos, Regulum, Plinium Frontonemque. Verum ante cunctos atque ipsam ducem omnium feminam senex 433
quidam, signum ac praeviam virgam gestans, lictoris Romulei praecedebat usu, atque in eiusdem virgae culmine corax oris aurati venientis feminae auspicio praevolabat. Ille autem, qui gestabat virgulam, Tisias dictus cun- 434
ctisque vetustior atque elatior videbatur; nam et suos minores ceteros, ipsam illam ducem, respectans superpositum corvum, commune pignus filiamque memorabat. Quo argumento commoti quamplures deorum eam qui- 435
dem nobilissimam feminam, sed aut Apollinis cognatam credidere, si Graia est, aut si Romulea de gente, Corvini. Cui aenigmati illud adiectum, quod intrepida et fiduciae promptioris tam Palladis quam ipsius Cylleni deosculata pectus cuiusdam propinquae familiaritatis indicia patefecit. Denique nonnulli superum, cum inter trepidationem bucinae praecinentis et admirationem amicitiae superorum incerti diutius divinatorem Phoebum cuperent sciscitari, nondum Iove maximo disquirente, tumultuarie quae esset inquirunt. 4. Ac tunc illa respectans superos universos aliquanto commotior 436
sic coepit: Patrem maximum Iovem ceterosque caelites, quos in causis pluribus saepe sum deprecata, atque ipsum conventum superae | consessionis attestor, nihil mihi magis inconsentaneum atque indecens aestimari, quam ut quae semper in foro iudiciisque quampluribus accusaverim multos aliosque defenderim, et viribus gloriam deluctationis annixa mihi de discriminum fatis promeriti eventus praeconia compararim, nunc apud vos, superi, quis placere inmortalitatis instar [ac pretium] videbatur, invita compellor scholarium iuvenilium monitus et exilia decantatae artis praecepta memorare. Neque enim hoc nobis adscribit inopia, cum redundantes turmae suppetant consequentum, cum absque his, qui perturbantes pectora sensusque cunctorum cognoscentum quoque perfregere subsellia, etiam alios habeam, qui minutias praeceptorum et artis intimae commenta perscripserint, inter utrumque vero columen sectatorum praeniteat Tullius meus, qui non solum in foro, senatu rostrisque grandiloquae facultatis maiestate tonuerit, verum etiam ipsius artis praecepta commentus libros quamplures saeculorum usibus consecrarit. Quod cum ita sit, emeritae granditatis pudor et 437
celebrati quantum pote nominis gloria haec inchoamentorum primordia detrectaret excurrere, ni et hoc ad immortalitatis praemium proficeret,

---

1 sosantios *libri*: Crassos, Antonios *coni. Kopp.; an latet* Catones? Regulum *recte Eyssenhardtio corruptum videtur* 3 ac *obelo notat Eyssenhardt* 5 dictus est $B^2$ 7 illam ipsam *Kopp, falso dicens sic in DE exstare* 9 feminam primam aut *v* credidere cognatam *vς fort.* si Graia esset 10 adiectum est *Db* 11 cilleni *BR*, cillenii *DEb* 12 iudicia *E* 13 inter *nos*: in *libri* trepidationem *BER*: trepidatione *Db* ammiratione *DEb* 15 essent *E* 16 aliquando *malim* commotiorq. *BR* 18 concessionis $B^1$ 19 magis mihi *vς* 20 accussauerim *D* 22 promeritis *E* 23 ac pretium *cum Eyssenhardtio inclusimus* compellar *b* 24 scholarum *b* 26 suppetunt *b* consequentum *BR*: consequentium *DEbvς* cum *Eyssenhardt*: nam *libri* 27 cognoscentium *b*, cognoscentem *E* 29 columen *mei*: culmen *v* non forum in solo $B^1$ 30 senatus *E* 33 pote *Eyssenhardt*: puto *libri*

p. 411. 412 C.

quod iubetis, ac fiducia me perennitatis accendat exequi vel primordia tamen, Iove cum superis imperante. Accingar igitur haec aridiora percurrere, minus quidem quam publicitus soleo placitura, quamquam, si Pallados aures atque Arcadicam rationem benivolae maiestatis participarit assensio, ne
438 nunc quidem apud vos, maximi caelites, displicebo: quippe sum ipsa Rhetorica, quam alii artem, virtutem alii dixere, alii disciplinam. Artem vero idcirco, quia doceor, licet Plato huic vocabulo refragetur: virtutem autem dicunt, qui mihi bene dicendi inesse scientiam compererunt: qui edisci vero dicendi intimam rationem et percipi posse non nesciunt, fiden-
439 ter me asserunt disciplinam.

5. Officium vero meum est dicere apposite ad persuadendum, finis persuadere id quod est propositum dictione. Quae quidem verba mei Ciceronis attestor, cuius etiam exemplis me per omnes insinuo praeceptionis
440 ductus consequenter usuram. Materies autem duplex est, ubi et unde fiat oratio: ubi, [ut] cum ipsius membra adgredior quaestionis: unde, cum res inventae verbaque sociantur.

441 Quaestio ipsa aut finita est aut infinita. Finita est, cum nascitur de certo facto demonstratque personam, ut in Rosciana quaeritur Ciceronis, utrum interfecerit patrem Roscius: infinita illa est, quae generaliter quaerit utrum sit aliquid appetendum, ut, an philosophandum sit, in Hortensio disputatur. In superiore autem crebro assidueque conluctor, atque eam Graecis placuit *ὑπόθεσιν* nominari: in infinita vero, universitatis astruendae sibi fiduciam vindicante, tunc potius versor, cum otium ac disputationes adgredior, licet plerumque etiam pars ipsa, quae thesis dicitur, in causis mihi elatius anhelanti amentatas hastas crebro et pila plurimum valentia ministrarit. An aliud in Scauriana succurrit, cum interposita disputatione tractatur, ‘ex quibus causis mors obveniat repentina’, ac pro Milone similiter, ‘an mundus prudentia gubernetur’. Denique e meis sectatoribus quidam acri admodum ac subtilissima ratione commoti | nullam esse attestantur hypothesin [quaestionem]: cuncta, quae in defensione pro reis contraque eos in accusationibus retractantur, ad generales quaestiones poterunt applicari.

---

1 fiducia me *nos*: fiduciam $B^1R^1$, fiducia $R^2DEbv\varsigma$ accendat *DERbv*: accedat *B* primordia $R^2Eb$: primora *BDR*$^1$ vel primora, tamen Iove *distinxit Kopp*, vel primora: tamen Iove c. s. imperante accingar *ed. Grot.* 3 quam pollicitus *Eb* 4 arcadicam *D*, *ut coni. Grotius:* archadiam *Bv*, arcadia *E* assensio, ne nunc *Grotius*: assensione. Nunc *Ebv*, assensionem nunc *DR*, ascensionem. Nunc *B* 6 alii disciplinam $ER^2$: alteri disc. $BDR^1v\varsigma$ 8 scientiam inesse $v\varsigma$ 11 apposite *v*: apropositae *B*, proposite *DEb* 12 in dictione *b* 14 est *BD*: est mihi $Ev\varsigma$ 15 ubi et cum *E*, ubi cum *Kopp* 17 quaestio autem ipsa *DEb* 18 ut *om.* $B^1R^1$ 19 illa *BDER*: *om.* $v\varsigma$ 22 in infinita *ERb*: infinita $BDv\varsigma$ *(erravit Kopp de codicibus a se inspectis)* 24 ipsa pars etiam *E* 25 ammentatas *BER* hastras *E* 26 scaurina *E* 27 morbs *E* obueniat *mei*: eueniat $v\varsigma$ 28 e *om.* $B^1$ 29 ammodum *B* subtilisma *E* 30 adtestantur *D* quaestio *BR*, quaestionem *DEbv*; *nos* quaestio (quaestionem) *ut glossam voc.* hypothesin *inclusimus* 31 cunctaque *Grotius; ipse malim* nam cuncta accussationibus *D* retractantur. quia etiam generales *E*

p. 412 C.

6. Iam vero partes officii mei quinque esse non dubium: nam est in- 442
ventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Iudicatio enim, quae a nonnullis dicitur, partibus cunctis adscribitur, idcircoque ipsa pars non poterit rite censeri, licet, dicendum quid silendumve sit, dispensatio iudicationis examinet. Inventio est quaestionum argumentorumque sagax investigatrixque comprehensio: dispositio est, quae ordinem rebus attribuit: elocutio, quae arripit verba, vel propria vel translata, quaeque nova facit veteraque componit: memoria firma rerum verborumque custodia est: pronuntiatio vocis, motus gestusque pro rerum et verborum dignitate moderatio. Sed ex his inventionem certum est esse potissimam, cuius opus est causae quaestiones excutere et argumenta probatu idonea reperire.

Quaestionum vero duplex species: aliae sunt enim principales, aliae 443
incidentes. Principales sunt status, ex quibus nascitur causa, quas Tullius constitutiones appellat: incidentes vero, quae, dum tractatur causa, nascuntur, dum argumenta vel scripta refutando in plures causa diducitur quaestiones: ut si principalis 'utrum Clodium iure occiderit Milo', incidens, 'uter utri insidias compararit'.

7. Principales igitur status sunt numero tres: an sit, quid sit, quale sit. 444
An sit coniectura est, ut 'an patrem occiderit Roscius': quid sit finis, ut 'an minuerit Cornelius maiestatem': quale sit qualitas, ut 'an Saturninus iure necatus sit'. Sed ne forsan moveat, quod praetereo quartum statum, quem Hermagoras invenit, subtilior ratio est eum non statum, sed partem dicere qualitatis, quod in eius expositione monstrabo.

Nunc dicendum est quo modo status inveniantur in causa. Inveniun- 445
tur igitur per intentionem et depulsionem. Intentio est obiectio eius facti quod in iudicium venit: depulsio quaedam resistens intentioni, ut si dicatur: 'occidisti patrem: non occidi'. Ex his duabus inter se concurrentibus vocibus nascitur quaestio, quae dicitur status, quod ibi quasi ad pugnandum actionum acies ordinata consistat. Sed facile est videre, quid obiecto crimini respondeatur: illud facile non est, quid debeat intendi, utrum factum, ut 'hominem occidisti', an nomen facti, ut 'homicidium fecisti'. Et licet videatur idem esse, tamen in superiore obiectione si negabitur, coniectura erit, cum dixerit 'non occidi': in hoc ubi nomen rei intenditur, potest et finis videri, ut si dicat 'non feci homicidium', † qui-

13 Cic. de Inv. I, §. 10 et saepius.

1 dubium *BDR*: dubium est *Ebvς* 2 *et* 7 eloqutio *B* 3 dicitur *mei*: dicitur pars *vς* 4 dicendum quid silendumue *B* (*item* $R^1$, *sed* silendum, *ut videtur*): quid dicendum quidue (quid *D*) silendum *DEvς* 9 pronuntiatio est *E* questusque $B^1$ uerborumque *E* 11 probatui *D* repperire *BE* 12 species *BDRv*: species est *Eς* 15 diducitur *B*: deducitur *DERvς* 16 si] *an* est? 19 Roscius occiderit *vς* 20 maiestatem minuerit Cornelius *vς* 22 eum non esse statum *E* 24 nunci $B^1$ inueniantur *b*: inueniatur *BE* 26 depulsio est *E* resistens intentioni (*sc.* obiectio) $BD^1R$: resistens intentioni negatio $D^2Eb\varsigma$ 32 superiore *BR*: superiori *DEvς* 33 nomen rei *BD*: rei nomen *ER*(?)*vς* 34 quicumque $BR^1$: quando quicumque *E ante rasuram*, an quicumque $R^2b$, *item E corr.*, an cum quicumque *Dvς*; *lo-*

p. 412. 413 C.

cumque homo, an cum innocens occi|ditur. Quod si non factum obicias, sed criminis nomen, negatione diversae partis non erit manifestum qui status existat. Nescias enim quid negat, qui ita neget ‘non feci homicidium’, utrum quia nullum hominem iugularit, an quia tyranni interfectio homicidium non vocetur. Est igitur intendendum ipsum illud quod factum est, ut, si id negaverit adversarius, habeas coniecturam: si eo concesso nomen
446 criminis excluserit, intellegas finem. Quod si concesso facto factique vocabulo licuisse sibi vel oportuisse facere dixerit, qualitas in causa versatur, quae aut de re aut de actione congreditur: de re, ut ‘Miloni facere licuisset’: de actione ‘an servo vel addicto tribunos liceat appellare: an habere ignominioso liceat contionem’: quae species qualitatis translatio nominatur. Item cavere debemus, ne intendamus auditoris officium et sola status qualitas fiat. Nam qui causam cognoscit, propositum habet efficere aliquid, id est aut damnare aliquem aut absolvere.

447 8. Auditoris autem sunt genera tria: unum eius, qui secundum aequitatem aliquid statuit, et is est perpense iudex: aliud eius, qui honestate vel utilitate incerta dubius alienae sententiae persuasionem inexplicabilis deliberator exspectat: tertium genus eius est, qui facti honestatem vel turpitudinem libera aestimatione perpendit: hunc aestimatorem convenit nominari. Haec igitur sunt tria causarum genera, quae hypothesi continentur, id est iudicialis, deliberativa et demonstrativa.

448 Sed cum omnes praedictarum rerum auditores dubitatio sui deducat officii, quaerendum discrimen est et proprietas singulorum. Nam et iudex, cuius officium est damnare reum vel absolvere, possessionem dare vel auferre, priusquam cognoverit causam, dubitat quo modo utatur officio: et qui deliberat, ambigua mentis opinione differtur: et laudationis arbiter, an rite quis laudetur aestimanti contemplatione dispensat. Sed cum in diversum haec distrahantur officia, tum illud maxime discrimen adtendimus, quemadmodum temporibus varientur. Nam deliberatio futuri tantum temporis continet quaestionem, ut si deliberet Cato, an se debeat, ne victorem aspiciat Caesarem, trucidare. At vero iudiciale genus tam praeteriti quam futuri nonnumquam temporis invenitur. Sed in praeterito tantum facto coniectura: ex futuro qualitas frequenter innascitur, ut suo loco promtius asseretur. 9. Laudativum etiam genus in praeteritis factis omne consistit, sed a iudiciali genere fine discernitur. Nam aliud est absolvere innocentem aequitatis imperio, aliud laudibus prosequi gloriosum insignium contempla-

---

*cum mancum esse apparet, quem sic supplet Eyssenhardt:* homicidium est enim, non cum quicumque homo, sed cum innocens occiditur 1 nocens *b et rasura E* obiicias *E* 3 nescius *E*, nescies *D* ita negat *DEb*; *exspectares*: quid neget qui ita negat 5 ipsum *om. ed. Koppiana* 6 concessa $B^1$ 9 ad de re $B^1$ 12 et sola] ut sola *ed. Kopp.* 15 tria genera *vς* 16 alius $B^1$ a. est eius *E* 18 est eius *E* 20 continetur *B* 21 iudiciale deliberativum et demonstrativum *Kopp* 23 officium *E*, officio *D* 27 aestimante *E*, aestimati *b* 28 adtenditur *E* 29 uariantur *Eb* 32 facto *BDER*, de facto *bvς*, *alia correctio in B* ex facto; *fort.* in praet. facto tantum coniectura 34 asserentur *mei*, *fort. ex* asseremus

p. 413. 414 C.

tione meritorum. Accedit quod in iudiciali genere ambigit cognitor in rebus alienis quisque tam de suis quam etiam de rebus externis: in laudativo aestimator auscultat vera congruaque memorentur, licet novella etiam id contulerint blandimenta, ut suae praedicationis fiat arbiter qui laudatur. 449
Ergo oportet attentius intueri, ne ea quae auditoris officium habuerit, intendamus, ut si Verri, quod damnandus sit, edicatur. Ille quippe se damnandum non esse respondet, et utrum damnandus sit, sola qualitas apparebit. Igitur a facti obiectione nascitur intentio, ut, si eidem dicas ‘Siciliam spoliasti’, responsuro ‘non feci’ coniectura componitur. Stultum quippe est id, quod in arbitrio manet iudicis, aut certe facti nomen, non ipsum crimen intendere. Cavendum aeque, ne cum lex ulla vel scriptura in causa tractatur, intentio sumatur ex lege, ut si dicas ‘lex te murum vetabat ascendere peregrinum’, sed illud potius dicendum ‘murum ascendisti’, ut si negaverit, non sit pugna de lege, sed de facto, cui accedit lex; si confessus | erit factum, tunc contra legem fecisse videatur. Ceterum si negato facto fuerit lex vel quaevis scriptura recitata, superflua videbitur contentio, quando non iuris, sed veritatis altercatio contineat quaestionem. Hoc vitio plerique falsi sunt.

Sed et praeter illos tres, quos status asserui, alios quattuor vel quin- 450
que de scripti qualitate manantes esse dixerunt: qui licet suas in divisione causae partes obtineant, tamen numquam principali loco nascuntur, quia nisi fuerit quod probetur, nemo ad probandum recitat legem vel aliquam scripti formam. Id autem quod probatur status est, qui ex primo conflictu semper existit: ceterae quaestiones controversiae vel incidentes sunt perhibendae.

10. Sic igitur inveniendi status facilis erit ratio, cum neque nomen 451
admissi neque auditoris officium neque legem aut scriptum aliquod *ingerimus* intentionis loco, qui obici poterit. Itaque talis intentio ‘hominem occidisti’, depulsio ‘non occidi’: quaestio ex his oritur ‘an occiderit’, in quo statu erit coniectura. Sed cum intentioni ius facti opposuerit reus, fit qualitas, ut a Milone non factum negatur, sed de facti iure contentio est; occidisse enim se fatebatur Clodium, sed id iure fecisse. Huic depul-

---

2 alienis quisque *BDR*: alienis. in deliberatiuo (*om.* quisque) *E*, alienis in deliberatiuo uero quisque *vς*, *item b*, *sed alia manu quam quae plerumque apparet*, *eaque multo recentiore;* in deliberatiuo *add. in marg. R*, in deliberatiuo uero *in marg. D; est inepta interpolatio in loco, in quo genus iudiciale et laudativum inter se comparantur* tam *Ebv*: *om. BDR* 3 congruaque *BR*: congruaque quae *DEvς perperam, cum potius hoc requiratur:* auscultat an uera *vel* uerane *etc.* 5 habuerit $BR^1v$: habuerint $DER^2b$ 7 respondit $BR^1$; *fort.* respondebit *an* qualitate? 10 iudicis certi facti *E*, *fort.* ut certe facti nomen (aut certum facti n. *Eyssenhardt*) 11 scripturae $B^1R$ 13 peregrinum] alienum *E* 14 accidit *E* confessus erit factum *Eyssenhardt:* confessus ex facto *libri* 15 negatio $ER^1$ 16 uel *Eb*: *om. B* quaeius *E* superflua *v*: superfluo *BDER* 18 sunt *om.* $B^1R^1$ 19 sed praeter *R* 22 nemo] ne *E* 24 incedentes *E* 27 aliquid *E* ingerimus *nos supplevimus* 28 qui *B*: *om. DERbvς*; *fort.* quae. *Quod auctores talem syntaxin* ‘legem .. obici poterit’ *patienter tulerunt, vel in tali scriptore pro iniuria habendum est.* poterit obiici *vς* est intentio *Evς*, intentio est *b* 32 fatebatur *Db*: fatebitur *BE* id *mei*: *om. vς*

p. 414. 415 C.

sioni subicitur ratio, quae non una simplexve est. Nam potest unum atque idem factum propter varias causas videri probabile, ut hoc idem, quod insidiatorem occiderat Milo, una ratio fuit, alia, quod hostem rei publicae tyrannidis affectatione succensum se interemisse memorabat. In quibus assertis fit quidem qualitas, sed diversae species eius erumpunt; nam prima relativa, altera comparativa qualitas fulget. Quod si intentioni non ius facti, sed negatio nominis opponatur, quamvis negatio depulsionis vice dicatur, tamen non faciet coniecturam, quia non factum, sed nomen facti destruitur, ut in hoc: ‘Adulterii actio sit. Cum repudiata uxore stupratorem qui repudiaverat maritus invenit, accusat adulterii: reus contra dicit, nec factum negat, sed adulterii nomen excludit et quaerit quid sit adul-
452 terium’: quod est definitivae controversiae. Igitur coniectura ipsius facti negatio est, finis non admissi, sed nominis: idcircoque etiam depulsio ingesti criminis, quia, cum facto aliud nomen imponitur, imminens obiecto crimini periculum denegatur, ut in hoc obiectu: ‘pocula templi e sacerdotis domo furatus es, sacrilegium fecisti’. Repellit: ‘pocula quidem abstuli, sed quia de domo, non templo, furtum, non sacrilegium nuncupandum’. In quo etiam facti alia quaedam videtur esse negatio; non enim hoc ad deorum iniuriam spectat admissum, sed ad dispendium sacerdotis, cum de domo pocula subtrahantur. Hic utraque factum definitione tractandum, id est et quid sit sacrilegium et quid furtum.

453 11. Nunc de qualitate dicendum, cuius multiplex natura divisionem partium primo desiderat, ut ea decursa singularum proprietas explicetur. Qualitas igitur aut de re aut de actione est: de re, cum eius facti quod in iudicium venit ratio causave tractatur, vel cum quid fieri oporteat disceptatur, ut ‘an iure Clodium Milo iugularit’, vel ‘an domus Tullio restituenda fuerit’. De actione autem, cum quaeritur, an admittenda sit actio et iudicium faciendum: quae pars, quoniam iuris aequitate perpenditur, recte eam in species qualitatis subtilius adgregamus, aliter autem Hermagoras, qui quasi constitutionem novam a qualitate distinguere et translationem
454 vel praescriptionem vocare maluerit. Sed haec posterius. Qualitas aut futuri temporis aestimata | aut praeteriti: et praeteriti iuridicialis, futuri negotialis qualitas; in utraque iuris assertio est. In iuridiciali naturae,

---

1 est *nos*: sit *libri* 3 occiderit *E* 4 tyrannidis *Christ*: et tyrannidis *libri* affectione *mei et v* 5 assertis fit *DEv*: assertisunt *BR*, assertis est *b* 7 apponatur *BDR* depulsionis uice (ue $R^1$) dicatur *DERb* (*sed* uice *D sup. lin.*): depulsioni subdicatur *B* 8 non tamen *E* 11 quaerit *mei*: quaeritur *vς* 14 obiectio *E* 17 non de templo *vς* 18 alia *Grotius*: alta *mei* uidentur *B*, *sed* n *punctata* 20 *fort.* subtrahuntur hic utraque *BDR*: in utroque *Eb* 22 dicendum est *b* 24 est *om. D* 26 iugularit $BDR^2$: iugularet $R^1E$, iugulauerit *vς* 29 aggregatur *E*, *sed corr. eadem m.* aliter autem Hermogenes, qui quasi *scripsimus*: aliam autem Hermagoras quasi *libri* 30 a qualitate *E*: aut qualitatem *BDR* 31 praescriptionem *D*: perscriptionem *BERv (erravit Kopp de E)* aut futuri t. aestimata aut praeteriti. et praeteriti *b*: ut fut. t. aestimata et (ita et *v*) praeteriti *BDv*, est fut. t. aestimata et praeteriti. Praeteriti *E*, ut fut. t. aestimata, ita et praeteriti: praeteriti *Kopp* 32 futuri uero *b* 33 negotialis. Qualitas in utroque *inepte edd.* in utraque *BD*: in utroque *Ebvς* in iudiciali *E*

p. 415 C.

in negotiali legis aut consuetudinis asserta versantur. Iuridicialis autem dividitur in absolutam et assumptivam. Absoluta est, quae factum ipsum sui natura et iure defendit: assumptiva, quae cum in facto ipso nihil probabile reperiat, confugit ad ipsam causam, eamque iustam [ut facere deberet] allegat, ut, cum Milo non potest dicere hominem licuisse iugulare, causam occidendi astruxit insidias Clodianas. Illinc assumptivae nomen accepit, quia, cum absolute factum tueri non possit, confugit ad causas.

12. Haec igitur assumptiva partes habet quattuor: relationem, remotionem, comparationem, concessionem. Relatio est, cum de facto confes- 455
sus culpam in eum quem perculit refert, ut in Clodium Milo, Orestes in matrem, Horatius in sororem, qui idcirco a se perhibuit iugulatam, quia eius provocatus iniuria in facinus sit coactus. Remotio est, cum obiec- 456
tum crimen in alterum vel in aliud ab eo qui percellitur removetur: in alium, ut Tiberius Gracchus in Mancinum, qui auctor faciendi foederis fuit, quod tam senatus quam populus inprobarat. Item in tali causa: 'Legatus nisi intra triginta dies profectus erit, capite puniatur: quaestor sumptum legato non dedit, tempus emensum est. Accusatus contra dicit et crimen obiectum removet in quaestorem'. In aliud autem removet, si morbo tardatus in infortunium suum causam removeat tarditatis. Removetur vero aut ipsum factum, si ad alterius attinuisse dicitur potestatem, aut causa, si alterius vitio quid accidisse dicatur. Comparatio est, quam compen- 457
sationem novi a posterioribus perhiberi, non cum crimini beneficium alterius temporis subrogatur, sed cum factum iure defenditur, ut ex eo aliquid commodi sequeretur: nam si meritum alterius temporis velut in compensationis gratiam memoratur, ad deprecativam potius admovendum est qualitatem, quae veniali specie continetur: haec vero rite se fecisse contendit, ut Verris illa responsio: magno inquit decumas vendidi, quod factum compensat utilitate beneficii. In hac quippe parte facti confessio est, sed immanitatem obiectionis excludit allegatio promerendi. At in illa criminis factique una confessio est, sed aut ab animo se purgat aut purgatione cessante ad humanitatis miseranda respirat. 13. Verum haec 458
qualitas venialis in bina asserta discernitur, purgationem et deprecationem. Nam purgatio est, cum confesso facinore animum voluntatemque purga-

27 Cic. Verr. III, §. 40.

1 uersantur. In iuridicialis $B^1$ 4 repperiat $BE$ iuste $B^1$ ut facere deberet *delet Eyssenhardt* 5 non posset? iugulare *mei et v*: iugulari ς 6 illinc $B^2v$: illic $B^1DR$ς, illic** $E$ assumptiue $DE$ 9 confessus culpam in eum quem perculit (perculerit?) *Eyssenhardt*: confesso (confessio $B$) culpam in eum qui pertulit (pertulerit $B^1$) *libri* 13 *fort.* in alium, *ut est paulo post* 15 in tali *mei et v*: in alia ς 16 profecturus $B^1$ erit $BDR$: fuerit $E$ plectatur $E$ 20 attinuisse $BDRv$: pertinuisse Eς dicatur $D$ causam alterius uitio (uitioq; $B$) qui accidisse $BR$, causa quia (qui in $E$) uitio accid. $DE$, causa alterius uitii q̄ accid. $b$; *fort.* causa quum alterius uitio quid accid. *(lectio vulgaris iam est in v)* 25 compensationib; $B^1$ 26 haec $BR$ (*sed* e *erasa*): hac $DE$ 27 decomas $B$ 30 se purgat *Christ*: separatur *libri* 31 inhumanitatis $B^1R$ 32 purgationem $BE$: in purgationem vς

p. 415. 416 C.

mus: cuius modos tres esse non dubium, id est inprudentiam, casum, necessitatem. Inprudentia est, cum a voto scientiaque nostra aliquid demovemus, ut ‘quidam in venando iaculum intorsit in beluam et hominem delitiscentem retibus interemit’: quae pars error dicitur, atque ei subduntur ignoratio, vinulentia, oblivio, fatuitas, dementia ceteraque quae errorem admittentis excusant. Casus vero culpam eventus exonerat, ut qui cum victimis ad diem sacrum non occurrerit fluminis incrementis. Scelus autem necessitate commisit, qui praecepto ducis insontem hominem iugulavit. Inter quos modos hoc interest, quod inprudentia fallit, casus prohibet, necessitas cogit. Deprecatio autem nihil causationis associat, sed in exorandi humilitatem precesque suspirat.

459 Ceteras quaestiones, quas status dicunt incidentes, advertant, qui † talium didicerunt, sic ut interius demonstrationem formet primae vocis ingestio. Plerumque enim secunda vim intentionis incutiet, ut in hoc; ‘viro forti praemium quod volet: qui fortiter | fecit, petit praemium nuptias uxoris alienae’. In quo qui petit praemium, quia nullum putat e diverso, nihil intendit, sed maritus contradictor intendit, licet secundo loco videatur assurgere: cui per depulsionem vir fortis obstabit, tamquam petitionem praemii quod poposcerat accusanti, praemium iustum esse contendens, tam-
460 quam si factum aliquod iure tueretur. Item quaestiones legales, quas tamquam status causis incidere memoravi, non eadem regula percensentur, quippe quae in secunda conflictatione prorumpunt; nam prima qualitati tribuitur. Igitur illa intentionis ac depulsionis regula in qualitatis praedicta parte turbatur.

461 14. Nunc τὸ κρινόμενον, quod Graeci dicunt, consequenter assumam. Nam cum intentio et depulsio statum constitutionemque signaret, si coniectura fuerit, iudicationi praebebit pariter rationem; neque enim est quod possit ponderari iudicio nisi ipsa negatio: in qualitate vero vel fine alio loco quam status apparet necesse est confessa depulsio facti habeat rationem, quam item accusator infirmet, et velut secundaria quaestio procreatur per rationem inpugnationemque rationis. Hic illud iudicabile posse versari, idque esse quod aestimator iusti ratione perpendat, posse in quavis causa et omnis status existere. Et multae rationes infirmationesque numerosae perindeque iudicationum semina copiosa, cum unum videlicet factum multiplici ratione defenditur, ut Tullius pro Milone, quod insidiatorem

---

1 dubium est *E* 2 demouemus $R^1$: dimouemus *rell. et* ς 4 delitescentem *bv*ς dicitur *v*: edicitur *BDE* 5 ignorantia *Eb* uinolentia *Eb* 7 non uenit, cum occurrerit *Eyssenhardt* 12 incedentes *E* 13 talium *mei*: *fort.* praecepta *vel* rationem talium informet *b* insertio *D* 15 ualet *E* 16 e *om. R* 19 accusati *v* 21 memoraui non eadem *BDER*: memoravi, principalium quaestionum intentione vel depulsione non eadem *edd. ex foeda interpolatione* 26 *fort.* signarit 27 pariter iterationem $B^1R^1$ 28 ponderare $B^1R$ iudicatio *E* alia loco quem *E* 29 est ut confessa *b* 30 infirmet *om. E* 31 per rationem *BDR*: per conformationem *E*, per confirmationem *v* potest uersari idque est *Eyssenhardt* 32 idque necesse est esse *b* 33 numerosaeque *E*

p. 416. 417 C.

et quod hostem publicae quietis occiderit. In his igitur ille status potius apparebit, quem orator pro utilitate defensionis sumpserit. Illa etiam ratio ex oratoris plerumque adstructione colligitur, tuncque velut rationales alii status emergent, ac sic ad probationes scriptura profertur.

15. Hinc iudicatio legalis orietur, cuius sunt species quinque. 462
Una est, cum scripto aliquid plurave ambigua continentur, quae a Graecis ἀμφιβολία memoratur, ut ex communione nominis res plerumque confunditur, ut est illud: quidam TAVRVM legavit, quo nomine servum habuerat admodum pretiosum. Verum ille heres taurum, hoc est bovem, dedit, quia fecit nomen amphibolum quaestionem. Item ex nominum distinctione per syllabam, ut: quidam habuit propinquos duos, unum Lesium nomine aliumque Milesium, heredemque constituens sic locutus est: HERES ESTO MILESI. Qua distinctionis ambage certamen exortum, dum 'heres esto mi' distinguit, qui Lesius dicebatur: alius vero continua nominis iugitate 'Milesium' dicit heredem. Sunt item modi, quos dialectica conprehendit astruc- 463
tio. Item species scriptionalis est quaestionis, quae ex verbis et sententia scriptionis emergit, ut in hoc: 'Peregrinus murum ne ascendat': quidam obsessa civitate conscendit hostemque deiecit; arguitur. Hic reus legis sententia, verbis nititur accusator.

Tertium quaestionis est genus, cum contrariae leges utrimque secum 464
colliduntur, ut in illo: 'Mas templum Cereris ne ingrediatur': item, 'qui parentibus opem non tulerit, puniatur'. In templo Cereris vapulanti matri ingressus opem filius tulit; accusatur. Facit hic conflictum diversitas legum, quarum interpretatio colliditur, ut cui potius auscultandum sit appareat. |

16. Quarta de scripto quaestio est, quae dicitur syllogismus, cum ex 465
eo quod scriptum est, aliud quoque quod non scriptum est argumentatione colligimus, ut in hoc: 'Exulem intra fines deprehensum liceat occidere. Quidam inventum exulem verberavit; accusatur: a defensore colligitur, quod minus permisso sit fieri licuisse'. Huic insunt modi quattuor: a simili, a consequenti, a maiore ad minus, a contrario. A simili ita, ut, quia patris interfector culleo insuitur, haec poena manere debeat matricidam. A consequenti sic: 'Tyrannicidae praemium. Qui suasit tyranno deponere dominatum, praemium petit: colligit par esse meritum, quia reddidit libertatem'.

---

2 illa etiam *BEv*: illa enim *b* 3 rationes *v* 4 sic *b*: si *mei* ad probationes *v*: adprobationis *BE* 5 species sunt *vς* 6 cum scripto *om. E* 7 amphibolia *BER*: amphibologia *Dvς* ut *BER*: et *Eb* 8 illud *mei et v*: istud *ς* 10 amphibolam *B corr. ex* amphibolum 11 quidam *DE*: qui *Bvς*; *cf. Fortun. p. 99, 26* habuerit *vς* 13 quia distinctionis *E* exortum est *E* 16 sententiis *Db* 22 cereis uabulanti *E* 23 accussatur *D* 24 colligitur *E* sit *E*: fuisset *BDRvς* 26 de scripto *v*: descriptio *B*, *sed posterior* i *expuncta*, discripto $R^1$, descriptionalis $DER^2b$ 27 aliud quoque quod non scriptum est *DEv*: *om. BR*, id quod non est scriptum *b*, *haud scio an recte; cf. Fortunat. p. 100, 10* 30 permissum *E* licuisse *Grotius*: debuisse *libri* 31 *et* 33 consequente *E* 32 insinuitur $B^1$

p. 417 C.

A maiore ad minus [supra dixi enim]: ‘exulem permittitur iugulare, licet etiam verberare’. A contrario: ‘si vir fortis meretur praemium, desertor dignus est poena’.

466 Finitiva superest quaestio de scripti ambiguitate demanans, cum aliquod verbum in lege vel testamento dubium est et definitione clarescit, ut: ‘nocte cum telo deprehensum liceat occidere; quendam cum fuste nocte deprehensum magistratus occidit, reus est caedis: lege se quidem tuetur, sed telum quid sit inquirit’. Quod quaestionis genus hoc a principalibus statibus differt, quia non de facto, unde orta causatio est, sed de scripti tantum definitione disquiritur. Discutitur igitur ab his legalibus status principales esse discretos et hos incidentes dici, illos autem, a quibus causa nascitur, vel constitutiones vel status rectius appellari.

467 17. Iam nunc decursis constitutionibus controversias deliberativi ac demonstrativi generis videamus: nam et causarum tria genera esse dubium non est, et in omni causa statum debere versari, licet in deliberativo quidam qualitatem negotialem consistere, quod de futuro deliberat, existimarint. Tamen ita qualitas plerumque censenda est, ut alii quoque status huic generi posse accidere non negentur. Nunc status in talibus ita reperiri posse firmamus, ut non ex intentionis depulsione, quemadmodum in conflictibus monstratum est, regulam teneamus. Quid enim aut quis intendet, vel ordine solito persuasor dissuasorve confligunt, cum alterum deligere in astructionibus non vetemur? Sed tamen accusatoris partes dissuasor videtur arripere; qui enim inhonestum vel inutile illud, quod dissuadet, ostendit, pro certo ipsum videtur accusare negotium: persuasor vero partes arripit defensoris et negotii tractatum qualibet obiectione contrarietatis absolvit: ex quo et dissuasor intendere et persuasor depellere memorandi. Ac sic conflictione partium facta status poterit apparere, ut in tali causa: ‘Crebro ad muros exercitu fugiente deliberat imperator, utrum diruat [muros]’. Muros excindi cum dicit, nonne videtur, si fecerit, accusari, deinde graviter et seditiose id exercitum perpessurum? in quo coniectura fiet de commotionis eventu. Ac mox si dicat ‘victoriam non vocandam, si praesidium civitatis excinditur’, finis accessit; definiendum quippe, qualis status moenium victoriam faciat celebrari. Tunc si

---

1 supra dixi enim *delet Eyssenhardt* exulem *BDR*: si exulem *Evς* 2 licet eum *b* 5 est et *om. E* 7 legem si quidem *E* 8 quid sit telum *E* inquirit *BDERv*: inquiritur ς 9 differt statibus *vς* 12 rectius *scripsi*: certus *B*, certius *rell. et edd.* 13 controuersis $B^1$ 14 ac *mei*: et *vς* 16 liberat $B^1$ 17 aestimarint *BE* ita *Eb*: id *B* 18 *fort.* accedere; *cf. v. 32 et p. 463, 2* 19 repperire *E* 20 regulam (regula *E*) teneamus. quid enim *DEbv*: regulatim; Qui enim *B*; *videtur totus locus gravi vitio laborare, quod tollere nescimus* 21 solito *BDE*: soluto *vς* confligunt *BDE*; confligent *vς*; *recipere noluimus in tota loci obscuritate* 22 diligere $B^1D$ 26 dissuasor intendere et persuasor depellere *DEb*: persuasor intendere et dissuasor depellere *Bv*, persuasor depellere et dissuasor depellere $R^1$, *unde haud scio an corrigendum sit:* persuasor depellere et dissuasor intendere 27 conflictatione *D* 28 in tali *BDERv*: in alia ς 29 diruat muros; excindi $B^1R$ 30 accusari $B^2R^2$: accusare $B^1E$, accussare *D*; *malim* accusatum iri 33 celebriorem. Tunc *E*

p. 417. 418 C.

dissuasor addat 'sine consilio senatus id fieri non debere', praescriptio etiam videtur accedere. Certum est igitur et intentionem dissuasori iure assignari, et deliberativi cunctos status promptius apparere. Sciendum tamen, ne dissuasor velut sententiam dicens prohibeat tamquam iudex, cum eius officium hoc sit, ne faciat persuadere, inhonestae rei vel inutilis ratione monstrata. |

18. Iam nunc in demonstrativo quemadmodum status emergat non 468
est facile memoratu, idcirco quia non statim laudem vituperatio consectatur, ut, quisquis laudabilis non est, vituperabilis habeatur, vel contra, qui vituperatione caruerit, laudibus fastigetur, ut si laudandus ex eo quis dicatur, quia homicidium non commisit. Est ergo medium nomen, quod privationem placuit memorari, propterea quia, qui laude privatur, non confestim vituperationi permittitur, vel contra. Sic tamen status demonstrativi generis apparet, cum laudatorem vituperatoremque constitues, et vituperatori accusatoris intentionem, laudatori defensoris partes adiunxeris: aut illud subtilius conformatur, ut auditor inter laudem vituperationemque libratus velut adversarii loco ponatur. Non enim, antequam laudandum quemquam laudabilem demonstraris, iam illi talis intentio est, ut laudabilem nondum credat: adversum quam intentionem laudatori certamen est vel vituperatori, licet in superiori astructione quidam conflictus evidens approbetur, ut cum alius quempiam laudat et alter accusat, ut Catonem Tullius laudans et duobus voluminibus Caesar accusans. Ex quo colligitur omnium causarum genera statibus percensenda.

19. Hoc reperto naturam causae discuties, quae aut simplici aut du- 469
plici quaestione aut multiplici continetur. Et simplex est, cum unum quid in tota actione disquiritur, ut Clodium Milone iure necaverit. Illud vero, quod per iudicationem posteriore loco disquiritur, uter utri insidias compararit, non est singulare, sed iunctum ex duplici coniectura, quam Graeci *ἀντικατηγορίαν* nominant: sed incidens quaestio genus causae facere non potest. Duplex tum ex rebus fit, ut pro Caelio de auro et de veneno: tum collatione, ut pro Roscio, filiusne patrem an inimici iugulaverint. Multiplex vero ex pluribus quaestionibus causa consistit, ut repetundarum omnes Verrinae, et pro Scauro de Bostaris nece, de Arinis uxore et *de* decimis tribus exquiritur.

20. Dehinc ductus causae inspiciendus est. Ductus autem est agendi 470
per totam causam tenor sub aliqua figura servatus. Sunt autem ductus

---

1 persuasor *E* 2 iuris $B^1$, iuri *R* assignari *nos*: signari *libri* 3 deliberatiuis $B^1$, in deliberatiuis *D* sciendum est *E* 5 uel *E et codex Grotii:* uelut *BDRv* 13 uituperatione *DR* sic *Ebv*: hic *BDR* 14 constitues *mei*: constituens *vς* 15 partem *b* 16 confirmatur *E* et uituperationem *vς* 17 aduersarii *nos*: aduersanti *libri* 18 demonstraueris *b* iam illi *nos*: non illi *mei*, nam illi *cod. Grotii* 19 aduersus *E* 20 utque alius $B^1$ 21 tullius laudat et — accusat *E* 25 Et *mei*: *om. vς* 26 milo** *B*, milo anne *b* 27 insidias fecerit *E* 29 anticatiglorian $B^1$ 30 et de *mei et v*: de *om.* ς tunc *BR*, tum de *E* 32 uero cum ex *E* 33 de *tertio loco addidi* 36 inspiciendus *Eb*: spiciendus *B*, speciendus *R*, aspiciendus *D*

p. 418. 419 C.

quinque: simplex, subtilis, figuratus, oblicus, mixtus. Simplex est, cum non aliud est in agentis consilio, aliud in verbis, ut si bene meritum laudes ac noxium accuses. Subtilis, cum aliud vult animus, aliud agit oratio, ut: quidam abdicat filium, quod amicos non habeat: hic non vere abdicat, sed ut amicos habeat, terret. Figuratus est, cum aperte quid dicere prohibet verecundia propter obscena, et significatione alia atque integumentis vestita monstrantur. Oblicus est, cum metus impedit aliquid dicere libere et per quosdam fandi cuniculos obicienda monstramus, ut in hoc: 'tyrannus, qui sub abolitione tyrannidem posuerat, fortiter fecit, petit praemii nomine armorum arcisque custodiam; magistratus contra dicunt'. Mixtus autem ex utroque componitur, cum et pudor et metus impedit libertatem, ut: 'tyrannus, qui duos filios habuit, quorum uni uxor, in qua infamis fuit, cuius maritus se suspendit, cogit alterum filium eam ducere: contra dicit'.

471 Hic non incestum libere nec tyrannidem potest obicere. Hi sunt ductus artificiose tractandi et per totam orationem subtiliter diffundendi: qui a colore hoc separantur, quod color in una tantum parte, ductus in tota causa servatur.

472 Ductus reperitur ex causativo litis, hoc est ex re, quae controversiam facit, quae aut praeteriti temporis est, ut 'an Aiacem Ulixes occiderit', quae ductum simplicem tenet: aut, si praesentis vel futuri temporis fuerit, omnes ductus admittit. Ergo ductus de consilio nascitur, consilium ex causativo litis exoritur. Causativum est, quod | facit dubitationem, ut in illo tyranni causativum litis est, quod tyrannus custodiam et arcis postulat et armorum. Ductum servatum testatur prima Philippica, quae mira subtilitate dominatum Antonii latenter insimulat, ut omnia dicens nihil aspere dixisse videatur.

473 21. His omnibus conquisitis argumenta videnda sunt, quibus ad quaestionis ambiguum fides valeat adhiberi. Fides autem tribus fit modis: conciliando, docendo, permovendo: illa prior ethica, sequens apodictica, tertia pathetica nominatur. Conciliatione licet in tota causa uti conveniat, tamen in principiis uberius insistendum, et in commovendo maxime vigere debet epilogus: docere autem prae ceteris debet ipsa narratio, quamvis diluendis quaestionibus obiciendisque criminibus non dissimilis operetur astructio. Nunc de argumentis incipiam.

---

1 Simplex, cum *vς* 3 ratio *R* 7 monstrantur (*sc.* obscena) *nos*: monstratur *libri* 8 fandi *Db*: fundi *BER*, *item, quod mirere*, *Kopp;* faciendi *v* abicienda *BR* 9 sub adolatione *E* petit *om. B*¹ 13 eam *BDR*: eandem *Evς* 14 hic non incestum *mei et v*: hic non est incestum ς. *Quamquam importunum illud* est *nullus ex meis habet*, *tamen Koppius contra Grotium*, *qui vulgatam vitiosam esse recte intellexerat et bene ex ingenio coniecerat* 'hic non ei incestum', *disputans ait:* 'codices nihil mutant'. *Non intellexit*, *opinor*, *quid sit* Hic, *filius scil. qui contra dicit.* 15 a *b*: *om. BDER* 17 uersatur *E* 19 Ulixes *mei et v*: Ulysses ς, *etiam Koppiana* 22 Causatiuum litis est *Ebvς* 24 ductum *mei*: hunc ductum *vς* 25 nil *vς* 28 consiliando *B*¹ 30 nominantur *E*

p. 419 C.

Argumentum est oratio, quae rei dubiae fidem facit: res dubia est 474
intentio et depulsio, vel ratio et infirmatio rationis. Cum enim obieceris ‘occidisti’, ut doceas, argumentatione firmatione uteris, maxime cum negatur; etiam ipsum ‘non occidi’ exigit argumentum: licet ad faciendam fidem etiam illa, quae inartificialia nominantur, debeant adhiberi, ut tabulae, testimonia, quaestiones, quae post discutienda servabo. Nunc argumenta tractentur, quae aut in negotio, de quo agitur, posita sunt, aut illud attingunt. In ipso tum totum, tum pars eius, tum nota, quam Graeci ἐτυμολογίαν dicunt: attingunt vero negotium, quae ad id relativorum ratione ducuntur; et sunt numero tredecim: a coniugatis, a genere, a forma vel specie, a simili, a differenti, a contrario, a coniunctis, ab antecedentibus, a consequentibus, a repugnantibus, a causis, ab effectis, a comparatione, cuius sunt partes maiora, minora, paria. Apparet in omnibus relativam inesse rationem; nam coniugatum alterum alteri nominatur, et genus et species ad se relativa fiunt; ipsum etiam simile alicuius assimile est, et omnes loci argumentorum non ex se, sed ex alio nomen accipiunt.

22. Igitur totum, quod dubium discutitur, definiri primitus oportebit, 475
et sic argumenta tractari hoc modo. Sit res dubia: ‘utrum utilis eloquentia videatur’. Eloquentia totum est; in toto igitur definiendum est sic: ‘eloquentia est bene dicendi scientia; bene dicere autem utile est: utilis igitur eloquentia’. Cui loco tractando subsidio est dialectica, quam nuper audistis, per quam cognitum puto, quid sit genus, quid species vel differentia, proprium, accidens, ceteraque quae eius praecepta tenuerunt: tamen haec, ut potero, breviter strictimque percurram.

Genus est igitur ad multas species differentiasque notio pertinens, ut 476
animal, quod refertur ad hominem, pecudem, avem, piscem ceteraque, quae non tantum numero, sed etiam specie disparantur: quod alia aëria, alia aquatilia terrenaque, alia rationabilia, alia rationis expertia, quae sub uno nomine collecta cum fuerint nomine generis appellantur. Species est, 477
quae a genere pendens alia continet numero tantummodo disgregata, ut

1 — p. 469, 6 cf. Cassiod. de dialect. in capite de topicis I, p. 547 sq. ed. Garet.

1 ratio *libri*, *at cf. Cassiodor. de dialect. I, 541 ed. Garet.* 3 argumentatione firmatione uteris (*vel* firmatione eius uteris) *scripsi*: argumentatione firmationeius *B*, argumentatione et firmatione uis (uis *in ras.*) *E*, argumentatione firmationem (*add.* uis *s. l.*) *R*, argumentationem et firmationem uis *D*, argumentationem firmare *v*; *etiam in ed. Koppiana totus locus sic misere habitus exstat, quamquam editor eum sibi emendasse videtur:* Quum enim objeceris: occidisti, ut doceas argumentationem et firmationem, vis, maxime quum negatur etiam ipsum non occidi, exigit argumentum; maxima *E* 10 ducuntur *BER*²: dicuntur *DR*¹*v*ς a coniugatis *mei et v* (*sed DR corr. ex* coniunctis): a coniugato ς 11 adiferenti *B* 12 affectis *R* 13 partes sunt tres *DE*, sunt partes tres *bv*ς 15 relatiua *E et corr. R*: relata *BDR*¹*v*ς 17 quo dubium *Grotius* 18 argumentum *Db* tractari *nos*: tractare *libri* utilis loquenti uideatur eloquentia *E* 19 Eloquentia totum — definiendum est sic *b in marg.*, *om. B* definiendum sic *D* 20 utile. utilis *D* 24 tamen ut potero haec *v*ς 26 pecodem *BR* auem *B corr. ex* autem 27 aeria *BER*: aerea *Dv*ς 30 disgregata *mei et v*: discreta ς

p. 419. 420 C.

'homo' continet et Demosthenem et Ciceronem, quibus una species est, sed
478 numero distant. | Differentia vero est sufficiens quaestioni discretio, ut, si quaeratur inter hominem leonemque quid intersit, respondeatur, quod homo mitis, leo ferus sit: quod quidem nec hominem a mitibus ceteris
479 nec leonem a feris aliis distinguit animalibus. Proprium est, quod rem aliquam ab omnium communione discernit, ut risus; hoc enim non est
480 homini commune cum ceteris. Accidens est, quod in aliquo positum nec pars eius est nec separari ab eodem potest, ut per se possit existere, ut
481 color in corpore, in animo disciplina. 23. A parte vero argumentum non ad totum probandum ducitur, sed ad aliquam partem, quae continet quaestionem; nec enim probata pars totum probat, ut puta, si oculus videt, non ideo totum corpus videt, cum refutetur totum videre corpus: sed dialecticus iste tractatus est. Nunc quemadmodum argumentum a parte ad partem sumatur, ostendam: 'si pedes, si brachia tueri debemus, utique oculos diligentius asservare'. Cuius argumenti loco incurrere aliquando et alius potest, qui a maiore ad minus dicitur; nec tamen ideo principalis argumenti ratio perturbatur, quia geminari aliquanta argumenta natura permittit. Hoc paene contingere et in figuris solet, de quibus postea nobis erit
482 dicendum. Fit nonnumquam et in hoc modo a partibus argumentum, cum inducta partitione et propositis partibus pluribus, ceteris refutatis, aliquam concludimus partem, in qua sit quaestio constituta, ut si dicas: 'Equum hunc, quem habes, aut emisti aut dono accepisti aut natus est domi aut furatus es: non autem emisti nec dono tibi datus est neque natus est domi;
483 furatus es igitur'. A nota vel etymologia, ut Graeci dicunt, sumimus argumentum sic: 'Si consul est, qui consulit rei publicae, quid aliud Tullius fecit, cum adfecit supplicio coniuratos?' Quo in loco originem voca-
484 buli tantum oportet attendere. 24. Ab his vero quae negotium videntur attingere, argumenta ducuntur hoc modo: primum a coniugatis, quo uno nomine proposito principali per eius derivationem casu aut tempore commutato aliquid adprobamus, ut: 'si pietas virtus est, quod pie factum est, laudari oportet'; constat enim laudabilem esse virtutem. Qui locus a superiore hoc differt, quia aliud est unde nomen inpositum fuerit perscrutari, aliud per cognationem verbi ab alio deflexi argumenti vim sumere.
485 A genere autem, cum quod in toto valet ad speciem quoque deducitur, ut, si varium et mutabile quiddam est femina, Dido etiam varia mutabilisque videatur possitque ex amore in odium commutari. Hac ratione illud

---

1 demosthenen *E* 5 distingit *B* animantibus *E* rem aliam $B^1$ 10 aliquam *Eyssenhardt*: aliam *libri* 11 nec enim *mei*: non enim *vς* ut puta *BDR*: utpote *Evς* 12 dialecticus est totus iste tractatus *E* 15 alius potest qui *mei*: aliud potest quia *v* 16 dicitur $BDR^1v$: ducitur $ER^2b\varsigma$ ne tamen *E* 17 aliquanta argumenta *mei*: aliquantum argumenta *v*, aliquantum argumenti *ed. Grot.*, aliquando argumenta *Eyssenhardt* 18 paene *B*: pe R *add. s. l.* se, sepse *D*, saepe *Ebvς* 19 *malim* et hoc modo a *om. R* 25 sic *om. DE* 28 quo *Db*: quae *BER, fort.* quom *vel* quando 29 proposita *E* 30 commutati *DER* 33 cognitionem $B^1$ 34 in tota *E*

p. 420. 421 C.

Ciceronis astruitur: Nam cum omnium provinciarum sociorumque rationem diligenter habere debeatis, tum prae|cipue Siciliae, iudices. Hunc locum ille a toto videtur imitari. Sed interest illud, quod in illo definitione, hic ab ipsa ratione, qua genus est, argumenta ducuntur; et quod in genere totum est, quod totum divisione perit, genus manet etiam partibus distributum. Ab specie vel a forma ducitur argu- 486
mentum, ut fidem generali faciat quaestioni, ut Cicero in Philippicis: *Quid tam proprie Caesaris actum* est quam lex? Actum enim genus est, quod ab specie, id est lege lata a Caesare conprobatum est. Quod item confirmat a similibus: quaere acta Gracchi, leges Sempronіae proferentur: quaere Sullae, Corneliae. A simili per se: ut 487
Helena Troianis, sic civibus belli semen tu fuisti. Item: ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrique iactantur, et cetera. Huic dissimilitudo contraria est, quae a Cicerone differentia nominatur, quae res inter se diversas, non adversas ostendit, cuius Cicero ponit exemplum in Verrem: sed tu idem fecisse eris existimandus, si eodem consilio fecisti. Hoc et in personis ostenditur et in rebus et in tempore et in locis et aliis, quae nunc memorare longissimum est. A contrario, ut vita et mors, † quae ex quibus Teren- 488
tius sic:

nam si illum obiurges, vitae qui auxilium tulit,
quid facies illi, qui dederit damnum aut malum?

Cicero: si ille consul fustuarium meruerit, legiones quid, quae consulem reliquerunt? 25. A coniunctis autem fides petitur, cum 489
quae singula infirma sunt, ea coniuncta vim veritatis assumunt, ut: Quid si accedit ut tenuis antea fueris? quid si ut avarus? quid si ut audax? quid si ut eius, qui occisus est, inimicus? Singula haec

---

1 Verr. II, §. 2. 7 et 10 Phil. I, §. 18. 12 Phil. II, §. 55. 13 in Cat. I, §. 31. 14 Top. 11, 46. 16 secundum Verr. III, §. 214. 21 Andr. 1, 1, 115. 23 Phil. III, §. 14. 25 p. Rosc. Am. §. 86.

---

3 o iudices *vς* 4 illo a diffinitione *vς* 6 A specie *Evς* 7 Quid — actum *nos supplevimus:* est quam lex *BR mance*, est quaedam actio lex *DEvς*, *quod est falsum supplementum veteris lacunae. Cicero habet:* Ecquid est quod tam proprie dici possit actum eius, qui togatus in re publica cum potestate imperioque versatus sit, quam lex? 8 genus est *mei*: genus est legis *vς* 9 a specie *Evς* lege uel lata *E* 11 proferuntur *B* syllae *BER*, sillae *D* per se *om. b* *malim* per se, ut: Ut Helena 12 elena *BR* 15 diuisas *D* 17 aestimandus *v* hoc et personis $B^1$ 18 temporibus *E* et aliis *mei*: et in aliis *vς* 19 ut *om. BR* uitae mors *DR* quae ex quibus *BR*, quae et ex quibus *D*, ex quibus *Ebvς*; *videntur quaedam deesse; nam hoc fere requiritur:* ut vita et mors aliaeque res discrepantes sibimet opponantur 21 si illum *E*: si ut illum *BDR* 22 malum cicero *mei*: malum? Cicero in (in *om.* ς) tertio Philippicarum contra Antonium e contrario argumentatur dicens *vς* 23 *Cicero sic:* si ille consul, fustuarium meruerunt legiones, quae consulem reliquerunt, *ex qua vera scriptura iam exemplum ipsum non quadrat* quid legiones *E* 25 infirmata $B^1$ ut quid si *BD*: ut quid sit *ER*, ut si quid *v* 26 accedat *D*(?) si aut auarus *E* 27 singula autem *b*

p. 420. 421 C.

quia non sufficiunt, idcirco congregata ponuntur. Ab antecedentibus, ut Cicero: Cum ille non dubitaverit aperire quid cogitarit, vos potestis dubitare quid fecerit? Praecessit enim praedictio, ubi est argumentum: secutum est factum, unde est quaestio. A consequentibus vero conversim, ut quaestio in antecedentibus sit, argumentum in sequentibus, ut, si hoc secutum est, illud praecesserit, ut: si peperit, cum viro concubuit. Exemplum de Verrinis: Si finem edicto praetoris adferunt Kalendae Ianuariae, cur non initium quoque nascitur a Kalendis Ianuariis? A repugnantibus argumentum, cum ostenditur duo sibi cohaerere non posse, verbi causa, ut et parasitus quis sit et ridiculus non sit, quae per negationem simul esse non posse praedicantur hoc modo: non et parasitus est Gnatho et ridiculus non est. Eius loci exemplum est in re magis ipsa quam forma verborum, ut Cicero dicit: is igitur non modo a te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus arguitur domi suae te interficere voluisse. Et in Corneliana prima repugnare dicit, ut divisores, quos honoris sui ministros esse voluerat, lege ambitus vellet affligere. | Causarum locus late patet et multa disputatione tractatur; sed nunc formam eius satis fuerit demonstrare sub hoc exemplo: Sed cum ob tua decreta, ob iudicia, ob imperia dabantur, non est ita quaerendum, cuius manu numerarentur, sed cuius iniuria cogerentur. Sic et Vergilius: mene fugis? 26. Ab effectis fit argumentum, cum in causa dubitatio est, ut fatum probetur ex eo, quod homines etiam inviti servabantur in vita; fatum enim est causa vel vitae vel mortis: illa vero effecta sunt fati, vivere posse vel mori. Cicero hinc probat: Auli Hirtii vita populo cara est, quod ei populus plaudit. Hoc est Vergilii: degeneres animos timor arguit. Nam timor est causa ut degener sit animus, quod timoris effectum est. A com-

2 p. Mil. §. 44. 7 Verr. I, §. 109. 14 p. Deiot. §. 15. 16 fragm. 34 Or. 19 Verr. II, §. 26. 22 Aen. 4, 314. 26 secund. Cic. Phil. I, §. 17. 27 Aen. 4, 13.

1 quia *DER²b*: quae *BR¹* ponuntur *BDER*: ponuntur: ut ex multis iunctis res aliqua confirmetur *vς*, *quod colon ex Cassiodorio de dialect. I, p. 547 ed. Garet. adiectum videtur* 2 ut *nos*: *om. BDER*, sicut *vς* cogitarit *BR* (*sed R corr. ex* cogitaret): cogitauerit *DEvς* 3 praedictio] cogitatio *E* 5 in sequentibus ut *BDR*: in sequentibus hoc modo ut *Evς* 9 argumentum *BDR*: argumentum est *v*, argumentum sumitur *E* 10 quid sit et ridiculosus *R* 11 praedicantur *v*: praedicuntur *mei* 12 gnato *BDR*, ganio *E* cuius *D*, huius *b* 13 quam in forma *E* ut Cicero dicit *E*: *om. BDRv*; *videtur colon ex Cassiodorio l. c. p. 548 adiectum esse, sed cum sequatur:* Et in Corn. I repugnare dicit, *hic saltem adiectio* ‹ut Cicero› *requiritur* 14 liberatus *om. B¹* 15 sua *E* 16 Corneliana *nos*: cornelia *libri* cidit *R*, *unde Eyssenhardt* Cicero dicit 17 honore *Db* uoluerit *b* 22 uergilius *BR¹*: uirgilius *DEbvς et sic deinceps* ab affectis *R* 23 cum in causa dubitatio est] *haec definitio non quadrat* factum *D¹E¹R¹* 24 fatu est enim *E* 26 aula *B¹* uitam *R* cura *E*, curae *b* 27 hoc est uergilii *BDR*: et uirgilius *E*, hoc et Virgilius *bvς*; *fort.* sic et illud Vergilii degenere *R* 28 effectum *mei et v*: effectus ς

p. 422 C.

paratione maiorum: Quis dubitet a Siculis petisse pecuniam Verrem, cum a Marco Octavio Liguri postularit? Vergilius:

tu potes unanimos armare in proelia fratres.

Ex hoc utique probat et alienos posse, quod minus est. Terentius: Nam qui mentiri aut fallere instituerit patrem [aut audebit], tanto magis audebit ceteros. A minorum comparatione, ut: Publi- 496
us Scipio pontifex maximus Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit. Deinde iungit quaestionem, ubi gradus est quidam: Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? Ex hoc Terentius loco illud: Hic parvae consuetudinis causa huius mortem tam fert familiariter. A parium comparatione. Cicero: Et si non minus iucundi atque illustres 497
sunt ii dies, *quibus conservamur, quam illi* quibus nascimur. Et in Pisonem: Nihil interest utrum ipse consul improbis contionibus, perniciosis legibus rem publicam vexet an alios vexare patiatur.

27. His igitur breviter demonstratis illa, quae non excogitantur ab 498
oratore, sed a causa aut a reis suggeruntur, in tribus, ut diximus, rebus posita sunt: in scriptura, ut tabularum, in auctoritate, ut testium, in necessitate, ut tormentorum. Ab scripto argumentum petitur, cum ad dubiae 499
rei probationem vel chirographum vel testamentum *vel* transactionis tabulae recitantur, ceteraque huiusmodi, quae ita nota sunt, ut exempla de oratione non quaerant. Ab auctoritate vero, ut: Africanum dixisse iure cae- 500
sum esse Tiberium Gracchum: aut cum testimonium, quo veritas nudetur, adfertur, ut: Gnaeum Pompeium de misso frumento celeriter testem nobis orator inducit. Auctoritas igitur aut iudicantis aut testis est. Huic parti adiunguntur oracula ceteraque id genus. Ne- 501
cessitas vero dat fidem ex tormentis aut somno aut furore aut vinolentia, quae vocem alicuius rei extorquet invitis. Quae omnia cum ad coniectu-

---

1 sec. Cic. Verr. I, §. 127. 2 Aen. 7, 335. 4 Adelph. 1, 1, 30. 6 Cic. Cat. I, §. 3. 11 Andr. 1, 1, 83. 13 Cic. Cat. III, §. 2 15 §. 10. 24 cf. Cic. de Orat. II, §. 106.

---

1 maiorum argumentum dicitur *E* 2 octaui *E* ligore $B^1R$ postularit *BD*: postularet *ERv* 3 unanimes *vς* 4 alienus *R*, aliud *E* 5 falli $B^1Q$ insuerit *libri Terentii* patrem aut audebit tanto magis audebit ceteros *BDR*: patrem aut matrem aut audebit tanto magis audebit ceteros *E*, patrem aut matrem: audebit tanto magis et ceteros *v*, *et sic* ς, *sed* audebit *post* magis 6 Animorum $B^1$ ut *mei*: ut est *vς* 7 pontificem maximum tyberium gracchum non mediocriter *E* 8 priuatum *E* 9 gradus *nos*: modus (motus *E*) *libri* quendam *E* 10 cupientem nos cons. perferemus *DEbv*: C. N. C. P. *BR* 11 prauae *DE* 14 hii *mei*, hi *vς* quibus conseruamur quam illi *ex Cicerone supplevit Grotius* 15 interē *E*: interesse (*sive* interēē) *BDR* 21 A scripto *bvς* 22 testamentum uel transactionis tabulae *Grotius* (*sed ille* aut, *non* uel): uel *om. BDER*, testamentum transactionis aut tabulae *vς admodum inepte* 23 modi *om.* $B^1R$ 26 igneum pompeium *E* 29 somnio *D*

p. 422. 423 C.

ram ** causa, persona, facto, id est ipso testimonio vel confessione vel scripto | capiunt fidem vel amittunt. Nam et causa dicentis adtenditur, et persona tractatur, et ipsius scripturae secum aut cum causa qualitas comparatur.

502 28. Sequitur ut ad ea, quae conciliant aut permovent auditores, intentionem suam flectat assertor, quoniam ad fidem faciendam haec quoque pertinere praediximus. Conciliantur igitur animi tum personae, tum rei dignitate: personae, aut auditoris aut rei vel ipsius oratoris aut adversarii. Auditoris sic: ut, qualem te antea populo Romano praebuisti, cum huic eidem quaestioni iudex praeesses, talem te nobis et populo Romano hoc tempore impertias. Rei vero, ut pro Deiotaro: quem ornare antea cuncto cum senatu solebam pro
03 perpetuis eius in nostram rem publicam meritis. Oratoris vero, cum de se non superbe, sed moderate loquitur, quale illud est: cum quaestor in Sicilia fuissem, iudices, itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus iu*cundam* di*uturnamque* m*emoriam* q*uaesturae* nom*inisque* m*ei* r*elinquerem*, f*actumst* ut *cum summum in veteribus* pa*tronis* mult*is*, *tum* non n*ullum* et*iam* i*n me* pr*aesidium* s*uis* f*ortunis constitutum* ar*bitrarentur*. Sed haec plenius in exordiorum praeceptis edisseram. Ab adversarii vero persona conciliatio fit, dum illius iniquitate aut arrogantia demonstrata nostra modestia commendatur. Sed haec posterius in principiis, quoniam nunc non orationis partes, sed dicendi formas et faciendae fidei species numeramus: quo loco patheticae quoque dictionis attendimus facultatem, cuius vis vel in communibus locis vel in epilogis maxime continetur. Ne primordia quidem apud veteres hac animorum permotione caruere, quod tunc demonstrabitur, cum ordiendi praecepta tractabimus: interim generatim, quibus mentes affectibus incitentur, nulla partium definitione signabo.

504 29. Commoventur igitur auditores aut miseratione aut odio aut invidia aut metu, aut spe aut ira ceterisque similibus. Miseratione, cum calamitates alicuius magno dolore tractamus, cum iniquitatem temporis vel periculi magnitudinem memoramus, ut in septima Verrinarum: Patres hi,

---

9 Cic. p. Rosc. Am. §. 10. 12 §. 2. 14 div. in Caec. §. 2. 32 V, §. 118.

---

1 facto id est ipso *B*: facto adduntur id est ipso *DEbς* (*sed D sine* id est), *ex qua verborum collocatione ipsa apparet hoc* adduntur *inane esse supplementum veteris lacunae, cuius locum rectius nobis indicasse videmur; ipsi malimus supplere:* Quae omnia cum ad coniecturam adplicantur, ex causa *etc.* 2 nam et *E*: nam nec *BDv* 3 ipsi *v* 5 concilient $B^1$ 9 ut *mei*: *om.* ς te antea *et* te nobis *E quoque*, *non*, *ut Koppius:* te iam antea *nec* te et nobis rei publicae *v* 11 hoc in tempore *D* 14 illud est *mei et v*: est istud ς 15 o iudices *vς* iudicioque ex ea *E* 16 omnibus iū. dī. m. q. nom. m. r. f. ut. c. s. i. ū. pa. mult. nnu. et. i. p. r. sf. o. ar; *B et similiter E*, *sed iam minus integre* 20 fit *om.* $B^1R$ 21 posterius in *mei*: posterius et in *vς* 22 quoniam *scripsi*: quamquam *libri* 23 *immo* enumeramus patpathetice $R^1$, ***patheticae *B* 25 Ne *scripsi*: Neme *B*, me (*add. s. l.* neue) *R*, nec mea *E*, mea *bv* 29 commouent $B^1$ 32 patres hii quos ui dιιa. i. l.

p. 423. 424 C.

quos vid*etis, iudices*, i*acebant in limine primo*, ma*tresque miserae per-noctabant* an*te* os*tium* car*ceris* ab *extremo* con*spectu liberum* ex*clusae*, quae nihil a*liud orabant* nisi ut f*iliorum suorum* post*remum* sp*iritum* ore ex*cipere liceret*. Ab odio, cum adversarii factum vel viris bonis vel iudicibus ostenditur execrandum, ut cum iudicum corruptio docetur a Verre iactari. Item: cum in avaritia, scelere, periurio vos sui similes esse arbitratur. Invidia est, quae quodam livore inficit auditores, ut est: quod ad tuam ipsius amicitiam ceterorumque hominum magnorum atque nobilium faciliorem aditum istius habet nequitia et audacia quam cuiusquam nostrum virtus et integritas. Item: istum rebus omnibus undique ereptis impune eludentem circumfluere et abundare. Potest quidem et illa res auditorum mentes incendere, ut si alicuius exaggeres tyrannicum spiritum aut potentiam non ferendam. † Metum vero excitari vel propriis 505 vel communibus periculis: propriis, ut, ‘hoc est iudicium, in quo vos de reo, populus Romanus de vobis iudicabit’: communibus autem, ut est: Videor mihi videre hanc urbem, lucem orbis terrarum, arcem omnium gentium subito uno incendio concidentem. Spe quoque animi perturbantur, cum beneficia aut obsequia promittuntur, ut cum fidem Milonis Pompeio pollicetur, et: Caelii in omni vita servitium obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis. Ira etiam vehementer animos turbat, ut cum exaggerat Tullius et exclamat in curia sedere socios Catilinae: O dii inmort*ales!* ubin*am gentium sumus? quam rem publicam* hab*emus?* in qua urbe vivimus? Hic, hic *sunt nostro in* num*ero*, p. c. | Similes alii permiscentur affectus, qui cum ad persuadendum plurimum valeant, extra causam tamen sunt nec apparere in oratore manifestius debent, ne insidiis iudicem capere, non ratione ducere videatur.

30. His igitur ad fidem faciendam prudenter inventis ordo rerum est 506 sociandus, quae pars dispositio vocitatur, qua quid dicendum quove loco, quid penitus omittendum, quo modo etiam et quando et ubi, prudenter

---

6 Cic. Verr. Act. I, §. 42. 8 Verr. III, §. 7. 11 ibid. §. 9. 15 Verr. Act. I, §. 47. 17 in Catil. IV, §. 11. 20 secund. or. p. Cael. §. 80. 23 Catil. I, §. 9.

---

p. m. a. q. m. p. an. os. car. ab. cons. ll. ex. q: nihil. a. o. nihil u f s. post. sp o ex. l. *B, similiter E, sed paulo corruptius* 1 iudices *om. libri Ciceronis* limine primo *supplevi*: limine ipso *palimps. Vat. Verrinarum*, limine *reliqui codd. Cic.* 5 a] uel *E* 6 auaritiae *E* 7 arbitretur *recte libri Tulliani* 12 ludentem *E* 13 auditorem *E* 14 metum *BE*, metu *b (vel B²) D*; *fort.* in metum uero excitantur 17 ut est *om. E* 18 concidentem si iste liberatus fuerit *E* 19 aut *B*: uel *E* 20 celi *E* 22 perturbat *b* exaggeret *E* tullius et exclamat *mei*: et exclamat Tullius *vς* 23 odii inmort. u. bin. g. s. q. r. p. hab. in qua urb: uiuimus hic hics .n. i. nump. c. *B et similiter E* 24 quae res publica hic habetur *vς*; *hanc quoque lectionem patienter tulit Koppius, quamquam eam in nullo codice exstare certissimum est* 28 ducere *BE*: deducere *vς* 30 qua] quia *BE* 31 poenitus *B*

p. 421 C.

inspicimus. Duplex igitur huius partis est ratio; aut enim naturalis est ordo aut oratoris artificio comparatur: naturalis, cum post principium narratio, partitio, propositio, argumentatio, conclusio epilogusque consequitur: artificio oratoris, cum per membra orationis quae dicenda sunt digerimus. Et hoc ex causae utilitate, non ex temporis serie coaptamus, ut pro Milone factum, cum quaestiones quasdam ante narrationem, ut praeiudicia refutaret, induxit, quod non ex ordine naturae, sed ex causae utilitate mutavit: et pro Cornelio primo refutata sunt crimina, quae secuta sunt tribunatum, post ad ipsum tribunatum recursus est factus, quae dispositio artificialis,
507 ut diximus, nominatur. In Verrem autem naturalem temporum ordinem tenuit, ut primum quaesturam, tum legationem, deinde duas ei praeturas obiceret, servata temporum ratione: quam, nisi causae repugnet utilitas, necessario persequemur. At ubi maiora quaeque potissimum et invidiosiora purganda sunt, ab his sumitur refutationis exordium, ut pro Cluentio coniecturae partibus expeditis ad praescriptionem legis accessit, ordine videlicet commutato, ne, si Cluentium legis adsertione defenderet, fugere causam diffidentia videretur.

508 31. Duabus his officii partibus absolutis elocutionis cura est intimanda: quae cum constet in singulorum animadversione verborum, hoc ab eloquentiae nomine separatur, quod illa totius operis oratorii virtus est, haec pars habetur officii, cuius Cicero duo quasi fundamenta, duo dicit esse fastigia. Fundamenta Latine loqui planeque dicere, quorum unum Grammatice loquente didicistis, cum eius vobis insinuata subtilitas est: fastigia vero sunt copiose ornateque dicere, quod non ingenii, sed laboris est maximi, exercitationis etiam diuturnae, qua non solum uberior, sed illustrior quoque facultas adquiritur.

509 Huius rei duplex ratio est: una, qua in singulis verbis lumen appareat, altera, ut dignitas eloquendi copulationis ipsius decore servetur. In singulis vero verbis aut proprium aut translatum mutuatumque conquiritur. Propria sunt vetusta praecipue; nam cum et proceres vel nescirent haec dicendi ornamenta vel appetere non auderent, propriis utebantur. Sed quia verborum veterum iam exolevit usus, non sunt audacius usurpanda illa, quae cum aetate mutata sunt. Itaque alucinari et cerritum et caperatum similiaque praetereuntes utemur his, quae consuetudo recipiet, nec tamen sordidis, nisi cum rei sententiaeque vis exigit, ut, cum Cicero volens crudelitatis invidiam facere ait ᶜgurgulionibus exsectis

36 p. Tullio 10, 21.

5 cooptamus $B^1R^1$ 6 factum est *E* 8 prima $B^1$, *an* primum? 11 ei *b*: et *BDER* 12 obicerit *E* 13 persequemur *BER*: prosequemur *D*(?)*v*ς 16 commutatio $B^1R^1$ defenderet *BR*: non defenderet *DEv* defenderet et $B^1$ 22 fundamenta sunt *v*ς grammatica *Eb* 23 subtilitas est *DE*: est *om. B*, est subtil. *v*ς sunt ornateque $B^1$ 24 exercitationis etiam diuturnae *BDEv*: exercitatione etiam diuturna ς 27 apparet *D* 29 uerbis *nos*: rebus *BDERv*, *om.* ς 30 cum et *B*: et cum *R*, cum *E*, et *D*, tum cum *bv*ς 34 caperratum *mei* praeterientes $B^1R^1$ *immo* recepit *vel* receperit 35 ut *om. v* 36 exsectis *BER*, *ut*

p. 424. 425 C.

reliquerunt' et 'virgis plebem Romanam concidere'. Nec indecore Vergilius vitandae humilitatis aucupio lychnos pro lucernis ait. Quod si sua res propria verba non habeat, novanda sunt aut alienis uten- 510
dum. Novantur autem duobus modis verba, aut quadam fictione aut declinatione praesumpta, aut duorum quae usitata sint coniunctione composita. Finguntur maxime, cum transferimus, ut qui ποιοτητας qualitates esse dixerunt, quod nomen numquam | fuerat in Latinis, quo et auribus temperandum et insolentia fugienda, quam vitans Cicero soterem salvatorem noluit nominare, sed ait 'qui salutem dedit'; illud enim nimis insolens videbatur. Derivatione quoque fiunt verba, quae grammatici paragoga 511
nominarunt, ut dicimus: florea rura et campique ingentes ossibus albent, quod satis crispa flexione Horatius albicant dicit. His plerumque poetice utitur, licet Tullius grandiferas possessiones dicat et grandiloquos oratores.

32. Huic diligentiae subiungitur translatorum cura verbo- 512
rum, cum res aut sua non invenit verba aut cum volumus splendidius aliquid explicari. Ergo aut inopiae aut decoris causa transferuntur: inopiae, cum dicimus gemmare vitem et luxuriare segetes, laetasque perhibemus: desunt enim propria et commoditati sunt ascita: decoris vero, ut bellum subito exarsit, cum potuerit dici extitit. Et item possumus ab omnibus sensibus mutuari, ut ab oculis luce libertatis et odore legum, et silent leges inter arma: et a gustu 'o nomen dulce libertatis'. Verum non debet haec translatorum alienorumque verborum adfectatio sine moderatione captari. Nec longe petita debent esse translata, ut si dicas luxuriosam Charybdim. Vitandum quoque ne turpis sit similitudinis usurpatio, ut si dicas castratam Africani morte rem publicam, aut Clodium stercus senatus. In hoc genere transferendi etiam allegoriam poetae praecipue nexuerunt; et Cicero, cum dicit: cum senatum a gubernaculis deiecisses,

---

1 Verr. I, §. 122. 2 Aen. 1, 726. 6 Cic. Acad. I, §. 25. 8 Verr. II, §. 154. 11 Verg. Aen. 1, 430 et 12, 36. 12 Carm. I, 4, 4. 13 Phil. II, §. 101. 14 Orat. §. 20. Tusc. V, §. 29. 22 Cic. Verr. V, §. 160. p. Mil. §. 10. 23 Verr. V, §. 163. 26 ex Cic. de Orat. III, §. 164. 29 de domo s. §. 24.

---

*Grotius coniecit:* exectis *D*, eiectis *v* 2 lychinos *R* 3 quod si res uerba propria *E* 4 fictione uerborum *v* 5 sint *mei et v*: sunt *R corr. et* ς 6 ποιότητας *nos*: poeoteta *BR*, poetotheta *DE*, *ποιότητα vς* qualitates *mei*: qualitatem *vς* 7 quo modo et *b* 9 sed *B*: et *DERvς* 10 diriuatione *ER* 11 ut dicamus *E* campique uirentes *v* 12 flexione *BDERv*: inflexione ς dixit *vς* 13 poetice *Christ*: grammatice *libri* lucilius *E* glandiferas *v*, grandistras *E* 14 grandilocos $B^1D$ 17 uel inopiae uel decoris *E* transferuntur *DEb*: transferre *BR*, *fort. ex* transferimus 19 commoditati sunt *scripsi*: commodatius *B* (*sed* a *ead. m. in* i *corr.*), commodatus *R* (commodantus *corr.*), commoditas *D*, commodantur *Evς* 19 associata *b* 21 ex omnibus *E* 22 luce libertatis et odor *mei*, lux libertatis et odor *vς* 23 o *in B erasum* dulce *BERv*: dulcis *D*(?)ς 25 luxoriosum $B^1$, luxuriosum *E* 27 Africam mortuam *v* claudium *E* 29 et *BD*: ut *Eb* cum senatum *E*: senatum *BDvς*, *nisi* dicit *glossema est et sic scribendum:* et Cicero: cum senatum

p. 425 C.

populum Romanum e navi exturbasses, ipse archipirata cum grege praedonum impurissimo plenissimis velis navigares. Et in Pisonem: ut qui in maximis tempestatibus ac fluctibus rei publicae navem gubernassem salvamque in portu collocassem, frontis tuae nubeculam et collegae tui contaminatum spiritum pertimescerem? Usurpatis ergo haec similiter pluribus verbis elocutus est, quae suis fortasse angustius aut humilius diceret. Item translata quodam modo sunt, quae aut ex parte totum aut ex toto partem aut ex uno plures monstrant aut ex pluribus singula. Ex parte totum, ut in puppim ferit, aut me isdem parietibus tuto esse tecum pro eadem domo. Hunc tropum metonymian grammatici memorarunt, catachresin etiam Graeci, quam nos abusionem dicimus, ut cum perhibemus
513 naturam deorum pro substantia. In coniunctis vero verbis orationisque contextu servanda sunt haec, ut constructio coagmentata et conclusio perfecta proveniat et quodam schemate dictio venustetur.

514 33. Iam compositionis praecepta percurram, cuius vitium maximum est, hiulcas et asperas, frenos etiam, iotacismos, mytacismos, labdacismos, homoeoprophora, dysprophora et polysigma non vitare, vel cuiuslibet literae assiduitatem in odium repetitam, ut: sale saxa sonabant, et: casus Cassandra canebat.

Mytacismus est, cum verborum coniunctio M literae assiduitate colliditur, ut si dicas mammam ipsam amo quasi meam animam. Labdacismus, ubi L plurimum dissonat, ut si dicas:

Sol et Luna luce lucent alba leni lactea.

Iotacismus, ut si dicas: Iunio Iuno Iovis iure irascitur. Polysigma, ubi S litera crebrius geminatur: Sosia in solario soleas sarciebat suas. Homoeprophoron est, cum dicitur:

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Dysprophoron, ut si quis dicat: persuasitrices, praestigiatrices

---

3 §. 20 10 Verg. Aen. 1, 115. Cic. Cat. I, §. 19. 11 ex Cic. Orat. §. 93 sq. 19 Verg. Aen. 5, 866. 20 ibid. 3, 183. 28 Ennii Ann. v. 113 Vahl.

---

1 arcipirata $B^1$ 2 impurissimo *nos*: impurissimum *BDEv*, impurissimus *b*, impurissimorum ς 3 quibus maximis *E* 4 nauim *v*ς 5 nebetulam *E* 6 haec similiter *BDE*: his similiter *v*, his similibus *b*, haec simul *Eyssenhardt* 7 suis propriis *D* augustius $B^1$ 10 ferit *mei*: ferit unda *v*ς eisdem *E*, hisdem *BR* toto $B^1$ 11 metonymian *B*: metonymiam *Ev*ς memorarunt *BD*: nominarunt *R*, memorant *E*, memorauerunt *v* 12 ut est *b* 13 deorum naturam *E* 14 coaugmentata *v* 17 asperas *BDER*: asperas uoces *v*ς moetacismos *BER*, moutacismos *D*, metacismos *v*ς *et sic v. 21* 18 omoeoprofora $B^1R^1E$, omoeoproforan *Db* dysprophora *nos*: *om. BDER*, Dyspropheron *v* polisigma *E*, polysigmia *BDR*, *fort.* polysigmata 20 casandra $B^1DE$ 21 moetacismus *BDE*, moetacismos *R* M *add. in B sup. lin.* 22 amo *b*: ama *BDER* 23 Labdacismus est *Ev*ς sonat *E* 25 iotacismus est *E* ioui *b* polysigmia *B*, Pilosigmia *E* 26 geminatur ut *DEb* sosia *B corr. ex* socia 27 homoeoproforon (omoe. *b*) *Eb*, omoeaproferon *B*, omoeoproferon *R* 28 tati *om.* $B^1$ 29 disproforon *ERb*, disproferon *BD* est ut *D* praestrigiatrices *b*

atque inductrices strigae. Asperae inter paenultimum ultimumque 515
verbum maxime vitandae, cuius ex|emplum est, si dicas: phaleras ablatas gratis, aut si iuret auriga per lora, per flagella, per frena. Hiulcae sunt, cum in ea parte, quam diximus, similes vocales ac similiter longae conlisam hiantemque structuram faciunt, ut si quis dicat, suscepisse se liberos secundo omine, et ut Tullius pro Milone ait auctoritate publica armare. Quod quidem artem dissimulans plerumque appetit voluntate.

34. Vitandum similiter ne in eodem loco tres aut quattuor longas 517
brevesque continue ponamus neve in notissimos versus et maxime heroicos structura fundatur iambicosque versus, quamvis eos Cicero non evitet, cum dicit ‘senatus haec intellegit, consul videt’, et heroici versus finem vel initium non declinet, cum dicit ‘o miserum cui peccare licebat’, et in Academicis ‘latent ista omnia, Varro, magnis obscurata et circumfusa tenebris’, et in Verrinis plenum versum *ne* una quidem syllaba mutilum fuderit, cum dicit ‘cum loquerer, tanti fletus gemitusque fiebant’. Nec finem vitavit elegiaci, sicut ait ‘oderat ille bonos’: incurrit etiam in hendecasyllabi phalaecii petulantiam, dum dicit ‘successit tibi Lucius Metellus’. Hic tamen vir et longo opere et ipsa sui maiestate defenditur; ceterum in clausulis vitiosissimum reperitur. Animadvertendum autem ne, cum similitudinem versus effugimus, bonam clausulam transeamus, ut si timeas dicere ‘strepitumque plagarum’, cum pla longa sit et bonam clausulam fecerit.

Vitandum etiam eodem loco cacemphaton vel interpositione vel com- 518
mutatione verborum; inhonesta enim exempla sunt, ut ‘arrige aures Pamphile’, ut est: ‘atque ereptae virginis ira’; in his enim sordescit oratio. Vitandi etiam freni, qui fiunt ex asperrimis literis in unum concurrentibus, ut est Terentii in Hecyra:

Per pol quam paucos reperias meretricibus
fidelis evenire amatores, Syra.

Et ab isdem literis incipientia, ut est: Non fuit istud iudicium iu-

---

2 Cic. Verr. IV, §. 29. 6 §. 2 12 Catil. I, §. 2. 15 Verr. IV, §. 110. 14 Acad. II, §. 122. 19 Cic. Verr. III, §. 43. 22 Verr. V, 162. 25 Ter. Andr. V, 4, 31. 26 Verg. Aen. II, 413. 29 I, 1, 1. 31 Cic. p. Cluent. §. 96.

---

1 strigae *scripsi*: triges *B*, tigres *DRbς*, tygres *Ev* penultimum ultimumque *mei* (*sed R* poenaeult.): penultimam ultimamque *vς* uerbum *BDER*²: uerborum *R*¹*vς* 2 est ut si *v* adlatas *E* 5 faciunt *Eb*: faciant *BDRvς* 6 secundo *om. E* omine *b*: homine *BDER* 8 uoluptate *B*¹ 10 continuo *D* maxime in *b* 11 iambico|*** uersus *B*, inter iambicosue uersus *b* 14 magis *mei et v* 15 ne *addidit Christ* 16 syllabã utillum *B* fuderit *mei*: fudit *vς* 17 elegi sicut ait *BD* (*sed B* ait *), elegiaci cum dicit *E*, *fort.* elegiaci cum ait 18 endecasyllabi *BDE* falleucii *B*, phaletii *D*, phaleucii *E* cum dicit *E* 20 magestate *B*¹ 22 que *om. B*¹ 24 eodem *mei*: in eodem *vς* cacenfaton *BD*, cacenfatem *R*, eacenfaton *E* 26 ut est atque ereptae *mei*: atque: ereptae *edd.* 27 freniq; fiunt *B*¹ 28 ut est *mei*: ut est illud *vς*, *fort.* ut et haecyra *BD*, haecira *R*, echira *E* 29 repperies *E* 30 fideles *DEbvς* 31 eisdem *E*, hisdem *BR* istum *B*¹*R*¹

p. 426. 427 C.

dicii simile, iudices. Et in eadem desinentia, ut fortissimorum, proximorum fidelissimorumque sociorum, in eodem vitio habentur. Item penitus fugiendum breves syllabas continuare quamplures, ut est illud Sereni:

Perit, abit avipedis animula leporis.

519 35. His breviter intimatis pedes sunt asserendi, quibus clausulae decenter aptentur: quos quidem Cicero quadam permixta confusione perturbat, dum dicit, modo ditrochaeo concludendum, modo paeonem primum probat incipientibus, modo finientibus, modo dochmium, qui constat ex brevi, duabus longis, brevi et longa, cuius exemplum posuit 'amicos tenes'; item amphimacrum pedem et rursum dactylicum numerum laudat: modo anapaesticum, modo dithyrambum laudat, nec tamen certa sententia est. Ego tamen compendiosiora percurram, ut in hac silva quibusdam videar praeire tramitibus.

520 In monosyllabis inspiciendum, utrum finalis longa brevisne sit; si enim longa est, praeire debet trochaeus, ut est Ciceronis 'non scripta, sed nata lex', aut 'debet esse legum in re publica prima vox', quae tamen pendente sensu apta conclusio. At vero si brevis fuerit monosyllaba, iambus aut anapaestus antecedat, ut ait Sallustius: tota autem insula modica et cultibus variis est. Brevem vero brevis aut longam longa non sine vituperatione sectatur, ut si dicas 'ista res mea est', aut contra, quod Cicero | pro Ligario: non tu eum patria privare, qua caret, sed vita vis: quod voluntate orator, non errore composuit. Verum hoc de monosyllabo superius praeceptum in colo melius collocamus aut commate, non in fine sententiae.

521 36. Dissyllaba vero iambico numero non iure clauduntur, vel si paenultimus spondeus, mox iambus aptetur, ut si dicas 'tenui servos meos', aut pyrrichius pro iambo, ut: 'consul videt'. At bona clausula est ex

---

7 Orat. §. 215 sqq. 16 p. Mil. §. 10. 19 ex Hist. lib. III. 22 §. 11.

---

1 *immo* in easdem 4 istud *D* 5 perit abit auipedis *J. C. Scaliger (poet. II, 39):* perit auita uipedis (*vel* ui pedis) *BDR*, perita uitaui pedes *E*, Perit Avipedis *v* 8 ditrocheo ionicum concludendum *v* 9 finientibusque modo $B^1$, finientibus quomodo *E*; *fort.* finientibus quartum, modo *cf. Cic. de Orat. III, §. 183:* Atque illi philosopho *(Aristoteli)* ordiri placet a superiore paeone *(i. e. ab eo, qui a longa syllaba oritur)*, a posteriore finire. docimium *mei*, Dochimum *v* 11 anphimacrum *B* rursus *vς* modo anapaest. — laudat *om. E*, *quod colon utique malis abesse* dytyrambicum *R* (*corr.* dytyriambicum), d**ı*ambum *B*, deutiambum *D*, deuteriambicum *v*, detirambicum *b*, *sed manu recentiore; quid scripserit Capella, prorsus incertum est; nam in Ciceronis Oratoris loco, qui ob oculos versatus est, ut per se intellegitur, nulla talis pedis fit mentio; neque huc trahendus est locus Cic. de Orat. III, §. 185, ubi de numero dithyramborum, non de pedibus dithyrambicis agitur; illud tamen in incerto relinquimus, num ex illo loco noster interpolationem traxerit; ait enim ibi Cicero, ex anapaesto proceriorem dithyramborum numerum efflоruisse.* 12 sententia *mei*: scientia *vς inepte* 15 inspiciendum est *D*(?)*vς* 16 ut est *BER*: est illud *D*(?)*vς* 18 sensui $B^1v$ apta est *b* 20 uariis *mei*: inanis *v* 22 eum *DERbv*: enim *B*, ergo *libri Tulliani* 26 concluduntur *E* uel si *BE*: sed si *vς*

p. 427 C.

iambo et spondeo vel ultimo trochaeo, ut si quis dicat ‘patria continet bonos cives’, vel ‘asserat caput legis’. Cavendum est autem, ne aut duo iambi aut iambus et pyrrichius in fine ponantur, ut si quis dicat ‘pugnare iuvenes pro parentibus suis’; cavendum etiam, ne pyrrichius post pyrrichium veniat et quattuor breves faciat, ut si quis dicat ‘perdidi bona mea’, aut post pyrrichium trochaeus spondeusve, ut si dicas ‘conqueritur sua facta’, aut ‘imputat sibi demens’. Sed et trochaeus et iambus vel pro iambo post trochaeum pyrrichius malam clausulam faciunt; hoc enim finem elegiaci pentametri turpiter reddit. Quid enim interest, utrum dicas ‘omnia nempe vides’, an vero dicas ‘aspice facta mea’. Bene autem ponuntur vel duo trochaei vel trochaeus et spondeus in fine clausulae, ut si quis dicat ‘haec est bonorum civium magna cura’, aut ‘haec sunt, quae maximi principes sola curant’.

37. Trisyllabis clausulam terminantibus lex est, si modo eam velis 522
molliter fluere, ut trochaeo praecedente paenultimo molossus subsequatur, sive longam habeat novissimam syllabam sive brevem iure metrico, ut illud est Tullii: mare fluctuantibus litus eiectis. Fit autem pessima clausula, si pro trochaeo paenultimo spondeum praelocaveris, ut si dicas ‘mare fluctuantibus, rupes eiectis’: item pessima, si pro trochaeo pyrrichium praemiseris, ut si dicas ‘mare fluctuantibus, apex eiectis’. Item vitiosa est conclusio, si novissimi molossi prima syllaba brevis fiat, quamvis trochaeo rite praemisso; tunc enim heroicum comma nascitur, ut si qui dicat ‘litus amicis’. Item bona clausula fit, si pro novissimo molosso ionicus minor ponatur post trochaeum, ut si dicas ‘mare fluctuantibus, litus agitanti’. Sed in hac clausula cavendum, ne pro trochaeo paenultimo spondeus ponatur; nam tunc, si solveris tertiam molossi, in vitium cadis, quale incidit Cicero, cum dicit: si te semel ad meas capsas admisero. Si autem paenultimo trochaeo mediam molossi solveris, pulchram clausulam feceris, ut si dicas: ‘litus Aemiliae’: item trochaeo paenultimo pulchre etiam tertia molossi resolvitur, ut si dicas: ‘litus aequabile’. Item, si trochaei paenultimi longam solverimus et primam molossi ultimi, fit elegans clausula, ut est ‘*curas regere animorum*’. ***

17 p. Rosc. Am. §. 72. 27 div. in Caec. §. 51.

1 uel si *b* 2 asserat *mei*: asserit *vς* 3 pyrrhicius *B et sic plerumque* 4 pro parentibus suis parentibus $B^1$, properantibus suis parentibus *D* 5 faciat *BD*: fiat *E* 6 spondius $B^1$ facta *BDE*: fata *vς* 8 causulam *B*, *item v. 11, 14 et 28* hoc $R^2$: hunc *BDER*$^1$*vς* elegia*ci*penta metri*tur piter *B* 13 curant.DE TRISYLLABIS *mei* 15 penultimam *v* 19 fluctibus $B^1$ 20 apex *mei*: apis *vς* 22 si qui *B*: si quis *Ebvς* litus *om.* $B^1$ 27 admise $B^1$ 29 pulchra $B^1$ 31 soluerimus *mei*: solueris *vς* 32 curas regere animorum *DEb*: *om. BR. In B sic pergitur in eodem versu:* clausula ut est ironia est simulatio; *adiectum in marg. manu paulo recentiore* DE FIGVRIS. *Nobis exploratum videtur hic complura intercidisse; nam primum transit auctor noster ad figurarum enumerationem, ne ullo quidem verbo de figuris ipsis praemisso; deinde, quamquam totum caput ex Aquila Romano fere ad verbum exscriptum est, tamen incipitur a septima figura, sex prioribus, quae Aquila habet, praetermissis; certissimum denique signum*

p. 427. 428. C.

523 38. *Εἰρωνεία* est simulatio, in qua aliud verbis significamus, aliud re ipsa sentimus, ut est principium pro Ligario: Novum crimen, Gai Caesar. *Παράλειψις* est praeteritio, cum *quasi* praetermittentes quaedam nihilo minus dicimus. *Ἀποστροφή* est in aliquem districta conversio, frequens apud Ciceronem ac nobilis figura. Hoc est, cum in aliquem sic convertimus actionem, ut ex ea iudices doceamus. *Διαπόρησις* est addubitatio, qua figura utimur, cum veluti dubitantes ab ipsis iudicibus inchoamenti consilium postulamus, ut est pro Cluentio: Equidem quo me ver|tam, iudices, nescio. Et pro Cornelio: pugnem contra nobilissimorum hominum studia, consilia rationesque eorum ape-
524 riam? et cetera. *Ἐρώτημα* est interrogatio, qua figura utimur, cum interrogando aliquid acerbamus et exaggeramus eius invidiam. *Πύσμα* est quaesitum, quae figura a superiore eo differt, quod interrogato una voce tantum responderi potest, quaesito autem nisi pluribus responderi non potest, ut cum dicimus: Qua igitur ratione bellum geremus? quae auxilia nobis parata erunt? quis erit qui subvenire velit, cum tam acerbe socios tractaverimus? *Διατύπωσις* est descriptio vel deformatio, cum rebus personisque subiectis et formas ipsas et habitus exprimimus, ut Tullius pro Milone: Si haec non gesta audiretis, sed picta videretis et *deformat* Milonem in reda sedentem paenulatum cum uxore, item Clodium cum equo et delectis villa egredientem, et cetera. *Ἀντεισαγωγή*, contraria inductio. Haec figura est, cum aliquid difficile est et contrarium conferimus, ut Cicero de rege Ptolemaeo: difficilis ratio belli gerundi, at plena fidei, plena pietatis, et
525 cetera. *Διασυρμός* est elevatio vel † impressio. In hac figura ludentes quae dicuntur ab adversariis dissolvimus, qualis est in Mureniana totus

---

1 Caput de figuris ex Aquilae Romani libri §. 7—46 sumptum est. 2 p. Lig. §. 1. 8 §. 4. 9 p. Corn. II, 1. 19 §. 54. 23 fr. de rege Alex. 3, 4. 26 §. 25 sqq.

---

*lacunae est illud, quod in optimis codicibus, BR, praecedens caput in media oratione abrumpitur, unde facile apparet exemplum, quod in codd. dett. legitur* curas regere animorum *aliena manu adiectum esse. Ceterum locum non integrum esse iam primus editor senserat; nam in v hoc colon interpositum est:* Sententiarum autem figurae hae sunt, *quae lectio, quamquam in melioribus codd., ut in quattuor meis, non invenitur, tamen usque ad nostram memoriam propagata est. Eius loco habent DE titulum* DE FIGVRIS SENTENTIARVM, *in R, ut in B,* DE FIGVRIS *in marg. adiectum est.* 2 Gai *mei*: C. *v* 3 Paralemsis *mei* quasi *Aquila* §. *8: om. libri* 4 *immo* destricta 5 hoc *mei*: haec *vς*; *cf. p. 429, 2* ad aliquem *b* 6 Diaphoresis *DE* dubitatio *DEb* 8 ut est *mei et v*: *om.* ς 10 hominum voluntates? studia *etc. Aquila, ut in Capella quoque scribendum est, nisi error est ipsius* cogitationesque *Aquila* 12 acerbamus *nos*: aceruamus *BD*, coaceruamus *Evς*, *cf. supra ad p. 25, 19* aggeramus $B^1$ Physma *E* 13 interrogato *Ruhnkenius (ex Aquila)*: interroganti *codd. et* ς 14 tantummodo *D* quaesito *mei*: quaestio *v* 19 si haec nunc gesta audistis facta uideretis et milonem *libri; emendavit et supplevit Grotius ex Aquila* 20 rheda *vς* 21 et dilectis *Db*, et electis *E* 22 Antisegoge *BER*, Antisigoge *D* 23 ptolomeo *mei* 24 gerendi *Evς* pietas *E* et cetera *om. Evς* 25 diasirmos *BR*, diasismos *DEv* impressio *libri, immo* inrisio, *v. Aquil.* §. *15* ludentes *Ruhnk. ex Aquila*: laudantes *codd. et* ς 26 ab *om.* $B^1$

p. 428 C.

ille in Sulpicium locus de iure civili. *Μετάστασις* est transmotio quaedam: hoc est, cum rem a nobis alio transmovemus, sed non ita, ut ibi totam causam constituamus; alioquin status incipit esse, non figura.

39. Hactenus de sententiarum figuris, nunc ad elocutionum figuras 526
transeamus. Sed volo breviter memorare, quot genera sint elocutionis quotque modis ea utendum sit. Est igitur familiaris omni narrationis generi, quam Graeci *εἰρομένην λέξιν* appellant: quae ita conectitur, ut superiorem elocutionem semper proxima consequatur: ea historiae convenit et narrationi, et non conversum neque circumscriptum eloquendi genus desiderat, sed fusum atque continuum, ut illa sunt in Miloniana: occidi, occidi non Spurium Maelium, quod annonae levandae iacturis, et cetera. Est alia, quam *περίοδον* Graeci appellant, quae sententiam 527
quadam circumscriptione definit atque determinat, quale est in Caeciniana: Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro iudiciisque impudentia valeret, non minus nunc Aulus Caecina cederet Sexti Aebuti impudentiae, quam tum in vi faciunda cessit audaciae. Quae multis constat ex membris, quae *κῶλα* Graeci dicunt, et ex caesis, quae *κόμματα* appellant. Membrum 528
est pars orationis ex pluribus verbis absolute aliquid significans, hoc modo: Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere. Caesum autem est pars orationis ex duobus aut pluribus verbis, nondum quicquam absolute significans: quamquam caesam dicamus orationem, cum singula verba quodvis significantia proferuntur, ut est: Quis est iste Lollius, qui sine ferro ne nunc quidem tecum est? Quis est ille Lollius, armiger Catilinae, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, percussor, lapidator curiae? Et in Verrinis: Comites illi delecti manus erant tuae, accensi, medici, aruspices, scribae manus erant tuae. Verum superior periodos constat ex duobus membris et ex tribus et ex quattuor, interdum et sex; quamvis ex uno membro putent nonnulli posse compleri,

---

10 §. 72. 14 §. 1 20 p. Mil. §. 1. 24 Cic. de domo sua §. 13. 27 II, §. 27.

---

1 locus in sulpicium *E* Metastasis *BR*: Metathesis *DEvς* transmutatio *DEb* 6 ea modis *E* omni *nos*: omnis *libri* 7 *εἰρομένην Rob. Stephanus (ad Aquil. 18)*: epimonem *BR*¹, epimonen *DER*², *ἐπιμονή v* conectuntur *Db* 8 consequatur *nos*: consequantur *mei*, sequatur *vς*, *item Aquila p. 27, 18* ea historiae *nos ex Aquila*: et hist. *libri* 10 sed fusum *Ruhnkenius*: defusum *BR*¹*D*, difusum *R*²*b*, diffusum *E*, sed diffusum *vς* occidi occidi *Bv*: *om. E*, occidi *DRb* 11 melium *mei* quod *mei*: qui *Cic. et Aquila* annonae lenandae iacturis *libri mendose, fort. ex* annona leuanda et iact., annona leuanda iacturisque *Cic. et Aquila* 12 et cetera *om. E* periodan graeci *E*, Graeci *περίοδον vς* 13 determinant *E* 14 in agro locisque *nos*: in alogis quae *B*, in alocisa *R*, in agris locisque *DEvς* 15 iudicis *E* 16 sextii *E* ebutti *B*, butii *E* quantum *mei* 18 ex *om. E* 22 nondum quicquam *Aquila*: dum quicquam *BDv*, aliquid *E*, nondum aliquid *ed. Kopp.* significamus *v* 23 orationem dicamus *vς* 24 iste *E*: *om. BDv* Lolli *v* 26 lapidator fori depopulator curiae *plenius Aquila §. 18, ubi v. adnot.* 28 scribae tuae erant manus *vς* 29 periodus *ς* membris ex *E*

p. 428. 429 C.

quam *μονόκωλον περίοδον* appellant, cum sit colon potius. Optima igitur oratio fiet, si nunc ex ambitu periodico, nunc ex illa | continuatione perpetuae elocutionis aptetur, nonnumquam caesis interrupta fuerit, aliquando
530 colon consociet. Differt autem figura locutionis a figura sententiae hoc, quod sententiae figura inmutato verborum ordine *manere potest: at vero* 5 *figura elocutionis ipso verborum mutato ordine* manere non poterit, quamvis plerumque fieri potest, ut sententiae figura coniungatur cum elocutionis figura, ut in ironia, quae figura est sententiae, epanaphora permiscetur, quae est elocutionis.

531 40. Sunt igitur figurae elocutionis aliae ad ornandam tantum et quasi 10 pingendam orationem accommodatae, quibus nunc utimur. *Ἀντίθετον*, id est compositum ex contrariis, cum verba pugnantia inter se paribus vocibus colliduntur, vel paria paribus opponuntur, ut est Ciceronis: Domus tibi deerat, at habebas; pecunia superabat, at egebas: aut si dicas: in pace ad vexandos cives acerrimus, in bello ad 15 expugnandos hostes inertissimus. *Ἰσόκωλον*, aequatum membris, quod fit non pugnantibus inter se verbis, sed paribus exaequatis, ut si dicas: Classem speciosissimam et robustissimam instruxit, exercitum pulcherrimum et fortissimum legit, sociorum maximam et fidelissimam manum comparavit. *Πάρισον*, prope 20 aequatum. Haec figura differt a superiore, quod ibi omnium membrorum verba paria sunt numero, hic uno vel altero addito in quovis loco cetera
532 excurrunt. *Ὁμοιόπτωτον*, simile casibus; nam ex eo nomen accepit,

---

13 vulgo fragm. Scaur., at v. ad p. 30, 1.

---

1 quam *nos*: quem *libri* 3 nonnumquam *Ruhnk. (ad Aquil. §. 19)*: nonnullam *BR*[1], nonnulla *DER*[2]*b*, nonnullisque *vς* fuerit *mei*: cum fuerit *vς* 4 colon consocietur *E* (*non* consocietur, *ut ait Kopp*): colo consociet (consentiet *D*) *BDRv*, colo consocietur *Grotius* 5 ordine uerborum *D* immutato uerborum ordine manere non poterit *mediis omissis BR; supplementum in codd. reliquis factum videtur ac potius ex Aquila sic scribendum:* quod sententiae figura inmutato verborum ordine [manet nihilo minus, elocutionis autem inmutato verborum ordine] manere non poterit. 7 potest *BRv*: possit *DEς* figura coniugatur *E*, figura coniungantur (coniug. *D*) *BDR* (*sed* n *in R punct.*), figurae coniungantur *v* 10 ornandum *Dbς* quasi ad *DR*[2] 11 commodatae *mei et v* *ante* quibus *est in vς interpolatio*: aliae uero ad significationis uim intimandam, *quod glossema abest a BDER. Capella autem Aquilam satis incuriose exscripsit; illius enim oratio §. 21 coepta, in qua primum figurarum elocutionis genus describit, cum paragrapho demum tricesima continuetur, hoc praeterviso Capella nihil nos docuit, ad quam rem alterum figurarum elocutionis genus accommodatum esset, non illud quidem* ad significationis vim intimandam, *ut putabat interpolator Capellae, sed* ad accendendam pugnam et ad orationem vehementiorem reddendam. *Accedit quod verba* quibus nunc utimur *non ad posterius genus, sed ad prius, de quo nunc ipsum agitur, referenda sunt, ut apparet ex Aquila §. 21 extr.* 12 id *om. E* oppositum *Kopp cum Ruhnkenio* repugnantia *Grotius* 13 ut est ē ciceronis *B*[1] 15 acerrimus — inertissimus *bv*: acerrimos — inertissimos *mei* 16 expugnandos *Eb et codd. Aquilae*: pugnandos *BDRv*, *fort.* depugnandos 17 non pugnantibus *nos*: non in pugnantibus *libri* 18 extruxit *mei et v*, *em. Ruhnk. ex Aquila* 19 exercitum et *E* 20 felicissimam *E* 21 distat *D* omnium membrorum uerba *Ruhnkenius*: omnia membrorum genera *BEv* 22 cetera *libri*: pariter *Aquila recte*

p. 429. 430 C.

quod cola omnia in eosdem casus cadunt, ut est: huic socios vestros criminanti et ad bellum vos cohortanti et omnibus modis ut in tumultu essetis molienti. Ὁμοιοτέλευτον, simili modo determinatum: differt a superiore, quod illud et casu et sono simili postrema verba determinat, hoc vero soni tantum similitudine sub quacumque verbi enuntiatione componitur. Παρονομασία, levis inmutatio verbi ac nominis, id est, cum syllaba aut littera mutata diversa significat, ut si dicas: praetor iste vel potius praedo. Πλοκή, id est copulatio, in qua idem verbum aut nomen continuo positum diversa significat, ut est: sed tamen ad illam diem Memmius erat Memmius. Παλιλλογία, iteratio. Haec figura repetito verbo aut nomine non diversa vult intellegi, sed vehementius repetita significat, ut est: nos, nos, dico aperte, nos consules desumus. Ἐπανάληψις, repetitio. Haec figura a superiore distat, quod illa eadem parte orationis repetita coniungitur aut uno alterove verbo interposito, at haec non una parte orationis, sed prout libuerit sociatis verbis, ut est: non potest iam, non potest haec libera civitas esse.

41. Anadiplosis est reduplicatio † optime, cum ea, quae in priore 533
membro postrema ponuntur, in posteriore prima repetuntur, ut est illud Terenti:

Negat hanc sibi cognatam Demipho?
hanc Demipho negat esse cognatam?

Προσαπόδοσις, redditio orationis, id est, cum nomen in postrema parte membri aut eadem quaecumque pars orationis redditur, ex qua idem membrum coepit, ut si dicas: tibi calamitates imputare debet res publica, tibi. Ἐπαναφορά, relatio, quotiens per singula membra ea- 534
dem pars orationis repetitur, hoc modo: Verres calumniatores apponebat, Verres de causa cognoscebat, Verres pronuntiabat. Ἀντιστροφή, conversio. Haec figura hoc differt a superiore, quod

---

9 Cic. fragm. p. 468 Or. (1). 12 or. Catil. 1, §. 3. 21 Phorm. 2, 3, 5. 27 secundum Cic. Verr. II, §. 26.

---

2 et ut omnibus modis in *E* 3 molienti *Ruhnkenius*: uolenti *mei et vς* 4 illud *v*: *om. mei* et *ante* casu *om. D* 6 Paronomosia *B*, Paranomasia *E* 7 dicas *v*: dicat *mei fort. ex* dicatur 8 iste *Ruhnkenius (ad Aquil. 27)*: est *mei et vς* id est *BDv*: est *E* 9 nomen bis continuo *Aquila* §. *28* 10 illum *Aquila* erat Memmius *om. mei, add. Grotius ex Aquila* Palinlongio *B*, Palinlogion *DE*, Palinlogio *v* 12 nos non dico aperte *E*, nos aperte *BD* nos *ante* consules *om. B* 13 Epanalempsis *B*, Epanalemsis *DE* est repetitio *Evς* 15 una parte *BDv*: una parte interposita *Ebς* 16 non potest (*post* iam) *om. E* 18 *malim* id est reduplicatio *nos*: replicatio *libri* optime *BDER*: optima *bvς*, *fort.* fit (*vel* inducitur) optime 19 repetantur *D* 20 Terentii *Ebς* 23 Proapodosis *mei* redditio raditionis $B^1R^1$, redditi orationis *DE* 25 tibi *BR*: publica tibi *Dbv*, publicas tibi *Eς* immutare (inmotare *E*) deberes publica (publicas *E*) *BDER*, imputare debes Respublica *v* 26 tibi *addidi e Capella* est relatio *Ebς* 27 opponebat *v* 29 est conuersio *Eς* distat *D*

p. 430 C.

*in* illa ab eadem parte orationis saepius incipitur, hic in eadem terminatur, ut est pro Fonteio: Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimae copiae e Gallia, equites numero plurimi e Gallia. *Συμπλοκή*, conexio: nam et incipit saepius ab una parte orationis, et totiens in unam eandem desinit, ut est: Quis legem tulit? Rullus: quis decemviros quos voluit creavit? idem Rul-
535 lus. *Πολύπτωτον* ex pluribus casibus, *quod*, cum saepius initium ab eadem parte orationis fiat, illa ipsa pars declinationibus aut numeris immutatur per casus, ut est: Senatus iussit, senatui placuit, senatum certum est praecepisse, a senatu delectus est. *Συνωνυμία* est communio nominis, quotiens uno verbo non satis dignitatem rei aut magnitudinem demonstramus, ideoque ad eandem significationem plura conferimus. *Ταυτολογία* est eadem pluribus verbis significatio: hoc differt a superiore, quod ibi singulis verbis eadem res, in hoc plurimis
536 significatur. *Κλῖμαξ* est ascensus, ut est Ciceronis pro Milone: neque vero se populo solum, sed etiam senatui commisit, neque senatui modo, sed etiam publicis praesidiis et armis, neque his tantum, verum etiam eius potestati, cui senatus totam rem publicam commiserat. *Ἀσύνδετον* est solutum, cum demptis coniunctionibus, quibus verba aut nomina conectuntur, singillatim unumquodque enuntiamus, ut est: Expecto vim edicti, severitatem praetoris, faveo aratori, cupio octuplo damnari Apro-
537 nium. *Διεξευγμένον* disiunctum appellamus, cum diversis redditionibus verborum cola disiungimus, sive duo sive plura, hoc modo: Capuam colonis deductis occupabunt, Atellam praesidio communient, Nuceriam, Cumas multitudine suorum optinebunt, cetera oppida praesidiis devincient. † *Ἀντεξευγμένον* iniunctum. Haec figura a superiore hoc differt, quod ibi singulis membris singula diversa redduntur, hic plura in uno coniungimus, ut est: quorum ordo ab hu-

---

2 ex parte amissa 4, 8. 5 secundum Cic. de lege agr. II, §. 22. 15 §. 61. 21 Cic. Verr. III, §. 28. 24 Cic. de lege agr. II, §. 86.

---

1 in illa *nos*: illa *libri*, ibi *Aquila* incipitur *BDR*: incipit *Evς* hic *B*: haec *DERbvς* 2 frumenti *addidit Grotius*, *sed post* numerus 4 Synploce *BR*, Symphoce *E* 5 *post* tulit? Rullus *colon* Quis tribus sortitus est? Rullus *videtur excidisse* 7 quod *addidi* 9 Senatus iussit] *in hoc exemplo Capella Aquilam, ducem suum, reliquit* 17 praesidiis *Cic. et Aquila:* sociis *libri* 18 etiam *om. D* 19 Asyntheton *Ev* cum demptis *nos*: cum ademptis *E*, ut ademptis *B*, ut ademptis *DRbvς*, ubi ademptis *coni. Kopp, lectione in E non memorata* 20 singillatim *mei*: singulatim *vς* 21 unumquemque $B^1$ enontiamus *D*, nuntiamus *BEv* 22 precoris *E* aratori *Cicero*: oratori (ratori *D*) *Aquilae et Capellae codd.* cupio supplico octuplo *mei et v*; *nos* supplico *delevimus* Apronium *BE*: Aphronium *Dvς* 23 diezeumenon *B*, dieteumenon *D*, die. Zeumaenon *E* 25 Atellam *v*: tadelam *BDE* 26 numeriam *BDE* Cumas *Aquila*: cum hac *BDEvς* sociorum *D* 27 deuincient *Bv*: deuincent *DEb* Antizeugmenon *Bv*, Antezeumenon *D*, Antizeumaenon *E*, Epezeugmenon *Grotius; at v. ad Aquilam p. 36, 14* 28 hoc *v*: *om. BDE* diuersa *BDv*: uerba *Eb* 29 in unum *E*

p. 430. 431 C.

mili, fortuna a sordida, natura a turpi ratione abhorret: hoc enim postremum abhorret praedicta coniunxit. *Πλεονασμός* est plus necessarium, cum verba quaedam adicimus non enuntiandae rei necessaria, sed † magnitudinis cumulandae, ut si dicas Cato ille; cum suffecerit nomen dixisse, ad amplitudinem adicimus ille. *Ἔλλειψις* est detractio, contraria superiori figura, cum verbo aliquo minus dicto rem sentiendam potius praeterimus, ipsa celeritate gratissima. Hae sunt elocutionis figurae, quas quidem non oportet velut studiose copulatas in unius conceptionis sententiam conglobari.

42. Nunc ordo praecepta memoriae subministrat, quam quidem con- 558
stat esse naturalem, sed et arte adiuvari posse non dubium est; haec autem ars brevibus praeceptis, sed magna exercitatione formatur. Cuius partis hoc munus est, ut non tantum firma, verum etiam celeri comprehensione res verbaque percipiantur. Tenenda vero sunt | non ea tantum, quae a nobis inventa sunt, sed etiam quae ab adversario in agendo tractata sunt. Simonides huius rei praecepta invenisse perhibetur, poeta idemque philosophus. Cum enim convivii locus subito conruisset nec possent propinqui obtritos internoscere, discumbentium ordinem nominaque memoria recordante suggessit: quo admonitus intellexit ordinem esse, qui memoriae praecepta conferret. Is vero in locis inlustribus meditandus est, in quibus species rerum sententiarumque imagines collocandae sunt, veluti nuptiarum velatam flammeo nubentem aut homicidae gladium vel arma detineas: quas species locus tamquam depositas reddat. Nam id quod conscribitur cera continetur et litteris: quod memoriae mandatur in locis tamquam in cera paginaque signatur; imaginibus vero quasi litteris rerum recordatio continetur, Sed, ut diximus, magnam exercitationem res laboremque con- 559
quirit: in qua illud observari compertum est solere, ut scribamus ipsi, quae facile volumus retinere: deinde ut, si longiora fuerint quae sunt ediscenda, divisa per partes facilius inhaerescant: tum apponere notas rebus singulis oportebit his, quae volumus maxime retinere: nec voce magna legenda

---

10 hoc caput est ex Fortunatiano III, cap. 13.

---

1 a — a *addidi* sordida nitorpiratione *B*, sordida turpi ratione *DEv*; natura *add. Ruhnk. ex Aquila* 2 praedicta *B corr. ex* praeterea plus quam necessarium *Grotius* 3 adicimus *nos*: dicimus *libri*; *v. paulo post* adicimus ille *et Aquil. §. 45* 4 magnitudinis cumulαττα *BR*, magnitudinis cumulata *D*, magnitudinis cumulate *E*, m. cumulatae *v*, m. cumulandae *b*, magnitudini cumulandae *Grotius*, *fort.* magnitudinis cumulandae causa Cato ille *E*: antole $BR^1$, antoille $DR^2b$, Antonius ille *vς*, *fort.* M. Cato ille, *ut habet Aquila* 5 Eglipis $BR^1$, Eclipsis *b*, Ecclipsis *D*, Eclypsis *E* 6 figurae *Dbv* 7 gratissima *Ev*: gratissimi *BDR*, gratissimam *b* 12 cuius partis *mei*: cuius artis *vς* 14 percipiant *E* 15 tracta *D*, contracta *b* 17 lacus $B^1$ 20 his uero *BR* 23 locus *BR*: locis *DEbv* depositas *BDR*: depositas memoriae (memoria *bv*) *Ebvς* nam $BR^1$: nam sicut *DEbvς*, nam sic $R^2$ 24 litteris quod *B*: litteris sic quod *DER*(?)*bvς* mandatur *mei et v*: commendatur ς 27 obseruare *R* 29 inhaerescant *nos*: inhaerescunt *libri* 30 quae *B*: quas *DEvς*

p. 431 C.

sunt, sed murmure potius meditanda; et nocte magis quam interdiu maturius excitari memoriam manifestum est, cum et late silentium iuvat, nec foras a sensibus avocatur intentio. Est quidem memoria rerum atque verborum, sed non semper ediscenda sunt verba, nisi spatium meditandi tempus indulserit; sateritque res ipsas animo tenuisse, praesertim si nihil eius munere naturali provenerit.

540 43. Actionem apud veteres appellabam, quam nunc pronuntiationem vulgo dici non nescio. Ea praestat oratori, ut concilietur auditor, ut ad fidem persuasione ducatur, ut animorum motibus incalescat. Eius partes sunt tres: vox, vultus, gestus: his, ut plerique putant, cultus vel habitus oris accedit. Vox et natura constat et quadam scientia modificata servatur. In natura qualitas vocis et quantitas dispensatur: scientia
541 vero, quomodo ea utaris, assequitur, et quid oporteat observare. Bonitas vocis constat claritate, firmitate, suavitate: quae omnia nutriuntur cibi, potus, coitus observantia, praecipueque ut corpus deambulando moveatur, intra breve spatium reditu maturato: qui motus cum digestionem facilem praestat, sine dubio purgat et vocem: nimia excursio vel longa deambulando extenuat ac fatigat. Post hanc ambulationem statim nos ad studia
542 conferamus, priusque quam sit dicendum, vocem lectione coloremus. Nec ab initio clamandum, sed tenui murmure inchoandum, † quae in similem vocem possis efferre. Ad curandam autem vocem plerique pertinere dixerunt, ut sedentes paucissimos versus lenta et gravi proferant voce, deinde per gradus paulatim erigant sonum per eosdemque gradus recolligatur
543 oratio, quo sine damno ad murmur usque perveniat. Vultus vero pro sententiae dignitate mutandi sunt, sed non ita, ut histrionibus mos est, qui ora torquendo ridiculos motus spectantibus praestant; significanda enim, non spectanda sunt ista, quae actio vultusque commendat: sed oculorum in hac parte magna moderatio est, qui tum hilaritate, tum intentione, tum minaci moventur aspectu. Nec nimium gravioribus superciliis premendi aut petentibus frontem nudandi sunt oculi, quod in Pisone Tullius amare vituperat: nec mollius agitandi sunt gestus aut muliebriter latera deducenda sunt: nec iactanda deformiter cervix, ne in illas Hortensii deduca-

---

7—24 cf. Fortunat. III, c. 15 sqq. 31 in Pis. §. 14. p. Sest. §. 19.

---

2 memoria *E* nec *B corr. e* ne 3 uocatur *libri; correximus ex Fortun. p. 129, 23* 5 sateritque *nos*: saterit qui *B*, sat erit cui *Dvς*, saterit *E* tenuissem *D* 7 appellabant *E, ut coni. Grotius; nihil tamen mutandum, cum subiectum sit* Rhetorica 8 oratori *scripsi*: oratio *libri; possis etiam* orationi; *Eyssenhardtio glossema videtur* 11 uox et *BDv*: uox ex *Eb* 13 ea utaris *v*: cautaris $BR^1$, caute (cauta *b*) res $DER^2b$; *cf. Fortun. p. 130, 13* 17 purgat et uocem: nimia *distinximus*: purgat: et uocem nimia *edd.* et longa *E* deambulando $BR^1$: deambulatio $DER^2v\varsigma$ 18 deambulationem $v\varsigma$; *at v. p. 130, 22* 19 colemus *Grotius* 20 sed] sub *E* quae in similem $BR^1$: quo in similem $DER^2bv\varsigma$; *emendatio probabilis non est in promptu* 22 ut *om.* $B^1$ 26 ridiculas *E* 32 nec in illas *b*

tur inlecebras, quibus etsi venuste, tamen non videbatur uti viriliter. Ad summam gestus non is oratori tenendus est, quo scaenae placere videntur actores. Manus in contentionibus fusa porrectius, in sermocinatione vel narratione contracta; praecipueque in hac parte praestandum est, ut deceant cuncta, quod prudentia magis quam ulla praeceptionis huius arte servatur.

44. Iam nunc ordo admonet promissorum, ut partes orationis excurram, quas quidam subtilius duas, alii quinque, nonnulli plures esse dixerunt. Qui autem duas asserunt, unam, qua docemus iudices, aliam, qua movemus, advertunt, et in docendo tam narrationem quam confirmationem partis adscribunt, in movendo autem prooemium et epilogum nexuerunt, quia et initio praeparandus est et commovendus sententiam prolaturus auditor. Qui vero quinque dixere partes, rationalem ordinem persecuntur; nam est exordium, narratio, propositio, argumentatio, peroratio. 544

45. Exordium est oratio noscendae causae praeparans auditorem: eius virtutes sunt tres, ut attentum, ut docilem, ut benevolum faciat auditorem. Attentum facimus, si magnam rem geri, si novam, si publicam aut plurimorum dicimus: docilem, si de causa aliquid strictim quo instruamus iudicem proferatur: benevolum aut a re aut a persona facimus, a persona autem aut nostra aut iudicum aut adversariorum. A nostra, si quod favorabile gessimus commendamus, aut si, quod obest causae, diluimus vel extenuamus; a iudicum, si eos nobis vel ex causae ipsius blandimentis vel extrinsecus conciliamus; ab adversariorum autem persona tribus modis, si eos in odium, in invidiam, in contemptum adducimus: in odium, si scelestos crudelesve doceamus, in invidiam, si eos impotentes esse monstremus, in contemptum vero, si humiles. Verum exordiorum genera sunt duo, principium et insinuatio. Principium est, quo statim simpliciter palamque conciliamus nobis auditores: insinuatio, cum insidioso exordio iudicem circumscribimus, in quo modi sunt quattuor: primus, cum res ipsa mala est, alter, cum adversum nos iudex aliquid contraria opinatione praesumpsit aut fatigatus est, aut adclamatio vel inrisio ulla intervenit. 545 546

Ante cuncta discutiendum, quae sit forma materiae; nam sunt quin- 547

---

1 cf. Cic. Brut. §. 303.

---

2 gestus non is (his *B*) *mei*: non is gestus *vς* 4 contracta *B corr. e* contra deceat *BER* 7 ammouet $B^1$ 8 nonnulli *E*: non *BDv* plures *om. E* 11 partes *Ebvς* 12 et est initio praeparandus *E* 16 oratio *om. B* 19 plurimorum *scripsi*: plurimum *B*, plurimam *DEbvς* 21 aut a nostra *vς* iudicium *E* 22 fauor habile $B^1$ commendamus *mei*: commemoramus *vς* si quod *BER*: si quid *D*(?)*vς* 25 in (*ante* inuid.) *om.* $B^1$; in inuidiam — doceamus *om. E* 27 Uerum *mei*: Ceterum *vς* 28 principium et insinuatio *om. E* 31 aliqua *E*

p. 432. 433 C.

que: honesta, turpis, dubia, humilis, obscura. Si honesta est, aut principio non utendum aut amplificatione exordium concludendum, si turpis, insinuatione utendum, si dubia, benevolus faciendus auditor, si humilis, attentus, si obscura, docilis.

548 Insinuatio vero quattuor modis explicatur, cum aut personam rei subiectione mutamus aut rem persona aut rem re aut personam persona. Nam si in causa meretricis agendum est, rem potius iudicibus spectandam esse dicimus: aut si libertus alicuius vel cliens agat, personam patroni, non huius considerandam esse admoneamus, atque ita cetera.

549 Vitia vero exordiorum ista sunt: vulgare, quod in omnis causas cadere potest, commune, quo etiam adversarius uti potest, contrarium, quo melius adversarius uteretur, affectatum, quod aut verbis inusitatis aut rebus externis profertur, supervacuum, quod neque attentum neque docilem neque benevolum facit auditorem. Fugiendum praeterea satis longum et obscurum. |

550 46. Narrationum genera sunt quattuor: historia, fabula, argumentum, negotialis vel iudicialis assertio. Historia est, ut Livii: fabula neque vera est neque verisimilis, ut 'Daphnen in arborem versam': argumentum est, quod non facta, sed quae fieri potuerunt continet, ut in comoediis 'patrem timeri' et 'amari meretricem': iudicialis autem narratio est rerum gestarum aut verisimilium expositio.

551 Narrationis autem laudes tres sunt, ut lucida sit, ut verisimilis, ut brevis; et his contraria vitia vocantur. Lucida est narratio, si non confusa, si vera, si usitatis significationibus, si non longo circuitu rem monstremus: verisimilis, si nihil adfectate et quasi ex natura exponere videamur: brevis, si non ultra quam res exigit et prolixe fundatur assertio.

Narrationum aliae sunt ipsius causae et negotii, aliae incidentes. Ipsius causae sunt, sine quibus res quae agitur intellegi non potest: incidentes, quae aut probationis gratia aut exempli aut augendi aut invidiae aut voluptatis

552 extrinsecus afferuntur. Nonnulli quinque species narrationis esse dixerunt, ut Theodorus Byzantius Graece discernit *προδιήγησιν*, *ὑποδιήγησιν*, *παραδιήγησιν*, *ἀντιδιήγησιν*, *καταδιήγησιν*. Narrationis etiam elementa sunt sex: persona, causa, locus, tempus, materia, res. Item narrationum

---

6 utamus $B^1$, motamus *E* 7 spectandum esse dicamus *E* 8 uel *BDR*: aut *Evς* 9 considerandam esse *BDRv*: consid. esse personam *E*, consid. personam esse ς 10 sunt *om.* $B^1$ 11 potest cadere *E* uti potest — aduersarius *om. E* 12 utetur *E haud scio an recte* 14 praeterea — obscurum *BR*: praeterea ne s. l. et obscurum sit *DEvς*; *b* ne sit *addidit post* praeterea; *sequitur in BD titulus* DE NARRATIONE, *in E* DE GENERIBVS NARRATIONVM. 17 libii $B^1$ 18 daphim *B*, daphnim *Dv*, dapnin *E* uersum *Eb* 21 est narratio *E* 23 et is *B*, *fort.* et ut his contraria uitia uitentur 24 si us significationibus $B^1$ longum circumito $B^1$ 25 extra naturam *Eb* 27 incedentes *E* 28 aut augendi *codex Grotii:* aut agendi *BDRv*, agendi *Eb* 31 ΠΡΩΑΕΓΗCΙΝ ΥΠΟΔΙΝΓΗCΙΝ (ΙΝΥΠΟΔΙΝΓΗCΙΝ *R*) ΠΑΡΑΔΕΙΝΓΥCΙΝ (ΠΑΡΑΔΕΙΠΓΥCΙΝ *R*) ΙΝΓΙΑΝΑΔΕΙΗΓΗCΙΝ (ΙΝΠΑΝΑΔΕΙΝΓCΗCΙΝ *R*) ΚΑΤΑΔΕΙΝΓΗCΙΝ *BR, etiam corruptius reliqui; quarto loco vς habent ἀναδιήγησιν, cuius loco ἀντιδιήγησιν substituimus* 33 sunt VII *Eb* locus modus *E*, modus locus *b* narrationem *E*

aliae continuae, aliae partiles vocantur: continuae, quae perpetuo contextu sine ulla interruptione dicuntur: partiles, quibus vel argumentum vel digressio aliqua interponitur. Narramus autem modis sex: augentes aliquid, attenuantes, praetereuntes, admonentes, docentes, gratiam vel invidiam comparantes.

Post narrationem quidem digressionem, quam παρέκβασιν vocant, oportet adiungere, quo vel incitamus iudices vel delenimus: sed quoniam pars orationis non est et non semper arripienda est, eam placuit praeterire.

47. Propositio aut nostra est aut adversariorum aut communis: 553
nostra, ut ‘caedem obicio’: adversariorum ‘caedem me fecisse dicit’: communis ‘uter igitur nostrum caedem admiserit quaeritur’. Propositiones aut 554
principalium quaestionum sunt aut incidentium, aut simplices aut coniunctae. Simplex est † luxurialis *** ut ‘meretricem amas’. Coniunctae autem per partitionem maxime proponuntur, quae dupliciter fiunt: aut enim simpliciter quid dicturi simus ostendimus, aut ante, quid nobis cum adversario conveniat, quid in dubium vocetur, edicimus.

Propositiones aut nudae sunt aut ratione subiecta: nudae, ut ‘adfe- 555
ctas tyrannidem’: ratione subiecta, ‘adfectas tyrannidem; arma enim domi habes’. Omnes autem sumuntur aut simpliciter aut per inductionem: simpliciter, ut si dicas ‘docebo proditorem’: per inductionem, ut si superioris meminimus et sequentem introducimus, ut si dicas: ‘quoniam docui iniustam legem, docebo inutilem’. Proponimus autem aut per concessionem aut per praeteritionem: per concessionem, cum gratiam facientes eius quod diximus prius, aliquid introducimus, ut si dicas ‘concedo interim occisum, sed ab hoc interemptum nego’: per praeteritionem, cum ita transimus ad alteram propositionem, ne superiorem interim concedamus, ut si dicas: ‘Nunc quoniam docui ignominioso actionem de privatis rebus tantum negari, docebo de proditionis crimine non negari’. |

48. Partitio est, quae ordinem totius divisionis breviter conprehen- 556

---

2 partiles sunt *D* quibus *DEb*: qui *BR* 3 augentes *mei*: aut augentes *vς* 4 attenuantes *nos*: aut tenuantes *mei et vς*, *sed b* aut attenuantes admonentes *nos*: aut monentes *mei et v*, *sed* ut *B in ras.*, aut mouentes *ς* 6 quam *mei et v*: quam Graeci *ς* parecbasin *B*: parebasin *DR*, ΠΡΕΒΑCΙΝ *E*, παρένθεσιν *v* 7 delinimus *Dbvς*, delinibus *E* 10 DE PROPOSITIONE. Propositio *BDRvς* 11 aduersariorum ut *DEb* 12 ut uter *E* igitur *mei*: *om. vς* ammiserit $B^1$ propositionis $B^1E^1R^1$ aut *BE*: autem *vς* 13 incedentium *E* 14 est *mei*: ut *vς* luxurialis *mei*: luxurialis es *vς*, luxuriaris *Grotius probabiliter; post* luxur. *in B dimidius versus viginti fere litterarum erasus est;* simplex est luxurialis. composita est meretricem amas *cod. Grotii interpolate; nam ex spatio in B vacuo apparet paulo plus deesse* ut *BER*: *om. D*(?)*vς* 16 simus *nos*: sumus *libri* 17 et quid in *b* 18 ratione subiecta *B*: rationes subiectae $R^1$, rationi subiectae *DEbvς* adfectas tyrannidem *D*: adfectasti tyrannidem *BERvς*, *sed B* adfectas tityrannidem 19 ratione subiecta *BR*: rationi subiectae *Evς*, *addito* ut *in E* adfectasti *libri* 21 dicas *mei*: dicam *vς* 22 iniusticiam *E* 23 autem aut per *BE*: aut *om. vς* 29 proditionibus $B^1$, prodictionis *E* 30 DE PARTITIONE. Partitio *BDvς*

p. 434 C.

dit, ut est pro Quintio: Negamus te bona Publii Quintii possedisse ex edicto praetoris. Et primo sic incipit: nullam causam fuisse postulandae proscriptionis. Huic subicit: nec ex edicto possidere potuisse; ad extremum: nec possessa esse. Haec, inquit, tria cum docuero, perorabo. Animadvertis corpus totius orationis per haec liniamenta digestum esse. Talis autem debet esse partitio, ut singulae partes eius plurimas quaestiones in se contineant; nam si fuerint et per incidentes quaestiunculas derivata, onerabitur ipsa partitio, et ex hoc rebuntur iudices rerum copiam fugiendam. Ideo et Tullius in eadem Quintiana sic partitus est, ut singula capita plures quaestionum articulos continerent. Etenim primum illud ‘non fuisse causam postulandae proscriptionis’ vide quanta contineat: ‘quod pecunia debita Sexto Naevio non fuerit et aliter agi oportuerit: quod Quintius vadimonium non deseruerit’; secundum, ‘quod ex edicto possidere non potuerit, quod et procuratorem habuerit et absens defensus sit et non latitaverit et ceteri creditores quieti sint’: et ‘quod ante missum sit, ut fundo communi expelleretur, quam proscriptio eius imperaretur’: et ‘quia vi de saltu sit deiectus, contra quam praetor iusserit’. His igitur manifestum est intra partitionem quaestiones esse ponendas, quae in exsecutione sint evulgandae, ut iudex et nobis attentus fiat et promissorum copia non gravetur. Illud etiam inspiciendum, quae nobis cum diversa parte conveniant, quae in controversiam devocentur: et ea quae conveniunt, tunc enumeranda, si nobis prosunt, ut Cicero pro Marco Tullio ait: Damnum passum esse Marcum Tullium convenit mihi cum adversario; vi hominibus armatis rem gestam esse non inficiantur; a familia P. Fabii commissam negare non audent: iam dolo malo factum sit ambigitur. Vides ergo hic in partitione a concessis duxisse, quod sibi proderat.

557 49. Argumentatio est elocutio, qua argumenta ipsa verbis exsequimur, argumenta vero, quibus causa probatur. Argumentatio dividitur in duas partis: in confirmationem et reprehensionem. Argumentorum ge-

---

1—5 §. 36. 23 locus omissus est in edd., quae tantum habent similem Victorini p. 209, 25 sqq. 29 caput est ex Fortunatiano, II, 23 et 24.

---

1 quinti *BE* 3 nec ex *b*: ne ex *BDEv* 6 haec *mei*: haec tria *vς* 7 fuerint *BRv*: fuerit *DEς* 8 et *mei et v*: *om.* ς incedentes *E* diriuata *ER* 9 rebus $R^1$, *item* $B^1$, *ut videtur*, rebuntur *om. D* fugient *D* 10 capitula *b* 11 causam *Bv*: causa *DER* 12 continet *E* dedita *D*, debito *E* 13 quintios $B^1ER^1$ 14 quod ex *Dv*: quem ex *BER*, quae ex *b*; *lectio manifesto corrupta fort. sic emendanda est:* Etenim primum illud ‘non fuisse causam postulandae proscriptionis’ vide quanta contineat ... secundumque illud ‘ex edicto possidere non potuisse’, quod *etc.* 16 quieti *mei*: quintii *bv* 17 vi de saltu sit deiectus *scripsi*: uide uita (ui**ta, *ex* uisita *ut videtur B*) sit eiectus *mei*, ui deiectus sit *vς*; *cf. or. p. Quint.* §. *28 et 79* 20 euulgandae *scripsi*: deuulgandae *BDERvς*; diuulgandae *b* 23 pro M. Rullo *v* 24 M. Rullum *v* 25 ui *BDER*$^2$: ut $R^1b$ 26 iam *mei et v*: an ς 27 ergo hic $R^1$: ergo hac $R^2$, ergo hoc *BEvς*, hoc ergo *D* 29 DE ARGUMENTATIONE. Argumentatio *libri*

p. 434. 435 C.

nera duo sunt: artificiale et inartificiale. Sed artificiale locos principales habet quattuor: ante rem, in re, circa rem, post rem. Ante rem vero dividitur in locos septem: a persona, a re, a causa, a tempore, a loco, a modo, a materia. In re autem loci sunt duodecim: a toto, a parte, a genere, ab specie, a differentia per septem circumstantias (qui locus recipit in se etiam a maiore ad minus et a minore ad maius), a proprio, a definitione, a nomine, a multiplici appellatione, ab initio, a progressione vel profectu, a perfectione vel consummatione. Circa rem loci sunt de- 558
cem: a simili, cuius species sunt quinque: exemplum, similitudo, fabula, imago, † id est verisimile, quod de comoedia sumitur; addunt quidam et apologos, ut sunt Aesopi. Ergo circa rem locos exequar, qui sunt a dissimili, a pari, a contrario, per positionem et negationem, ad aliquid, quod figuratur casibus quattuor, genetivo, dativo, accusativo, ablativo: ab inter se collidentibus per habitionem et amissionem, a maiore ad minus, a minore ad maius, a praecedenti, ab eo quod simul est, vel a coniunctis, a consequentibus. Post rem loci sunt duo: ab eventu et a iudicato. Sunt 559
alii loci *ἀπὸ τῆς συζυγίας*, id est a coniugatione sive a coniugatis, quod quasi iunctum est personae qualitati, ut si eum, qui hostilia sentiat, hostem esse dicamus. Item a qualitate, ut 'si iracunde | fecit, sine ratione fecerit': a quantitate, ut 'si servus est, eodem modo factum sit': a coniunctis, id est, *ἀπὸ τῶν* † ΠΤΟCΕΟC *καὶ συνθέτων*, ut fasces et toga, sella curulis magistratuum ornamenta sunt. Item partitio est, id est *διαίρεσις*, per omnes circumstantias, id est cum partimur per personas, tempora et cetera, quae varietas grata discriminat.

50. Inartificialia argumenta dividuntur in praeiudicia, in rumo- 560

25 — p. 490, 11 = Fortunatianus II, c. 25.

1 principales habet *mei*: habet principales *v*, principales *om.* ς 3 in loco septima persona $B^1$ 4 sunt XIII *D* 5 a specie *v*ς 6 etiam in se *D* adproprio $B^1$ 7 ad progressionem uel profectum *libri (etiam D, de quo mentitus est Koppius), em. Kopp e Fortunatiano p. 115, 24* 8 a profectione *v* ab initio (ad initium *b*) uel consummatione *BEv*, uel consummátione ad initium *D*; *glossam sustulit Koppius ex Fortun.* 9 quinque *B*: quattuor *vel* IIII *DEv*ς exemplo $B^1$ 10 idē (id est *Ev*) *libri*, item *Kopp*, exemplum uerisimile, id est quod de comoedia sumitur *Fortunatianus*, *unde incertum fit errorne sit Capellae an librariorum; nec* idem *nec* item *quadrare apparet, sed potius videtur aut* exemplum *eius loco quod est* idē *scribendum esse aut, si Capella erraverit,* uerisimile id est *transponendum esse* 12 positionem *scripsi ex Fortunatiano*: propositionem *libri, sed* prosotionem $R^1$ 13 genitiuo *vel* geñio *libri* 14 habitionem *BDv*: hambitionem *R*, habitationem *Eb*, habitum *Kopp* 15 simul *nos ex Fortunatiano*: simile *libri* 16 *immo* uel a consequentibus, *ut habet Fortunatianus* sunt et alii *E* 17 apo tes synzugias *B et sic fere reliqui* coniunctione $R^1$, *ut libri Fortunatiani* 18 ut ** si eum *B*, si *om. Ebv*ς 19 a *om.* $B^1E$ *immo* s. ratione fecit *et deinde* factum est 20 si seruus est] *v. ad p. 116, 14* coniugatis *b* 21 id *om.* $B^1$ ΑΠΟΤΟΝΠΤΟCΕΟC ΚΑΙ CYNCETON (*vel* CYNEETON, *b* CYNTETON) *libri, ἀπὸ τῶν πτώσεων κ. σ.* ς, *fort. ἀπὸ τῶν προσόντων etc.* fasces lictores toga *recte Fortunatianus* et sella *E* 22 partitio est (pariitio * ē *B*, partitionem *R*, partitione *D*) id est dieresis (dieresin *DER*) *BDER*: a partitione id est *ἀπὸ τῆς διαιρέσεως* vς, *ut utique est apud Fortunatianum p. 116, 17, sed videtur potius Capella errasse* 23 per *om. v* 25 Inartificialia argumenta *nos (cf. p. 116, 22)*: Inartificialia artificia *mei*, Inartificialia *bv*ς romores *E*

p. 435 C.

res, in tormenta, in tabulas, in ius iurandum, in testes: quae similiter quemadmodum et artificialia tractat orator. In argumentis autem cavendum est, ne in aliqua parte nobis noceant, ne inter se discrepent, ne vulgaria sint, ne cum adversario communia, ne alte repetita aut supra dignitatem causae aut infra dignitatem.

De confirmatione breviter memoravi; nunc reprehensionis praecepta videamus. Reprehenditur enim actio adversarii aut redarguendo, cum aut totum argumentum aut partes eius contra facere monstrabimus, aut repugnando, cum docemus falsa esse pro veris assumpta vel ex his non effici, aut compensando, si contra argumentum, quod adversum nos est, aliud opponamus.

561 51. Quaestionum duo sunt genera: dicitur enim *προηγουμένη*, quae a nobis inducitur ut confirmetur; ab adversariis autem, quae infertur et repellenda est, dicitur *ἀναγκαία*. Verum superior quaestio, quae a nobis infertur, modis fit duobus, ut aut singillatim separatae inducantur aut plures coniunctim. Inducimus autem eas varie: aut per simplicem propositionem aut per partitionem aut per figuras, quas dianoeas dicunt: qui locus multiformis est; nam paene tot sunt occasiones inducendae quae-
562 stionis in hoc genere quot sunt figurae sententiarum. Fit enim aut per solutionem, id est *κατ' ἀνάλυσιν*, aut per adiectionem aut per praeteritionem aut per concessionem aut per reprehensionem aut per seiunctionem, id est *ἀφορισμόν*, aut per admonitionem aut per dissimulatam propositionem aut per repetitam aut per instructam aut per partitam aut per similitudinem superioris quaestionis aut responsionis, aut per inversionem, id est, cum primam illam quaestionem tractamus, quae secunda est, dein quae prima.

563 52. Etiam eam quaestionem, quam adversarii intulerint, isdem modis refutare possumus, et adicere solemus, cum aliquid aut obscure adversarius posuerit, aut augendi potius causa dixerit quam probandi, aut cum *per*

---

12 — p. 491, 10 = Fortunat. II, c. 26 sq.

---

1 in (*ante* ius) *om.* $B^1E$ 4 nec alte *Eb* *immo* petita; *cf. p. 116, 28* aut supra *B corr. ex* asupra 7 aduersarii cum aut *E* redarguendo *v*: remarguendum $BR^1$, remarguendo $DER^2b$ 8 monstrauimus $B^1ER$ 10 non aliquid effici *D*; *fort.* ex his sumta non effici; illa ex his non e. *Eyssenhardt* offici *R* compensando *bv*: compensandum *mei* 12 *praemissus est titulus* DE QUAESTIONIBUS *in BR, in E* DE QUAESTIONUM GENERIBVS proegumenos *libri* 14 est dicitur *Db*: est igitur *B*, est *E*, est igitur dicitur *vς* quaestio quae a nobis *BD*: quae a nobis quaestio *Evς* 15 singulatim *Evς*; singulae separatim *Fortunatianus* 16 inducimus *nos*: ducimus *libri* 17 partionem *E*, praeparationem *codd. Fortunatiani* 19 enim aut *D*: enim et *BEvς* 20 solutionem *mei et v*: resolutionem ς cata anteloesin *BE*, catantelixin *D*, *κατὰ διάλυσιν v* aut per adiectionem *libri ante* id est *ἀφορισμόν habent, secundum Fortunatianum transposuit Koppius* et per praeter. $B^1$ 21 aut per reprehensionem *om. codd. Fortunatiani* 23 aut per repetitam *non habet Fortunatianus nec verum videtur* aut instructam *B* 25 *immo* primo *ut habet Fortunatianus vel* primum *cum Grotio* dein quae prima, etiam eam *mei*: dehinc primam. Et eam *vς* 27 intulerint *BE*: intulerunt *vς* hisdem *BR*, eisdem *E* 28 rei futare possumus et abdicere *E* 29 augendi *BDE*: agendi *Rv* per hypopho-

*hypophoran* gradum facimus nostrae propositionis, aut cum adversarii propositionem in nostram partem convertimus, quam peristrophen vocamus, aut cum secunda proposita quaestione primam tractamus. Et hoc faciendum, vel cum elegantiam varietatis adfectamus, vel cum prima quaestio adversus nos valde facit et non est in primo loco ponenda. In hypophora cavendum est, ne plene et copiose ponatur, quamquam aliquando irridendi adversarii causa, *si hoc augeat,* de quo nulla quaestio est, exaggeranda a nobis est, *aut* ut quod discrepat ostendamus. Hypophorae tribus modis imminuuntur, adiectione verborum, immutatione, detractione. Hypophora est autem intentio adversae partis, anthypophora responsio eius.

53. Anacephalaeosis est veluti a capite causae brevis repetitio quae- 564
stionum. Anacephalaeosi non semper utendum est, sed quando aut partitionem fecimus aut quando in multas quaestiones causa processit, ita tamen, ut summam cuiusque, non partes partium retexamus. Qua quidem utemur etiam in alia parte orationis, cum iudicis | memoria fortasse succumbet, quae res tunc ἐπιμερισμός vocatur. Anacephalaeosis tamen nulla pars orationis est, sed epilogi quaedam portio.

Epilogus enim tres partes habet, enumerationem praedictam, in- 565
dignationem, quam δείνωσιν dicimus, miserationem, quam οἶκτον vel ἔλεος memoramus. Sed dinosis ex locis argumentorum; nam his non tantum res probamus, verum etiam augemus: sed conquestio, id est miseratio, isdem ex locis argumentorum sumitur, quibus et indignatio. Peroratione tamen non in fine tantum orationis utendum, sed ubi materia permiserit, id est in digressione principiorum aut narrationis assiduae, sed et quaestionum nonnumquam. In epilogo generaliter observandum, ut brevis sit, si quidem commotus iudex statim dimittendus est ad sententiam proferendam, dum aut adversariis irascitur aut tuis miseretur lacrimis aut rerum afflictatione commotus est.

54. Adhuc adserenti innuit ipse Cyllenius, ut ad terminatarum coetum nubentisque transiret obsequium. Quo conspecto asserta determinans ad Philologiae consessum fiducia promptiore perrexit, eiusque verticem deo-

---

11—28 = Fortunat. II, c. 31.

---

ram *v*: *om. mei*: *cf. Fortunat. p. 117, 15* 2 perastrophen *E* 3 quaestionem *BER* 7 si hoc augeat *supplevimus e Fortunatiano p. 118, 2* quaestio quae exaggeramus *B* 8 aut *addidimus* quod discrepat (discrepet *DE*) *BDERv*: quid discrepet ϛ 9 detractatione *BR* 10 autem est *v*ϛ, est *om. D* responsio *BER*: est responsio *Dv*ϛ 13 facimus *bv* 14 cuiusque *BDRv*: cuiusque rei *E*ϛ, summa quaeque *Fortunatianus* 15 succumbet *BERv*: succumberet *D*(?)ϛ 17 partio *DE* 18 habet partes *v*ϛ 19 οἶκτον nos: yctosin *B*, ICTOCIN *Ev*, ystostin *DR*, οἰκτειρμα ϛ 20 Sed] *fort.* Sumitur *vel* Sed sumitur dinosis est *E*; *conferenda est cum hac inepta expositione accommodata Fortunatiani p. 120, 8—12* 22 isdem ex locis *nos*: his locis *libri* per orationem *E* 24 degressione *B*[1] 26 ferendam *Fortunatianus* 28 afflictatione *BD*: afflictione *Ebv*ϛ commotus st (*vel* si) adhuc *B*, commotus sic adhuc *D*, commouetur. sed adhuc *Eb*, commotus est. Sic adhuc *v*ϛ 29 innuet *B*[1] terminatarum (*scil.* disciplinarum) *b*: tminarum *B corr. alia m. 2 in* feminarum, feminarum *D*, terminorum *E*, germanarum *v*ϛ 30 nubentesque *B*[1]

p. 436 C.

sculata cum sonitu — nihil enim silens, ac si cuperet, faciebat — sororum se consortio societatique permiscuit.

566 Tandem loquacis terminata paginae
Asserta cursim, quae tamen voluminis
Vix umbilicum multa opertum fascea
Turgore pinguis insuit rubellulum.
Quod si probatur et caret fastidio,
Nonnulla promet quae novella texuit,
Diditaque fient quae vetustas praeterit:
Sin sanna typhi naris imum torseris,
Pigebit arma horruisse caelites,
Formidinisque tunc locus movebitur,
Silvane, falcem cum petis Saturniam.
At tu reclamans rhetorum *turbam* tuba
Clangore verso Tulliana percrepans
In castra abibis, quo nec osor invidens
Nec livor ater te sequatur praecluem.

---

5 fascia *Evς* 7 Qui si *BE*, Quis si $R^1$, *fort.* Quae si 8 nonuella $B^1R^1$ 9 Diditaque $BD^2$: Deditaque $D^1ERvς$ 10 typhi *E*: tyfi *B*, tifi *DR* torserit *b*; Sin sanna typhum nare sima intorserit *Heinsius ad Ovid. Metam. XIV, 95* 11 pigebat *E* 14 turbam *nos*: *om. B*, sacrum *DERbv* 16 nec *B*, *sed* ec *in ras.* 17 libor $B^1R^1$ 18 MARTIANI MINNEI (Minei *D*) FELICIS CAPELLAE DE ARTE RHETORICA (rethorica *DR*) LIBER .V. EXPLICIT *BDR*, EXPLICIT LĪB. .V. *E*.

XIV.

# EX CASSIODORII

## HUMANARUM INSTITUTIONUM PARS QUAE DE ARTE RHETORICA AGIT.

*A* = codex Wirzeburgensis saec. VIII vel VIIII.
*B* = codex Bambergensis saec. VIII.

# DE RHETORICA.

1. Rhetorica dicitur *ἀπὸ τοῦ ῥητορεύειν*, id est copia deductae locutionis influere. Ars autem rhetorica est, sicut magistri tradunt saecularium literarum, bene dicendi scientia in civilibus quaestionibus. Orator igitur est vir bonus dicendi peritus, ut dictum est, in civilibus quaestionibus. Oratoris autem officium est apposite dicere ad persuadendum, finis persuadere dictione, quatenus rerum et personarum condicio videtur admittere in civilibus quaestionibus: unde nunc aliqua breviter assumemus, ut nonnullis partibus indicatis paene totius artis ipsius summam virtutemque intellegere debeamus. Civiles quaestiones sunt secundum Fortunatianum artigraphum novellum, quae in communem animi conceptionem possunt cadere, id est, quas unus quisque potest intellegere, cum de aequo quaeritur et bono.

2. Partes igitur rhetoricae sunt quinque: inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio.

Inventio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quae causam probabilem reddunt. Dispositio est rerum inventarum in ordinem pulchra distributio. Elocutio est idoneorum verborum ad inventionem accommodata perceptio. Memoria est rerum et verborum animi firma perceptio. Pronuntiatio est ex rerum et verborum dignitate vocis et corporis decora moderatio.

3. Genera causarum rhetoricae sunt tria principalia:




Demonstrativum genus est, cum aliquid demonstramus, in quo est laus et vituperatio. Deliberativum genus est, in quo est suasio et

11 lib. I, 1 p. 81, 9.

2 APOTYRETOREUIN *A*, apotur hetoreuin *B* 5 bonos dicenti *A* 8 ammittere *A* 20 et *om.* $B^1$ 24 in laudem et uituperationem *B* in praemii acceptione *B*

dissuasio. Iudiciale genus est, in quo est accusatio et defensio vel praemii petitio et negatio.

4. Status vero dicitur ea res, in qua causa consistit; fit autem ex intentione et depulsione. Status causarum aut rationales sunt aut legales. Rationales secundum generales quaestiones sunt quattuor:

sed, quemadmodum ipse se Cicero emendans in libris de oratore dicit, translatio inter legales accipi debet status; nam et Fortunatianus ait. Nos translationem tantum modo legalem accipimus. Cur ita? quoniam nulla translatio, id est praescriptio, potest esse sine lege.

Legales sunt quinque: scriptum et voluntas, leges contrariae, ambiguitas, collectio sive ratiocinatio, definitio legalis.

5. Coniecturalis status est, cum factum, quod ab alio obicitur, ab adversario pernegatur. Definitivus status est, cum id quod obicitur non hoc esse contendimus, sed quid illud sit adhibitis definitionibus adprobamus. Qualitas est, cum qualis res sit quaeritur; et quia de vi et genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur. Translatio est, cum causa ex eo pendet, quod non aut is agere videtur quem oportet, aut non cum eo quicum oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua poena oportet. Translativa dicitur constitutio, quod actio translationis et commutationis indigere videtur. Iuridicialis est, in qua aequi et recti natura et praemii aut poenae ratio quaeritur. Negotialis est, in qua quid iuris ex civili more et aequitate sit consideratur. Assumptiva est, quae ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit. Concessio est, cum reus non id quod factum est defendit, sed ut ignoscatur postulat, quod nos ad paenitentes probabimus pertinere. Remotio criminis est, cum id crimen quod infertur ab se et ab sua culpa vi et potestate in alium reus demovere conatur. Relatio criminis est, cum ideo iure factum dicitur, quod aliquis ante iniuria lacessierit. Conparatio est, cum aliud

---

7 ipse se *A*: prese *B*, *ut videtur in loco admodum obscurato* 12 apsoluta *A* 18 uoluptas *B* 21 id quo $B^1$ 23 approbamus *A* 25 translatio est *om. B* pendit cum aut non his *A* 26 aut non — oportet *om. B* 27 oporteat *AB* translatio adicitur *A* 29 iuriludicialis *B* 31 asumptiua *B*, *et sic plerumque* 34 probabimus *B*, *sed* bi *punctatum; an ex* probauimus? 37 iniuriam *B corr.* lacessitus sit *B*

aliquod alterius factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret illud quod arguitur dicitur esse commissum. Purgatio est, cum factum quidem conceditur, sed culpa removetur. Haec partes habet tris: inprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est, cum et peccasse se reus confitetur et tamen ut ignoscatur postulat, quod genus perraro potest accidere.

6. Scriptum et voluntas est, quando verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere. Legis contrariae status est, quando inter se duae leges aut plures discrepare noscuntur. Ambiguitas est, cum id quod scriptum est duas aut plures res significare videtur. Collectio est, quae ratiocinatio nuncupatur, quando ex eo quod scriptum est aliud quoque, quod non scriptum est, invenitur. Definitio legalis est, cum vis verbi quasi in definitiva constitutione in quo posita sit quaeritur. Status ergo tam rationales quam legales a quibusdam certius XVIII connumerati sunt; ceterum secundum rhetoricos Tullii XVIIII reperiuntur, propterea quia translationem inter rationales principaliter affixit status: unde se ipse etiam Cicero, sicut superius dictum est, reprehendens translationem legalibus statibus applicavit.

7. Omnis controversia, sicut ait Cicero, aut simplex est aut iuncta: et si iuncta erit, considerandum est utrum ex pluribus quaestionibus iuncta sit an ex aliqua conparatione. Simplex est quae absolutam continet unam quaestionem hoc modo: 'Corinthiis bellum indicamus an non': iuncta est ex pluribus quaestionibus, in qua plura quaeruntur hoc pacto: 'utrum Carthago diruatur an Carthaginiensibus reddatur an eo colonia deducatur. Ex conparatione utrum potius aut quid potissimum quaeritur ad hunc modum: 'utrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia, ut quam maximae contra Hannibalem copiae sint.

8. Genera causarum sunt quinque: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causae genus est, cui statim sine oratione nostra favet auditoris animus: admirabile, a quo est alienatus animus eorum qui audituri sunt: humile est, quod neglegitur ab auditore et non magnopere adtendendum videtur: anceps est, in quo aut iudicatio dubia est aut causa et honestatis et turpitudinis particeps, ut benevolentiam pariat et offensionem: obscurum, in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa cernitur implicata.

9. Partes orationis rhetoricae sunt sex: exordium, narratio, partitio, confirmatio, reprehensio, conclusio. Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem. Narratio est rerum

16 de Inv. I, §. 16. 18 de Inv. I, §. 17.

3 tres *B* 8 legis *A* 11 aliud — scriptum est *B*: *om. A* 12 indefinitiua *B* in quo *nos*: in qua *AB*; *post* in qua *in B* significatione *m. s. suprascriptum est* 14 cummunerati $B^1$ 16 inde *Isid. II, 6, 11* 17 statubus *B* 23 loconia $B^1$ 24 *ante* utrum *in B* cum *s. l. m. 2 additum est* 26 maxime *A* annibalem *B* 28 opscurum *A* 31 est *om A* 34 cernitur implicata *B*: implicata est *A*; *cf. Isid. II, 8, 2*

gestarum aut ut gestarum expositio. Partitio est quae, si recte habita fuerit, inlustrem et perspicuam totam efficit orationem. Confirmatio est, per quam argumentando nostrae causae fidem et auctoritatem et firmamentum adiungit oratio. Reprehensio est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur aut elevatur. Conclusio est exitus et determinatio totius orationis, ubi interdum et epilogorum allegatio flebilis adhibetur.

10. Haec licet Cicero, latinae eloquentiae lumen eximium, per varia volumina copiose nimis et diligenter effuderit et in arte rhetorica duobus libris videatur amplexus, quorum commenta a Mario Victorino composita in bibliotheca mea vobis reliquisse cognoscor: Quintilianus tamen doctor egregius, qui post fluvios Tullianos singulariter valuit implere quae docuit, virum bonum dicendi peritum a prima aetate suscipiens per cunctas artes ac disciplinas nobilium litterarum erudiendum esse monstravit, quem merito ad defendendum totius civitatis vota requirerent. Libros autem duo Ciceronis de arte rhetorica et Quintiliani duodecim institutionum iudicavimus esse iungendos, ut nec codicis excresceret magnitudo, et utrique, dum necessarii fuerint, parati semper occurrant. Fortunatianum vero doctorem novellum, qui tribus voluminibus de hac re subtiliter minuteque tractavit, in pugillari codice apte forsitan congruenterque redegimus, ut et fastidium lectori tollat et quae sunt necessaria competenter insinuet. Hunc legat qui brevitatis amator est. Nam cum opus suum in multos libros non tetenderit, plurima tamen acutissima ratiocinatione disseruit: quos codices cum praefatione sua in uno corpore reperietis esse collectos.

11. Rhetorica argumentatio ita tractatur




Argumentatio dicta est quasi argutae mentis oratio. Argumentatio est

29 II, 29 p. 118, 33.

1 expositio aut ut gestarum *B* 2 est *om. B* 5 elebatur *B* 10 in *A*: a *B* *ut videtur* tamen *B*: etiam *A* 11 flubios tullanus *B* 12 a *om. B* 14 duos. $A^2$ 15 iudicabimus *A* 18 suptiliter *A* 19 pungilari *B*, *sed* n *expuncta* redigimus *A* 23 repperietis *A* 21 ita *om. A* 31 sententiabili *B* 34 argutae mentis *B corr. ex* argumentis

enim oratio ipsa, qua inventum probabiliter exequimur argumentum. Inductio est oratio, quae rebus non dubiis captat assensionem eius cum quo instituta est, sive inter philosophos, sive inter rhetores, sive inter sermocinantes. Propositio inductionis est quae similitudines concedendae rei necessario unius inducit aut plurium. Inlatio inductionis est, quae et assumptio dicitur, quae rem, de qua contenditur et cuius causa similitudines habitae sunt, introducit. Conclusio inductionis est, quae aut concessionem illationis confirmat aut quid ex ea conficiatur ostendit.

12. Ratiocinatio est oratio, qua id de quo est quaestio compro-
bamus. Enthymema igitur est, quod latine interpretatur mentis conceptio, quam inperfectum syllogismum solent artigraphi nuncupare. Nam in duabus partibus haec argumenti forma consistit: quando id, quod ad fidem pertinet faciendam, utitur syllogismorum lege praeterita, ut est illud: 'si tempestas vitanda est, non est igitur navigandum'. Ex sola enim propositione et conclusione constat esse perfectum, unde magis oratoribus quam dialecticis convenire iudicatum est. De dialecticis autem syllogismis suo loco dicemus.

13. Convincibile est quod evidenti ratione convincit, sicut fecit Cicero pro Milone: Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse nolitis. Ostentabile est, quod certa rei demonstratione constringit, sicut Cicero in Catilinam: hic tamen vivit: vivit? immo etiam in senatum venit. Sententiale est, quod sententia generalis adicit, ut apud Terentium:

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Exemplabile est, quod alicuius exempli conparatione eventum similem comminatur, sicut Cicero in Philippicis dicit: Te miror, Antoni, quorum exempla imitaris eorum exitus non pertimescere. Collectivum est, cum in unum quae argumentata sunt colliguntur, sicut ait Cicero pro Milone: Quem igitur cum gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querella? quem iure, quem loco, quem tempore non est ausus, hunc iniuria, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitavit occidere?

---

19 p. Mil. §. 79. 21 Cat. I, §. 2. 24 Andr. 1, 1, 41. 26 Phil. II, §. 1. 29 p. Mil. 16, 41.

---

1 probauile *B* 2 que *B*, qua *A*, *fort.* quae a 6 qua rem *B* 7 adhibitae ς; *malis* inlatae, *sed* habitae *libri quoque Isidori habent* 10 *ante* Enthymema *haec habet Isidorus II, 9, 7:* Ratiocinationis modi sunt duo: primus enthymema, qui est inperfectus syllogismus atque rhetoricus, secundus epichirema, qui est in rhetoricis et latior syllogismus. 12 haec *AB*: eius *libri Isidori II, 9, 8* id] *sup. lin. in B* eo 13 finem *B* 15 et conclusione *om. B* 18 *ante* conuincibile est *haec habet Isidorus II, 9, 9, quae aegre desiderantur:* Enthymematis membra sunt V: primum conuincibile, secundum ostentabile, tertium sententiale, quartum exemplabile, quintum collectivum. 20 nolitis *B*: nolletis *A* 23 addicit *A* 25 simile *A* 26 dicit *om. B* 28 cum *B sup. lin.* 29 cum omnium gratia *libri Tulliani* 30 quaerella *A* quem tempore quem inpune *Cic.* 31 iniuria, iniquo loco, alieno temp. *Cic.*

14. Praeterea secundum Victorinum enthymematis est altera definitio. Ex sola propositione, sicut iam dictum est, ita constat enthymema, ut est illud: ‘si tempestas vitanda est, non est navigatio requirenda’. Ex sola assumptione, ut est illud: ‘sunt autem qui mundum dicant sine divina administratione discurrere’. Ex sola conclusione, ut est illud: ‘vera est igitur divina sententia’. Ex propositione et adsumptione, ut est illud: ‘si inimicus est, occidit; inimicus autem est’: et quia illi deest conclusio, enthymema vocatur.

15. Sequitur epichirema. Epichirema est, quod superius diximus, descendens de ratiocinatione latior executio rhetorici syllogismi, latitudine distans et productione sermonis a dialecticis syllogismis, propter quod rhetoribus datur. Tripertitus epichirematicus syllogismus est, qui constat membris tribus, id est propositione, assumptione, conclusione. Quadripertitus est, qui constat ex membris quattuor, propositione, assumptione et una propositionis sive assumptionis coniuncta probatione et conclusione. Quinquepertitus itaque est, qui constat ex membris quinque, id est propositione et eius probatione, assumptione eiusque probatione et conclusione. Hunc Cicero ita facit in arte rhetorica: Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causae putari; eadem enim res alii genus, alii pars esse potest, eidem genus esse et pars non potest, et cetera, quousque syllogismi huius membra claudantur. Sed videro quantum in aliis partibus lector suum exercere possit ingenium.

16. Memoratus autem Fortunatianus in tertio libro meminit de oratoris memoria, de pronuntiatione et voce, unde tamen Monachus cum aliqua utilitate discedit, quando ad suas partes non inprobe videtur adtrahere, quod illi ad exercendas controversias utiliter aptaverunt. Memoriam siquidem lectionis divinae recognita cautela servabit, cum in supra dicto libro eius vim qualitatemque cognoverit, artem vero pronuntiationis in divinae legis effatione concipiet, vocis autem diligentiam in psalmodiae decantatione custodiet. Sic instructus in opere sancto redditur, quamvis aliquantulum libris saecularibus occupetur.

---

17 de Invent. 1, 9, 12.

---

1 est *om. A* 2 prepositione *B* 10 executio rhetorici syllogissimilatitudine *B*, *corr. m. 2 in*: executio a rethoricis syllogismis latitudine 12 datur] *addit Isidorus II, 9, 16:* Hic autem constat modis tribus: primus modus tripertitus est, secundus quadripertitus, tertius quinquepertitus. epichyrematicus *B* 16 itaque est *A (ut libri Isidori II, 9, 19):* is est itaque *B*, *sed* itaque *linea subducta deletum* 17 eius *om. A* eiusque *B*: et eius *A* 21 eidem *B*, idem *A* esse *om. B* et cetera *nos*: uel cetera *AB*ς 23 in *B s. l.* 30 effa*tione *B*, *sed* ne *s. l.* cantatione *B* 31 custodit *A* instructo $B^1$, instructio *B corr.* aliquantulum *om. A.*

*Excerpta maximam partem ex Quintiliano, quae in aliquot codicibus manu scriptis inter Cassiodorii librum de grammatica et de rhetorica interposita in editionibus vulgaribus Cassiodorii rhetoricae, quasi eius sint initium, proposita sunt.*

1. Inter orationes rhetoricas opservandum ἦθος καὶ πάθος. Πάθος temporalis est animi accidentia, ut iratus, amans, ἦθος perpetua animi forma atque naturalis, ut est, dum iracundus aliquis aut orator exprimitur. Et vocatur quippe πάθος non solum quod ab irato dicitur vel amante, sed et quod iram alteri seu misericordiam, amorem seu odium commovet.

2. Quare inerudíti ingeniosiores vulgo habentur? Sunt in hac parte quae inperitos etiam naturaliter fallant. Nam et divisio cum plurimum valeat in causis, speciem virium minuit, et rudia politis maiora et sparsa compositis numerosiora creduntur. Est praeterea quaedam virtutum vitiorumque vicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur.

3. Res duas in omni actu spectet orator, quid deceat, quid expediat.

4. Artium aliae sunt positae in inspectione, id est cognitione et aestimatione rerum, qualis est astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta, quae θεωρητική vocatur: aliae in agendo, quarum in hoc finis est et ipso actu perficitur nihilque post actum operis relinquit, quae πρακτική dicitur, qualis saltatio est: aliae in effectu, quae operis, quod oculis subicitur, consummatione finem accipiunt, quam ποιητικήν appellamus, qualis est pictura.

5. Duo sunt genera orationis: altera perpetua, quae rhetorice dicitur, altera concisa, quae dialectice; quas quidem Zeno adeo coniunxit, ut hanc conpressae in pugnum manus, illam explicatae similem dixerit. Etiam disputatrix virtus erit.

6. Initium dicendi dedit natura, initium artis observatio. Homines enim, sicut in medicina, cum viderent alia salubria, alia insalubria, ex observatione eorum effecerunt artem.

7. Facultas orandi consummatur natura, arte, exercitatione: cui partem quartam adiciunt quidam imitationis, quam nos arti subicimus.

8. Tria sunt quae praestare debet orator, ut doceat, moveat, delectet. Haec enim clarior divisio, quam eorum, qui totum opus in res et in affectus partiuntur.

9. In suadendo ac dissuadendo tria primum spectanda sunt: quid sit de quo deliberetur, qui sint qui deliberent, qui sit qui suadeat rem, de qua deliberatur. Omnis deliberatio de dubiis fit. Partes suadendi sunt honestum, utile, necessarium. *Necessarium* quidam, sed Quintilianus δυνατόν, hoc est possibile, approbat.

10. Quare prooemium a Graecis dicitur? Clare partem hanc ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam sive propterea, quod

---

10 sqq. = Quintil. II, 12, 3. 16 = ibid. II, 13, 8. 17—23 = ibid. II, 18, 1 sq. 24 = ibid. II, 20, 7. 28—30 = ibid. III, 2, 3. 31 = ibid. III, 5, 1. 33 = ibid. III, 5, 2. 36 = ibid. III, 8, 15. 38 = ibid. §. 22 et 25. 41 — p. 502, 6 = ibid. IV, 1, 1—3.

---

5 *Πάθος*] ηλεος *B* (= *Bernensis n. 212 saec. X*) 6 accedentia *B* εεος *B* 8 πλεος *B* 12 et studia *B* 21 alia *B* affectu *B* 29 alium — alium *B* 37 qui sint qui suadeat *B* 38 de duobus fit *B* 39 Necessarium *addidi* 41 hanc esse ante *Quintil.*

οἶμη cantus est et citharoedi pauca illa, quae ante quam legitimum certamen inchoent, emerendi favoris gratia canunt, prooemium cognominarunt, oratores quoque ea, quae prius quam causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos praeloquuntur, prooemii appellatione signarunt: sive quod οἶμον Graeci viam appellant, id, quod ante ingressum rei ponitur, sic vocari est institutum.

Causa principii haec est, ut auditorem, quo sit nobis in ceteris partibus accommodatior, praeparemus. Id fit tribus modis, si benivolum, attentum, docilem feceris; et in reliquis partibus haud minus, praecipue tamen in initiis necesse est animos iudicis praeparare.

11. Quid differt prooemium ab epilogo?

Quidam putarunt quod in prooemio praeterita, in epilogo futura dicantur: Quintilianus autem eo quod in ingressu parcius et modestius praetemptanda sit iudicis misericordia, in epilogo vero liceat totos effundere affectus et fictam orationem induere personis et defunctos excitare et pignora reorum producere, quae minus in prooemiis sunt usitata.

12. Narratio aut tota pro nobis est aut tota pro adversariis aut mixta ex utrisque. Si erit tota pro nobis, contenti simus his tribus partibus, ut iudex intellegat, meminerit, credat, nec quicquam reprehensione dignum putet.

Notandum ut, quotiens exitus rei satis ostendit priora, debemus hoc esse contenti, quo reliqua intelleguntur.

13. Satius est narrationi aliquid superesse quam deesse; nam supervacua cum taedio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur.

14. Quae probatione tractaturi sumus, personam, causam, locum, tempus, instrumentum, occasionem, narratione delibabimus. — Multae saepe in una causa sunt narrationes.

15. Non semper eo ordine narrandum, quo res gesta est. Ἐπιδιήγησις fit ad augmentum vel invidiae vel miserationis in adversis. Initium narrationis a persona fiet: et ea si nostra est, ornetur, si aliena, infametur; et haec cum suis accidentibus ponitur. Finis narrationis fit, cum eo perducitur expositio, unde quaestio oritur.

16. Egressus est vel egressio, hoc est παρέκβασις, cum intermissa parum re proposita quiddam interseritur delectationis utilitatisve gratia. Sed hae sunt plures, quae per totam causam varios excursus habent, ut laus hominum locorumque, ut descriptio regionum, expositio quarundam rerum gestarum, vel etiam fabulosarum. Sed indignatio, miseratio, invidia, convicium, excusatio, conciliatio, maledictorum refutatio et similia, omnis amplificatio, minutio, omne affectus genus, de luxuria, de avaritia, relegione, officiis, cum sint argumentis subiecta similium rerum, quia cohaerent, egredi non videntur.

---

7—10 = Quintil. IV, 1, 5. 12—16 = ibid. IV, 1, 28. 17—20 = ibid. IV, 2, 33. 21 = ibid. IV, 2, 41. 23 = ibid. IV, 2, 44. 25—27 = ibid. IV, 2, 55. 28 = ibid. IV, 2, 83. 28—32 = ibid. IV, 2, 128 sq. 33—41 = ibid. IV, 3, 12—15.

---

2 gratumia *B* 3 exoriantur *B* 5 OIMHN *B* 9 artibus *B* 10 in *om. B* 13 in *om. B* 14 totus *B* 16 eorum *B* 18 sumus *B* 19 reprehensioni putet *B* 26 narrationem delibauimus. Multas saepe in una causa esse narrationis *B* 28 epidigisis *B* 29 uel miserationis uel in aduersis *B* 30 eam si *B* 31 accedentibus *B* 32 oriatur *B* 39 omnis afflictus *B* 40 sint] suis *B*

17. Areopagitae damnaverunt puerum, cornicum oculos eruentem: qui putantur nihil aliud iudicasse, quam id signum esse perniciosissimae mentis multisque malo futurae, si adolevisset.

18. Credibilium tria sunt genera: unum fortissimum, quia fere accidit, ut ‘liberos a parentibus amari’: alterum velut propensius, ‘eum qui recte valeat, in crastinum perventurum’: tertium tantum non repugnans, ‘ab eo in domo furtum factum, qui domui fuit’.

19. Ducuntur argumenta a personis, causis, tempore, cuius tres partes sunt: praecedens, coniunctum, insequens. Si agimus, nostra confirmanda sunt prius; tum ea, quae nostris opponuntur, refutanda: si respondemus, saepius incipiendum a refutatione. Locuples et speciosa et imperiosa vult esse eloquentia.

20. Conclusio, quae peroratio dicitur, duplicem habet rationem; ponitur enim aut in rebus aut in affectibus. Rerum repetitio et congregatio, quae graece *ἀνακεφαλαίωσις* dicitur, a quibusdam Latinorum enumeratio [dicitur], et memoriam auditoris reficit et totam simul causam ponit ante oculos, ut etiam si singula minus valebant, turba moveat; ita tamen ut breviter eorum capita cursimque tangantur. Sed tunc fit, ubi multae causae vel quaestiones inseruntur: nam si brevis et simplex est, non est necessaria.

21. Affectuum duae sunt species, quas Graeci *ἦθος καὶ πάθος* vocant, hoc est quasi mores et affectus concitatos; et *πάθος* quidem affectus concitatos, *ἦθος* vero mites atque conpositos: in illis vehementes motus, in his lenes: et *πάθος* quidem imperat, *ἦθος* persuadet; hi ad perturbationem, illi ad benivolentiam praevalent. Et est *πάθος* temporale, *ἦθος* vero perpetuum; utrumque ex eadem natura, sed illud maius, hoc minus, ut amor *πάθος*, caritas *ἦθος*. *Πάθος* concitat, *ἦθος* sedat.

22. In adversos plus valet invidia quam convicium, quia invidia adversarios, convicium nos invisos facit.

23. Nam sunt quaedam, quae si ab inprudentibus excidant, stulta sunt, cum simulamus, venusta creduntur.

24. Bonus altercator vitio iracundiae careat; nullus enim rationi magis obstat affectus, et fert extra causam plerumque et deformia convicia facere ac mereri cogit et in ipsos nonnumquam iudices incitat.

25. * * quo modo sententias, verba, figuras, colores, quae sunt occultiores quaestiones, ingenio, cura, exercitatione.

26. Coniectura omnis aut de re est aut de animo. Utriusque tria tempora sunt, praeteritum praesens futurum. De re et generales quaestiones sunt et definitae, id est et quae non continentur personis et quae continentur. De animo quaeri non potest, nisi ubi persona est et de facto constat.

---

1—3 = ibid. V, 9, 13. 4—7 = Quintil. V, 10, 16. 8 = ibid. V, 10, 94. 9—11 = ibid. V, 13, 53. 11 = ibid. V, 14, 30. 13—17 = ibid. VI, 1, 1. 20—26 = ibid. VI, 2, 8—12. 27 ibid. VI, 2, 16. 29 = ibid. VI, 3, 23. 31—33 = ibid. VI, 4, 10. 34 = ibid. VII, 1, 40. 36 — p. 504, 2 = ibid. VII, 2, 1 sq.

---

1 cornibus *B*, *fort. ex* cornicibus 2 indicasse quam ad signum *B* 4 accedit *B* 5 apparentibus *B* 11 locuplex *B* et imperiosa *om. libri Quint.* 15 renumeratio *B* 17 si per singulos *B* moueant *B* 25 utraque *B* 26 ΠΑΕΟC caritas ΝΕΟCΠΑΕΟC concitat ΝΕΟC *B* 27 In aduersarios ς 27 *et* 28 conciuium *B* 32 fret *B* 34 quomodo] quoniam *B*; At quomodo inueniemus etiam illas occultiores quaestiones? scilicet quomodo sententias, verba, figuras, colores: ingenio, cura, exercitatione *Quintil.* 39 constat *om. B*

Cum de re agitur, aut quid factum sit in dubium venit, aut quid fiat, aut quid futurum sit, et reliqua similia.

27. Amphiboliae species sunt innumerabiles, adeo ut philosophi quidam putent nullum esse verbum, quod non plura significet: genera admodum pauca; aut enim vocibus singulis accidit per *ὁμωνυμίαν* aut coniunctis per ambiguam constructionem.

28. Vitiosa oratio fit, cum inter duo nomina medium verbum ponitur.

29. Oppositiones, etsi contrariae non sint, sed dissimiles, verumtamen si suam figuram servant, sunt nihilominus antitheta.

30. Naturalis quaestio est, quae est temporalis, sicut cum quae sunt per ordines temporum acta narrantur.

---

3—6 = Quint. VII, 9, 1.

---

4 ammodum *B* 5 accedit *B*

XV.

# EX ISIDORI

## ORIGINUM LIBRO SECUNDO CAPITA QUAE SUNT DE RHETORICA.

$A$ = codex Wolfenbuttelanus saec. VIII, de quo v. Schoenemann, *Hundert Merkwürdigkeiten der Bibliothek zu Wolfenbüttel* pag. 22. *)

$F$ = codex Frisingensis num. 50, nunc Monacensis lat. 6250 saec. VIIII.

$B$ = codex Benedictoburanus n. 41, nunc Monac. lat. 4541 saec. VIIII—X.

Lectiones ex $B$ non fere adscripsimus nisi in parte quae in $AF$ deest.

*) Lectiones huius codicis perquam vitiose scripti, sed interpolationibus vacui per benevolentiam Bethmanni, bibliothecae Wolfenbuttelanae praefecti, accepimus, cum praefatio nostra iam typis expressa erat.

## I. De rhetorica.

1. Rhetorica est bene dicendi scientia in ciuilibus quaestionibus, ad persuadendum iusta et bona. Dicta autem rhetorica Graeca appellatione *ἀπὸ τοῦ ῥητορεύειν*, id est a copia locutionis; *ῥῆσις* enim aput Graecos locutio dicitur, *ῥήτωρ* orator. 2. Coniuncta est autem grammaticae arti rhetorica: in grammatica enim scientiam recte loquendi discimus, in rhetorica vero percipimus, qualiter ea, quae didicimus, proferamus.

## II. De inventoribus rhetoricae artis.

1. Haec autem disciplina a Graecis inventa est, a Gorgia, Aristotele, Hermagora, et translata in Latinum a Tullio videlicet et Quintiliano, sed ita copiose, ita varie, ut eam lectori admirari in promptu sit, conprehendere inpossibile. 2. Nam membranis retentis quasi adhaerescit memoriae series dictionis, ac mox repositis recordatio omnis elabitur. Huius disciplinae perfecta cognitio oratorem facit.

## III. De nomine oratoris et partibus rhetoricae.

1. Orator est igitur vir bonus dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus, artibus: dicendi peritus consistit artificiosa eloquentia, quae constat quinque partibus: inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione, et fine officii, quod est aliquid persuadere. 2. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit, natura, doctrina, usu: natura ingenio, doctrina scientia, usus adsiduitate. Haec sunt enim quae non solum in oratore, sed in unoquoque homine artifice expectantur, ut aliquid efficiat.

## IV. De tribus generibus causarum.

1. Genera causarum tria sunt, deliberativum, demonstrativum, iudiciale. Deliberativum genus est, in quo de quibuslibet utilitatibus vitae,

---

1 De rethorica et eius nomine *A* 2 discendi *f* sententia *A* 3 iustitia *A* bona in rerum personarumque negotio et causa *f* bona dicta. dicta *A* 4 *ἀπὸ τοῦ ῥητορεύειν nos*: apotu rethoresin *F*, apoto rethoros *A*; *cf. Cassiod. §. 1* cupia *A* 5 autem *Af*: *om. F* grammatica arti rethoricae *A* 6 enim *om. A* recti $F^1$ 8 artis *om. A* 9 aristotile ermagora *F*, aristodile ermagoria *A* 10 quintilliano *F*, *add. m. 2* et titiano 11 in prumptum *A* 12 adheriscet memoriis *A* 13 seriens *f*, *om. F* at *Christ* repositi *A* omnis elabitur *Af*: hominis eleuabitur *F* 15 oratoris *F*: artis *A* 16 uir bonus natura (*om.* consistit) *F* (uir bonus *est in ras.*) 17 moribus uita artibus *f* 18 quae *om. A* consistit *A* partibus quinque *F* 20 peritia loquendi *A* usu *AF* 25 Modi causarum tres sunt *A* iudicale *A*

quid aut debeat aut non debeat fieri tractatur: demonstrativum, in quo laudabilis persona aut reprehensibilis ostenditur: 2. iudiciale, in quo de ipsius personae facto aut poenae aut praemii sententia datur. Dictum autem iudiciale eo, quod iudicet hominem et sententia sua ostendat, utrum laudabilis praemio dignus sit, aut certe reus condemnari liberarive supplicio.

3. Deliberativum genus vocatur eo, quod de unaquaque re in eo deliberatur. Huius genus duplex est, suasio et dissuasio, id est de expetendo et fugiendo, de faciendo et non faciendo. 4. Suasoria autem in tribus locis dividitur, honesto, utili et possibili. Haec differt aliquid a deliberativa, quia suasoria eget altera persona, deliberativa interdum et aput se agit. In suasoria autem duae sunt, quae plus valent, spes et metus.

5. Demonstrativum dictum, quod unamquamque rem aut laudando aut vituperando demonstrat. Quod genus duas habet species, laudem et vituperationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur, ante ipsum, in ipsum, post ipsum. 6. Ante ipsum, ut: quae te tam laeta tulerunt saecula? In ipsum, ut: o sola infandos Troiae miserata labores. Post ipsum, ut:

In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
lustrabunt . .,
semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

7. Pari ordine e contrario et in vituperatione hominis haec forma servanda est, ante hominem, in hominem, post hominem. Locus communis ad demonstrativum vituperationis genus pertinet, quod tamen ab eo in aliquo differt; nam vituperatio, quae contraria est laudi, specialiter in certam facientis personam adhibetur. 8. Communis vero locus generaliter in acti crimine praeponitur: unde et communis locus dicitur, quia absente persona non tantum in hominem, quantum in ipsum crimen exponitur; omne enim vitium non in uno tantum, sed etiam commune in pluribus invenitur.

## V. De gemino statu causarum.

1. Status aput rhetores dicitur ea res, in qua causa consistit, id est constitutio. Graeci autem statum a contentione στάσιν dicunt, Latini au-

---

15 Verg. Aen. 1, 605. 16 ibid. 1, 597. 18 ibid. 1, 607. 30 cap. V = Cassiod. §. 3—6.

---

1 debet aut non debet *A* 2 in] eo *A* 4 iudices *A* ostendat *Af*: ostendit *F* 5 certe] *immo* contra liberarique *F*, liberaturque *A* 7 dupplex suasio est et disoasio *A* de *om. A* expetendò *f*: expectando *AF* 8 de faciendo *ed. Arevali*: *om. A*, id est de faciendo *F* 9 diuitur *AF* utile et possibile *F*, utili et possebile *A* 10 quod suasuria *A* alteram personam *AF* 11 agit *Af*: egit *F* 16 troia *A* 18 fluui *A* currunt *F* 19 lustrabunt semper *AF*: lustrabunt conuexa polus dum sidera pascet semper *codd. aliqui interpolati* 21 hominum *A* 22 in homine *F* 24 contrari est laudis *A* incertam *F*, interdum *A*, ad incertam *f* 25 uero *om. F pr. m.* 26 crimen $AF^1$ quod absentem personam tantum *A* 27 non *om.* $F^1$; non tam in h. quam *Arev.* in homine $AF^1$ 28 in plurimis *F* 31 ea *F*: et *A* constet *A* 32 statu *A* estasin *A*

tem non solum a pugna, per quam expugnent propositionem adversarii, sed quod in eo pars utraque consistat; fit autem ex intentione et depulsione. 2. Status autem causarum sunt duo, rationalis et legalis. De rationali oriuntur coniectura, finis, qualitas, translatio, de fine iuridicialis et negotialis, de iuridiciali absoluta et adsumptiva, de adsumptiva concessio, remotio criminis, relatio criminis, conparatio, de concessione purgatio et deprecatio.

3. Coniecturalis status est, cum factum, quod ab alio obicitur, ab alio pernegatur. Definitivus status est, cum id quod obicitur non hoc esse contenditur, sed quid illud sit adhibitis definitionibus adprobatur. Qualitas est, dum qualis res sit quaeritur; et quia de vi et genere negotii controversia agitur, constitutio generalis appellatur. 4. Translatio est, cum causa ex eo pendet, quod non aut is agere videtur, quem oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua poena oporteat. Translativa dicitur constitutio, quod actio translationis et commutationis indigere videtur. 5. Iuridicialis est, in qua aequi et recti natura et praemii aut poenae ratio quaeritur. Negotialis est, in qua quid iuris ex civili more et aequitate sit consideratur. Adsumptiva est, quae ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit. 6. Concessio est, cum reus non id quod factum est defendit, sed ut ignoscatur postulat, quod nos ad paenitentes probabimus pertinere. Remotio criminis est, cum id crimen quod infertur ab se et ab sua culpa vi et potestate in alium reus demovere conatur. 7. Relatio criminis est, cum ideo iure factum dicitur, quod aliquis ante iniuria lacessierit. Conparatio est, cum aliud alio quod alterius factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret illud quod arguitur dicitur esse commissum. 8. Purgatio est, cum factum quidem conceditur, sed culpa removetur. Haec partes habet tres: inprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est, cum et peccasse et consulto peccasse se reus confitetur et tamen ut ignoscatur postulat, quod genus perraro potest accidere. 9. Item ex legali statu haec oriuntur, id est scriptum et voluntas, leges contrariae, ambiguitas, collectio sive ratiocinatio et definitio legalis. Scriptum et voluntas est, quando verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere. Legis contrariae status est, quando inter se duae leges aut plures discrepare noscuntur. 10. Ambiguitas est, cum id, quod scriptum est, duas aut plures res significare videtur. Col-

---

1 solo *A* per *om. F*¹ expugnant *F* aduersariis (*om.* sed) *A*, ii sed *F in ras. habet* 2 eo pars *F*: conpar *A* consistat *BF*: consistit *A* 3 et causalis *A* 4 de fine] *immo* de qualitate iudicialis *et* mox iudiciali *AF* 5 et absumptiua *A* 6 relatio criminis *om. A* conparatio *Cassiodori libri*: conpensatio *AF*; *at v. infra §. 7* 8 est *om. A* quod ab alio *Cassiod.*: quod alio *F*, quod alii *A* ab alio pernegatur *A et f in ras.*, ab aduersario pernegatur *Cassiod.* 9 non hoc esse contenditur sed *F in ras.* (contendimus *Cass.*) 11 dum *AF*: cum *Cass.* 12 est *om. A* 13 pendit *AF*¹ aut his *A* quem oportet aut non cum eo quicum oportet *Cass.* non apud *om. A* 14 quos *F*: quis *A* *an* poena oportet? 15 dicitur *Cassiod.*: *om. AE* 16 uideatur *A* iudicialis *AF* in quo *A* et praemia *F*, aut praemii *A* 17 qua *om. A* more et *F*: more ex *A* 18 ex se ipsa *F* 19 foris — assumit *om. A* 20 est *om. F*¹ cum alio aliquod factum non est sed ut ignuscatur *(sic) A* 21 probabimus *AB*: probauimus *F* 22 a se *A* et a sua culpa *AB*, et sua culpa *F* 23 demouere *BF*: transferre *A* 24 aliquid *F*¹ iniuriae *F*, iniuriam *A* lacessierit *Cass.*: lacessitus sit *AF* aliquid *F* 25 utili *A* 27 remobetur *A* 28 cum peccasset *A* consulte *F* 29 se *om. A* ut et tamen ignoscatur *F* 30 accedere *A* 31 legi contraria *A* 32 et ut uolontas est *A* uidetur cum sententia scriptor discidere *A* 34 est *om. F*¹ 35 est scriptum *A*

lectio vel ratiocinatio est, quando ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod non scriptum est, invenitur. Definitio legalis est, cum vis verbi quasi in definitiva constitutione in quo posita sit quaeritur. 11. Status ergo tam rationales quam legales a quibusdam certius XVIII connumerati sunt; ceterum secundum rhetoricos Tulli XVIIII reperiuntur, propterea quia translationem inter rationalis principaliter adfixit status: inde se ipse etiam Cicero reprehendens translationem legalibus statibus adplicavit.

## VI. De tripertita controversia.

1. Tripertita controversia iuxta Ciceronem aut simplex est aut iuncta: et si iuncta erit, considerandum est utrum ex pluribus quaestionibus iuncta sit an ex aliqua conparatione. Controversia simplex est, quae absolutam continet unam quaestionem hoc modo: ‘Corinthiis bellum indicamus an non’. Iuncta est ex pluribus quaestionibus, in qua plura quaeruntur hoc pacto: ‘utrum Carthago diruatur an Carthaginiensibus reddatur an eo colonia deducatur’. Ex comparatione utrum potius aut quid potissimum quaeritur ad hunc modum: ‘utrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia, ut quam maximae contra Annibalem copiae sint.

## VII. De quattuor partibus orationis.

1. Partes orationis in rhetorica arte quattuor sunt: exordium, narratio, argumentatio, conclusio. Harum prima auditoris animum provocat, secunda res gestas explicat, tertia fidem facit adsertionibus, quarta finem totius orationis conplectitur. 2. Inchoandum est itaque taliter, ut benivolum, docibilem vel adtentum auditorem faciamus: benivolum precando, docibilem instruendo, adtentum excitando. Narrandum est ita, ut breviter atque aperte loquamur; argumentandum est ita, ut primum nostra firmemus, dehinc adversa confringamus; concludendum est ita, ut concitemus animum audientis implere quae dicimus.

## VIII. De quinque modis causarum.

1. Species causarum quinque sunt, id est honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causae genus est, cui statim sine oratione nostra favet animus auditoris: admirabile, a quo est alienatus animus eorum, qui audituri sunt: humile est, quod neglegitur ab auditore: 2. anceps est, in quo aut iudicatio dubia est aut causa et honestatis et turpitudi-

---

8 cap. VI = Cassiod. §. 7. 29 cap. VIII = Cassiod. §. 8.

---

2 est legalis *F* uerbi *om. BF* quasi definita $F^1$ (cum quis in definitiua *A*) 3 in quo *Arevali*: in qua *ABF et codd. Cassiod.* 4 rationalis quam legalis *A* decem et octo *F*; *A* XVIII *post* connum. *habet* sunt *om. A* certum *A* 5 rethoricus $F^1$ XVIIII *A*: decem et nouem *F* repperiuntur *A* 6 rationalis *F*: rationales *A* principalem *A* statum *ABF*$^1$ unde *Cass.* 7 statutubus $F^1$, statum huius *A* adplicuit *A* 9 Tripertita *delendum videtur* 12 corinthis *F*, corintis *A* 14 deruatur *F* cartaginensibus *AF* eo *F*: in *A* 15 aut quid *F*: an *A* 17 aut quam maxime *A* 18 cupia sit *A* 20 exordio *A* 22 finem *F corr. ex* fidem, *om. A* assertionibus facit *A* finis *A* 24 docebilem *A* adtentum *om. A* docilem *A* 26 apte *A* 27 concludendum ut $F^1$, *add.* ita *s. l.* 28 diximus *A* 30 Genera causarum *Cassiod.* sunt quinque *F* id est *om. A* 32 fauet *Af*: fauci *F* a quo *F*: eo quod *A* 34 dubia est *om. A* 34 et *ante* honestatis *om. A*

nis particeps, ut benivolentiam pariat et offensionem: obscurum, in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa cernitur implicata.

## VIIII. De syllogismis rhetoricis.

1. Syllogismus Graece, Latine argumentatio appellatur; argumentatio autem dicta est quasi argutae mentis oratio, qua inventum probabile exequimur. Syllogismus igitur est propositionis et adsumptionis confirmationisque extrema conclusio aut ex ambigentis incerto aut ex fiducia conprobantis. 2. Constat enim tribus partibus: propositione, adsumptione, conclusione. Propositione, ut puta ‘quod bonum est, turpem usum habere non potest’: consensit audiens, adsumpsit ille ‘pecunia turpem usum habet’: concluditur ‘ergo pecunia bonum non est’. 3. Syllogismis autem non solum rhetores, sed maxime dialectici utuntur, licet Apostolus saepe proponat, adsumat, confirmet adque concludat: quae, ut diximus, proprie artis dialecticae et rhetoricae sunt.

4. Syllogismorum aput rhetores principalia genera duo sunt, inductio et ratiocinatio. Inductionis membra sunt tria: prima propositio, secunda inlatio, quae et adsumptio dicitur, tertia conclusio. 5. Inductio est, quae rebus non dubiis captat adsensionem eius, cum quo instituta est sive inter philosophos sive inter rhetores sive inter sermocinantes. Propositio inductionis est, quae similitudines concedendae rei necessario unius inducit aut plurium. 6. Inlatio inductionis est, quae et adsumptio dicitur, quae rem, de qua contenditur et cuius causa similitudines habitae sunt, introducit. Conclusio inductionis est, quae aut concessionem inlationis confirmat aut quid ex ea conficiatur declarat. Ratiocinatio est oratio, qua id de quo est quaestio conprobatur. 7. Ratiocinationis modi sunt duo: primus enthymema, qui est inperfectus syllogismus atque rhetoricus, secundus epichirema, qui est in rhetoricis et latior syllogismus. 8. Enthymema igitur Latine interpretatur mentis conceptio, quam inperfectum syllogismum solent artigrafi nuncupare. Nam in duabus partibus eius argumenti forma consistit, quando id, quod ad fidem pertinet faciendam, utitur syllogismorum lege praeterita, ut est illud: ‘si tempestas vitanda est, non est igitur navigandum’. Ex sola enim propositione et conclusione constat esse perfectum, unde magis rhetoribus quam dialecticis convenire iudicatum est.

9. Enthymematis membra sunt quinque: primum convincibile, secundum ostentabile, tertium sententiale, quartum exemplabile, quintum collectivum. 10. Convincibile est, quod evidenti ratione convincit, sicut fecit

---

4 cap. VIIII = Cass. §. 11—15. 13 sq. ex Hieronymi ep. 155 ad Paul. Urbicam.

---

1 ut et ben. *Arev.* beniuole pariet offensa *A* 2 ad cognoscendam negotiis causam $F^1$ negotium *A* 3 implecata *A* 4 De soloecismis *A et sic plerumque* soloecismus *pro* syllogismus 5 dicitur *A* 6 quasi argumentis $F^1$, quasi acutae *A* quia *A* inuentum probabiliter exequimur argumentum *Cass.* 9 propositione *om. A* 11 consentit — assumit *Arev.* adsumsit *A* 12 ergo] enim *A* bonum nomen esse *A* 13 maximi *A* 14 proprie *F*: propriae *Aς* 15 sint *F* 18 et *om. F* 19 duuiis captis *A* quo *om. A* 20 sive *(tertio loco) F:* et *A* 21 unum inducit aut plurimum *A* 22 adsumtio *A* 23 causae *F* similitudinis *A* habitae — inductionis *om. A* 25 declaret *A* 26 §. 7, *quae deest apud Cassiodorium, codd. habent post §. 8; transposita est in edit. Gothofredi* 29 Latine *om. A* interpretantur $F^1$ quam *Cassiod. libri*: quae *AFB*, quem *f* inprofecto *A* 30 eius *om. A* 32 preterit *A* 33 et conclusione *Cassiod.*: *om. ABF* 36 sententiabile $F^1$, sentiale *A* 37 conuincitur *A*

Cicero pro Milone: Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse nolitis. 11. Ostentabile, quod certa rei demonstratione constringit, sicut Cicero in Catilinam: hic tamen vivit; *vivit?* immo etiam in senatum venit. Sententiale est, quod sententia generalis adicit, ut aput Terentium: Obsequium amicos, veritas odium parit. 12. Exemplabile est, quod alicuius exempli comparatione eventum similem comminatur, sicut Cicero in Philippicis: Te miror, Antoni, quorum exempla imitaris, eorum exitus non pertimescere. 13. Collectivum est, cum in unum quae argumentata sunt colliguntur, sicut ait Cicero pro Milone: Quem igitur cum gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querella? quem iure, quem loco, quem tempore non est ausus, hunc iniuria, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitavit occidere?

14. Praeterea secundum Victorinum enthymematis est altera definitio. Ex sola propositione, sicut iam dictum est, ita constat: 'si tempestas vitanda est, non est navigatio requirenda'. 15. Ex sola adsumptione, ut est illud: '*sunt autem qui mundum dicant sine divina administratione discurrere*'. *Ex sola conclusione, ut est illud:* '*vera est igitur divina sententia*'. *Ex propositione et adsumptione, ut est illud:* 'si inimicus est, occidit; inimicus autem est': et quia illi deest conclusio, enthymema vocatur.

16. Sequitur epichirema. *Epichirema* est descendens de ratiocinatione latior exsecutio rhetorici syllogismi, latitudine distans et productione sermonis a dialecticis syllogismis, propter quod rhetoribus datur. Hic autem constat modis tribus: primus modus tripertitus est, secundus quadripertitus, tertius quinquepertitus. 17. Tripertitus epichirematicus syllogismus est, qui constat membris tribus, id est propositione, adsumptione, conclusione. Quadripertitus est, qui constat ex membris quattuor: prima propositione, secunda adsumptione et una propositionis sive assumptionis coniuncta, tertia probatione et conclusione. 18. Quinquepertitus itaque est, qui constat ex membris quinque, id est prima propositione, secunda eius probatione, tertia adsumptione, quarta eius probatione, quinta conclusione. Hunc Cicero ita facit in arte rhetorica: Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causae putari; eadem enim res alii genus, alii pars esse potest, eidem genus *esse* et pars non potest, et cetera, quousque syllogismi huius membra claudantur.

---

1 §. 79. 3 I, §. 2. 5 Andr. I, 1, 41. 8 Phil. II, §. 1. 10 §. 41. 33 de Inv. I, 9, 12.

---

2 noletis *A* 3 catelena $F^1$, catillina *A* 4 uiuit? *om. AF* 5 addicit *F* 6 parat *A* 7 similem *f*: simile *AF* 8 quare exempla meditaris *A* 9 argumenta sunt colleguntur *A* 12 hunc in iniuria *F* 16 est, quae (quia *A*) ita *AF et edd.* 18 sunt autem — adsumptione ut est illud *om. ABF*, *suppleta sunt e Cassiod.* 20 si inimicos occidit *A* 21 autem *om.* $F^1$ est *om. A* deest conclusio illi *F* 22 Epichirema *addidi e Cassiod.* est *om. A* 23 latior — syllogismi *Cassiod. libri*: latior et exsecutior rhetoricis syllogismis *ABF* 26 qui] quod *A* 29 siue] uel *A* adiuncta *A* 30 et quarta conclusione *Grialius ex libris gothicis; immo error in hac confusione videtur Isidori, v. Cassiod. §. 15* 31 eius *om. A* 32 adsumtione *A* 34 causae alicuius generis *A* causa putari *F* 35 alii generis *F* eidem *B*: Idem *AF* 36 esse *om. AF*, pars esse *f* nel cetera *F*

## X. De lege.

1. Lex est constitutio populi, quam maiores natu cum plebibus sanxerunt; nam quod rex vel imperator edicit, constitutio vel edictum vocatur. Institutio aequitatis duplex est, nunc in legibus, nunc in moribus. Inter legem autem et mores hoc interest, quod lex scripta est, mos vero est vetustate probata consuetudo sive lex non scripta; nam lex a legendo vocata, quia scripta est. 2. Mos autem longa consuetudo est, de moribus tracta tantundem. Consuetudo est autem ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum defecit lex, nec differt scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio commendat. 3. Porro si ratione lex consistat, lex erit omne iam, quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est usu. 4. Omnis autem lex aut permittit aliquid, ut 'vir fortis petat praemium', aut vetat, ut 'sacrarum virginum nuptias nulli liceat petere', aut punit, ut 'qui caedem fecerit, capite plectatur'. 5. Factae sunt autem leges, ut earum metu humana arceatur audacia tutaque sit inter inprobos innocentia, et in ipsis inprobis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas; legis enim praemio aut poena vita moderatur humana. 6. Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

## XI. De sententia.

1. Sententia est dictum inpersonale, ut: Obsequium amicos, veritas odium parit. Huic si persona fuerit adiecta, chria erit ita: offendit Achilles Agamemnonem vera dicendo, et: Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis obsequendo. 2. Nam inter chrian et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona numquam dicitur: unde si sententiae persona adiciatur, fit chria, si detrahatur, fit sententia.

## XII. De catasceua et anasceua.

1. Catasceua est confirmatio propositae rei, anasceua autem contraria superiori est; revincit enim non fuisse aut non esse, quod natum aut factum

25 Terent. Andr. I, 1, 41. 27 an ex Sall. Hist. lib. III?

2 est *om.* $F^1$ sancierunt *F* 3 imperator ededit *A* 5 autem *om.* *A* est (*post* uero) *om.* *A* 6 siue] sibi $F^1$ 7 quia *F*: quae *A* 8 autem est eius quodam *A* 9 per legem *A* defecit *F*: defecerit *A*, deficit *B* nec differt] non defecit *A* rationem *A* 10 commendet *A* lex constat *BF* 11 dumtaxat aut uitat quod *A* relegione *F* 13 quia *F*: quod *A* commune $F^1$ omnes enim lex aut promittit *A* 15 petere liceat *A* 16 autem] hoc *A* arceatur *F*: coerceatur *B*, coherceatur *A* 17 inter probos *F* ut et ipsis *A* 20 pro consuetudinem *A* 22 captione *AFB* conteneat *A* 26 crian *AF* offendat $F^1$ 27 acillis *A* agamemnõ *F* dicenda $F^1$ et *om.* *A* metrafanes *F corr.* *e* metrafanos 28 mitridatis *A*, metridatis *F* obsequendum *A* crian *AF* 30 fit crian *AF*

aut dictum esse proponitur, ut si quis Chimaeram neget fuisse aut fuisse confirmet. 2. Inter hanc et thesin hoc interest, quod thesis, quamvis et ipsa habeat disputationem in utramque partem, tamen incertae rei quasi quaedam deliberatio vel cohortatio est, catasceuae autem et anasceuae in his rebus, quae verisimiles non sunt, sed pro veris proponuntur, plerumque versantur. 3. Anasceuae prima divisio est in inconveniens et mendacium. Inconvenientis species sunt quod inhonestum est et quod inutile. Item inhonestum tractatur aut in dictis aut in factis: in dictis, ut si quis indecora et non respondentia auctoritati dixisse dicatur, velut si aliquis infamet Catonem illum censorium iuventutem ullam ad nequitiam et luxuriam cohortatum: 4. in factis, ut si quis abhorrens aliquid ab sanctimonia et nomine suo fecisse dicatur, ut est fabula de adulterio Martis et Veneris. Mendacium tres habet species, incredibile, quod factum non esse credatur: ut † adulescentem, qui de Siculo litore ingredientes Africam classes viderit, inpossibile est: 5. ut Clodius insidias Miloni fecerit et idem occisus sit a Milone, contrarium est; nam si insidias fecit, occidit: occisus est, non fecit insidias. Haec distributio in contrarium reformata catasceuae proderit. Oportebit tamen principia sic ordinare, ut aut credendum esse veterum auctoritati aut fabulis fidem non habendam esse dicamus. 6. Et † ad id postremum in anasceua requiramus, ne quid aliut significare voluerint, qui ista finxerunt, ut Scyllam non marinam, sed maritimam feminam, nec succinctam canibus, sed rapacem aliquam et inhospitalem venientibus extitisse.

## XIII. De prosopopoeia.

1. Prosopopoeia est, cum inanimalium et persona et sermo fingitur. Cicero in Catilinam: Etenim si mecum patria mea, quae mihi vita mea multo est carior, loqueretur dicens, et cetera. | 2. Sic et montes et flumina vel arbores loquentes inducimus, personam inponentes rei, quae non habet naturam loquendi, quod et tragoediis usitatum et in orationibus frequentissime invenitur.

## XIV. De ethopoeia.

1. Ethopoeian vero illam vocamus, in qua hominis personam fingimus pro exprimendis affectibus aetatis, studii, fortunae, laetitiae, sexus, maero-

26 I, §. 27.

1 cymeram *A* aut fuisse *om. A* 2 haec *AF*, has *Arev.* interesse *F* 3 in utraque parte *A* incerta rei quos quadam *A* 4 cohartatio *F* 5 ponuntur *A* 6 in *om. AF* 7 inconuenientes species $F^1$ 9 auctoritate $F^1$ aliqui infament *A* 10 ullam *nos*: illam *FB*, illum *A* luxoriam *AF* courtatum *A* 11 ad sanctimonia (sanctimoniam *F*) et nomini *AF* 14 aduliscentem *AF* adolescentem de Siculo — videre *Arev.* egredientes *Grialius coll. Plin. H. N. VII, 21, §. 85* uideret *F*; videret. Inpossibile *edd.*; *locus recte in F distinctus est* 15 fecerit eodem occisus sit *A* 16 si occisus est *f* 17 contrario *AF* 18 tamen et *A* esse utrum auctoritate *A* 19 fidem *om. A* et ad id *etiam ABF, sed est in F rasura ante et post* id 20 recurramus *Arev.* uoluerunt $F^1$, uoluerit *A* 21 finexerunt *A* 22 sed] siue *A* 23 prosopeia *AF* 24 Propopeia *F* 25 catilina *F*, catellina *A* 26 dicens *F corr. ex* dicimus, *ut videtur* 27 inpontis $F^1$ 28 tragoediis *B*: tragoedis *F*, tracoetis *A* 29 rationibus *A* 31 Ethopeia *A* 32 sexus, lae-

ris, audaciae. Nam cum piratae persona suscipitur, audax, abrupta, temeraria erit oratio: cum feminae sermo simulatur, sexui convenire debet oratio: iam vero adulescentis et senis et militis et imperatoris et parasiti et rustici et philosophi diversa oratio dicenda est; 2. aliter enim loquitur gaudio affectus, aliter vulneratus. In quo genere dictionis illa sunt maxime cogitanda, quis loquatur et aput quem et de quo et ubi et quo tempore: quid egerit, quid acturus sit aut quid pati possit, si haec consulta neclexerit.

## XV. De generibus quaestionum.

1. Genera quaestionum duo sunt, quorum unum est finitum, alterum infinitum. Finitum ὑπόθεσις Graece, Latine causa dicitur, ubi cum certa persona controversia est: 2. infinitum, quod Graece θέσις, Latine propositum nominatur. Hoc personam non habet certam, nec inest aliqua certa circumstantia, id est nec locus nec tempus. In causa vero certa omnia sunt, unde quasi pars causae est propositum.

## XVI. De elocutione.

1. Iam vero elocutionibus sic uti oportebit, ut res, locus, tempus, persona audientis efflagitat, ne profana religiosis, ne inverecunda castis, ne levia gravibus, ne lasciva seriis, ne ridicula tristibus misceantur. 2. Latine autem et perspicue loquendum. Latine autem loquitur, qui verba rerum vera et naturalia persequitur nec a sermone atque cultu praesentis temporis discrepat. Huic non sit satis videre, quid dicat, nisi id quoque aperte et suaviter dicere, ne id quidem tantum, nisi id quod dicat et facete dicat.

## XVII. De trimodo dicendi genere.

1. Dicenda sunt quoque summissa leniter, incitata graviter, inflexa moderate; hoc est enim illud trimodum genus dicendi: humile, medium, grandilocum. Cum enim magna dicimus, granditer proferenda sunt, cum parva dicimus, subtiliter, cum mediocria, temperate. 2. Nam in parvis causis nihil grande, nihil sublime dicendum est, sed leni ac pedestri more loquendum: in causis autem maioribus, ubi de deo vel hominum salute referimus, plus magnificentiae et fulgoris est exhibendum: 3. in temperatis vero causis, ubi nihil agitur ut agat, sed tantummodo ut delectetur auditor, inter utrumque moderate dicendum est. Sed et quamvis de magnis rebus quisque dicat, non tamen semper granditer dicere debet, sed

---

titiae *Christ* 1 personam $F^1$ 4 ratio ducenda est *Arev.* 6 uel de quo *A* et ubi *om. A* 7 quid erit quid acturus est *A* 11 graece *om. A* causam $F^1$ 13 inest in aliqua *FB*, ineis aliquam *A*, *fort.* inest in eo aliqua; inest ei a. *Arev.* certam circumstantiam *A* 15 causa *A* 17 elocutionibus sic uti *scripsi*: elocutionibus illud uti *AF* oportit uel oportebit *A* 18 efflagitet *f*, flagitet *A* religioi *A* 19 lasciuia seris *A* 21 a *om. AF*$^1$ 22 huic *BF*: hinc *A*(?)ς quod dicat *A* 23 quidem *F corr. ex* quod ē et facete dicat *Grialius*: et facete dicat *F*, fecerit *A* 25 trimodi *A* 26 summa *A* leuiter *Arev.* 27 enim *om. A* 28 magna enim *F* 30 lene $F^1$ 31 autem *om. A* 32 magnificentia fulgoris est excenendum *A* 34 in utrumque $F^1$

summisse, cum docet, temperate, cum aliquid laudat vel vituperat, granditer, cum ad conversionem aversos animos provocat. Utenda tamen verba in summisso genere sufficientia, in temperato splendentia, in grandi vehementia.

## XVIII. De colo et commate et periodis.

1. Componitur autem instruiturque omnis oratio commate et colo et periodo. Comma particula est sententiae, colon membrum, periodus ambitus vel circuitus: fit autem ex coniunctione verborum comma, ex commate colon, ex colo periodus. 2. Comma est iuncturae finitio, ut puta: Etsi vereor, iudices, ecce unum comma; sequitur et aliud comma, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere, et factum est colon, id est membrum, quod intellectum sensui praestat; sed adhuc pendet oratio, sicque deinde ex pluribus membris fit periodos, id est extrema sententiae clausula ita: veterem iudiciorum morem requirunt. Periodos autem longior esse non debet, quam ut uno spiritu proferatur.

## XIX. De vitiis litterarum et verborum et sententiarum cavendis.

1. Praeterea purum et honestum oratoris eloquium carere debet omnibus vitiis tam in litteris quam in verbis quam etiam in sententiis: 2. in litteris, ut iunctura apta et conveniens sit; et sic observandum, ne praecedentis verbi extrema vocalis in eandem vocalem primam incidat verbi sequentis, ut ‘feminae Aegyptiae’: quae structura melior fit, si consonantes vocalibus applicantur. Trium quoque consonantium, quae in se incidentes stridere et quasi rixari videntur, vitanda iunctura est, id est **r s x**, ut ‘ars studiorum, rex Xerxes, error Romuli’. Fugienda est et consonans **m** inlisa vocalibus, ut ‘verum enim’.

## XX. De iuncturis verborum.

1. In verbis quoque cavenda sunt vitia, ut non inpropria verba ponantur, quae Graeci acyrologian vocant. Amanda est ergo proprietas, sic tamen, ut aliquando propter humilitatem sordidi aut spurci vocabuli translatis nominibus sit utendum, non tamen longe accitis, sed ut veris pro-

---

10 Cic. p. Mil. §. 1.

---

2 aduersos *A* tantum *A* 3 docere *F* 5 cola et commata *AF* periodos *A* 6 oratio *ed. Arev.*: oratio uerbis *AF* comma et colon et periodon *F*, comma cola periodis *A* 7 membra $F^1$ 9 ex colon *F*, ex cola *A* 10 sequitur — comma *om. A* 11 dicere incipientem timere *Arev.* 12 intellectum est sensum *A* sed *Af*: *om. F* 13 inde $F^1$ id *om. A* 15 non *om. A* 17 cauendū *F*, *om. A* 18 oratori *A* 20 sic *F*: sit *A* 21 primam *f*: prima *AF* incedat *A* uerba *F* 22 egyptiae. hic minus est *(i. e. defectus est)* quae in structura d consonantium quae in se (*corr. ex* sic) indentes (incidentes *corr.*) *F pr. m.* (*add. s. l.* melior fit. si consonantes uocabulis applicantur? trium quoque), aegyptiae quae in structura menantium quae insicidentes *A* 25 studiosorum *A* xerses *A* romoli *F*, rumoli *A* 29 qua *A* cyrologian *A* 30 ut non aliquando *AF* propter utlitatem sorditis aut sporcis uocalibu tralatis *A* 31 ut *om.* $F^1$

xima et cognata videantur. 2. Fugienda etiam hyperbata longiora, quae fieri sine aliorum sensuum confusione non possunt. Ambiguitas quoque et vitium illud cavendum, cum quidam iactatione eloquentiae ducti, quod uno aut duobus verbis significare poterant, interpositis inanibus vocibus longa et circumflexa ambage concludunt, quod vitium perissologia vocatur. 3. Cui contrarium vitium est ob brevitatis studium etiam necessaria verba furari. Fugienda sunt quoque, sicut in litteris et verbis, ita in sententiis vitia, quae inter prima grammaticorum studia cognoscuntur; 4. sunt autem cacemphaton, tautologia, ellipsis, acyrologia, macrologia, perissologia, pleonasmos et his similia. At contra orationem extollit et exornat enargia, tum emphasis, quae plus quiddam, quam dixerit, intellegi facit, ut si dicas: 'ad gloriam Scipionis ascendit', et Vergilius: demissum lapsi per funem. Cum enim dicit lapsi, altitudinem imagine suggerit. Huic contraria virtus est verbis minuere quae natura sua magna sunt.

## XXI. De figuris verborum et sententiarum.

1. Augetur et ornatur oratio etiam figuris verborum ac sententiarum. Nam quia directa et perpetua oratio fatigationem atque fastidium tam dicenti quam audienti creat, flectenda est et in alias versanda formas, ut et dicentem reficiat et ornatior fiat et iudicem diverso vultu audituque deflectat. E quibus plurimae superius a Donato in schematibus artis grammaticae adnotatae sunt, 2. unde tantum illa hic interponi oportuit, quae in poemate aut numquam aut difficulter fiunt, in oratione autem libere. 3. Anadiplosis est congeminatio verborum, ut: hic tamen vivit, *vivit?* etiam in senatum venit. 4. Climax est gradatio, cum ab eo verbo, quo sensus superior terminatur, inferior incipit, ac dehinc quasi per gradus dicendi ordo servatur, ut est illud Africani: ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas. Hanc figuram nonnulli catenam appellant, propter quod aliud in alio quasi nectitur nomine atque ita res plures in geminatione verborum trahuntur. Fit autem hoc schema non solum in singulis verbis, sed etiam in contextione verborum, ut apud Gracchum: Pueritia

12 Aen. 2, 262. 23 Cic. in Cat. I, §. 2. 26 p. 193 Meyer ed. II. 31 ex or. C. Gracchi in Popilium, ut Ellendt suspicatur p. 247 Meyer.

1 cognata *AB*: cognita *F* 3 dicti *A* 5 perisologian *A* 6 uitium est *B*: criminis uitium est *AF* ob *B*: ut *F*, et *A* 7 fugenda sunt *F*, fugiendum est *A* ita et in *AB* 8 cacenfaton *AF* 9 ellemsis *F*, elempsis *A* 10 contrario *F* rationem *AF* enargia *nos*: inergia *BF*, inercia *A* tum emphasis *ed. Arevali*: tamen phasis *FB*, tamenfasis *A* 11 *fort.* dixit 12 ascendet $B^1$ dimissum *F*, demissa *A* lapsis *A* 13 dicit *om. A* altitudinis *A* imagine *nos*: imagines *F*, imaginem *A*, imaginis *f* 15 *cum hoc caput in F duabus schedis amissis desit, subiecimus lectiones in B exstantes integras, item Parisini n. 7530, qui §§. 4—14 et 28—48 habet, ex Ecksteini anecdotis Parisinis adiecimus.* 16 etiam *A* 18 dicendi quam audiendi $AB^1$ 19 auditoquae *A* 22 fiant *A* 23 Item anadiplosis *B*: *haec figurarum enumeratio (§. 3—48) usque ad finem capitis deest in A* uiuit? *om. B* 24 Clemax *B* 25 dehinc *P*: deinde *B* 28 propter quod *BP*: propterea quod *Arev.*

tua adulescentiae tuae inhonestamentum fuit, adulescentia senectuti dedecoramentum, senectus rei publicae flagitium. Sic et apud Scipionem: Vi atque ingratis coactus cum illo sponsionem feci, facta sponsione ad iudicem adduxi, adductum primo coetu damnavi, damnatum ex voluntate dimisi. 5. Antitheta, quae Latine contra posita appellantur: quae, dum ex adverso ponuntur, sententiae pulchritudinem faciunt et in ornamento locutionis decentissima existunt, ut Cicero: Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido; hinc denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate, cum vitiis omnibus; postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatone confligit in huius modi certamine ac proelio. Huiusmodi locutionis ornamento liber Ecclesiasticus usus est: Contra malum bonum et contra mortem vita, sic contra pium peccator: et sic intuere in omnia opera altissimi: bina et bina, unum contra unum. Synonymia est, quotiens in conexa oratione pluribus verbis unam rem significamus, ut ait Cicero: nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas: et item: non feram, non patiar, non sinam. 7. Epanodos, quam regressionem nostri vocant: principum dignitas erat paene par, non par fortasse eorum, qui sequebantur. 8. Antapodosis, quotiens media primis et ultimis conveniunt: Vestrum iam hoc factum reprehendo, patres conscripti, non meum; ac pulcherrimum quidem factum, verum, ut dixi, non meum, sed vestrum. 9. Paradiastole est, quotiens id, quod dicimus, interpretatione discernimus: cum te pro astuto sapientem appellas, pro inconsiderato fortem, pro inliberali diligentem. 10. Antanaclasis est, quae

---

3 p. 193 Meyer. 8 in Catil. II, §. 25. 18 Eccl. 33, 15. 22 in Cat. I, §. 8. 23 ibid. I, §. 10. 24 p. Lig. §. 19. 26 Cic. c. cont. Metelli fr. 5 30 secundum Hyperidem apud Rutil. Lup. 1, 4, sed petiit Isidorus exemplum ex Quintil. 9, 3, 65. 30 ex Quintil. 9, 3, 68; cf. Rut. Lup. 1, 5.

---

1 tuae inhon. fuit *om. P* adolescentia tua $B^2$ 2 senectutis decoramentum $B^1$ 3 ui atque ingratis *Arevali*: ui atque gratis *B*, eus adque mentum gratis *P* 4 ad iudicem *om.* $B^1$ 6 ex aduersa *P*, ex diuersa $B^1$ 7 faciun .... ut cicero *P (est defectus in cod.)* 8 illic petulantia *P* 14 copia *om. P* 17 *in Cicerone a vv.* in huius modi *nova sententia incipit; est vitium Isidori* locutionis — usus est *om. P* 18 usus est dicens $B^2$ 19 uitam sic *B*, uitam si *P* 20 bona et bina $B^1$ Synonima *BP* 23 et item *P*: et re $B^1$ Epanados *BP* 24 principium *BP* 25 que *B*, quae *P* sequebatur *P* Antipodosis *P*, Antapotosis *B* 26 et *P* uel *B* uestrum] usum *P*, *item paulo post* 27 non eum sed usum ac *P* 29 Paradisiastole *B* 30 pro incons. — diligentem *om. P*

eodem verbo contrarium exprimit sensum. Querebatur quidam de filio, cum mortem suam expectaret: respondente ‘non expecto’, ‘immo peto’ inquit ‘ut expectes’. 11. Antimetabole est conversio verborum, quae ordine mutato contrarium efficit sensum: non ut edam vivo, sed ut vivam edo. Et illud: si consul Antonius, Brutus hostis: si conservator rei publicae Brutus, hostis Antonius. 12. Exoche est ut: Quis eos appellavit? Appius: quis produxit? Appius.

13. Nunc figuras sententiarum, quas operae pretium sit cognoscere, persequemur. 14. Sententia est dictum impersonale, ut: Obsequium amicos, veritas odium parit. Huic si persona fuerit adiecta, chria erit, ita: Offendit Achilles Agamemnonem vera dicendo; et Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis obsequendo. Nam inter chrian et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona numquam dicitur: unde si sententiae persona adiciatur, fit chria: si detrahatur, fit sententia.

16. Sententiarum species multae sunt; aliae enim sunt indicativae, aliae sunt pronuntiativae, ut: nusquam tuta fides: aliae imperativae, ut: Vade age, nate, voca zephyros et labere pennis: aliae admirativae: Tantaene animis caelestibus irae? 16. aliae conparativae: Si vinco et pereo, quid ibi me vincere praestat? Aliae superlativae, quae cum aliquo motu animi et indignatione promuntur: quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames? Aliae interrogativae: Iuvenes, quae causa subegit ignotas temptare vias? Qui genus, unde domo? pacemne huc fertis an arma? 18. Aliae responsivae, ut ‘illinc istinc’: aliae deprecativae, ut: eripe me his, invicte, malis: aliae promissivae, ut: parce metu, Cytherea, manent inmota tuorum: aliae concessivae, quae cum inpulsione prohibeant, ut: I, sequere Italiam ventis pete regna per undas. Quae tamen ne non intellecta sit persuasio, permixta sunt aliqua, quae ve-tent latenter, ut: ventis pete regna per undas. Aliae demonstrativae, ut ‘en, ecce’: aliae optativae, ut: O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos! 19. aliae derogativae, ut, ‘nequaquam’: aliae, quae

---

4 Quint. IX, 3, 85 et Auct. ad Herenn. IV, §. 39. 5 Cic. Phil. IV, §. 8. 7 Cic. p. Mil. §. 59. 9 Terent. Andr. 1, 1, 41. 11 cf. supra ad p. 513, 27 17 Verg. Aen. IV, 373. 18 ibid. 4, 223. 19 ibid. 1, 11. 20 locus nondum inventus est. 22 Verg. Aen. 3, 56. 23 ibid. 8, 112. 25 ibid. 6, 365. 26 ibid. 1, 257. 28 ibid. 4, 381. 31 ibid. 8, 560.

---

1 quidem *B* 4 ut uiuam edam *P* 6 Exocens est ut *P*, Exocen *B* 8 sit *B*: si *P* 9 persequemur *P*: perseqmur *B corr. in* persequimur 10 persona *om. P* crian *BP* 11 achillis *BP* metrofanis *B*, metrofamis *P* 12 mitradatis *B*, mitridatus *P* 13 crian *BP* 14 sine — fit chria *om. P* 15 crian *B* 18 pinnis $B^1$ 22 coges $B^1$ Alia *B* 23 iuuesque causa obegit $B^1$ 24 quid genus *B* domo *Vergilius*: domum *B* 26 Cytherea *om. B* 27 cum *om. B* 28 uti sequere *B* 30 pete regna *om. B*

cum exclamatione proferuntur, ut: Quis furor, o cives, pacem convertit in arma? et Cicero: O dii inmortales, ubinam gentium sumus? 20. Aliae exhortativae, cum ad sententiam provocamus, ut: aude, hospes, contemnere opes. | 21. Aliae dehortativae, cum a contrario vitio peccatoque reducimus. Sunt et adfirmativae, ut ‘quidni, quippe’: 22. praeceptivae, ut: Nudus ara, sere nudus: habebis frigore febres: 23. vetativae, ut: Neve inter vites corylum sere, neve flagella summa pete: 24. negativae, ut: ‘non, minime’. Sunt et admirativae, ut: Pape, vivere non licet, et fornicari libet? 25. Dolentis, ut Heu mihi, quod nullis amor est sanabilis herbis. Flentis similitudine sic: ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta: admonentis, inridentis, gementis, exhortativae, consolativae, conmiserantis: quorum quot sunt figurae, tot et in pronuntiando voces. 26. Sunt et amphidoxae, quarum pars honesta est, pars inhonesta, ut: non est tua tuta voluntas: magna petis, Phaëthon.

27. Sunt et aliae, procatalepsis, cum id, quod nobis obici poterat, ante praesumimus ad diluendum, ut: Si quis vestrum, iudices, aut eorum, qui adsunt, forte mirantur. Sunt et aporia, dubitatio simulantis nescire se quae scit, aut quomodo dicatur. 28. Coenosis autem dicitur communicatio consilii cum iudicibus aut adversariis, ut si dicas: Vos consulo, iudices, aut vos, adversarii, quid me facere convenerit aut quid vos facturi fuissetis. 29. Paradoxon est, cum dicimus inopinatum aliquid accidisse, ut pro Flacco Cicero: cuius laudis praedicator esse debuerit, eius periculi deprecatorem esse factum. 30. Epitrope, id est permissio, cum aliqua ipsis iudicibus aut adversariis permittimus existimanda, ut Calvus in Vatinium: Perfrica frontem et dic te digniorem̃ qui praetor fieres quam Catonem. | 31. Parrhesia est oratio libertatis et fiduciae plena, ut: Occidi non Spurium Maelium, et cetera. Qua figura caute utendum est, ut Cicero; praemisit enim facti rationem. 32. Ethopoeia

---

1 Petron. sat. 108 p. 132 ed. Buechel. 2 in Cat. 1, §. 9. 4 Verg. Aen. 8, 364. 6 parodia ex Verg. Georg. 1, 299. 7 Georg. 2, 299. 8 Hieronymi epist. 4, c. 6 ad Rusticum. 9 Ovid. Heroid. 5, 149. 11 Verg. Aen. 5, 588. 14 Ovid. Metam. 2, 53. 17 Cic. div. in Caec. §. 1. 23 secundum §. 1. 27 Calvus ap. Quintil. 9, 2, 25. 29 p. Mil. §. 72.

---

1 qui $B^1$ 4 audeo spes *B* a *om.* $B^1$ 6 nudus et *B* 7 febres] messes *B* corallum $B^1$ 9 papae *B* fornicare libet (licet *pr. m.*) *B*; fornicari libeat *Hieron.* 10 ut ei mihi *B* Me miseram, quod amor non est medicabilis herbis *Ovidius* nullus *B corr. in* nullus 11 similitudine *nos*: similitudines (—nis *corr.*) *B* sicut quondam *B* laberintus *B* 13 figuratae *B* in *om. B* anfidoxae *B* 15 phiton *B corr. in* pheton 16 et *om. B* procatalemsis *B* 18 aporiae *B corr. ex* apropriae; aporia *nos scripsimus* 19 Quinonosis *BP*, *fort. ex* ἀνακοίνωσις, *cf. p. 41, 8* autem *om. P* 21 quid — cum dicimus *om. P* 23 pro *om. B* 24 depraedicatorem *P* 26 extimanda *BP* uaticinio *BP* 27 dic te *B*: digna *P* 28 parisia *BP* 29 ut *P*: *om. B*ς 30 facti rationem *nos*: factionem *PB*$^1$, rationem *B*$^2$

est, cum sermonem ex aliena persona inducimus, ut pro Caelio Tullius facit Appium Caecum cum Clodia loquentem. 33. Enargia est rerum gestarum aut quasi gestarum sub oculis inductio, de qua locuti iam sumus. 34. Metathesis est, quae mittit animos iudicum in res praeteritas aut futuras, hoc modo: Revocate mentes ad spectaculum expugnatae miserae civitatis, et videre vos credite incendia, caedes, rapinas, direptiones, liberorum corporum iniurias, captivitates matronarum, trucidationes senum. In futurum autem anticipatio eorum, quae dicturus est adversarius, ut Tullius pro Milone, cum mittit animos iudicum in eum rei publicae statum, qui futurus est, etiamsi occiso Milone Clodius viveret. 35. Aposiopesis est, cum id, quod dicturi videbamur, silentio intercipimus: Quos ego — sed motos praestat conponere fluctus. 36. Epanalepsis est digressio, ut: Tulit calor me dicendi et dignitas rerum paulo longius, quam volebam, sed redeo ad causam. 37. Anamnesis est commemoratio eius rei, quam oblitos fuisse nos fingimus. 38. Apaetesis est, cum id, quod in animos iudicum quasi deposueramus, opportune reposcimus. 39. Aetiologia est, cum proponimus aliquid eiusque causam et rationem reddimus. 40. Characterismus est descriptio figurae alicuius expressa, ut: Omnia Mercurio similis vocemque coloremque et crines flavos et membra decora iuventa. Athrismus est, cum plures sensus breviter expeditos in unum locum coacervat et cum quadam festinatione decurrit, ut Cicero: Rem publicam, Quirites, vitamque omnium vestrorum, bona, fortunas, coniuges liberosque vestros et cetera. 41. Ironia est, cum per simulationem diversum, quam dicit, intellegi cupit. Fit autem, aut cum laudamus eum, quem vituperare volumus, aut vituperamus, quem laudare volumus. Utriusque exemplum erit, si dicas amatorem rei publicae Catilinam, hostem rei publicae Scipionem. 42. Diasyrmos ea, quae magna sunt, verbis minuit aut minima extollit. 43. Epimone est, quotiens in eodem sensu diutius immoramur: Cui tandem pepercit? cuius amicitiae fidem custodivit, cui bono inimicus non fuit? quando non aut accusavit aliquem aut verberavit aut prodidit? 44. Epangelia est

---

1 cap. 14. 5 ex oratore ignoto. 9 c. 29. 12 Verg. Aen. 1, 135. 13 fort. e Cicerone. 20 Verg. Aen. 4, 558. 23 in Cat. III, §. 1. 31 ex oratore ignoto.

---

1 ex alia *P* 2 energia *libri; §. 33 om. in P* 6 *fort.* misere et *om.* $B^1$ 7 corporum iniurias *om. P* 9 tullium *BP* milone commitit amicos iudicium *P* 10 qui *om. BP* futurus esset, si *Arev.*; *fort.* futurus esset iam, si 13 Epanalemsis *B*, Epalemsis *P* digressio — calor me *deest in P* 15 Anamisis *P*, Anamininsis *B* 16 rei quod *B* fingimus ut *P* Aparisis $PB^2$, Aparasis $B^1$ 18 promes aliquid *P*, proponimus oportunae reposcimus aliquid *B* 19 discriptio $PB^1$ 21 Litrismos *B*, Liaismos *P*; Epitrochasmus *Arev.* est *P*: *om. B* 24 uestrorum $B^2$: usumorum *P et similiter, sed corruptius* $B^1$, uestrum *Cic.* 26 aut — uolumus *om. P* 29 uerbis *B*: uēl *P* 30 extollet *B* Epimone *Arevali*: Effon *B*, Efron *P* 31 emoramur *B*, emoratur *P* 33 prodidit *P*: perdidit *B corr. in* prodiit

promissio, qua iudicem adtentum facimus, pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos. 45. Prosopopoeia est, cum inanimalium et persona et sermo fingitur. Cicero in Catilinam: Etenim si mecum patria mea, quae mihi vita mea multo est carior, loqueretur dicens et cetera. 46. Paraetesis est, cum quasi deponimus aliquid inperfectum apud memoriam iudicum, repetituros nos dicentes, cum opportunum fuerit. 47. Peusis, id est soliloquium, cum ad interrogata ipsi nobis respondemus. 48. Synchoresis est, cum differimus aliquid, petentes ut aliud interim nos permittant dicere.

3 Cat. I, §. 27.

3 catilina *BP* 5 Paraetesis *Eckstein*: Paratisis *BP* infectum *P* 7 id est *B*: *om. P* soliloqui uel cum *P* respondimus $B^1P$ 8 Synchoresis *Grialius*: Sinerosis *BP* deferimus $B^1P$

XVI.

# DISPUTATIO

# DE RHETORICA ET DE VIRTUTIBUS

# SAPIENTISSIMI REGIS KARLI

ET

# ALBINI MAGISTRI.

$A$ = codex quondam civitatis Ratisbonensis, nunc Monacensis Latinus num. 13084 saec. IX.

$E$ = Ratisbonensis Emmeramus D, 102, nunc Monacensis n. 14377, saec. X.

$F$ = cod. Frisingensis 207 sive Monacensis n. 6407 saec. IX.

$C$ = $AEF$.

Lectionis vulgatae (= ς) raro mentionem faciendam existimavimus.

Qui rogo civiles cupiat cognoscere mores,
Haec praecepta legat, quae liber iste tenet.
Scripserat haec inter curas rex Karulus aulae
Albinusque simul: hic dedit, ille probat.
Unum opus amborum, dispar sed causa duorum:
Ille pater mundi, hic habitator inops.
Neu temnas modico lector pro corpore librum:
Corpore praemodico mel tibi portat apis.

## KARLUS REX ET ALBINUS MAGISTER.

1. Quia te, venerande magister Albine, Deus adduxit et reduxit, quaeso ut liceat mihi te de rhetoricae rationis praeceptis parumper interrogare; nam te olim memini dixisse, totam eius artis vim in civilibus versari quaestionibus. Sed ut optime nosti propter occupationes regni et curas palatii in huiuscemodi quaestionibus assidue nos versari solere, et ridiculum videtur eius artis nescisse praecepta, cuius cotidie occupatione involvi necesse est. Verum ex quo mihi paucis tuis responsionibus ianuas rhetoricae artis vel dialecticae subtilitatis claustra partim aperuisti, valde mihi in eas rationes fecisti intentum, maxime quia me in cellaria arithmeticae disciplinae pridie sagaciter induxisti vel astrologiae splendore inluminasti. **A.** Deus te, domine mi rex Karle, omni sapientiae lumine inluminavit et scientiae claritate ornavit, ut non solum magistrorum ingenia prompte subsequi, sed etiam in multis velociter praecurrere possis, et licet flammivomo tuae sapientiae lumini scintilla ingenioli mei nil addere possit, tamen ne me aliqui inoboedientem notent, tuis promptulus respondeo interrogationibus, et utinam tam sagaciter quam oboedienter. 2. **K.** Primum mihi, magister, huius artis vel studii initium pande. **A.** Pandam penes auctoritatem veterum. Nam fuit, ut fertur, quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, nec ratione animi quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. Nondum divinae religionis, non humani officii ratio colebatur, sed caeca et temeraria dominatrix cupiditas ad se explendam corporis viribus abutebatur. Quo tempore quidam, magnus

---

27 — p. 526, 10 = Cic. de invent. I, c. 2 in.

---

3 in curas $AE^1$ Karolus $E^2$ 5 sed] si $A$ 8 apes $AE$ 17 mihi $C$: me $E^2$

p. 390. 391 C.

videlicet vir et sapiens, cognovit quae materia et quanta ad maximas res oportunitas animis inesset hominum, si quis eam posset elicere et praecipiendo eam meliorem reddere: qui dispersos homines in agris et in tectis silvestribus abditos ratione quadam conpulit in unum locum et congregavit et eos in unam quamque rem inducens utilem atque honestam primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes ex feris et inmanibus mites reddidit ac mansuetos. Ac mihi quidem videtur, domine mi rex, hoc nec tacita nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, ut homines a consuetudine subito converteret et ad diversas rationes vitae traduceret. 3. **K.** Unde dicta est rhetorica? **A.** *Ἀπὸ τοῦ ῥητορεύειν*, id est copia locutionis. **K.** Ad quem finem spectat? **A.** Ad bene dicendi scientiam. **K.** In quibus versatur rebus? **A.** In civilibus, id est doctis quaestionibus, quae naturali animi ingenio concipi possunt. Nam sicut naturale est omnibus se tueri et alium ferire, etiam si armis et exercitatione non didicerint, ita naturale fere est omnibus alios accusare et se ipsos purgare, etiam si exercitatione non didicerint. Sed utilius et promptius utuntur oratione, qui disciplinis instruuntur et usu exercentur; nam omnibus naturale est loqui, at tamen multum excellit alios qui per grammaticam loquitur. | **K.** Bene dicis, magister, etiam omnis vita nostra disciplinis proficit et usu valet, quapropter huius rhetoricae disciplinae regulas pande nobis: iam cotidiana occupationum necessitas cogit nos exerceri in illis: et primum quot sint illius artis partes dic. 4. **A.** Artis rhetoricae partes quinque sunt: inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Inventio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quae causam probabilem reddant: dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio: elocutio est idoneorum verborum ad inventionem accommodatio: memoria est firma animi rerum ac verborum ad inventionem perceptio: pronuntiatio est ex rerum et verborum dignitate vocis et corporis moderatio. Primum est enim invenire quod dicas, dein quod inveneris disponere, tum quod disposueris verbis explicare, quarto quod inveneris et disposueris et oratione vestieris memoria conprehendere, ultimum ac summum quod memoria conprehenderis pronuntiare. 5. **K.** Si rhetorica in causis et quaestionibus civilibus versatur, necesse est, ut mihi videtur, causas ipsas certa habere genera, quae voluissem scire exemplisque mihi monstrari. **A.** Ars rhetorica in tribus versatur generibus, id est demonstrativo, deliberativo et iudiciali. Demonstrativum genus, quod tribuitur in alicuius certae personae laudem vel vituperationem, ut in Genesi de Abel et Cain legitur: Respexit dominus ad Abel et

---

24—29 = Cic. de Inv. I, §. 9. 29—32 = Iulius Victor p. 373, 19. 38 Gen. IV, 4 sq.

---

11 rhetoreũ *C* καα quem *A*, κα quem $E^1F^1$, κ. Ad quem *EF corr.* 15 didicerit *C* 35 scire *om. C, sed add. in AE sec. m.; malim* pandi arsue *C*, ars uero $F^2$, ars quidem ς

ad munera eius, ad Cain autem et munera eius non respexit. Deliberativum est in suasione et dissuasione, ut in Regum legitur, quomodo Achitophel suasit David citius perdere, et quomodo Chusai dissuasit consilium eius, ut regem salvaret. Iudiciale est, in quo est accusatio et defensio, ut in actibus legimus Apostolorum, quomodo Iudaei cum Tertullo quodam oratore Paulum accusabant apud Felicem praesidem, et quomodo Paulus se defendebat apud eundem praesidem. Nam in iudiciis saepius quid aequum sit quaeritur, in demonstratione quid honestum sit intellegitur, in deliberatione quid honestum et utile sit consideratur. 6. **K.** Quot habet causa circumstantias? **A.** Plenaria causa septem habet circumstantias, personam, factum, tempus, locum, modum, occasionem, facultatem. In persona quaeritur quis fecerit, in facto quid fecerit, in tempore quando fecerit, in loco ubi factum sit, in modo quomodo fieri potuisset, in occasione cur facere voluisset, in facultate, si ei subpeditaret potestas faciendi; per has enim et confirmari potest causa et infirmari. Frustra enim quaeris in controversiis quid factum sit, si persona facientis deerit: et iterum personam frustra ostendis, si factum non aderit personae. Item tali in tempore vel tali in loco talis res fieri non potuit, item non eo modo fieri potuit, ut asseris, nec ideo facere voluit, nec talis homo talem habuit potestatem, ut hoc facere potuisset. 7. **K.** Loci controversiarum quot sunt? **A.** Loci controversiarum, quos rhetores status causarum appellant, id est, ubi quaestio consistit et primum non convenerit inter partes, sunt rationales aut legales. **K.** Quot sunt rationales? **A.** Quattuor, id est facti aut nominis aut qualitatis aut translationis. **K.** Singulorum exempla profer. **A.** Prima est facti ipsius controversia, ut est: 'fecisti, non feci'; et haec prima controversia, quae in facto constat, dicitur coniecturalis constitutio, quia coniecturis exploranda res est, si fecisset an non. Aut cum de facto convenit inter litigatores, tum saepe nominis controversiam introducunt, quia accusator augere crimen ex nomine nititur et defensor minuere: ut si quis sacrum ex privato subripuerit, utrum fur sit nominandus an sacrilegus. Defensor vult furem es|se, quia fur quadruplum solvat, accusator sacrilegum, quia sacrilegus capite plectitur: et haec constitutio definitiva dicitur, quia quid sit fur et quid sacrilegus definiendum ratione et videndum, in cuius definitionem cadat qui sacrum de privato loco subripuit. Si vero inter accusatorem et defensorem convenit de facto et de nomine facti, tum quaerenda est aestimatio facti, id est quale sit factum, iustum an iniustum, utile an inutile: et haec constitutio generalis dicitur, cuius exemplum est: Quidam dux Romanus cum obsideretur ab inimicis nec ullo modo evadere potuisset, pactus est cum hostibus ut arma daret;

2 Sam. II, 15, 31. 5 cap. 24.

3 husai *C* 5 tertulliano *AF*, tulliano *E* 28 inter *corr. E*: *om. AE*¹*F* saepe] pro *F*, *om. AE in loco eraso, in quo littera* p *cum nota apparet* 39 potuit pacatus cum *C*

p. 392 C.

armis vero datis salvum eduxit exercitum: accusatur a quibusdam reus esse maiestatis. Hic de facto et de facti nomine convenit inter ambas partes, sed quale sit factum quaeritur hoc modo, utrum satius esset amittere milites an ad hanc conditionem turpissimam venire: cuius constitutionis plures sunt partes, de quibus post dicemus. In quarta constitutione, quam translativam nominamus, quaeritur, an facere rem debeat qui fecit, aut eo tempore, vel eo modo, vel in eo loco, aut cum illis cum quibus fecit: ut si Orestes accusetur Clytaemnestram matrem suam occidisse: non iuste filium occidisse matrem, licet illa occidisset Agamemnonem patrem suum regem Graecorum. Hic quaeri debet per translationem, si iuste fecisset an non. 8. **K.** Statu causae invento quomodo tunc status ipse considerandus est? **A.** Constitutione causae reperta statim placet considerare, utrum quaestio causae simplex sit an iuncta. Simplex est, quae unam in se continet quaestionem, hoc modo: Corinthiis bellum indicamus an non? Coniuncta est quaestio, quae ex pluribus quaestionibus constat, hoc pacto: utrum Carthago diruatur, an Carthaginiensibus reddatur, an eo colonia deducatur. 9. **K.** Sed legales nunc constitutiones exemplis confirma. **A.** Considerandum est, sicut iam dixi, in ratione an in scripto sit controversia. Nam scripti controversia est ea, quae ex scripta lege nascitur, hoc modo: Lex: ‘qui in adversa tempestate navem reliquerint, omnia amittant, et eorum sint onera et navis qui remanserint in ea’. Duo quidam cum in alto navigarent, cum alterius navis et alterius onus esset, naufragum quendam natantem misericordia moti sustulerunt in navem. Postea [cum] aliquanto plus ipsos quoque tempestas vehementius iactare coepit, usque adeo, ut dominus navis, cum idem gubernator esset, in scapham confugeret, quae religata navi cohaerebat (et inde quantum potuit navi opitulabatur), ille autem, cuius merces erant, in gladium ibidem in navi occumberet; naufragus vero ad gubernacula accessit, navem regebat. Sedata tempestate navis in portum pervehitur. Ille, qui in gladium incubuerat, leviter saucius ex vulnere recreatus est. Navem cum onere horum trium iuxta scriptam legem quisque suam dixit. Et hic ex scripto quaestio nascitur, cuius sit navis, definitionibus adhibitis, quid sit relinquere navem et quid sit remanere in navi. Item ambiguitas saepe in scripta lege facit quaestionem, hoc modo: Meretrix coronam ne habeat; si habeat, publicetur. Hic ambiguitas in scripto est, an meretrix vel corona publicanda sit. Ex contrariis quoque saepe legibus nascitur quaestio, dum de una re alia lex aliter cavet, aliter et altera. Lex: ‘qui tyrannum occiderit, rem quam volet praemii loco a magistratu roget, et accipiet’. Altera: ‘tyranno

---

12—17 = Cic. de Inv. I, 12, 17. 20—33 = ibid. II, 51, §. 153 sq. 37 — p. 529, 1 ibid. II, §. 144.

---

20 relinquerunt *C* 23 cum *in A erasum est nec habet Cicero* 27 *immo* incumberet, *ut est v. 29 et apud Cic. l. c.* 34 puplicetur *C*, *item v. 35* puplicanda 37 aliter et altera *Christio recte delendum videtur*

p. 392. 393 C.

occiso quinque quoque eius proximos cognatione magistratus occidito'. Alexandrum, qui in Thessalia tyrannidem occupaverat, Thebe uxor sua noctu occidit. Haec filium suum, quem ex tyranno habebat, | sibi in praemii loco deposcit. Sunt qui ex lege occidi puerum dicant oportere: sunt qui dicant oportere reddi matri praemii loco. Res in iudicio est. Et hic considerandum est, quae lex ad maiorem utilitatem pertineat, et quae prius esset scripta, et quos quaeque habuisset legislatores. Ex scripto et sententia controversia consistit, cum alter verbis ipsis quae scripta sunt utitur, alter ad id, quod scriptorem sensisse dicet, omnem adiungit dictionem, ut: lex aperire noctu portas vetat. Quidam aperit et amicos in oppidum accipit, ne ab hostibus opprimerentur, si foris mansissent. Accusator solam intendit litteram, defensor sententiam: scriptorem legis pro inimicis claudi, non pro amicis iussisse portas oppidi. Fiunt per ratiocinationem vel definitionem legis quaestiones, dum alia ratione alter scriptum interpretari nititur, alia alter, vel si diverso modo scriptoris sententiam conantur definire; et eiusmodi, ut dixi, ex scripto fiunt quaestiones. 10. **K.** Perspecto controversiae loco secundum quod dixisti, an in ratione sit vel in scripto, quo tunc animus ferendus est? **A.** Videndum est quae quaestio, quae ratio, quae iudicatio et quod firmamentum causae sit. **K.** De his singulis dic. **A.** Quaestio est constitutio, in qua causae disceptatio constat, hoc modo: 'non iure fecisti, iure feci': ratio est, qua utitur reus, quare iure fecisset, ut Orestes si accusaretur matricidii, non habet defensionem, nisi hoc dicat: iure feci; illa enim patrem meum occiderat: iudicatio est ex ratione deducta summa huiusmodi: rectumne fuerit ab Oreste matrem occidi, cum illa Orestis patrem occiderit. Firmamentum est firmissima argumentatio defensoris, ut si velit Orestes dicere eiusmodi animum matris suae fuisse in patrem suum, in se ipsum, in regnum et in omne genus suum, ut ab ea poenas liberi sui potissimum expetere debuissent. 11. **K.** De generali constitutione prius dixisti, quod plures partes haberet: illas rogo ut pandas mihi, magister, exemplisque confirmes per singulas, me tacente et probante. **A.** Faciam; illa enim controversia, quae quaerit quale illud factum sit, quod reo obicitur, constitutio generalis vocatur, et habet partes duas, iuridicialem et negotialem. Negotialis est, in qua quid iuris sit ex civili more et aequitate consideratur, cui diligentiae praesunt iudices, et habet in se inplicatam controversiam civilis iuris, hoc modo: Quidam dum filium non habuit, pupillum sibi fecit heredem. Sed pupillus ante mortuus est, quam hereditas in eius

---

36 — p. 530, 10 = Cic. de Inv. II, 21, 62.

---

1 proximos cognatione occidentur *C*, proximi cogn. occidantur ς; proximos cogn. magistratus necato *Cic.* 2 occuperat *C*, *sed* occupauerat *in E corr.* 7 quos quae habuisset *C* 18 uel scripto *F* 22 quare *AE*: quo *F sed in ras.* 25 occiderat $AE^1F$ 26 orestis *AF* 29 generale $AE^1F$ 32 quae quaerit quale *nos*: quae et quale *C* 33 *et* p. 530, 9 iudicialem *C*, *nisi est error Albini ipsius*

p. 393. 394 C.

venisset potestatem. Fit controversia a secundis heredibus patris: nostra est possessio. Intentio est propinquorum pupilli: ‘nostra est pecunia, de qua testatus non est propinquus noster’: depulsio est: ‘immo nostra, qui heredes testamento patris sumus’: quaestio est, *utrorum sit*: ratio: ‘pupillo enim pater testamentum scripsit, quare quae eius sunt, nostra fiant necesse est’: infirmatio rationis: ‘immo pater sibi scripsit secundum heredem, non pupillo: quare testamento illius vestra esse non potest hereditas’: iudicatio: possitne quisquam de filii pupilli re testari; an heredes secundi ipsius patris familias, non filii quoque eius pupilli heredes sint. 12. Iuridicialis est, in qua aequi et iniqui et praemii aut poenae ratio quaeritur. Huius partes sunt duae, absoluta et adsumptiva: absoluta, quae in se continet iuris et iniuriae quaestionem, hoc modo. Cum Thebani Lacedaemonios bello superavissent et fere mos esset Grais, cum inter se bellum gessissent, ut ii qui vicissent tropheum aliquod in finibus statuerent, victoriae modo in praesentiam declarandae causa, non ut in perpetuum belli memoria maneret, aeneum statuerunt tropheum. Accusantur apud commune Graeciae concilium. Intentio est ‘non oportuit’: depulsio est ‘oportuit’: quaestio est ‘oportueritne’: ratio est: ‘eam enim ex bello gloriam virtute peperimus: ut eius aeter|na insignia posteris nostris relinquerentur, statuimus tropheum’: infirmatio est: ‘at tamen aeternum inimicitiarum monumentum Graios de Grais statuere non oportet’: iudicatio est: cum summae virtutis celebrandae causa Grai de Grais aeternum inimicitiarum monumentum statuerunt, recte an non fecerint? Adsumptiva est, cum ipsum factum probari non potest, sed aliquo foris adsumpto argumento defenditur. Cuius partes sunt quattuor, conparatio, relatio criminis, remotio criminis, concessio. 13. Conparatio est, cum aliud aliquod factum rectum aut utile contenditur, quod ut fieret, illud quod arguitur dicitur esse commissum, ut in illo exemplo, quod paulo ante posuimus. Cum dux Romanus ab hostibus obsideretur, nec ullo pacto evadere potuit nisi pacaret ut hostibus arma daret: armis datis milites conservavit, sed post accusatur maiestatis. Intentio est ‘non oportuit arma relinquere’: depulsio est oportuit: quaestio est ‘oportueritne’: ratio est: ‘milites enim omnes perissent, si hoc non fecissem’: infirmatio est ‘non ideo fecisti’. Ex quibus iudicatio est, perissentne, et ideone fecisset. Conparatio, an melius esset ad hanc turpissimam conditionem venire, vel milites perire. Relatio criminis est, cum reus id quod arguitur confessus alterius se inductum peccato iure fecisse demonstrat. Ea est huiusmodi. Horatius occisis tribus

11—23 = Cic. de Inv. II, 23, 69. 26—34 = ibid. II, §. 72. 35 — p. 531, 10 = ibid. II, §. 78.

3 testus $AE^1F$ 4 utrorum sit *add. e Cicerone* 5 fiunt $AE^1F$ 7 testamentum $AE^1F$ 8 possentne *C* testare *C* 10 et iniqui natura *Cic.* 13 mos est *C* 23 fecerunt $AE^1F$ 26 confessio $AE^1F^1$ 29 obsideretur *C* ne ullo $AE^1F$ *immo* potuisset 35 turpissimam ditionem $A^1E^1F$

Curiatiis et duobus amissis fratribus domum se victor recepit. Is animadvertit sororem suam de fratrum morte non laborantem, sponsi autem nomen appellantem identidem Curiati cum gemitu et lamentatione. Indigne passus virginem occidit; accusatur. Intentio est: ‘iniuria sororem occidisti’: depulsio ‘iure occidi’: quaestio est ‘iurene occiderit’: ratio est: ‘illa enim hostium mortem lugebat, fratrum neglegebat, me et populum Romanum vicisse moleste ferebat’: infirmatio est: ‘tamen a fratre indamnatam sororem necari non oportuit’. Ex quo iudicatio fit: cum Horatia fratrum mortem neglegeret, hostium lugeret, fratris et publicae rei victoria non gauderet, oportueritne eam a fratre indamnatam occidi? 14. Remotio criminis est, cum eius intentio facti, quod ab adversario infertur, in alium aut in aliud crimen demovetur. Id fit bipertito; nam tum causa, tum res ipsa removetur; causae remotionis hoc nobis exemplo sit: Rhodii quosdam legarunt Athenas: legatis quaestores sumptum, quem oportebat dari, non dederant: legati profecti non sunt, accusantur. Intentio ‘proficisci oportuit’: depulsio est ‘non oportuit’: quaestio est ‘oportueritne’: ratio est: ‘sumptus enim, qui de publico dari solet, his ab quaestore non est datus’: infirmatio est: ‘vos tamen id, quod publici vobis erat negotii datum, conficere oportebat’: iudicatio est: ‘cum his, qui legati erant, sumptus qui debebatur ex publico non daretur, oportueritne eos conficere nilominus legationem. Ipsius autem rei fit remotio, cum id, quod datur crimini, negat neque ad se neque ad officium suum reus pertinuisse, nec si quod in eo sit delictum, sibi adtribui oportere. Id causae genus est huiusmodi: In eo foedere, quod factum est quondam cum Samnitibus, quidam adulescens nobilis porcum sustinuit iussu imperatoris, foedere autem ab senatu improbato et imperatore Samnitibus dedito, quidam in senatu eum quoque dicit, qui porcum tenuerit, dedi oportere. Intentio est, dedi oportere: depulsio est ‘non oportet’: quaestio est ‘oporteatne’: ratio ‘non enim meum fuit officium nec mea potestas, cum id aetatis non habui et privatus essem, et summa cum auctoritate et potestate imperator mandavit, qui videret ut satis honestum foedus feriretur’. Infirmatio est: ‘At enim, quoniam particeps tu factus es in turpissimo foedere summae relegionis, dedi te convenit’. Iudicatio est: cum is, qui potestatis nil habuerit, | iussu imperatoris in foedere et in tanta religione interfuerit, dedendus sit hostibus necne. Hoc genus causae cum superiore differt, quod in illo concedit se reus oportuisse facere id quod fieri dicat accusator oportuisse, sed alicui rei aut homini eam causam attribuit, quae voluntati suae fuerit inpedimento:

12—21 = Cic. de Inv. II, §. 87. 21 sqq. = ibid. II, §. 91 sq.

1 curiatibus *C* isenimaduertit *AE* 13 causae remotionis *nos*: causa remotionis *C* *fort.* exemplum fit *C* rhodi quasdam $AE^1F$ 16 quaestio est *om.* $AE^1F$ oportuitne *C* 18 publice *Cic.* 20 nihilominus $E^2$ 23 fit delictum *C* 25 sustennit $AE^1F$ 27 *immo* intentio est: dedi oportet 31 at enim *Cicero*: enim *C* 37 uoluntatis *C*

p. 395 C.

in hoc autem non accusare alterum nec culpam in alium transferre debet, sed monstrare eam rem nihil ad se nec ad suam potestatem neque ad officium suum pertinuisse aut pertinere. 15. Concessio est, per quam non factum ipsum probatur ab reo, sed ut ignoscatur id petitur: cuius partes sunt duae, purgatio et deprecatio. Purgatio est, per quam eius qui accusatur non factum ipsum, sed voluntas defenditur: ea habet partes tres, inprudentiam, casum, necessitudinem. Inprudentia est, cum scisse aliquid is, qui arguitur, negatur, ut: Apud quosdam lex erat, ne quis Dianae vitulum immolaret: nautae quidam cum adversa tempestate in alto iactarentur, voverunt, si eo portu, quem conspiciebant, potiti essent, ei deo, qui ibi esset, se vitulum immolaturos. Casu erat in eo portu fanum Dianae eius, cui vitulum immolare non licebat. Inprudentes legis cum exissent, vitulum immolaverunt; accusantur. Intentio est: 'vitulum immolastis ei deo, cui non licebat: depulsio est in concessione deposita: ratio est 'nescivi non licere': infirmatio est: 'tamen, quoniam fecisti quod non licebat ex lege, supplicio dignus es'. Iudicatio est: cum id fecerit, quod non oportuerit, et id non oportere nescierit, sitne supplicio dignus? Casus autem infertur in concessionem, cum demonstratur aliqua fortunae vis voluntati obstitisse, ut in hac re: Cum Lacedaemoniis lex esset, ut hostias nisi ad sacrificium quoddam redemptor praebuisset, capitale esset, hostias is qui redemerat, cum sacrificii dies instaret, in urbem ex agro coepit agere, cum subito magnis commotus tempestatibus fluvius Eurotas, is qui praeter Lacedaemoniam fluit, ita magnus et vehemens factus est, ut eo traduci victimae nullo modo possent. Redemptor suae voluntatis ostendendae causa hostias constituit omnes in litore, ut qui trans flumen essent videre possent. Cum omnes studio eius subitam fluminis magnitudinem scirent fuisse inpedimento, tamen eum quidam capitis arcesserunt. Intentio est: 'hostiae, quas debuisti, ad sacrificium praesto non fuerunt': depulsio concessio: ratio 'flumen enim subito accrevit et ea re traduci non potuerunt': infirmatio 'tamen *quoniam*, quod lex iubet, factum non est, supplicio dignus es': iudicatio est: cum in ea re contra legem redemptor aliquid fecerit, qua in re studio eius subita fluminis obstiterit magnitudo, supplicio dignusne sit. Necessitudo autem infertur, cum vi quadam reus id quod fecerit fecisse defenditur, hoc modo. Lex est apud Rhodios, ut, si qua rostrata navis in portu deprehensa sit, publicetur. Cum magna in alto tempestas esset, vis ventorum invitis nautis in Rhodiorum portum navem coegit; quaestor navem populi vocat; navis dominus negat oportere publicari. Intentio est: 'rostrata navis in portu deprehensa est': depul-

---

3 — p. 533, 4 = Cic. de Inv. II, c. 31 sq. (§. 94 sqq.)

---

7 scisse se $AE^1F$ 8 apud *om.* $A^1E^1F$ 10 uoluerunt $E^1F$ 14 inpulsio *C* posita *codd. dett. et edd. Cic.* 16 iudicatio est — dignus *om. C* 24 possint *AF* 30 quoniam *nos*: *om. C*, quia ς 35 in portum $AE^1F$, *item p. 533, 3* 38 intentio est *om. F*

p. 395. 396 C.

sio concessio: ratio 'vi et necessitate sumus in portum coacti': infirmatio est: 'navem ex lege tamen populi esse oportet'. Iudicatio est: cum rostratam navem in portu deprehensam lex publicaverit, cumque haec navis invitis nautis vi tempestatis in portum coniecta sit, oporteatne eam publicari? Deprecatio est, cum et peccasse et consulto peccasse reus se confitetur, et tamen ut ignoscatur postulat, quod genus perraro potest accidere, in quo non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Hoc genus vix in iudicio probari potest, ideo quod concesso peccato difficile est ab eo, qui peccatorum vindex esse debet, ut ignoscat impetrare. 16. Ecce habes de locis quaestio|num et de statu causarum et de partibus institutionum, quae omnia cotidiano usu natura pandente agnoscis. **K.** Agnoscam, si naturarum conditor me adiuvaverit, et tamen habeo quod adhuc a te quaeram. **A.** Quaere quod placeat, pergam quo me ducis. **K.** Quot personae solent in iudiciis esse? **A.** Quattuor: accusator causae, defensor causae, testes, iudex. **K.** Quo quisque utitur officio? **A.** Iudex aequitate, testes veritate, accusator intentione ad amplificandam causam, defensor extenuatione ad minuendam causam, nisi forte in laude vel praemii petitione sit causa posita: tunc converso ordine accusatori extenuatione et defensori amplificatione utendum est. 17. **K.** Quot modis fit amplificatio vel extenuatio causae? **A.** Duobus: ex inpulsione vel ratiocinatione. Inpulsio est, quae sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, aegritudo, vinolentia, et omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuisse, ut rem perspicere cum consilio et cura non potuerit, et id quod fecit impetu quodam animi potius quam cogitatione fecerit. Ratiocinatio est diligens et considerata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio. Ea dicetur interfuisse tum, cum faciendi aliquid aut non faciendi certa de causa vitasse aut secutus esse animus videbitur, si amicitiae quid causa factum dicitur, si inimici ulciscendi, si metus, si gloriae, si pecuniae, denique ut omnia generatim amplectamur, alicuius retinendi, augendi adipiscendive commodi, aut contra reiciundi, diminuendi devitandive incommodi causa. 18. **K.** Qualiter accusator vel defensor inpulsione seu ratiocinatione uti debet? **A.** Ergo accusator, cum inpulsione aliquid factum esse dicet, illum impetum et quandam commotionem animi affectionemque verbis et sententiis amplificare debebit et ostendere, quanta vis sit amoris, quanta animi perturbatio ex iracundia fiat aut ex aliqua causa earum, qua inpulsum aliquem id fecisse dicet, ut non mirum videatur, si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus accesserit, et exemplis confirmare ante actis, qui simili inpulsu aliquid

---

7—9 = Cic. de Inv. II, §. 104. 20—31 = ibid. II, §. 17 sq. 32 — p. 534, 6 = ibid. §. 19 sq.

---

1 necessitati $AE^1F$ 3 publicauit $C$ 6 et *addidi* accedere $AE^1F$ 10 *immo* constitutionum 12 adiuuerit $E^2$ 24 quod facit $C$ 25 est autem *Cic.* 30 reiciundi $EF$, reiciendi $A$ *partim in ras.* 36 quae inpulsum $C$ 38 simile $AE^1F$

p. 396. 397 C.

simile commiserunt. Cum autem non inpulsione, verum ratiocinatione aliquem commisisse quid dicet, quid commodi sit secutus aut quid incommodi fugerit, demonstrabit et id augebit quam maxime, ut: si gloriae causa, quantam gloriam consecuturam existimarit; item si dominationis, si pecuniae, si amicitiae, si inimicitiarum, et omnino quicquid erit, quod causae prodesse dicet, id summe augere debebit. Defensor autem ex contrario primum inpulsionem aut nullam fuisse dicet, aut si fuisse concedet, extenuabit et parvulam quandam fuisse demonstrabit, aut non ex ea solere huiusmodi facta nasci docebit. Ratiocinationis autem suspiciones infirmabit, si aut commodum nullum fuisse aut parvum aut aliis maius esse, aut nihilo sibi maius quam aliis: aut incommodum sibi maius quam commodum dicet, ut nequaquam fuerit illius commodi, quod expetitum dicatur, magnitudo aut cum eo incommodo, quod acciderit, aut cum illo periculo, quod subeatur, conparandum. Qui omnes loci similiter in incommodi quoque vitatione tractabuntur. 19. **K.** Quia personas causarum dixisti, dic, obsecro, loca singularum. **A.** Dicam, licet hoc non tantum ad artis praecepta pertineat, quantum ad officii decorem. Iudex in tribunali, causa in medio ante eum ad laudem vel ad poenam posita, ut forte patriae defensio vel proditio: accusator ad sinistram causae et defensor ad dextram, testes retro. **K.** An insignia sua singulae ex illis habent? **A.** Habent. Iudex sceptro aequitatis armandus est, accusator pugione malitiae, defensor clypeo pietatis, testes tuba veritatis. **K.** Etiam his omnibus causae adiacentibus circumstantiis repertis, | quid tunc quaerendum est, magister? **A.** Quid nisi singulae totius causae partes? **K.** Quae vel quot illae sint, audire desidero. **A.** Sex enim sunt partes, per quas ab oratore ordinanda est oratio causae: exordium, narratio, partitio, confirmatio, reprehensio, conclusio. 20. **K.** Quid est exordium? **A.** Oratio animum auditoris idonee conparans ad reliquam dictionem. **K.** Quomodo hoc efficitur? **A.** Primo ut benivolum, attentum, docilem efficias auditorem. **K.** Ut mihi videtur, hoc summe curandum est, ut benivolus, attentus, docilis efficiatur auditor: sed quonam modo hoc idem effici possit, velim scire. **A.** Quattuor ex locis benivolentia conparatur, ab nostra, ab adversariorum, ab iudicum persona, a causa. Ab nostra, si de nostris factis et officiis sine arrogantia dicemus, si crimina inlata et aliquas minus honestas suspiciones iniectas diluemus, si quae incommoda acciderint aut quae instent difficultates proferemus, si prece et obsecratione humili ac supplici utemur. Ab adversariorum autem, si eos aut in odium aut in invidiam aut in contemptum adducemus. In odium ducentur, si quod eorum spurce,

---

6 – 15 = Cic. de Inv. II, §. 25 sq. 27 = ibid. I, §. 20 32 — p. 535, 16 = ibid. §. 22 sq.

---

5 quod causae fuisse *libri Tulliani* 10 aliis magis esse *C* 11 aut commodum *F* 25 ordin. est oratio. Causae exordium ς: *fort.* ordin. est ratio causae 36 proferimus *C* 37 autem] aut *C*

p. 397. 398 C.

superbe, crudeliter, malitiose factum proferetur: in invidiam, si vis eorum, potentia, divitiae, cognatio, pecuniae proferentur, atque eorum usus arrogans et intolerabilis, ut his rebus magis videantur quam causae suae confidere: in contemptum adducentur, si eorum inertia, neglegentia, ignavia, desidiosum studium et luxuriosum otium proferetur. Ab auditorum persona benivolentia captabitur, si res ab iis fortiter, sapienter, mansuete gestae proferentur, ut nequaquam assentatio nimia significetur, si de iis quam honesta existimatio quantaque eorum iudicii et auctoritatis expectatio sit ostenditur: a rebus, si nostram causam laudando extollemus, aliorum causam per contemptum deprimemus. Attentos autem faciemus, si demonstrabimus ea, quae dicturi erimus, magna, nova, incredibilia esse, aut ad omnes aut ad eos qui audiant aut ad aliquos inlustres homines aut ad deos immortales aut ad summam rei publicae pertinere, et si pollicebimur nos brevi nostram causam demonstraturos, atque exponemus iudicationem aut iudicationes, si plures erunt. Dociles auditores faciemus, si aperte ac breviter summam causae exponemus, hoc est, in quo consistat controversia. Sed qui bene exordiri volet, primo necesse est ut suae causae genus diligenter agnoscat. 21. **K.** Quot sunt causarum genera? **A.** Quinque: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causae genus est, cui statim sine oratione nostra favet auditoris animus: admirabile, a quo est alienatus animus eorum qui audituri sunt: humile, quod neglegitur ab auditore et non magnopere attendendum videtur: anceps, in quo aut iudicatio dubia est, aut causa et honestatis et turpitudinis particeps, ut benivolentiam pariat et offensionem: obscurum, in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa est implicata. **K.** An semper perspicue exordiri debet orator? **A.** Aliquando perspicue, aliquando per circuitionem. Perspicua oratio est, cui mox animus auditoris favet, ut in honesto genere causae est: illa vero, quae per circuitionem fit, clam subit animum auditoris, ut in humili, ancipiti vel obscuro causae genere faciendum est. Sed hoc sciendum est, quod exordium sententiarum et gravitatis plurimum debet habere et omnino omnia quae ad dignitatem pertinent, ostentationis vero et concinnitudinis minimum, propterea quod ex his suspicio quaedam artificiosae diligentiae nascitur, quae maxime orationi fidem et oratori adimit auctoritatem. 22. **K.** Ecce habeo quo modo exordiri debeat causa, nunc narrationis | textum expone. **A.** Narratio est rerum gestarum aut ut gestarum expositio, quae tria debet habere, id est ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit. Brevis erit, si unde necesse est, inde initium sumat, et non ab ultimo

---

18—25 = Cic. de Inv. I, §. 20. 38 — p. 536, 19 = ibid. I, §. 28 sq.

---

3 ut his] et his *C* 7 ut ne qua *Cic.* 9 extollimus *C et* ς 13 pollicemur *C et* ς 17 causae *om. E*¹ 21 quod] qui *AE*¹*F* 22 non *om. F* 27 circuitionem *habent mei, non* circuitum cui] qu*a *A*, qua *EF* 28 causaẽ. Illa *A* 29 subiit *AE*¹

p. 398 C.

repetetur, et si cuius rei satis erit summam dixisse, eius partes non dicentur; nam saepe satis est quid factum sit dicere, ut ne narres quemadmodum sit factum: et si non longius quam opus est in narrando procedetur, et si nullam in rem aliam transiet oratio, et si ita dicetur, ut nonnumquam ex eo quod dictum sit, id quod non sit dictum intellegatur, et si non modo id quod obest, verum etiam id quod nec obest nec adiuvat praeteribitur: et non minus rerum non necessariarum quam verborum multitudine supersedendum est. Aperta autem narratio poterit esse, si ut quidque primum gestum erit, ita primum exponetur, et rerum ac temporum ordo servabitur, ut ita narrentur res, ut gestae erunt aut ut potuisse geri videbantur. Hic erit considerandum, ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur, ne quam in aliam rem transeatur. Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse quae solent apparere in veritate, si personarum dignitates servabuntur, si causae factorum exstabunt, si fuisse facultates faciundi videbuntur, si tempus idoneum, si spatii satis, si locus oportunus ad eandem rem, qua de re narrabitur, fuisse ostendetur, si res et ad eorum qui agent naturam et ad vulgi rumorem et ad eorum qui audient opinionem accommodabitur. 23. **K.** Ordo deposcit ut de partitione dicas. **A.** Dicam. Partitio est rerum ad causam ipsam pertinentium divisio, quae recte habita perspicuam et inlustrem totam orationem efficit. Quae duas habet partes: una pars est, quae quid cum adversariis conveniat et quid in controversia relinquatur ostendit, ex qua certum quiddam destinatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum: altera est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breviter expositio ponitur distributa, ex qua conficitur, ut certas animo res teneat auditor; nam et haec pars habere debet brevitatem, absolutionem, paucitatem. Brevitas est, cum nisi necessarium nullum assumitur verbum: absolutio est, per quam omnia quae incidunt in causam genera, de quibus dicendum est, amplectimur in partitione: paucitas est, quae eas res tantum ponit in partitione, quae necessarie sunt dicendae iterum, et ne plura quam satis est demonstraturos nos dicamus, hoc modo: ‘ostendam adversarios quod arguamus et potuisse facere et voluisse et fecisse’, cum fecisse satis est ostendere. 24. **K.** Nunc ad confirmationis praecepta te verte, magister, quae maxime omnibus reor necessaria, ut suam quisque sciat confirmare causam, et licet hoc voluntarie faciat, tamen non satis digne nisi praeceptis et usu agi potest. **A.** Ita est, domine mi rex, ut dicis. Nam omnes argumentationes ad confirmationum tendunt rationes: sed tam grandis est argumentorum silva, ut vix sub brevitate

---

19—32 = Cic. de Inv. I, §. 31—33.

---

1 eius dixisse *C* 2 quod *C* 10 uidebuntur *recte Cic.* 17 rumorem *C et optimi Cic. libri*: morem *edd. Cic.* 24 distributio *Cς* 29 necessarie *AE et* ς, necessaria *F* 33 te uertere $AE^1F$

huius dialogi nostri aliquid aperiri possit. **K.** Tamen stringe paucis plura; nam saepe una clave multae thesaurorum gazae aperiuntur. **A.** Faciam prout possum. Confirmatio est argumentatio, qua tuae causae fidem et auctoritatem conparas, quae duobus modis fit, id est ex personis aut ex negotiis. Et personis quidem has res adtributas putamus, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes; nam ex his singulis argumenta possunt fieri, prout se commoditas causae affert. 25. **K.** Etsi brevitati studeas, tamen haec plenius desidero. **A.** Ex nomine fit argumentum hoc modo, ut si dicamus idcirco aliquem Callidum vocari, quod sit temerario et repentino consilio, ut sacrae scripturae quoque utamur exemplo. Nam Esau de fratre suo Jacob dicit: recte vocatur nomen eius Jacob, id est subplantator: en altera vice subplan|tavit me. In natura sexus, natio, patria, cognatio, aetas consideratur: in sexu vir an mulier: in natione Graecus an barbarus: in patria Atheniensis an Romanus: in cognatione, quibus maioribus, quibus consanguineis sit: in aetate puer an adulescens, natu grandior an senex. Item saepe ex commodis vel incommodis naturae coniectura sumenda est hoc modo: valens an inbecillis, longus an brevis, formosus an deformis, velox an tardus, acutus an hebes, memor an obliviosus, dolosus an simplex. Et ex victu multae trahuntur suspiciones, cum quemadmodum et apud quos et a quibus educatus sit et eruditus quaeritur, et quibuscum vivat et qua ratione vitae et quo more domestico vivat. Et ex fortuna saepe argumentatio nascitur, cum servus an liber, pecuniosus an pauper, nobilis an ignobilis, felix an infelix, privatus an in potestate sit aut fuerit aut futurus sit consideratur, aut denique aliquid eorum quaeritur, quae fortunae esse adtributa intelleguntur. Habitus autem in aliqua perfecta et constanti animi aut corporis absolutione consistit, quo in genere est virtus, scientia et quae contraria sunt: res ipsa et causa posita docebit, ecquid hic quoque locus suspicionis ostendat. Nam affectionis quidem ratio perspicuam solet prae se gerere coniecturam, ut amor, iracundia, molestia, propterea quod et ipsorum vis intellegitur, et quae res harum aliquam rem consequantur faciles cognitu sunt. Studium autem quoniam est assidua et vehemens aliqua ad rem adplicata magna cum voluptate occupatio, facile ex eo ducitur argumentatio, prout res ipsa in causa desiderabit. Item ex consilio sumitur aliquid suspicionis; nam consilium est aliquid faciundi non faciundive excogitata ratio. Facta autem et casus et orationes tribus ex temporibus considerabuntur: quid fecerit aut quid ipsi acciderit aut quid dixerit, et quid faciat, quid ipsi accidat, quid dicat, aut quid facturus, quid

---

3 = Cic. de Inv. I, §. 34. 12 Genes. XXVII, 36. 13 — p. 538, 1 = Cic. de Inv. I, §. 35 sq.

---

1 potest *C* 6 consilia *om. $A^1EF$* 28 docebit et quid *C et* ς 32 consequatur *$AE^1F$* cognito *$AE^1$*, *in F ultima syllaba obscurata est* 33 cum uoluntate *Cic.* 34 ex eo dicitur *F* desiderauit *$AE^1F$*, desiderabitur ς

p. 399. 400 C.

ipsi casurum sit, qua sit usurus oratione. Ex quibus facile erit videndum, quid afferant ad confirmandam coniecturam suspicionis. 26. **K.** Sunt haec loca accusatori seu defensori communia? **A.** Fiunt secundum utriusque causae commodum. **K.** Quo modo? **A.** Nam accusator eius vitam ante actam, quem arguit, vel protervam eius naturam seu studia malitiosa vel mores inprobos vel facta cruenta improbare debebit et ostendere, si potuerit, si in quo pari ante peccato convictus sit, et quam turpis aut cupidus aut petulans aut cruentus esset, ut mirandum non sit talem hominem ad tale facinus proruisse. Quantum enim de honestate et auctoritate eius qui arguitur detractum erit, tantum erit de facultate totius eius defensionis inminutum. Si nullo ante acto peccato reus infamari poterit, hortandi sunt iudices, non veterem famam hominis, sed novum facinus esse iudicandum. Nam ante celatum esse qualis esset, nunc autem manifestum esse: quare hanc rem ex superiori vita non debere considerari, sed superiorem vitam ex hac turpitudine improbari. **K.** Si haec omnia accusator reo ingerit, quis locus defensionis relinquitur ei? **A.** Relinquitur defensionis idoneus locus; saepe enim uno protegente scuto multa nocentis repelluntur spicula. Defensor primo, si potuerit, debebit eius vitam honestissimam, fidelissimam demonstrare, aut in rem publicam aut in parentes, cognatos, amicos, et eius bene gesta fideliter ac fortiter si quae sunt proferenda; et miserum esse tam insignia bona tam parvo reatu obscurari. Nec hoc ipsum aliqua cupiditate vel malitia seu infidelitate perpetrasse, sed casu et ignorantia aut alterius suggestione fecisse, nullumque patriae profectibus vel pietati parentum vel dignitati morum studere velle, si quolibet parvo vel levi reatu priora bona adnullanda sunt. Et hoc optimis viris esse | perniciosum, ut malitiosus quilibet bonos insimulare audeat. Sin autem in ante acta vita aliquae turpitudines erunt, has eum aut inprudentiae necessitudine aut adulescentiae persuasione perpetrasse, aut aliquorum invidia fictas aut falsa opinione inlatas esse dicendum erit. Si vero nullo modo vitae turpitudo aut infamia leniri potest oratione, negare oportebit de vita eius et de moribus quaerere, sed de uno crimine, de quo arguatur, quare ante actis omissis illud quod instat agi oportere. 27. **K.** Dixisti quod alia argumenta a personis, alia a negotiis; haec enim a personis sunt, quae modo dixisti: sed superest ut a negotiis dicas, et primum quid negotium nomines dicito. **A.** Negotium est ipsum factum, in quo inter accusatorem et defensorem controversia est. Cum vero ex negotiis argumenta sumenda erunt, tria consideranda sunt: primo, quid sit ante rem, quid in re, quid post rem, ut in facto cauponis ante rem fuit, quod in itinere illi duo familiariter ibant, quod simul diverterent in hospitium et simul cenarent: in

---

3 utriusque causae *EF*: utrisque *A* 5 quem *E corr.*: quam *AE*$^1$*F*; *cf. v. 9* 14 debere considerare sed — improbare *C* 17 enim *om. AEF, sed est in A parva rasura* 18 si poterit *EF* 23 pietate — dignitate *C* 26 quislibet *C* 27 has eum *nos*: haec cum *C* 31 quaerendum ς 34 quid negotias *C* (negotia* *AE*) 36 Dum uero *C*

p. 400 C.

re nox, somnium, occisio: post rem, quod solus ierit, quod socium reliquerit, quod cruentum gladium habuerit. Est quoque quartum, quod ad negotium pertinet, id est, quae lex sit eius rei vel qui sint auctores eius vel quo id nomine quod factum est appellari debeat. Ante enim rem causa facti consideranda est, id est, an spe lucri vel causa inimicitiarum vel metus vel amici occiderit hominem; nam frustra hominem occidere velle incredibile est. Omnino in gestione rei locus, tempus, occasio, modus, facultas considerari solet, id est, in quo loco vel in quo tempore vel per quem modum vel qua occasione aut facultate occiderit hominem, quaerendum est. Post gestam rem considerabuntur signa quaedam gestae rei, ut cruor caedis signum est et fuga reatus saepe signum solet esse. 28. **K.** Commemorasti locos argumentorum et confirmationum, sed ipsa argumentatio, ut reor, nequaquam uniformis esse potest. **A.** Non uniformis, sed omnis argumentatio, quae ex his locis quos commemoravimus conficitur, aut probabilis aut necessaria debet esse. Necessaria sunt quae aliter fieri non possunt, ut 'si peperit, concubuit cum viro'. Haec vero per conplexionem seu per enumerationem vel simplicem conclusionem fiunt: per conplexionem, in qua utrum concesseris reprehenditur ad hunc modum: 'si inprobus est, cur tueris? si probus, cur accusas?' Per enumerationem, in qua pluribus rebus inductis una necessario confirmatur, hoc pacto: 'necesse aut inimicitiarum causa ab hoc esse hunc occisum aut metus aut spei aut alicuius amici causa, et si horum nihil est, relinquitur ab hoc non esse occisum; nam frustra homo occidi non potest'. Per simplicem conclusionem hoc modo: 'si vos me istuc eo tempore dicitis fecisse, ego eo tempore trans mare fui; ideo id quod vos dicitis, non modo non feci, sed ne potui quidem facere. **K.** Haec, ut intellego, omnino necessaria sunt, sed et, ut video, diligenter videndum, ne quo pacto hoc genus argumentationis refelli possit. **A.** Est, ut intellegis. 29. **K.** Haec argumenta quae dixisti necessaria sunt: iam probabilia quoque dic. **A.** Probabilia sunt, quae fere fieri solent, ut 'si mater est, diligit filium: si avarus est, neglegit ius iurandum'. **K.** Num probabilia semper vera sunt? **A.** Alia vera in opinione, alia in similitudine: in opinione, ut 'inferna esse sub terra': similitudo in contrariis et in paribus spectatur. **K.** Quomodo in contrariis et in paribus? **A.** In contrariis hoc modo: 'nam si his, qui inprudenter laeserunt, ignosci convenit, illis, qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet'. Ex pari sic: 'nam ut locus sine portu navibus esse non potest tutus, sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse'.

---

13—26 = Cic. de Inv. I, §. 44 sq. 29—37 = ibid. §. 46 sq.

---

1 somnum *AE*$^1$*F* 9 quae occasione *AE*$^1$*F* 10 gesta rei *AE*$^1$*F* 11 reati *AE*$^1$*F* 12 Commemorasti locos *nos*: Commemoratis locis *C* 15 necessaria est quae — non potest *C et* ς 21 nec. aut] nec. aũ *AF*, nec. aũt *E* 23 ab hoc non esse *nos*: ab eo hunc *C*, ab eo hunc non esse ς 24 dicitis hoc fecisse *C* 25 fui *om. C* 26 potuerim *C* 30 quae uere *C et* ς 32 alia uero *C*

p. 400. 401 C.

**K.** An omnis argumentatio ex his tantum lo|cis confirmatur, ornatur et consideratur? **A.** Sunt quoque argumentationes, quae per inductionem vel ratiocinationem tractantur, sed hae magis ad philosophos pertinent. **K.** Dic tamen de illis. 30. **A.** Inductio est oratio, quae per certas res quaedam incerta probat et nolentem ducit in assensionem. **K.** Hoc mirum videtur, si facere potest, ut nolens consentiat. **A.** Audies et forte exemplo credis. Nam philosophus quidam cum Xenophonte quodam et eius uxore iniit disputationem, et primum cum uxore sermonem instituit. ‘Dic mihi, quaeso, Xenophontis uxor, si vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes, utrum illudne an tuum malis? Illud, inquit. Quid si vestem et ceterum ornatum muliebrem pretii maioris habeat, quam tu habes, tuumne an illius malis? Respondit, illius vero. Age, inquit, quid si virum meliorem habeat, quam tu habes, utrumne tuum virum malis an illius?’ Hic mulier erubuit. Philosophus autem sermonem cum Xenophonte instituit. ‘Quaeso, inquit, Xenophon, si vicinus tuus equum meliorem habeat, quam tuus est, tuumne equum malis an illius? Illius, inquit. Quid, si fundum meliorem habeat, quam tu habes, utrum tandem fundum habere malis? Illum, inquit, meliorem scilicet. Quid, si uxorem meliorem habeat, quam tu habes, utram malis?’ Atque hic Xenophon quoque ipse tacuit. Post philosophus: ‘Quoniam uterque vestrum, inquit, id mihi solum non respondit, quod ego solum audire volueram, egomet dicam quid uterque cogitet. Nam et tu, mulier, optimum virum vis habere, et tu, Xenophon, uxorem lectissimam maxime vis. Quare, nisi hoc perfeceritis, ut neque vir melior neque femina lectior in terris sit, profecto semper id, quod optimum putabitis esse, maxime requiretis, *ut* et tu maritus sis quam optimae, et haec quam optimo viro nupta sit’. Hic rebus non dubiis dubia probavit propter similitudinem inductionis. Quod si quis separatim quaereret, forte non concederetur. **K.** Iste philosophus non fuit evangelicus. **A.** Non fuit evangelicus, sed rhetoricus. **K.** Cur credimus ei? **A.** Ille secutus est suam artem. **K.** Quid ad haec? sequamur et nos nostram? **A.** Sequere quae velis, sequar te sequentem. **K.** Qualis debet esse illa inductio? **A.** Similis semper ei rei, cuius causa inducitur. **K.** An lucida vel obscura? **A.** Videndum est diligenti cura, ut non intellegat adversarius, quo spectent illae primae inductiones et ad quem finem sint perventurae; nam qui videt, aut tacendo aut negando non sinit longius ire interrogationem. **K.** Si negat? **A.** Ostendenda est similitudo earum, quae ante concessae sunt. **K.** Si tacet? **A.** Iam elicienda est responsio aut, quia taciturnitas imitatur confessionem, concludenda est argumentatio, sicut in concessis.

---

4—27 = Cic. de Inv. I, §. 51 sq. 31—38 = ibid. §. 53 sq.

---

5 assentionem $AE^1F$ 6 credes $E^2\varsigma$ 9 melius habet $F$ 11 ornamentum muliebrem $C$ 16 illius *semel habent* $C$ 19 utrum malis $C$ 24 putabitis *om.* $C$ 25 est $E$ *corr. ex* esse requiritis $C$ 28 non cederetur $AE^1F$

p. 401. 402 C.

31. **K.** Quomodo per ratiocinationem confirmanda est argumentatio? **A.** Illa enim fit propositione, *adprobatione* vel adsumptione et conclusione. **K.** Planiora haec exemplo quolibet fac. **A.** Propositio est, ut: 'melius accurantur quae consilio geruntur quam quae sine consilio administrantur'. Adprobatio est: 'domus ea, quae ratione et consilio regitur, omnibus rebus est instructior quam ea, quae sine ratione et consilio administratur'. Adsumptio est: 'Nil autem omnium melius quam omnis mundus administratur'. Hic altera probatio inducitur: 'nam signorum ortus et occasus et annuae frugum, temporum et dierum mutationes satis mirabili ordine et certa vicissitudine disponuntur, quae signa sunt magno consilio mundum regi'. Tum spectata conclusio proferenda est hoc modo: 'quodsi melius geruntur ea, quae consilio quam quae sine consilio administrantur, nil autem omnium rerum melius administratur quam totus mundus, consilio igitur mundus administratur'. Hoc argumentum adversus eos valet, qui dicunt mundum casu agi, non consilio regi. **K.** Quid stultius est quam hoc putari? **A.** Stultus stulta aestimat, cui tamen iuxta Salomonem respondendum est, ne sibi sapiens videatur. | 32. **K.** Recolo te, magister, inter orationis partes reprehensionem nominasse, sed tantam confirmationum seriem audivi, ut vix videatur reprehensori aliquis locus relictus, quo possit infirmare confirmatam his argumentis causam. **A.** Relinquitur ei locus infirmandi, sed non nos de ea debemus laborare: paene omnis causa in se ipsa habet loca confirmandi et loca reprehendendi. **K.** Suspensus sum tamen, quid de ea velis dicere. **A.** Dicam, et breviter dicam. Reprehensio est, per quam argumentando adversariorum confirmatio aut infirmatur aut tollitur. Haec autem isdem ex locis sumitur, quibus et confirmatio, quia omnis res paene unde confirmari potest, inde et infirmari potest; quod sic evenit, si aut falsum est unde conponitur confirmatio, hoc modo: 'non potest sapiens esse, qui pecuniam neglexerit' — multi sapientes pecuniam neglexerunt: — aut commune, quod nihilo minus ab adversariis potest dici hoc modo: 'idcirco, iudices, quia veram causam habebam, breviter peroravi': aut leve est: 'si in mentem non venisset, non commisisset': aut remotum et longius incipit quam satis est: 'Si Scipio Tiberio Graccho filiam suam Corneliam non dedisset, haec seditio a filiis eorum in populo non accidisset: quare Scipioni hoc malum deputandum est'. Aut offensum est, id est quod eorum qui audiunt laedit voluntatem, ut si forte ante avarum accuses pecuniae amorem: aut adversarium, id est quod tuae causae officit, ut si, *cum* milites tuos hortari debeas, copias

---

3—11 = Cic. de Inv. §. 58 sq. 23 = ibid. I, §. 78 27 — p. 542, 1 = ibid. §. 90 sqq.

---

2 adprobatione *om. C*, probatione ς 10 disponantur $AE^1F$ signo *Cic.* 11 expectata ς 16 putare ς 18 tantum $AE^1F$ 19 uidetur $AE^1F$ 22 *malim* habet et loca loca deprehendi $AE^1F$ 28 *malim* neglexerit; nam multi 33 cornelio *F* 37 cum *addidi*

p. 402. 403 C.

hostium et fortitudinem laudes. Item conplexio reprehenditur, si converti potest hoc modo: ‘nam si veretur, non est accusandus, quia probus est: si vero non veretur, scit se innocentem esse, et ideo non est accusandus’. Hic vereri eum sive non vereri dicas, hoc putat concedendum, ut neges accusandum esse: quod conversione sic reprehenditur: ‘immo accusandus est, si veretur, testatus se innocentem non esse: si vero non veretur, probus non est ac ideo accusandus est.’ Item enumeratio reprehenditur, si praeteritur quiddam in enumeratione, hoc modo: ‘quia habes equum istum, aut emisti eum aut hereditate tibi evenit aut munere datus est tibi aut, si horum nihil est, subripueris eum necesse est’. Quod hoc modo reprehenditur, si dici potest ex hostibus esse captum. His et aliis multis modis reprehendi possunt argumentationes, qui summo studio cavendi sunt oratori magis quam mihi propter brevitatem explanandi. 33. **K.** Restat conclusio sola, quam sex partium orationis posuisti extremam, de qua ordo postulat ut dicas. **A.** Conclusio est exitus et determinatio totius causae. **K.** Quot habet partes? **A.** Tres: enumerationem, indignationem, conquestionem. **K.** Enumeratio conclusionis quae est? **A.** Enumeratio conclusionis est, per quam res dispersae in unum locum coguntur et reminiscendi causa unum sub aspectum simul subiciuntur, hoc modo: ‘quidnam amplius desideratis, o iudices, cum vobis hoc et hoc dixi, hoc et hoc vobis planum feci?’ **K.** Quid efficit indignatio? **A.** Odium in adversarium vel offensionem in eius causam. **K.** Hoc maxime velim scire, quomodo id effici possit. **A.** Eius praecepta plurima sunt talia, si demonstramus illam rem, quam adversarius defendit, diis inmortalibus, sapientissimis hominibus, senatui, populo indignam videri; item si demonstramus adversarii alia facta crudelia, iniusta, avara, inhonesta, contumacia; item si transactam eius vitam moresque inprobamus; item quid mali sit futurum, si non puniatur; item voluntario maleficio vel inconsueto veniam non debere dari; item si superbiam vel arrogantiam eius ostendimus; item ut de se ipse iudex cogitet vel de suis caris, si quid tale eis accidisset: item multos alacres exspectare, quid statuatur de hac re, ut ex eo quod huic concessum sit, sibi quoque tali de re quid liceat intellegere possint. | Item indignamur taetrum, crudele, nefarium, tyrannicum scelus non ulcisci, quod remotum sit ab omni lege et aequitate, tale factum non vindicari. Item in eos, qui *neque* laedere alium nec se defendere potuerunt, crudeliter facta dicemus, ut in pueros, mulieres, senes, infirmos; item in peregrinos, in hospites, in vicinos, in amicos atrocia gesta. Item ut iudex videat, si ipse inter-

1 — 11 = Cic. de Inv. I, §. 83 sq. 15 — 21 = ibid. §. 98. 21 — p. 543, 4 = ibid. §. 100 sqq.

2 quia probus est — non est accusandus *om. AEF*, *sed suppleta sunt in marg. A manu admodum vetere* 4 *malim* Hic sine vereri negas accusandum esse *F*, neges ēē (es ēē *in ras.*) accusandum ** *A*, negas (neges *corr.*) esse accus. *E* 9 tibi datus est *F* 23 sunt talia *nos*: sunt alia *C*, sunt ꝛ 35 neque *addidi* se *om. A*

p. 403 C.

fuerit ac praesens viderit. Item si ostendi potest ab eo factum, a quo minime oportuerit, et a quo, si alius fecerit, prohiberi conveniret. His et aliis plurimis modis, prout se causa, locus et tempus et persona affert, indignationem aut offensionem in adversariis concitare debes. 34. **K.** Bene intellego de ciusmodi oratione posse animos audientium ad indignationem instigari. **A.** Nam, ut dixi, ex his argumentationibus, quae ex personis aut ex negotiis veniunt, amplificationes et indignationes nasci possunt. **K.** Possunt, ut certum teneo: sed quid sit conquestio et quid efficiat et quomodo sit perficienda edicito. **A.** Conquestio est oratio auditorum misericordiam captans. In hac primum animum auditoris mitem et misericordem conficere oportet, quae multis modis fit, ut quae commoda perdiderit et in quibus incommodis sit, ut in morte filii amor, spes, solacium, educatio, item quanta bona fecisset ei, qui tanta mala fecisset sibi; item quam turpes res et inliberales adversarius profert; item quam miserum vobis videretur, o iudices, si adfuissetis; item, dum bona speravi, venerunt mihi mala. Item infirmitatis infelicitas conqueritur, item disiunctio amici, parentis, filii, fratris, uxoris et suavium personarum; item quod male tractetur ab eis, a quibus non conveniat, amicis, servis; item quam misericors essem in illum. Nam gravitas sermonis et auctoritas plus proficit saepe ad misericordiam quam humilitas et obsecratio. Sed nunc habes de prima et maxima parte rhetoricae artis, id est inventione: iam transeamus ad alias partes. 35. **K.** Transeamus, sed primum dic, quid sit sophistica locutio? **A.** Si me alius quis de scola palatii tui interrogasset, forsan ostendissem ei. **K.** Cur alteri et non mihi? an invides me scire? **A.** Non invideo, sed parco et honoro. **K.** Non video honorem mihi esse, dum interrogata negas. **A.** Licet mihi interrogare te? **K.** Cur non? nam interrogare sapienter est docere: et si alter sit qui interrogat, alter qui docet, ex uno tamen, hoc est sapientiae fonte, utrisque sensus procedit. **A.** Etiam procedit, et si alter est qui interrogat, alter qui respondet: tunc tu quidem non es idem qui interrogas, quod ego qui respondeo. **K.** Nequaquam idem. **A.** Quid tu? **K.** Ego homo. **A.** Vides quomodo potes me concludere. **K.** Quomodo? **A.** Si dicis, si non idem ego et tu, et ego homo, consequens est ut et tu homo non sis. **K.** Consequens. **A.** Sed quot syllabas habet homo? **K.** Duas. **A.** Numquid tu duae syllabae es? **K.** Nequaquam, sed quorsum ista? **A.** Ut sophisticam intellegas versutiam et videas quomodo concludi potes. **K.** Video et intellego ex prioribus concessis, dum concessi, ut et ego homo essem, et homo duae syllabae sunt, concludi me posse, ut ego hac duae syllabae sim. Et miror, quam latenter induxisti me prius ut concluderem te, quod homo

9—20 = Cic. de Inv. I, §. 106 sqq.

4 in aduersarium ς 14 *immo* proferat *vel* proferret 24 altero $AE^1F$ 28 utriusque *A et E corr. m. 2* 29 respondit $AE^1F$, respondeat ς 34 homo *om. C*

p. 403. 404 C.

non esses, post et me ipsum, quod duae syllabae essem. 36. Memini te, magister, post inventionem posuisse dispositionem, in qua praecepisti inventas res oratorem ordinate distribuere. Si haec quoque aliqua habeat praecepta, pande mihi. **A.** Non multa per se habet haec pars ad se solam pertinentia praecepta, quae non inveniantur in inventionis praeceptis vel elocutionis. Nam et haec rebus et verbis maxime prodest et ornamentum fidemque argumentationibus praestat et laudem orationi tribuit, cum omnia | enim non solum ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensanda et conponenda sunt, prout praesens ratio utilitatis aut decoris aut necessitatis exegerit. Sed quod ad verborum dispositionem pertinet, satis plene docetur, cum de elocutione tractatur: de rerum vero dispositione per singula membra orationis in inventionis praeceptis traditum est. 37. **K.** Iam nunc nos ordo disputationis ad elocutionis deduxit inquisitionem, quae magnam causae adfert venustatem et rhetori dignitatem: nec te ab huius tam facile excusas responsis, quam in dispositionis te praeceptis eruisti. **A.** Non me excuso, sed tuas, domine mi rex, licet tardo pede, non tamen tarda voluntate sequar interrogationes. **K.** Primo qualis esse debeat elocutio aperi. **A.** Facunda debet esse et aperta. **K.** Quomodo aperta? **A.** Aperta erit, si uteris significantibus et propriis verbis et usitatis sine ambiguo, non nimis procul ductis translationibus nec interposito hyperbato. **K.** Quomodo facunda? **A.** Facunda erit, si grammaticae regulas servat et auctoritate veterum fulcitur. **K.** Qualiter ad auctoritatem priscorum potest oratio nostra pervenire? **A.** Legendi sunt auctorum libri eorumque bene dicta memoriae mandanda: quorum sermone adsueti facti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui nisi ornate. Neque tamen utendum erit verbis priscis, quibus iam consuetudo nostra non utitur, nisi raro ornandi causa et parce, sed tamen usitatis plus ornatur eloquentia. **K.** An magis ornatur in singulis verbis vel in coniunctione verborum eloquentia? **A.** Utrumque; nam et in singulis verbis et in coniunctione verborum decus orationis constat. **K.** Si in utrisque constat, de utrisque dic. **A.** In singulis verbis duo sunt, quae orationem inlustrant, aut si sit proprium verbum aut translatum. In propriis illa laus est, ut abiecta et inconsueta fugiamus, electis et inlustribus utamur, in quibus plenum quiddam et consonans inesse videatur, in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum. In translatis late patet ornatus, quem genuit necessitas, inopia coacta et angustiis, post autem delectatio et iocunditas celebravit. Nam ut vestis frigoris repellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem, sic ver-

---

6—12 = Iulius Victor c. 19. 18 — p. 545, 18 = ibid. c. 20.

---

7 cum *in E punctatum* 13 nos ς: uos *C* 15 excausas $AE^1F$ responsionis *F* 21 yperbaton *C* 25 loqui] loci $AE^1F$ 26 prisci $E^1F$, priscorum *A* 30 si non utrisque *F* 34 *immo* sonans, *ut habet Victor* 38 coepta est *nos*: coacta est *C*

p. 404. 405 C.

bis translatio instituta est inopiae causa, deinde frequentata est delectationis et ornatus. Nam gemmare vites, luxuriare messem, fluctuare segetes etiam rustici dicunt; quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato inlustratur. Ea tamen transferri oportet quae clariorem faciunt rem, ut est horrescit mare et fervet aestu pelagus. Nonnumquam etiam brevitas translatione conficitur, ut telum manu fugit; inprudentia enim teli missi propriis verbis exprimi brevius non posset, et quoniam summa haec laus est verbi translati, ut sensum aperiat. **K.** An undecumque licet ducere translationes? **A.** Nequaquam, sed tantum de honestis rebus. Nam summopere fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos qui audiunt trahet similitudo, ut dictum est 'morte Africani castratam rem publicam' et 'stercus curiae': in utroque deformis cogitatio similitudinis. Item non sit maior translatio, quam res postulet, ut 'tempestas litis', aut contra minor, ut 'aer tonat, ceu dormiens stertit'. Est quoque pulchra translatio per metonymiam, cum res per auctorem rei significatur, ut pro bello Martem et pro frugibus Cererem: aut cum virtutes et vitia pro ipsis, in quibus sunt, appellamus, ut 'in quam domum luxuries inrupit et avaritia penetravit'. Est et synechdochica translatio pulchra, cum ex parte totum aut ex toto partem significamus, ut pro tota domu tecta dicamus aut pro undis mare. 38. **K.** Qualis oportet verborum esse coniunctio? **A.** Decens et conposita et conpacta, ut ne sit hiulca vocalibus, ut 'placida aura adest': nec aspera consonantibus, ut multum ille luget: nec ab ultima syllaba prioris verbi sequens verbum incipiat, ut prima mater: ne prima cum ultima efficiat obscenitatem, ut numerum numquam intellexi. Cavendum quoque est ne inania verba non rei agendae, sed structurae tantummodo implendae causa proferantur, et, ut ad summum veniamus, sicut reliquarum rerum fundamentum est sapientia, ita et in eloquentia quoque; ut enim in vita, ita et in oratione nil clarius est quam omnia sapienter fieri. Quapropter oratori summopere praevidendum est, quid sibi deceat et suae conveniat causae, non in sententiis solum, sed etiam in verbis; non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis aetas, nec vero locus aut tempus aut auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus est aut sententiarum, semperque in omni parte orationis, ut vitae, quid deceat considerandum. 39. **K.** Quid dicis de nobilissima, ut reor, rhetoricae parte, memoria? **A.** Quid aliud nisi quod Marcus Tullius dicit? quod thesaurus est omnium rerum memoria, quae nisi custos cogitatis inventisque rebus et ver-

37 de Orat. I, §. 18.

1 translatiuis *C et* ς 2 luxoriare *AC* 5 inhorrescit *Victor* feruit *C* 8 aperiat] feriat *recte Victor* 14 postulat $E^2$ tona *F* 15 stertet $AE^1F$ 17 *fort.* Cererem dicamus 18 erupit *F* et (*ante* avar.) *addidi* 34 tractatus $AE^1F$

p. 405 C.

bis adhibeatur, intellegimus omnia, etiamsi praeclara fuerint, in oratore peritura. **K.** Suntne aliqua eius praecepta, quomodo vel illa optinenda sit vel augenda? **A.** Non habemus eius alia praecepta, nisi ediscendi exercitationem et scribendi usum et cogitandi studium et ebrietate cavenda, quae omnibus bonis studiis maxime nocet, quae non solum corpori aufert sanitatem, sed etiam menti adimit integritatem. **K.** Sufficiunt haec praecepta, si quis idoneus est ad haec inplenda; nam ut video tam ardua sunt sensu quam rara verbis. **A.** Etiam ardua et utilia. 40. **K.** Sed ordo meae interrogationis postulat, ut tua responsio ad pronuntiationem procedat, quam quintam partem artis rhetoricae esse in principio nostrae disputationis memini te dixisse, magister. **A.** Pronuntiatio est † verborum dignitas vocis sensibus accommodatio et corporis moderatio. Haec enim in tantum excellit, ut etiam secundum sententiam maximi Tullii indocta oratio laudem tamen consequatur, si optime proferatur, et quamvis expolita, si indecenter pronuntietur, contemptum inrisionemque mereatur, nisi forte tibi, domine mi rex, aliter videatur. **K.** Mihi nequaquam aliter, sed huius quoque partis praecepta sequenda vel vitia cavenda velim ut dicas. **A.** Primo exerceri debet vocis et spiritus moderatio et corporis et linguae motus, quae non tam artis sunt quam laboris. Vitia quoque si quae sunt oris, diligenti cura sunt emendanda: ne verba sint inflata vel anhelata vel in faucibus frendentia nec oris inanitate resonantia, non aspera frendentibus dentibus, non hiantibus labris prolata, sed pressim et aequabiliter et leniter et clare pronuntiata, ut suis quaeque litterae sonis enuntientur, et unumquodque verbum legitimo accentu decoretur, nec immoderato clamore vociferetur, vel ostentationis causa frangatur oratio, verum pro locis, rebus, personis, causis et temporibus dispensanda est. Nam alia simplicitate narranda sunt, alia auctoritate suadenda, alia cum indignatione depromenda, alia miseratione flectenda, ut semper vox et oratio suae causae conveniat. Haec te praecepta ad pronuntiationis laudem deducunt, et tibi honestatem et tuae causae fidem efficient. 41. **K.** Quid est quod paulo ante corporis moderationem dixisti esse servandam? **A.** Dixi, quia necessarie observandum est, ut recta sit facies, ne labra detorqueantur, ne inmodicus hiatus rictus distendat, ne supinus vultus, ne deiecti in terram oculi, ne inclinata cervix, neque elata aut depressa supercilia. Infinitum enim in his quoque rebus momentum est, quia nihil potest placere, quod non decet et, ut ait Marcus Tullius, caput artis est decere quod facis. Labra lambere vel mor-

---

12 — p. 547, 2 = Iulius Victor c. 24. 37 de Orat. I, §. 132.

---

3 uel agenda *F* 4 ediscendi *nos*: discendi *C*, dicendi ς ebrietatẽ cauendã *E ex corr.* 11 *fort.* Pronuntiatio est ex rerum et uerborum dignitate vocis sensibus accommodatio *etc. Iulius Victor habet*: Pronuntiatio est ex rerum et uerborum dignitate uocis et corporis moderatio. 16 tibi *om. A* 23 aequaliter *E* 28 deprimenda *Christ* 32 necessarię *F*, necessaria *A* 33 torqueantur *C* rictum *Victor*

p. 405. 406 C.

dere de|forme est, cum etiam in efficiendis verbis modicus esse debeat eorum motus; ore enim magis quam labris loquendum est. 42. **K.** Haec, venerande magister, iocunda esse et honesta fateor mihique multum placabilia: sed, ut video et intellego, iugem exercitationem et cotidianum usum postulant, et ad plenam consummationem nisi continua meditatione et instanti exercitatione non possunt pervenire, sine qua nullam disciplinam inlustrem esse puto. **A.** Ita est, domine mi rex, ut dicis; nam exercitatio ingenium et naturam saepe vincit, et usus omnium magistrorum praecepta superabit. Quamobrem inventio et dispositio et elocutio et memoria et pronuntiatio usu acri et exercitatione intentissima convalescant; naturae enim vicem paene obtinet consuetudo. Nam in arte qualibet exercitata consuetudo confidentiam constantiamque procreat, sine qua nil ars proficit. Quid enim timidis arma? Amet laudem iuvenis, magnumque esse sciat multis tacentibus solum audiri; nam licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum est. Discat ab adulescentia non reformidare ante multos loqui, ut eum nec metus frangat nec ultra modum reverentia retardet, ut, dum omnibus oratoris sit opibus instructus, animi quoque praestantia et oris fiducia illi non desit. 43. **K.** Quapropter, ut mihi videtur, illis sermocinandi ratio, qui causis civilibus et negotiis saecularibus interesse aestimandi sunt, mox a pueritia multo studio habenda est vocis quoque et verborum exercitatio, ut ab ineunte aetate adsuescat vocis fiducia et verborum copia et decenti corporis motu, ut sine formidine faciat in publicis quaestionibus, quod cum consuetudine gessit in privatis. **A.** Vere intellegis et optime prosequeris. Nam ut in castris miles, sic in domo orator debet erudiri, ut quod solus exercuerat, inter multos facere non formidet. **K.** Iam quoque necesse esse video, ut domesticus usus cavere incipiat, quod publicus conventus detrahere possit. Nec enim inhonestis verbis inter suos uti debet qui honestis inter alienos loqui desiderat, cum in omni parte vitae honestas pernecessaria est, maxime in sermonibus, quia fere cuiusque mores sermo probat, nisi tibi, magister, aliud videatur. **A.** Mihi vero de hac re nil aliud videri potest, ac ideo consuetudinaria sermocinatione verba sint lecta, honesta, lucida, simplicia, plano ore, vultu quieto, facie composita, sine inmoderato cachinno, clamore nullo prolata. Nam bonus modus est in loquendo, tamquam in ambulando, clementer ire, sine saltu, sine mora, quatenus omnia medii moderaminis temperantia fulgeant, quae est una de quattuor virtutibus, de quibus ceterae quasi radicibus procedant virtutes, in quibus animae est nobilitas, vitae dignitas, morum honestas, laus disciplinae. **K.** Intellego philosophicum illud proverbium non solum moribus, sed etiam verbis esse necessarium. **A.** Quodnam? **K.** Ne quid nimis. **A.** Est et vere est in omni re necessarium, quia

3—17 = Iulius Victor c. 25. 32 sq. = idem c. 26.

9 superauit *C* 12 constantiam *A* 13 magnum *A* 16 retardat $AE^1F$
17 *fort.* oratoriis 25 formidat $AE^1F$

p. 406. 407 C.

quidquid modum excedit, in vitio est. Ideo virtutes in medio sunt positae, de quibus tuae venerandae auctoritati plura dicere potuissem, si non disputatio nostra ad finem festinaret, et si non superfluum videretur tecum de virtutibus agere, quem virtutum non tantum scientia, sed etiam ornat efficientia. 44. **K.** Non tamen te, magister, prius dimittam calamum responsionis claudere, quam mihi nomina et partes quattuor virtutum exponas, quas radices aliarum esse virtutum dixisti. Paulo ante inter nos constitit, sermocinationis exercitationem esse necessariam: in quo melius est habendum sermonis studium quam in virtutum excellentia, quae utrumque et scribentibus et legentibus multum prodesse valet? **A.** Prodest, ut dicis, domine mi rex, sed inter utrumque coartor; nam succinta | brevitas pauca postulat et res ardua plura desiderat. **K.** Tempera te in utrumque, ne aut prolixitas fastidium aut brevitas ignorantiam generet. **A.** Primo sciendum est, quod quaedam res tam clarae et tam nobiles sunt, ut non propter aliud emolumentum expetendae sint, sed propter suam solummodo dignitatem amandae sunt et exsequendae. **K.** Has ipsas res magnopere velim cognoscere. **A.** Hae sunt: virtus, scientia, veritas, amor bonus. **K.** Numquid non has christiana relegio adprime laudat? **A.** Laudat et colit. **K.** Quid philosophis cum his? **A.** Has intellexerunt in natura humana et summo studio coluerunt. **K.** Quid tunc distat inter philosophum talem et christianos? **A.** Fides et baptismus. **K.** Prosequere tamen philosophicas definitiones de virtutibus et primum dic, quae sit ipsa virtus. **A.** Virtus est animi habitus, naturae decus, vitae ratio, morum nobilitas. **K.** Quot habet partes? **A.** Quattuor: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. 44. **K.** Quae est prudentia? **A.** Rerum et naturarum scientia. **K.** Quot habet partes? **A.** Tres: memoriam, intellegentiam, providentiam. **K.** Harum quoque definitiones dicito. **A.** Memoria est, per quam animus repetit illa quae fuerunt: intellegentia, per quam ea perspicit quae sunt: providentia, per quam futurum aliquid praevidetur ante quam fiat. **K.** Iustitiae rationem expone. **A.** Iustitia est habitus animi unicuique rei propriam tribuens dignitatem: in hac divinitatis cultus et humanitatis iura et aequitas totius vitae conservatur. **K.** Eius quoque partes pande. **A.** Partim illa est ex naturae iure, partim ex consuetudinis usu. **K.** Quomodo ex naturae iure? **A.** Quia partes illius quaedam naturae vis inserit, ut relegionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem. **K.** De his singulis lucidius aperi. **A.** Relegio est, quae superioris cuiusdam naturae, quam divinam vocant, curam ceremoniamque affert: pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolis officium et diligens tribuitur cultus: gratia, in qua amicitiarum et offi-

23 — p. 549, 27 cf. Cic. de invent. II c. 53 sq.

11 inter *AE*: in *F* 12 inter utrumque ς 14 quod *om. AE*$^1$*F* 15 expetendae sunt *AE*$^1$*F* 16 *malim* amandae sint 21 baptismum *C* 25 naturam *F* 32 quoque *AE*: que *F* 33 partes *om. AE*$^1$*F* 39 inimicitiarum *A*$^1$*EF*

ciorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur: vindicatio, per quam vis aut iniuria et omnino omne quod offuturum est defendendo aut ulciscendo propulsatur: observantia, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur: veritas, per quam ea quae sunt aut ante fuerunt aut futura sunt dicuntur. **K.** Quomodo ex consuetudinis usu iustitia servatur? **A.** Ex pacto, pari, iudicato et lege. **K.** Plus quaero et de his quoque. **A.** Pactum est, quod inter aliquos convenit: par in omnes aequabile est: iudicatum, quod alicuius magni viri aut aliquorum sententiis constitutum est: lex est omni populo scriptum ius, quid cavere vel quid observare debeat. 45. **K.** Nunc fortitudinem cum suis partibus ut depromas flagito. **A.** Fortitudo est magno animo periculorum et laborum perpessio: eius partes sunt magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia. **K.** Harum rationes patefac. **A.** Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione cogitatio atque administratio: fidentia est, per quam magnis et honestis in rebus multum animus in se fiduciae certa cum spe conlocavit: patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum aut difficilium voluntaria ac diuturna perpessio: perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio. **K.** Restat tibi de temperantia dicere, a qua orta est nobis de virtutibus inquisitio, cuius proprietatem et partium illius audire expecto. **A.** Temperantia est rationabilis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio: eius partes sunt continentia, | clementia, modestia. Continentia est, per quam omnis mala cupiditas magna consilii gubernatione regitur et deprimitur: clementia est, per quam iniuriae et odia miti animo retinentur: modestia est, per quam totius vitae modus seu animi seu in corporis motibus ubique honesti cura servatur. 46. **K.** Honor eximius est coram hominibus haec servanti et laus apud deum. Sed miror nos christianos, si illi philosophi has virtutes ob illarum tantum dignitatem vel laudem vitae servaverunt, cur nos ab his in multis devio errore declinamus, cum haec nunc in fide et caritate observantibus aeternae gloriae ab ipsa veritate, Christo Iesu, praemia pollicentur. **A.** Plus miserandi quam mirandi sumus, quia plurimi ex nostris sunt, quos nec terror poenarum nec gloria praemiorum ad virtutum dignitatem revocat. **K.** Agnosco et sine lacrimis non dico multos esse tales, attamen rogo, ut quam breviter possis edisseras, quomodo hae excellentes virtutes in nostra relegione christiana intellegendae atque observandae sint. **A.** Nonne tibi videtur sapientia esse, qua Deus secundum modulum humanae mentis intellegitur et timetur et futurum eius creditur iudicium? **K.** Intellego et assentio nihil hac sapientia excellentius, et in Iob recolo scriptum: ecce hominis sapientia pietas, et quid

---

5 sunt ante aut $C\varsigma$ 6 et lege *A et E corr.*: ex lege $A^1E^1F$ 10 Nunc fortit. — perseuerantia *om. EF, sed suppleta sunt in A manu admodum antiqua* 14 et (*ante* excels.) *om.* $AE^1F$ 15 agitatio *Cic.* 25 iniuria et $C\varsigma$ 35 tales *AE*: malos *F* 36 haec *F* 39 huic sapientiae *C*

p. 408. 409 C.

pietas, nisi dei cultus? qui Graece dicitur θεοσέβεια. **A.** Bene intellegis et vere, sed quid tibi iustitia videtur esse nisi caritas Dei eiusque mandatorum observatio? **K.** Et hoc agnosco, nihil hac iustitia iustius, immo nullam aliam esse nisi istam. **A.** Numquid non fortitudinem esse cernis, qua hostis antiquus vincitur et adversa mundi tolerantur? **K.** Cerno equidem nec aliquid hac victoria laudabilius aestimo. **A.** An temperantia non est, quae libidinem refrenat, avaritiam reprimit, omnes animi inpetus sedat et temperat? **K.** Est et vere est et valde necessaria omni homini, sed adhuc quaero: ad quem finem harum observatio virtutum spectat? **A.** Ut diligatur Deus et proximus, an aliud aestimas? **K.** Nil equidem aliud, sed quam breve auditu est, tam factu difficile et arduum. **A.** Quid facilius est quam amare species pulchras, dulces sapores, sonos suaves, odores flagrantes, tactus iocundos, honores et felicitates saeculi? Haecine amare facile est animae, quae velut volatilis umbra recedunt, et Deum non amare, qui est aeterna pulchritudo, aeterna dulcedo, aeterna suavitas, aeterna flagrantia, aeterna iocunditas, perpetuus honor, indeficiens felicitas? maxime cum divinae scripturae nil aliud nobiscum agant, nisi ut diligamus Deum et dominum nostrum ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente, et proximum nostrum tamquam nosmet ipsos. Nam promissum habemus ab illo, qui fallere ignorat. Iugum, inquit, meum suave est et onus meum leve. Laboriosior est enim huius mundi amor quam Christi; quod enim in illo anima quaerit, non invenit, id est felicitatem et aeternitatem, quoniam haec infima pulchritudo transit et recedit, vel amantem deserit vel ab amante deseritur: teneat igitur anima ordinem suum. **K.** Quis est ordo animae? **A.** Ut diligat quod superius est, id est Deum, et regat quod inferius est, id est corpus, et socias animas dilectione nutriat et foveat; his enim sacrificiis purgata atque exonerata anima ab hac laboriosa vita et aerumnosa revolabit ad quietem et intrabit in gaudium domini sui. **K.** Magnum quendam virum et vere beatum praedicas, o magister. **A.** Magnum te faciat Deus et vere beatum, domine mi rex, et in hac virtutum quadriga, de qua paulo ante egimus, ad caelestis regni arcem geminis dilectionis pennis saeculum hoc nequam transvolare concedat. **K.** Fiat, fiat gratia divina donante. **A.** Sermo iste noster, qui de volubili civilium quaestionum ingenio initium habuit, hunc aeternae stabilitatis habeat finem, ne aliquis nos incassum tantum | disputandi itineris peregisse contendat. **K.** Quis est qui nos frustra sermocinari audeat dicere, si aut honestarum est saeculi scrutator curiosus artium aut excellentium scrutator virtutum? Nam me, ut fateor, ad has inquisitiones scientiae amor adduxit, et tibi gratiam habeo quod inquisita non negasti, ac ideo hanc tuarum responsionum benivolentiam probo et studiosis profuturam esse arbitror, si modo macula livoris legentem non corrumpit.

---

20 Matth. XI, 30.

---

1 theosebion *C* 5 fortiter tolerantur ς 12 quam *om. C* 28 reuolet *C*, reuolat *E corr.* 33 quem de uolubili ciuium *AE*$^1$*F* 41 liuoris *A et E corr. m. 2:* laboris *A*$^1$*E*$^1$*F*

## XVII.

# PRAEEXERCITAMINA
# PRISCIANI GRAMMATICI
## EX HERMOGENE VERSA.

---

*P* = codex Parisinus n. 7530 saec. VIII.
Reliquorum librorum notas v. in editione Keilii II, p. 404.

---

### DE FABULA.

1. Fabula est oratio ficta verisimili dispositione imaginem exhibens 1
veritatis. Ideo autem hanc primam tradere pueris solent oratores, quia animas eorum adhuc molles ad meliores facile vias instituunt vitae. Usi sunt tamen ea vetustissimi quoque auctores, ut Hesiodus Archilochus Horatius, Hesiodus quidem lusciniae, Archilochus autem vulpis, Horatius muris. Nominantur autem ab inventoribus fabularum aliae Cypriae, aliae Libycae, aliae Sybariticae, omnes autem communiter Aesopiae, quoniam in conventibus frequenter solebat Aesopus fabulis uti. Et pertinet ad vitae utilitatem 2
et fit versimilis, si res quae subiectis accidunt personis apte reddantur: ut puta de pulchritudine aliquis certat, pavo hic supponatur: oportet alicui astutiam tribuere, vulpecula est subicienda: imitatores aliquos hominum volumus ostendere, hic simiis est locus. Oportet igitur modo breviter, modo latius eas disserere. Quomodo autem hoc fiat? si nunc narratione simplici
proferantur, nunc etiam sermo inductis fingatur personis, exempli causa: 3
‘Simiae convenerunt et consilium habebant de urbe condenda, et quia placuit illis, paratae erant incipere aedificationem. Sed vetus inter eas prohibuit ab incepto eas docens, quod facile capiantur, si intra muros concludantur’. Sic breviter dices. Si velis producere, sic: ‘Simiae convenerunt, consiliabantur de urbe condenda: quarum una in medium veniens contionata

---

3 animos ς 6 quidem] quoque *P* 8 in conuenientibus *P* 11 pauo] paulo *P* huic *R* 12 est *om.* *P* 13 semiis *P* 15 inductis figuratur *P* 16 *et* 19 semiae *P* 20 in medio *P*

p. 358. 359 C.

est, quia oportet ipsas quoque civitatem habere. Videtis enim, aiebat, quod civitates habendo homines habent etiam domos singuli et contionem universi, et in theatrum ascendentes delectant animos spectationibus et auditionibus
4 variis'. Et sic proferes orationem morando, dicens quod et plebiscitum scriptum est, et finges etiam orationem veteris simiae. Expositio autem fabularum vult circuitionibus carere et iucundior esse. Sed oratio qua utilitas fabulae detegitur, quam epimythion vocant (quam nos affabulationem possumus dicere) a quibusdam prima, sed a plerisque rationabilius postrema ponitur. Sciendum vero, quod etiam oratores inter exempla solent fabulis uti.

## DE NARRATIONE.

5 2. Narratio est expositio rei factae vel quasi factae: quidam tamen *χρείαν*, id est usum, posuerunt ante narrationem. Species autem sunt narrationum quattuor: fabularis, fictilis, historica, civilis. Fabularis est ad fabulas supra dictas pertinens, fictilis ad tragoedias sive comoedias ficta, historica ad res gestas exponendas, civilis quae ab oratoribus
6 in exponendis sumitur causis. Nunc autem de ea, quae ad exercitationem pertinet, dicimus, quam variis proferre modis solemus: per rectum indicativum, per indicativum inclinatum, per convictivum, per dissolutum, per conparativum. Per rectum quidem indica|tivum, ut: 'Medea Aeetae filia fuit; haec prodidit aureum vellus' et sequentia. Rectum autem nominatur, quod per totam vel ampliorem orationem casum servat nominativum. Indicativa vero inclinata dicitur, in qua obliquis utimur casibus, ut 'Medeam, Aeetae filiam, dicunt amavisse Iasonem' et reliqua, quia alios quoque casus assumit. Convictiva vero figura est, qua arguentes utimur, ut: 'Quid enim non fecit Medea malum? non amavit quidem Iasonem, prodidit
7 autem aureum vellus, interfecit fratrem?' et sequentia. Dissolutum vero fit sic: 'Medea, Aeetae filia, prodidit aureum vellus, Absyrtum interfecit fratrem' et sequentia. Conparativum vero est hoc: 'Medea, Aeetae filia, debens pudicitiam servare, amoris turpitudine prodidit eam, et quam decebat custodem fieri fraternae salutis, interfecit fratrem, et quae debuit tutari aureum vellus, tradidit insidiatori'. Et rectum quidem historiae convenit — est enim planius —, inclinatum vero magis certaminibus rhetoricis, convictivum vero ad arguendum accommodatius, dissolutum autem perorationibus sive conclusionibus; est enim passivum, id est affectus animi commovens.

## DE USU.

8 Usus est, quam Graeci *χρείαν* vocant, commemoratio orationis alicuius vel facti vel utriusque simul, celerem habens demonstrationem, quae utilitatis alicuius plerumque causa profertur. Usuum autem alii sunt orationales, alii activi, alii mixti. Orationales sunt, quibus oratio inest sola, ut: 'Plato dicebat Musas in animis esse ingeniosorum': activi vero, in quibus actus inest solus, ut: 'Diogenes cum vidisset puerum indecenter agentem, pedisecum virga percussit': vel mixti, si addas, 'percussit dicens: quare sic erudivisti?' Interest autem inter usum et commemorationem hoc,

---

4 quod et *P* (*non* quod a) 7 retegitur ς quam nos *P*: quod nos ς 16 causas *P* excitationem *P* 18 per dissolutum per conparatiuum per rectum quidem *S*: dissolutum conparatiuum rectum quidem *P* 23 qui alios *P* 25 quidam iosenem *P* 26 fratrem *om. P* 30 custo fieri fraternae saluti si interfecit *P* 32 conuictum *P* 36 quam *P quoque* (*non* quem) 39 alii mixti ς: *om. P; cf. Hermog.* 40 actiui uero *R*: actiuae *P* in *om. P* 42 pedissecum *P* mixtae *P* 43 eruduisti *P*, erudisti ς

p. 359. 360 C.

quod usus breviter profertur, commemorationes vero, quas ἀπομνημονεύματα Graeci vocant, longiores sunt. Sententiae vero differt, quod sententia indicative profertur, usus vero saepe etiam per interrogationem et per responsionem: praeterea, quod usus etiam in actu solet inveniri, sententia vero in verbis tantum, et quoniam usus habet omnimodo personam, quae fecit vel dixit, sententia vero sine persona dicitur. Traduntur tamen differentiae usuum plures a veteribus; alii enim sunt indicativi, alii interrogativi, *alii percontativi*. Sed nunc ad instans veniamus, hoc est ad operationem et ordi- 9
nationem ad usus pertinentium capitulorum. Disponendum igitur sic: primum
10 laus breviter dicatur eius qui dixit vel fecit, deinde expositio ipsius usus, hinc causa, ut ‘Isocrates dicebat stirpem quidem doctrinae esse amaram, fructum vero dulcem’. Laus, ‘Isocrates sapiens fuit’, et produces pedetemptim locum. Postea sequatur elocutio ipsius usus; non oportet tamen ipsum per se ponere, sed latius eum interpretari. Deinde a causa: ‘maxima enim factorum
15 per laborem perfici solent, perfecta vero afferunt iucunditatem’. Deinde uten- 10
dum a contrario: ‘nam vilissimae rerum non egent labore et finem taeterrimum habent, studiosissimae vero res ex contrario’. Post hoc a comparatione: ‘quo modo enim agricolas oportet laborantes in terra accipere fructus, sic etiam eloquentes’. Deinde ab exemplo: ‘Demosthenes inclusit sese in
20 aediculis ad legendum, et multo labore post accepit fructus, coronas et praedicationes’. Praeterea ab iudicio argumenteris, ut ‘Hesiodus quidem dixit

virtutis sudorem di longe posuere:

alius poeta dixit: laboribus vendunt dei nobis omnia bona’. Post
25 omnia inferes exhortationem, quod oportet parere illi qui dixit aut fecit.

## DE SENTENTIA.

3. Sententia est oratio generalem pronuntiationem habens, hortans 11
ad aliquam | rem vel dehortans vel demonstrans quale sit aliquid: dehortans quidem, quo modo in illo Homerico: non oportet per totam no-
30 ctem dormire consultorem virum, et in illo Vergiliano ** hortans vero, ut in illo: ‘oportet pauperiem fugientem etiam latissimum pontum penetrare et ad scopulos adplicare praecipites’: demonstrans vero qualitatem rei, ut: ‘prospere enim agentes indigne occasionem accipiunt insipientes male faciendi’. Praeterea sententiarum aliae sunt verae, aliae verisimiles, aliae 12
35 simplices, aliae coniunctae, aliae superlativae: verae quidem, ut: ‘non potest inveniri vita hominis carens molestia’, et:

nihil invitis fas quemquam fidere divis:

verisimiles autem, ut: ‘si quis cum malis conversatur libenter, numquam de hoc interrogavi viro, sciens quoniam talis est, quales illi cum quibus
40 conversatur’: et

una salus victis nullam sperare salutem.

Simplices vero, ut ‘possunt divitiae et clementes facere’, et

---

23 Hes. Opp. et D. 287. 24 Epicharmus ap. Xen. Mem. 2, 1, 20. 29 Hom. Il. 2, 24. 37 Verg. Aen. 2, 402. 41 ibid. 2, 354.

---

2 longiora *P* 4 solent *P* 7 alii percontativi *add. Christ in Philol. XVIII, 157* 12 isocratis *P* produces *nos*: producens *S*, producis *P*; καὶ πλατυνεῖς ῥῆμα τὸ χωρίον *Hermogenes* 17 posthac ς *(non item P)* 18 oportet *om. P* 23 dei *P* 25 infers *P* 30 Virgiliano ‘heu nihil inuitis fas quemquam fidere diuis’ ς 33 indigne — insipientes *Keil:* indigni — insipienter *P* 35 *et* p. 554, 6 suprarelatiuae *P* 36 carens *om. P* 37 quęquam *P*

p. 360. 361 C.

quid non mortalia pectora cogis,
auri sacra fames?

Coniunctae, ut: ‘non est bonum multos esse reges, unus rex sit’, et

obsequium amicos, veritas odium parit.

Superlativae, ut ‘nihil aegrius terra pascit homine’, et

Fama malum, quo non aliud velocius ullum.

13 Operatio vero sententiae consimilis est meditationi usus, de qua superius dictum est. Provenit enim a laude brevi eius qui dixit, a simplici expositione ipsius sententiae, a causa, a contrario, a conparatione, ab exemplo, a iudicio, a conclusione. Sit autem sententia exempli causa: ‘non oportet per totam noctem dormire virum multis consulentem’. Laudabis igitur eum qui dixit breviter, deinde simplici expositione eloqueris sententiam, ut: ‘non decet virum in summa potestate multis praesidentem ab occasu solis usque ad ortum opprimi somno’: a causa: ‘debet enim praeses semper in curis
14 esse, somnus vero curas omnibus aufert’. A contrario; contrarium est enim rex et privatus, somnus et vigiliae: ‘quo modo ergo molestum *non* est, si privatus homo per totam noctem dormiat, sic intolerabile est, si rex non vigiliis consulat curisque sibi parentium saluti. A conparatione: ‘quo modo enim gubernatores, etsi ceteri dormiant, soli pro communi vigilant salute, sic oportet imperatores curare pro suis’. Ab exemplo: ‘Hector enim noctu vigilans et curans speculatorem ad naves Graecorum mittebat Dolonem’. Ab iudicio, ut: ‘Sallustius quoque hoc conprobat dicens: sed multi mortales dediti ventri atque somno indocti incultique vitam sic ut peregrinantes transiere’. Conclusio vero habet exhortationem plerumque, ut: ‘oportet et nos necessarias res suscipientes nimia cura vigiliisque eis consulere’.

## DE REFUTATIONE QUAM GRAECI ANASCEUEN VOCANT.

15 5. Refutatio est inprobatio propositae rei, confirmatio vero ex contrario conprobatio. Quae vero planissime sunt falsa vel vera, nec refutanda sunt nec confirmanda, quales sunt fabulae Aesopiae vel historiae indubitabiles; oportet enim refutationes et confirmationes de illis rebus fieri quae ancipitem | adhibent opinionem. Refutandum igitur ab incerto, ab incredibili, ab inpossibili, ab inconsequente, ab indecente, ab incommodo. Ab incerto, ut ‘incertum erat tempus, in quo Narcissum fuisse dicunt’: ab incredibili ut ‘incredibile est Arionem malis affectum voluisse canere’: ab inpossibili, ut ‘inpossibile erat Arionem a delphino servari’: ab inconsequente, quod et contrarium dicitur, ut ‘contrarium erat voluisse perdere libertatem eum qui eam servasset’: ab indecente: ‘indecens erat Apollinem, cum sit deus, mulieri voluisse iungi mortali’: ab incommodo, cum dicimus, quod neque prodest haec audire. Confirmes vero a contrariis.

---

1 Verg. Aen. 3, 56. 3 Terent. Andr. 1, 1, 41. 7 Verg. Aen. 4, 174. 23 Catil. 2.

---

3 ut *om. P* 6 nihil egregius *P* 7 qua *P* 9 breuius qui *P* 11 a iudicio *P*: ab iud. ς 16 somnus enim curas affert *P* 17 et somnus uigiliae *P* non *om. codd.* 18 noctem dormiat *P*: dormiat noctem ς est *P*: *om. edd.* 23 salustius *P* 24 sic uti *ed. Keil. errore operarum* 27 eis *om. P* 36 *et* 37 ut (*ante* incred. *et ante* inposs.) *P*: *om. edd.* 41 a contra *P*

p. 361. 362 C.

## DE LOCO COMMUNI.

6. Locus communis exaggerationem habet manifestae rei, quasi ar- 16
gumentationibus iam peractis. Non enim quaerimus in hoc, an iste sacrilegus vel vir fortis, sed rei convictae et manifestae exaggerationem facimus, cui tamen legibus sit supplicium definitum vel praemium. Dicitur autem communis locus, quia convenit contra omnem, verbi causa, sacrilegum, vel etiam, ut quibusdam placet, pro omni viro forti. Oportet autem sic progredi, per inquisitionem contrarii, deinde ponere ipsam rem, post conparationem, quam sequitur sententia: post eam coniecturaliter praeteritam vitam crimineris a praesentibus: dehinc amoveas misericordiam per capitula quae finalia dicuntur, id est utili, iusto, legitimo, honesto et similibus, et per demonstrationem ipsius rei actae. Principia enim in loco communi pure non invenis, sed usque ad formulam quandam serventur. Et ut ex- 17
emplo tibi manifestum fiat, sit locus communis contra sacrilegum. Principia igitur dicenda sunt usque ad formulam hoc modo: ‘Omnis equidem maleficos homines oportet in odio esse vobis, iudices, maxime vero eos, qui contra deos aliquid audent’. Secundum quasi principium: ‘Ergo si vultis facere ut ceteri quoque sint pessimi, isti concedite; sin hoc minime placet, suppliciis istum adficite meritis’. Tertium: ‘Videtur enim reus in periculum duci solus, re autem vera vos quoque in discrimen maximum venitis: contemptio enim iuris iurandi et fidei religionisque violatio nescio an minores debeat sacrilegio poenas’. Post has igitur formulas principii, antequam in ipsam rem veniamus, de contrario est dicendum, quod leges constituerunt prudentissime deos placare aris, templa eis devoverunt, donariis ornaverunt, hostiis honestaverunt festis diebus, reditibus celebraverunt. Et inferes etiam approbationem tractando causam, quod iustissime haec leges constituerunt: ‘deorum enim placatorum providentia custoditur salva res publica, violatorum vero proditione corrumpitur’. Sic progredere ad propositum: ‘quae 18
cum ita sint, iste quid est ausus facere?’ Et expones rem non quasi docens, sed quasi exaggerans, quod universae nocuit civitati, et communibus et privatis rebus, et ‘timendum ne tale scelus consequatur sterilitas frugum, ne hostium superemur armis’, et cetera similia. Post haec ad conparationes venies, quod homicidis multo est iste peior: ‘quanta vero sit differentia, ex laesis possumus conicere. Homicidae enim contra homines audent, sacrilegus autem in ipsos sceleratam exercet audaciam deos. Tyrannis iste simillimus, sed tamen et illis non omnibus, sed pessimis omnium: illorum enim facinus est saevissimum, quod sacratas deis divitias auferunt’. A maiore vero ad minus conparationem per increpationem induces, ne minuere crimen videaris, ut: ‘non est iniquissimum furem quidem vel iniuriosum supplicio adfici, sacrilegum vero absolvi?’ Licet autem etiam praeteritam 19
eius vitam a praesenti criminari, quod a parvis coepit et ad hoc pessimum facinus progressus est: ‘ergo non solum sacrilegum, sed etiam furem atque ef|fractorem et adulterum habetis’. Excuties etiam sententiam, per quam venit *ad* tale peccatum, quod nolens ingenue laborare vel arando cibum

---

10 ammoueas *P* per *om. P* 16 maleficos nomines oportet *P*, oportet malef. homines ς 22 debeat *P*: habeat ς, *φαυλοτέραν δίκην ἔχει τῆς παρανομίας Hermog.* 24 denariis *P* 25 infers etiam aprobationem *P* 29 exponis *P* 31 sterelitas *P* 32 cetera *P*: *om. edd.*, *καὶ ὅσα τοιαῦτα Hermog.* 33 esset iste *P* 34 conicere possumus ς 35 tyrannus *P* 38 conparationem *P*: comparationes ς 41 quod apparuisse pit *P* 43 etiam] enim *P* 44 ueniet tale *P* ingens ingenue *P*

p. 362 C.

adquirere per sacrilegia vult divitias adquirere. Praeterea a consequentibus, quod per hunc deminuta maiestas templorum, infamati sacerdotes, segniores ad offerendum ornamenta delubris redditi cives. Utere autem etiam amotione misericordiae. Amovetur autem misericordia finalibus capitulis, id est iusto, utili, possibili, decenti, et descriptione ipsius iniuriae, ut: 'non istum mihi adtendatis, qui nunc lacrimat ante vestrum conspectum, sed illum contemnentem deos, adeuntem fana, evellentem fores, auferentem donaria sacrorum'. Et post omnia perores in exhortationem desinens: 'quid moramini? quid cogitatis de eo, qui iam pridem omnibus videtur esse damnatus?'

## DE LAUDE.

7. Laus est expositio bonorum, quae alicui accidunt personae vel communiter vel privatim: communiter, ut laus hominis, privatim, ut laus Socratis. Laudamus tamen etiam res, ut iustitiam, et muta animalia, ut equum, nec non etiam arbores et semina et montes et fluvios et similia. Sciendum autem, quod et laus et vituperatio sub uno eodemque genere re-
21 feruntur demonstrativo, quod ex eisdem locis utraque proficiscuntur. Quid autem interest inter has et locum communem? videntur enim in quibusdam nimium esse coniunctae. Hoc, quod in loco communi pro viro forti dicentes eo consilio dicimus, ut praemium petamus, laus autem per se testimonium virtutis habet. Loca vero laudis vel vituperationis haec sunt: gens, ut Latinus Graecus, civitas, ut Romanus Atheniensis, genus, ut Aemilianus Alcmaeonides. Dices autem etiam, si quid *in* nascendo evenit mirum, ut ex somniis vel signis vel huiuscemodi quibusdam praenuntiationibus. Deinde sequitur victus, quo modo in Achille, quod medullis leonum pastus est et apud Chironem: hinc educatio, quo modo eruditus est. Nec non etiam na-
22 tura animi corporisque tractetur, et eorum utrumque per divisionem. Dices enim de corpore quidem, quod pulcher, quod magnus, quod citus, quod fortis: de animo vero, quod iustus, quod moderatus, quod sapiens, quod strenuus. Postea laudabis a professionibus, id est, quod officium professus est philosophum vel rhetoricum vel militare. In omnibus autem est exquisitissimum de gestis dicere, ut militarem vitam degens quid in ea gessit. Laudabis etiam vel vituperabis extrinsecus, id est a cognatis, amicis, divitiis, familia, fortuna et similibus. Praeterea et a tempore, quantum vixit, multum vel parvum; utrumque enim occasionem laudis vel vituperationis praebet. Ad haec a qualitate mortis, ut pro patria pugnans, vel si quid mirabile in ipsa morte evenit, vel etiam ab eo qui illum interfecit, ut Achilles ab Apolline interfectus est. Exquires etiam quae secuta sunt post mortem, si certamina in honorem eius sunt celebrata, quo mode Patroclo ab Achille et Anchisae ab Aenea; si oraculum aliquod datum est de ossibus eius, quo modo de Oreste et Palinuro, si laudabiles filios habuit, quo modo
23 Achilles Pyrrum. Maximam vero occasionem in huiuscemodi orationibus suppeditant conparationes, quas pones in quo loco tempus admoneat; consimiliter tamen muta quoque animalia, quo modo convenit: et a loco, in quo nascuntur, laudentur et a deis, in quorum sunt tutela, ut columba Veneri,

---

1 diuitias quaerere ς 4 ammonitię *P* 7 fors *P* 16 quod et ex *P* 18 coniectae *P* 22 in *om. P* euenit uirum *P* 24 leonis *P* 30 militarē ominibus *V*, militare omnibus *P* 31 *immo* gesserit 34 occasiones ς 37 est. exquires *nos*: et exquires *P*, est. et exquires ς 39 aliquid *P* 40 laudab. filios habuit *P*: filios hab. laudab. ς 44 columbae *P*

p. 362. 363 C.

equus Neptuno dicitur esse consecratus. Praeterea dices, quo modo pascitur, qualem habeat animum, quale corpus, quid opus aut quid utilitatis, quale spatium temporis vitae: nec non etiam conparatione et omnibus accidentibus locis uteris. Res autem laudes ab inventoribus, ut 'venationem Diana invenit et Apollo', et ab his qui ea usi sunt 'heroes venationibus utebantur'. Maxima autem facultas in huiuscemodi laudationibus rerum datur ex contemplatione eorum, qui eas res affectant, quales sunt tam animis quam corporibus, ut venantes fortes, audaces, acuti, integri corporibus. Hinc non ignores, quo modo etiam deos debeas laudare. Similiter arbores a loco in quo gignuntur, et a deo in cuius sunt tutela, *ut* oliva Minervae, laurus Apollinis, et a pastu, quo modo pascuntur; et si multa cura egent, id mireris, sin parva, id quoque laudabis. Dices autem, quo modo de corpore, statu- 24
ram, pulcritudinem, pullulationem, quo modo de mali arbore, et quid utile habeat, in quo maxime morandum. Conparationes autem ubique assumendae. Quin etiam urbium laudes ex huiuscemodi locis non difficulter adquires: dices enim et de genere, quod indigenae, et de victu, quod a deis nutriti, et de eruditione, quod a deis eruditi sunt. Tractes vero, quo modo de homine, quali sit structura, quibus professionibus sit usa, quid gesserit.

## DE CONPARATIONE.

8. Conparatio est vel similium vel diversorum vel minorum ad ma- 25
iora vel maiorum ad minora collatio. Et ea usi sumus etiam in communi loco, augentes per conparationem crimina: assumitur tamen etiam in laude et in vituperatione eiusdem rationis causa. Quoniam tamen doctissimi oratorum ea quoque per se praeexercitatione usi sunt, dicamus etiam de hac. Procedentes igitur per loca laudationis conparamus et urbem urbi, ex qua sunt viri, et genus generi et victum victui et professiones professionibus et gesta gestis et quae accidunt extrinsecus et diversos mortis modos et quae eam sunt consecuta. Similiter si arbores conpares, conferes etiam 26
praesidentia eis numina et loca, in quibus nascuntur, et fructus et utilitatem et similia. Res quoque si conpares, dices, qui primi eas invenerunt, et eos conferes: praeterea qualitatem animi et corporis. Idem tibi sit praeceptum in reliquis; sic enim vel in omnibus vel in plerisque similia ostendimus quae conparamus. Est autem quando alterutrum praeponimus conparando: est autem quando alterutrum vituperantes alterutrum laudamus, ut si conparemus iustitiam et divitias. Fit autem conparatio etiam ad melius, ut si laudans Ulixem conpares illum Herculi, minorem similem maiori virtutibus volens ostendere. Exigit autem huiuscemodi locus fortem oratorem et calidum et celerem, ut agiles possit facere saepe transitiones.

## DE ADLOCUTIONE.

9. Adlocutio est imitatio sermonis ad mores et suppositas personas 27
accommodata, ut quibus verbis uti potuisset Andromache Hectore mortuo: conformatio vero, quam Graeci προσωποποιίαν nominant, est, quando

---

6 laudat. rerum *P*: rerum laud. ς 10 ut *om. P* apollini *P* 12 sint parua *P* 13 pullationem *P* 16 enim de *ed. Keil.* uictum *P* 17 *immo* nutritae *et deinde* eruditae 18 qualis *P* sit usa *nos*: est usa *P*ς 20 diuersarum *P* 22 in laudem eiusdem *P* 24 usi sunt *P*: sunt usi ς 26 uictus uictui *P* 27 diuersis *P* 31 praeterea — corporis] *v. Christ in Philol. XVIII, p. 157* 33 comparando. Est etiam quando ς 38 calidum *P*: callidum *edd.*

p. 419. 420 C.

rei alicui contra naturam datur persona loquendi, ut Cicero patriae reique publicae in invectivis dat verba. Est praeterea simulacri factio, quam Graeci εἰδωλοποιΐαν dicunt, | quando mortuis verba dantur, quod facit Cicero pro Caelio, verba dans Appio Caeco contra Clodiam. Fiunt autem adlocutiones et finitarum et infinitarum personarum: *infinitarum personarum*, ut quibus verbis uti potuisset aliquis ad suos profecturus a patria; finitarum vero, ut quibus verbis uti potuisset Achilles ad Deidamiam profe-
28 cturus ad bellum Troianum. Adlocutionum vero quaedam sunt simplices, quando supponitur aliquis ipse per se loquens; quaedam duplices, quando ad alios loquitur: per se quidem, ut quibus verbis uti potuisset Scipio victor revertens; ad alios vero, quibus verbis uti potuisset Scipio post victoriam ad exercitum. Ubique autem servanda est proprietas personarum et temporum: alia sunt enim verba iuvenis, alia senis, alia gaudentis, alia dolentis. Sunt autem quaedam adlocutiones morales, quaedam passionales, quaedam mixtae. Passionales sunt, in quibus passio, id est commiseratio perpetua inducitur, ut quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo Hectore: morales vero, in quibus obtinent mores, ut quibus verbis uti potuisset rusticus, cum primum aspexerit navem: mixtae, quae utrumque habent, ut quibus verbis uti potuisset Achilles interfecto Patroclo; habet enim et passionem funeris amici et morem de bello cogitantis. Sed operatio procedit per tria tempora, et incipit a praesentibus, recurrit ad praeterita et transit ad futura: habeat autem stilum suppositis aptum personis.

## DE DESCRIPTIONE.

29 10. Descriptio est oratio colligens et praesentans oculis quod demonstrat. Fiunt autem descriptiones tam personarum quam rerum et temporum et status et locorum et multorum aliorum. Personarum quidem, ut apud Vergilium:

> virginis os habitumque gerens et virginis arma
> Spartanae:

rerum vero, ut pedestris proelii vel navalis pugnae descriptio: temporum autem, ut veris vel aestatis: status, *ut* pacis vel belli: locorum, ut litoris, campi, montium, urbium. Potest autem et commixta esse demonstratio, ut, si quis describat nocturnam pugnam, simul et tempus et rem demonstrat. Conemur igitur res quidem describere ab ante factis et quae in ipsis eveniunt vel aguntur, ut, si belli dicamus descriptionem, primum quidem ante bellum dicere debemus dilectus habitos, sumptus paratos, timores qui fuerunt: hinc congressus, caedes, mortes, victorias, laudes victorum, illorum
30 vero qui victi sunt lacrimas, servitutem. Sin vero loca vel tempora vel personas describamus, habebimus aliquam et a narratione, de qua supra docuimus, et a bono vel utili vel laudabili rationem. Virtus autem descriptionis maxime planities et praesentia vel significantia est. Oportet enim elocu-

---

1 in Catil. I, 7, 18. 4 §. 34. 28 Aen. I, 315.

---

1 reiq. publ. *P*: et rei publ. ς 2 fictio *R* 5 infinitarum personarum *addidi*: *om. codd.*, infinitarum *edd.* 6 aliquid *P* 15 passiones id est miserationes perpetuae inducuntur *P* 19 patroclio *P* 21 prodit *P* 23 De discriptione *P* 24 praestans *P* 31 uel *P*: *om.* ς ut (*ante* pacis) *om. codd.* 34 igitur quidem rem *P* eueniunt uel aguntur ut si uel aguntur ut si belli *P* 36 dilectos *P* 38 seruitutes *P* 41 maxima *S*, μάλιστα *Hermog.*

tionem paene per aures oculis praesentiam facere ipsius rei et exaequare dignitati rerum stilum elocutionis. Si clara res est, sit et oratio similis: sin summissa, huic quoque aptetur qualitas verborum. Sciendum autem quod quidam non posuerunt descriptionem in praeexercitamentis, quasi praeoccupatam et in fabula et in narratione; in illis enim quoque describimus et loca et fluvios et personas et res: sed quoniam eam quoque quidam eloquentissimorum tradidere inter praeexercitamenta, non incongruum est eos imitari. |

## DE POSITIONE.

11. Positio est deliberatio alicuius rei generalis ad nullam personam 31
certam pertinens vel aliam partem circumstantiae, ut si tractemus, an navigandum, an ducendum uxorem, an philosophandum, non addentes cui, sed ipsam rem per se et per accidentia ei requirentes: ut, an illa res sit facienda, quam facientibus solet illud et illud accidere. Quod si finitam assumamus personam et sic deliberemus, non positio iam, sed suppositio est, quae magis ad controversias pertinet. Sunt igitur positionum aliae civiles, 32
aliae privatae: civiles quidem, quae communibus et ad civitatem pertinentibus subiacent opinionibus, ut an rhetoricae dandum studium, et his similia: non civiles vero vel privatae, quae sunt propriae aliquarum disciplinarum et eas profitentium, ut an pilae formam habeat mundus, an multi sint mundi, an ignis sit sol. Hae enim quaestiones ad philosophos pertinent; nam oratores in aliis sunt exercendi. Nominaverunt autem quidam has activas, illas inspectivas sive intellectivas; hae enim possunt agi, illarum finis est inspectio sive intellectus. Est autem inter locum communem et positionem hoc, quod locus communis convictae et manifestae rei est exaggeratio, positio autem dubiae rei quaestio. Positionum autem aliae sunt simplices, 33
aliae ad aliquid conparantur et duplices videntur esse. Si enim dicamus, an luctatione exercendum, simplex positio: sin autem, luctatione exercendum an agricultura, duplex: oportet enim ab altero dehortari in alterum hortantem. Dividuntur autem positiones capitulis quae finalia dicuntur, id est iusto, utili, possibili, decenti, ut 'iustum est ducere uxorem et quod a parentibus accepimus reddere vitae': quod prodest: 'multa enim ex nuptiis accidunt solacia': quod possibile: 'a similibus enim facile possumus ducere': quod decet: 'non more ferarum degere'. Hoc modo confirmes, refutes autem ex contrariis nec non etiam incidentes obiectiones reprobes. In peroratione vero hortationibus uteris et communibus omnium moribus hominum.

### DE LEGIS LATIONE.

12. Legis quoque lationem in praeexercitationibus ponunt. Et quoniam 34
etiam in negotiali et lationes legum et accusationes * * † utuntur quaestione: differentiam autem hanc esse dicunt, quod in negotiali circumstantia est, in

---

3 sciendum quoque quod *P*, *ἰστέον δὲ ὡς Hermog.* 7 praeexercitamenta *P*: praeexercitationes *edd.* 11 uel aliquam partem ς 12 non audentes *P* 23 heae *P* illarum *P*: illarum autem *edd.* 28 simplices *P*, *fort.* simplex est 30 dicunturr *P*: nominantur ς 35 abiectiones *P* 36 uteris ς: horteris *P* 39 et lationis legum et accusationis utuntur *libri; ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν πραγματικῇ νόμων θέσεις καὶ κατηγορίαι ἐμπίπτουσαι ποιοῦσι ζήτησιν, διαφορὰν ἐκείνην φασίν Hermogenes*, et q. etiam in neg. et lationes legum et accusationes accidunt, utuntur quaestione *coni. Keil.; ipse malim:* et q. e. in neg. et lat. legum et accusationes incidentes faciunt quaestionem, differentiam hanc esse dicunt; *videtur enim loco semel corrupto* autem *ex interpolatione adiectum esse.*

p. 425 C.

praeexercitatione vero non est, ut: ‘fert aliquis vendendos esse honores sine tempore et reliquis circumstantiae partibus’. Dividitur autem manifesto, legitimo, iusto, utili, possibili, decenti: manifesto, ut apud Demosthenen: ‘facile est id omnibus discere et cognoscere, simplicia et manifesta esse iura legum’: legitimo, si dicamus quod contra veteres leges: iusto, quando dicimus quod et contra naturam et contra mores: utili, quando dicimus quod et nunc et in futurum laedit: possibili, quando dicimus quod neque potest fieri: decenti, quando dicimus quod inglorium est.

4 in Lept. §. 93 p. 485 R.

2 et reliquis *P*: et sine reliquis *edd.*, ἄνευ καιροῦ καὶ τῆς ἄλλης περιστάσεως *Hermog.* 8 inglorium est. EXPLICIT *P.*

## XVIII.

# EMPORII ORATORIS

## DE ETHOPOEIA. PRAECEPTUM LOCI COMMUNIS. PRAECEPTUM DEMONSTRATIVAE MATERIAE. PRAECEPTUM DELIBERATIVAE.

---

*P* = codex Parisinus n. 7530 saec. VIII.
*B* = ed. princeps Basileensis a. 1521.
ς = ed. vulgata.

---

### DE ETHOPOEIA.

Etsi adlocutio non est officii oratorum plena materies, est tamen vel materiae portio vel omnium praeparatio. Adfectus etenim inesse omnibus orationibus debet, cuius imitandi prima hic exercitatio datur. Denique a nonnullis haec materia ethopoeia nominatur, quod ethos, id est adfectum dicentis effingat. Dat praeterea et eligendi stili disciplinam. Nam cum sint tres figurae, vasta, humilis, temperata, quas Graeci characteres vocant, Asianum, Atticum, Rhodium, hinc aptam materiae, sensuum, sententiarum verborumque formam accommodare meditamur.

---

1 Emporii oratoris de ethopoeia *P*, Emporii rhetoris de ethopoeia ac loco communi liber *B*ς 2 non est plena materia oratorum *B*ς 3 praeparatio] '*alludit ad rhetoricae artis προγυμνάσματα*, praeexercitamenta'. Capp. enim ς 4 debent *B* 5 ethopeia *P et sic semper* uocatur *B* 6 dat *B*: da *P* eligendi *P*: elegantis *B*ς 7 nam cum sint *P*: nam autem sunt *B*, cum autem sint ς figurae] '*i. e. dicendi formae: vulgo stilos dicimus et sermonis characteres*'. Capp. tres fig. uasta humilis tem] *haec P in ras. m. 2* uasta] '*τὸ ἁδρόν, h. e. copiosum et amplum dicendi genus, quod alias magnificum et sublime dicitur;* humile, *alias ἰσχνόν, i. e. subtile, exile, tenue dicendi genus*'. Capp. 8 Rhodicum *B* hinc captam *P*

p. 303. 301 C.

Aliter enim orationem vel incipit vel exequitur iratus, aliter timens, aliter gaudens, aliter tristis, aliter senex, aliter iuvenis, aliter vir, aliter femina. Refert in dicendo, deus an homo sit, lascivus an tetricus, ignavus an fortis, doctus an rusticus. Sit igitur alacris laetantis oratio, tumens vani, brevis et concisa properantis, meretriculae mollis et blanda, matronae seria, senum gravis, temeraria pueri, misera humilis, longa et multa ambiens confitentis, parasiti faceta, matris anxia, incondita rustici, oratoris ornata. Postremo in omnibus dictionibus mores eius, cuius verba fingenda sunt, exprimamus. Quod genus adlocutionis, ut supra diximus, ethopoeia nominatur.

Est sane praeter ethos et pathopoeia, qua imitamur adfectum non naturalem, sed incidentem. Quam materiam ab ethopoeia prave distinguunt, qui putant esse ethicas, quae laetos fingant, patheticas vero, quae tristium sint, cum ideo hoc sit pathetica nomine nuncupata, quod accidens alter affectus naturalem illum morem saepe subvertat, patiaturque natura velut vim quandam, cum is qui loquitur a suo loquendi more declinat, ut cum Hercules, cuius constans fuit semper oratio, parricidium suum luget, vel cum apud Homerum Achilles semper minax circumventum se a flumine gemit, aut cum Mezentius semper crudelis vel Turnum precatur, ut se suscipiat, vel Aenean, vt sibi tribuat sepulturam. Denique ethos personam sequitur, pathos causam. Igitur cum incurrens praeponderabit adfectus, tum vocabitur quidem pathopoeia, nec tamen plene adfectus, qui ingeneratus est, deseretur. Nam ne|que ipse Mezentius sic precatur ut Turnus, nec sic vulnere suo Mars maeret ut Venus. Valeat ergo interdum mos ingenitus, dum tamen eum, qui supervenit, propensius exequamur, si plus in materiem vis ipsius praevalebit: sin mediocris sit, qui accessit adfectus, leviter inseratur. Tertium genus est ethopoeiae, quod rei gerendae causa tantum inducitur, quale est illud: vade age, nate, voca Zephyros: et vidimus, o cives, Diomedem: quae materies pragmatica nominatur. Raro tamen ita ponitur, ut non vel leviter aliquis illic adfectus operetur, sicut in hac operam suam sedulo commendat Venulus, extollit Diomedem. Est et illud quartum genus adlocutionis, quod ab oratoribus magnis in causis gravioribus et tragicis frequenter adsumitur, cum mutis damus verba et fingitur persona quae non est, sicuti M. Tullius verba provinciae Siciliae vel rei publicae loquentis inducit: id prosopopoeia nominatur.

---

27 Verg. Aen. 4, 223. ibid. 11, 243.

---

4 si igitur *P* 5 conscissa *Bς* 6 miseri ς 8 sint *P* 9 dixi *Bς* 12 putat *P* ethicas *P*: ethe *Bς* letos *P* patheticas *P*: pathe *Bς* 14 natura *Pithoeus*: materia *PB* 15 his *P* declinet *Bς* 17 achille *P* a *om. P* 19 Aeneam *Bς* 20 sequitur semper *Bς* proponderabit *B* tunc *Bς* 21 uocabitur pathopoeia ne tamen — deseratur *Bς* 23 ingeneratus *Bς* 24 eum *nos*: cum *P*, *om. Bς* exequatur *Bς* in materia *Bς* 26 ethopoeeiae *hic P* tantum causa *Bς* 28 materia *Bς* pragmatica] ‹*quam* negotialem *vocare solent Latini rhetores, quia circa gerendum vel non gerendum negotium aliquod versatur*›. Capp. 29 leuiter *PB*: breuiter ς 32 damas *P* 33 sicut *Bς* Siciliae *et* loquentis *om. Bς* 34 uocatur *Bς*

p. 304. 305 C.

Perspecto igitur genere materiae et formato habitu mentis ad speciem dicendi principium quaerendum est. Sumitur autem aut de personis aut de re aut de tempore aut de loco. De personis ante omnia de nostra, vel de eius apud quem sermonem habemus, vel de illius de quo loquimur. De nostra, ut est apud Vergilium in verbis Iunonis: mene incepto desistere victam? vel in Turni verbis: equidem merui nec deprecor, inquit. De persona eius apud quem loquimur, ut est in eodem: Aeole, namque tibi: et illud: o fama ingens. De persona de qua loquimur, ut: Iunonis gravis ira, et illud: Exulibusne datur? De re, ut est illud: non haec sollemnia nobis has ex more dapes: | et illud: maxima res. De tempore, ut: dum bello Argolici, et illud: venisti tandem. De loco: nulli certa domus.

Nec tamen haec in omnibus materiis universa ponenda sunt, sed universa reputanda, ut tractatis omnibus, id quod sit aptissimum, deligatur: quamquam aliquando et duas res ex istis aut etiam tres recipit una materies, raro tamen, ut est in Ilionei verbis. A persona ad quam loquimur: o regina novam. Ab ea quae loquitur, ut est: Troes te miseri. De re: non nos aut ferro Libycos populare.

Repertis ergo principiis apteque conscriptis ipsa materia per temporum ordinem digeratur. Est enim secundum naturam, ut primum, quae gesta sunt, explicemus, deinde, quae nunc geruntur, ad ultimum, quae gerenda sunt. In qua divisione discrimen est, ne omnia per narrationem ac fabulam transigantur. Itaque id solum deligemus, quod pertinebit ad rem, quae themate continetur. Sane et hic cogitemus non omnia omnes ferre materias, sed alias uberius, alias parcius, nonnullis pleraque deesse. Sit ergo exemplo ex eodem Vergilio sermo Iunonis, cum Aenean in Italia videret. Est enim persona, de qua loquitur: heu stirpem invisam. Deinde de praeterito: num Sigaeis occumbere campis, et deinceps usque illud: quid vasta Charybdis profuit? De praesenti: optata potiuntur Troes harena. De futuro: non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis, et cetera quae sequuntur. |

5 Verg. Aen. 1, 37. 6 ibid. 12, 931. 7 ibid. 1, 65. 8 ibid. 11, 124. 9 ibid. 5, 781. ibid. 7, 359. 10 ibid. 8, 185 sq. 11 ibid. 11, 14. ibid. 8, 374. ibid. 6, 687. 12 ibid. 6, 673. 17 ibid. 1, 522. ibid. 1, 524. 18 ibid. 1, 527. 27 ibid. 7, 293. 28 ibid. 7, 294. 29 ibid. 7, 302. 30 ibid. 1, 172.

1 Prospecto *Bς* 3 ante omnia, uel de n. *Bς* 5 ut est *om. P* 9 datur *PB*: datur ducenda Lavinia Teucris ς ut est illud *om. P* 10 solennia *Bς* 11 Maxime rex *Bς* de tempore ut *B*: e. u. *P* 13 in omnibus materiis haec *Bς* 14 delegatur *Bς* 17 novam *P*: nouam iubes *B*, novam. Et: Infandum regina iubes renovare dolorem ς 18 ferro ip. (*i. e.* libycos populare) *B*: libycos pop. *om. P*, ferro Libycos populare penates venimus ς 19 Receptis *Bς* 20 digeratur *Pithoeus*: derigatur *P*, dirigatur *B* prius *Bς* 21 gerantur *PBς* 23 deligemus *P et Capp.*: delegemus *Bς* 24 quae in themate *Bς* non omnia omnes ferre *P*: sic omnes ferre *B*, sic omnes fere ς 25 aliam parcius *P* 26 ex *P*: de *Bς* Aeneã *Bς* 27 de qua *P*: quae *Bς* 28 num *B*: rum *P* campis *om. P* 29 quod *B* Charybdis profuit ς: c. p. *B*, *om. P* De praesenti — harena *B*: Aptato potiuntur de praesenti *P* 31 esto proh. Lat. *om. P*, e. p. l. *B*

## PRAECEPTUM LOCI COMMUNIS.

Locus communis est insignis et notabilis facti ad augendum pertinens executio sive † illud, vel qua summum bonum vel qua maximum crimen aliquam in se admirationem ipsa novitate convertat. Aeque enim praedicabilia et infanda commissa, licet diverso iudicio, simili tamen commutatione mutantur. Sed huius materiae propositioni hanc primam inesse convenit observationem, ut factum quod bonum esse videatur, tale omnino ponatur, ut obnoxium crimini esse non possit, vel quod malum alienissimum a laude statuatur. Cuius haec tota vis est, ut quod in illa laudari possit, possit ex contrario non probari. Itaque proponemus hoc modo factum, quod a reprehensione summotum sit, in virum fortem; item proponemus quod laudis immune sit, in parricidam; et utrumque maximum facere dicendo conabimur.

Et quoniam hoc materiae genus vel simplex vel duplex vel compositum est, quibus gradibus occasiones quaedam dentur augendi idem, hoc modo deprehendemus. Simplex locus communis est in sacerdotem pium, duplex in sacerdotem pium templorum plurium, conpositus in sacerdotem pium templorum plurium, qui sacra aede flagrante et simulacrum de incendio rapuit, cum oculos perdidisset. Item in malo facto simplex locus communis est in veneficam virginem, duplex in veneficam virginem et parricidam, compositus in veneficam virginem et parricidam, quae aliam veneficam carminibus suis fecit ardere.

Quibus rebus inspectis cavenda est illa turpissimi vitii familiaritas, qua communiter auspicamur, id est ut dicamus: 'Rem magnam ad vos, iudices, defero, immo nulli alii comparandam', vel: 'Adduco ad vos reum, iudices, omni immanitate ceteros supergressum': sed inspiciendi personarum habitus, ut sacerdotis vittae et infulae et pura vestis, ut viri fortis arma et pulvis et sudor et sanguis. | Et de his omnibus concinna et brevia et, quod est gratissimum, nova principia accommodanda: quod aeque praestabunt etiam vultus hominum considerati, ut latronis torva facies, truces oculi, crinis inmissus, corpus inmane, ut adulterae proterva lu-

---

1 Incipit praeceptum loci cōmunis. emporii. oratoris *P*, De loco communi *Bς* 2 insignis et notabilis *P*, *ut emendavit Capp.*: in signis et non tabulis *B* 3 executio siue illud *PB*: siue illud *om. Capp.*, *fort.* exsecutio siue illustratio 4 conuertit *Bς* 6 commutatione] '*h. e. per artem loci communis bona facta mutantur in alia longe praestantiora, mala vero simili commutatione mutantur in alia longe peiora*'. Capp. mutantur *Capp.*: mutamur *P*, mutatur *B* 7 conuenit inesse *Bς* 8 *fort.* malum, ut alien. 9 a *om. Bς* 10 possit, non possit *Capp.* 11 modo *om. Bς* summotum *P*: motum *B*, remotum *Pith.* in uiro forti *Bς* 12 immune *P*: minime *B*, minimae ς in parricida *Bς* 13 maxime conabimur dicendo *mance B*, maxime conabimur augere dicendo *Capp.* 15 occasiones *PB*: actiones *Capp.* dentur *nos*: dantur *P*, *om. Bς* augendi idem *nos*: augendi item *P*, augendo id est *B*, augendae sint ς 16 est communis *Bς* sacerdote *P* 19 idem *P* locus comm. est simpl. *Bς* 20 et parricidam — virginem et parricidam *B*: *om. P* 23 rebus *om. Bς* turpissima *Bς* 24 qua *B*: quam *P* 26 iudicis *P*, *om. Bς* humanitate *P* 27 sacerdotes *P* infolae *B* pura *P*: purpurae *B*, purpura *Capp.* 29 quod aeque *P*: aeque *B*, ad quae ς 31 crines *P*

mina, inpudens color, adiumentis pluribus forma quaesita: praestabunt unuscuiusque, in quem dicemus, sectatores et comites, quos adesse credibile est, ut sobrio continentis, eloquenti disertos, duci milites; contraque meretrici amatores, luxurioso parasitos, avaro cupidos. Nec minus officia cuiusque personae dabunt adiumenta principiis, ut si in philosophum dicamus: 'non expectat quidem sapiens gratiam nec desiderat praemia, sed nos praetermittere ea, quae optime meruit, non oportet': vel si aliquid, quod orator fecerit, augeamus: 'notum quidem erat, iudices, quantum esset in eloquentia bonum: hic tamen probavit artem illam in se summam industriam continere:' vel ex contrario: 'nulla quidem gravis poena est latronis, sed nihilo minus puniendus est': vel: 'magnam quidem scio, iudices, hanc in beneficio suo posuisse fiduciam et sperare ut in carminum viribus absolutionis suae habeat potestatem, sed tanto magis inmanitas illius opprimenda est.'

Post quae sequentur divisiones loci a consilio, a facto, a conparatione, ab eventu, distributo quidem illo singulari et praestantissimo ordine trium temporum, praeteriti, praesentis, futuri. Nam et in eo gradu, qui a consilio vocatur quique id agit, ut cogitatio exprimatur quae praecesserit factum, praeteritum tempus attingitur; et in eo, qui a facto nominatur quique id laborat, ut velut coram res oculis audientium subiciatur, vis temporis praesentis impletur, et in eo, cui nomen est a comparatione, aeque praesens tempus efficitur. Nam locus ultimus ipso eventus vocabulo futura testatur.

Sit igitur exempli loco divisio loci communis in iuvenem bonum regem. Dicemus enim a consilio, illum a ceterorum iuvenum more digressum aetatis suae indolem non malis artibus et libidinibus dedisse, sed ea statim gravitate vixisse, ut seniores quoque anteiret industria dignusque regno videretur adulescens: quae quam copiose dicere liceat satis clarum est. Item a facto, cuius haec, ut proxime diximus, tota vis est, ut quandam faciem negotii praesentis inducat, dicemus, florere rem publicam, cives in statu beatissimo constitutos; adiciemus etiam illud: 'intuemini parumper faciem civitatis, considerate universa supra votum omnium defluentia', et reliqua, quibus potest descriptioni huic cumulus accedere. A vero comparatione sumemus hoc modo, maiora cum minoribus conferendo et sic ea, quae extollimus, sublimiora faciendo: 'Quod si iste esset tantum

---

1 adiumentis pluribus formae quaesitae praestabunt $B\varsigma$; *post* praestabunt *in* ς *add.* et materiam 2 quos ei adesse ς 5 dicam $B\varsigma$ 6 sapiens quidem gratias $B\varsigma$ 7 optimae *P* 8 quidam erat iudicis *P* 10 poena grauis est latroni $B\varsigma$ 11 magna *B* 12 hanc *PB*: hunc ς carminum *P*: criminum *B*, crumenae *Pith.* 14 est *om.* $B\varsigma$ 15 loci, *sc. communis* 16 quide illo *P*, illo quidem $B\varsigma$ 23 futurum $B\varsigma$ 24 Sit ergo $B\varsigma$ 25 dicimus *P* 26 digressum in aetatis suae indolem *P*, digressum, indolem aetatis $B\varsigma$ 27 ea *post* grauitate $B\varsigma$ ut *B*: aut *P* 29 a facto *P et Capp.*: a *om. B* 30 indicat *P* 32 effluentia $B\varsigma$ 33 et reliqua *om. B*, et cetera ς discriptioni *P* accrescere $B\varsigma$ A vero conparatione *nos*: Ad uero conparatione *P*, At uero comparationes $B\varsigma$ 34 cum maioribus $B\varsigma$ 35 sublimiora *P*: maiora $B\varsigma$,

p. 307. 308 C.

continens in | iuventa, mirum putaremus, si nihil aliud quam manu strenuus, gratularemur, si denique in regia potestate vitiis mediocribus uteretur, praedicabilis haberetur: cum vero non uno aliquo bono praeditus sit, sed plenus universis virtutibus ac ne minima quidem morum labe culpandus, faciatque tantum, quantum vix faceret, quem iam aetatis maturitas roborasset, qua tandem admiratione cumulandus est!'

Iam ab eventu prompta pars est, tametsi culpa dicentium et ipsa vulgaris est, cum ita dicitur: 'quam ob rem, iudices, huic praemia digna decernite, si sequi ceteros eiusdem vultis exemplum.' Itaque sic potius pars ista tractanda est, ut in illa rebus magis quam personis simus adiuncti: 'Quae autem abhinc bona etiam in posteros propagata conspicio! quam tranquillitatem, quod otium, quam fiduciam securitatis aeternae!' Quoniamque et hoc ipsum videri obvium potest, hunc locum iis, quae aliter essent eventura, tractemus hoc modo: 'Quod si iste se nobis non eius modi principem praestitisset, quam superbiam, quos fastus et mixta libidini supplicia pateremur?'

Et ne malorum quoque facinorum exsecutionem praeterisse videamur, sit exemplo locus communis in virginem parricidam, in quam a consilio licet dicere: 'ubi sunt illi virginum mores, qui contra oculos adlevare et libere loqui verebantur et aliquid vel innocenter audire?' Licet et a facto inducere caesum ferro a filia patrem, cum is mortem minime vereretur, et tam gravi vulnere esse traiectum, ut illud vix credi possit virgo fecisse. Item promptum est a conparatione subiungere: 'ne verbo quidem licitum violare pietatem, ne obsequium quidem parentibus denegare; iam in eum qui genuit, verberibus uti, proximum parricidio est: quod igitur est crimen occidere?' Item: 'Parricidium in viro quoque et in eodem iuvene intolerabile fuisset, quamquam illum et fervor aetatis et luxuriae appetentia et novissime fiducia virium in facinus coegisset: virginem vero, quae nondum fuerit matura coniugio, cuius manus nihil aliud quam pensa decuissent, ferrum et parricidium non refugisse habendum in maiore prodigio, quam est ipsum parricidii nomen.' Aeque et eventus locus dici potest: 'Quid autem, si solverit haec pudorem, † sicut viro in muliebrem transierit audaciam, nonne ipsum virum, nonne si quos habuerit liberos trucidabit et reducet in praesens saeculum exemplum horribilium fabularum?' Mihi enim videtur conparationis et eventus loco posse misceri

---

4 ac *P*: et *Bς* 7 Iam *Pith.*: Nam *PB* 8 *fort.* dicetur 9 eius *Bς* 11 propacata *P* 12 quamque et *P* 13 potest, hunc locum iis, quae aliter e. euentura *scripsi*: potest hunc locum Isq. aliter e. euentura *P*, potest in hunc locum, quae aliter e. uentura *Bς* 14 se nobis *B*: sinebis *P* huiusmodi *Bς* 18 in quam a *nos*: in qua a *P*, in quo *B* 19 eleuare *Bς* 20 audire *B*: audere *P* et a facto *nos*: et de facto *PBς* 22 et tam *nos*: etiam *PBς* 25 quod *nos*: quid *PBς* 26 crimen est *Bς* 27 fuisse *B* 28 appetentia *nos*: appetentiae *P*, licentia *Bς* nouissimae *P* 29 fuerit *om. Bς* 31 ipsum est *Bς* euentus locus *nos*: euentus loci *P*, euentus loco *Bς*; *cf. v. 35* 32 quod *B* sicut uiro *PB*: sicui uiro ς in audaciam transierit muliebrem *Bς* 33 habuit *Bς* 34 trucidauit *P*

p. 308. 309. 310 C.

narrativum aliquod exemplum vel historicum, dummodo ab his locis iterum ad speciem revertamur. |

## PRAECEPTUM DEMONSTRATIVAE MATERIAE.

Demonstrativa materia, quae vulgo laudativa dicitur, non solum in praedicatione hominis alicuius aut rei, sed etiam in reprehensione consistit, unde conpetentius multo demonstrativa dicetur, cum eadem aliquis saepe culpabitur. Quantum enim inter eos convenit, qui praecepta dicendi probatissime consecuti sunt, non potest videri demonstrativa materia, nisi quae talis sit, ut ex ea ex diverso vel vituperari possit aliquis vel praedicari.

Itaque verbi causa demonstrativa materia erit in Tullium vel in Caesarem, quoniam utrumque eorum et laudare promptum est et reprehendere. At vero in hominem pium, in virum fortem, in eum qui sit continens dicere, demonstrativa non erit, quia haec ex contrario carent crimine: eritque potius communis locus, qui imperitorum maxima pravitate tantummodo in accusatione conponitur. Idem enim et in bonis actionibus augendis et in malis est constitutus, si modo ipsae per naturam aut tantummodo praedicandae sunt aut tantummodo non probandae. Nam sicut in hominem pium, in virum fortem communi loco perorabitur, quae omni a vituperatione semota sunt, ita dicetur in praedonem, veneficam, parricidam, quae contra omni a laude diversa sunt. Sed quoniam demonstrativae materiae appellatio iam inveterata ignoratione sublata est, proponenda mihi haec exercitationis videtur species, quae electa est in quacumque persona, id est, ut dicatur aut laus ipsius aut vituperatio.

Laudatur autem aliquis aut reprehenditur ex his quae sunt ante ipsum, quae in ipso quaeque post ipsum. Ante ipsum, ut genus et patria et parentes et propinqui: in ipso, ut nomen, ut educatio, ut institutio, ut corporis species, ut ordo factorum: | post eum, ut ipse exitus vitae, ut existimatio mortuum consecuta.

Itaque si dicemus in Caesarem, laudabitur a genere, quod Romanus,

---

1 narratiuum aliquod posse misceri *Bς* narrativum] '*narrationes fabulosas τὰ διηγήματα intelligit, cuius generis habes apud Aphthonium de Apolline et Daphne: unde* narrativum *opponit* historico'. Capp. 2 ad species euertamur *P*.

3 INCIPIT PRECEPTŪ DEMONSTRATIUAE MATERIAE EMPO. ORATŌ. *P*, Emporii rhetoris demonstrativae materiae praeceptum *Bς* 5 in *om. P* consistit. Unde *B*: constituitur de *P*, *ut videtur*; *fort.* non s. praedicatione —, sed etiam repreh. constituitur: unde 6 dicitur *Bς* 7 culpauitur *P* 8 probatissimae *P* prosecuti *Bς* non potest demonstratiua materia dici *Bς* 9 ex ea *PB*: ea *Capp.* aliquis uel laudari uel uituperari possit *Bς* 11 uerbi causa *om. Bς* 14 haec *P*: hi *Bς* 15 imperatorum *P* 16 et bonis *B* actionibus augendis *scripsi*: actibus (artibus *B*) augendis *PB*, arte seiungendis *Pith.* 17 constitutum *P* ipse — praedicandae — probande *P*: ipsi — praedicandi — probandi *Bς* 19 forte *P* *fort.* praedicabitur omni a *nos*: omnia *P*, omnia a *Bς* 21 omni a *Pith.*: omnia *PB*, omnia a *Capp.* 23 exercitationis v. species *Capp.*: exercitatio v. specie (speciae *P*) *PB* 26 quaeque *nos*: quoque *P*, quae *Bς* et *ter om. Bς* 27 nomen *B*: monet *P* 30 laudamus *B*, laudabimus ς

p. 310. 311 C.

quod patricius fuerit, quod usque ab Aeneae et Iuli gente descenderit: vel reprehendetur, quod nihil ad laudem attineat illius, si urbe magna aut genere nobili procreatus sit, cum originem suam vitae flagitiis inquinaverit: quamquam mihi videtur haec tota mentio generis parcius esse agenda, cum in cuiusquam potestate non sit, quem ad modum natus sit, sed usurpanda potius ex intervallo et pro opportunitate. Alioquin et hoc vitium contrahemus, ut in diversis materiis uniformiter auspicemur. Exim nomen tractabitur, quod Iulius a familiae suae principe ipso Iulo sit nominatus, aut Caesar ex eo quod uni maiorum suorum idem nomen ascitum sit, occiso in acie elephanto, qui Caesar vocabatur: vel contra inridebitur tam vanae appellationis adsumptio, quando aeque sit nomen hoc totum falsum, ferum, abortivum, cum et ipsi, qui defunctarum matrum uteris exsecantur, caesares nominentur: sed hoc ipsum omne nimium remotum est ac paene ridiculum et tale certe, ut raro personae deprehendantur, in quibus causas nominum eruere possimus. Ac si quid est, quod de Cicerone, de Caesare, de Servilio forte dicatur, nescio quid praebeat disputationis nomen Numae, Gracchi, Pisonis, Cethegi. Sequitur educatio, quam hoc pacto proferemus in Caesare, ut illum, cum esset puer relictus a mortuo patre, dicamus cum matre vixisse, quae in eo hoc diligentior ac severior fuerit, quod in illa sola manserit etiam patris officium: aut ex contrario non probabimus educationem in contubernio mulieris et matris, utraque re parum firmam, et sexu et adfectu. Laudabitur idem ab institutione: quam plurimam in facundia et dicendi studio fuisse probet † et prima paupertas et gloria et forensis praestantia consecuta: itemque culpabitur, quod adeo non adeptus sit famam oratoriae facultatis, ut eum Graecae exercitationis expertem fuisse manifestum sit. Hinc forma corporis praedicabitur tamquam eminens et decora: hinc dicetur eiusdem bonum pudicitiae prostitutione violatum, quam Nicomedi subiecerit Bithyniae regi. |

Tum facta omnia quaecumque poterunt in partem utramque ducentur. Dicetur accusatione Dolabellae magnam famam eloquentiae consecutus: negabitur eandem meruisse, cum is, quem accusabat, evaserit. Dicetur ho-

---

1 discenderit *P* 2 illius *P*: ipsius *Bς* 3 sit cum *P*: si *Bς* coinquinauerit *Bς* 4 mentio generis tota *Bς* agenda *P*: augenda *Bς* 6 oportunitate *P* hoc uitium contrahemus *scripsi*: hoc uictum contrahimus *P*, hoc in uitio contrahemus *Bς* 7 formiter *P* Exin *Bς* 8 Iulo *B*: iulio *P* aut *P*: et *Bς* 9 idem *P*: hoc *Bς* 10 uocabitur *P* inrideuitur *P* 12 et ipsi *P*: ipsi *Bς* cascores *P* 14 deprehendantur *Capp. et P*: reprehendantur *B* 15 eruere *P*: mereri *B*, rimari *Capp.* possumus *Bς* quod de Cicerone, quod de Caesare, quod de Seruilio *Bς* 16 praeueat *P* 17 cetheci *P* 18 praeferemus *B* in Caesarem *Bς* 20 e contrario *Bς* 21 probauimus *P* parum firma *P*, par firma *B*, pari forma ς; *locum emendavit Christ verborum distinctione mutata* 22 affectu laudabitur. Idem *Bς* 23 plurima *B* *fort.* fuisse probet a prima pubertate gloria — consecuta 24 forensi *P* *immo* idemque 25 famam *Capp.*: formam *PB* exercitationis *P*: exorationis *B*, orationis *Capp.* 26 Huic forma *B* 28 quam Comoedi *B* 30 dicetur enim *Bς* magnam famam *P*: famam magnae *Bς* 31 cum his *P*

noribus per ordinem functus esse: intendetur et quaesturam cruentam egisse et praeturam turbulentam, adeo ut senatus consultis notaretur. Dicetur consul fuisse popularis et benignus in plebem, qui etiam agros putaverit dividendos: idem et cum collega dissensisse et hostiliter usus in eundem et contra morem maiorum in perferendis suis actionibus perseverasse. Gessisse illum bella magnifica pertinebit ad laudem, Gallias subegisse autem ideo ipsi obicietur, quod easdem provincias non civili modo nec more maiorum decerni sibi per quinquennium elaboraverit, et quod tempore potius quam virtute superaverit. Bellum civile quod gesserit, inimicis illius obicietur; clementia vero eius in eodem ideo memorabitur, ut appareat illum minime arma voluisse: contra nullam umquam causam tam magnam, quae illum impellere ad bellum civile debuerit: ut maxime in eo lenior fuerit, non posse videri bellum clemens esse, quod tale sit. Mors quoque atrox et impia et tamquam ipsis rebus humanis luctuosa, et tamen ex hoc honesta dicetur, quod sit occisus in curia et manibus senatorum: ex diverso, hostem humani generis et tyrannum civitatis dignum sceleribus suis tulisse supplicium, multis vulneribus trucidatum et in ipsa Pompeia curia tamquam Pompei manibus immolatum. Post eum vero declarabitur quam commota illius morte res publica, quam plane status civitatis eversus, quam denique ipsis percussoribus suis malo fuerit illud parricidium peregisse: item contra, usque eo illius exitum fuisse optabilem civitati, ut paene placuerit eiusdem acta rescindi et hostem iudicari, qui eadem tuebatur. Ad hoc felicitas, quae in illo potest facile laudari, extenuabitur eo, quod liberos non habuerit.

Demonstrationes vero urbium locorumque iam non demonstrationes, sed topographiae a plurimis existimantur: itemque laudationes philosophiae et matrimonii et amicitiae ethicae esse creduntur: ‘an studendum sapientiae, an ducenda uxor, an adpetendae amicitiae.’ Iam vero laudes deorum hymni et paeanes quibusdam nuncupantur, sed certe non sunt demonstrationes, quando sacrilegii genus sit in reprehendendis dis exercere facundiam. | Facile est elementa laudare, sed absurdum est reprehendere; nam si caelum aut terram aut ignem vituperare cone-

---

1 intendetur *PB*: item dicetur *Capp.* quaestoram *P* 2 egisse *P*: *om. B* (et praeturam habuisse ς) 4 idem *PB*: item *Capp.* hostilitor *P*, *fort.* hostili more 5 perferendis suis actionibus *P*: perferendis seditionibus *B*, perserendis seditionibus ς 7 subegisse autem ideo ipsi obicietur *scripsi*: subegisse aut in eode ipsi obicietur *P*, subegisse: aut in eodem ipsi obiicietur *B*ς 10 ideo *nos*: adeo *PB*ς morabitur *B* 11 contra nulla umquam causa tam magna *P* implere *P* 13 in eo *B*: in quo *P* uidere *P* 15 et manibus *P*: ex manibus *B*ς 16 et diuerso *B*, e diverso ς hoste *B* 18 immolatum *P*: iugulatum *B*ς Post eum *PB*: Postea ς; *at v. pag. 567, 26 et 28* 21 fuissem *P* 26 a pluribus *B*ς aestimantur *B* 27 filosophiae *P* ethicae *scripsi*: ecce hic *P*, etc hic *B*, etc. hujusmodi ς creduntur *P*: traduntur *B*ς 28 appetendae *B*, expetendae ς 29 ymni et paetanes *P* quibusdam *Mailley*: quidam *PB* sed certe non sunt dem. *nos*: et certe non dem. *P*, Et certe demonstrationes *B*, et certe dem. non sunt *Capp.* 30 in reprehendendis dis *P*: dis *om. B*, in iis reprehendendis *Capp.* 31 absordum *P* 32 conamur *B*ς

p. 312. 313 C.

mur, ea ipsa, per quae vivimus, non probabimus. In fontes vero et germina et flumina et arbores et armenta dicere iucunda quidem, sed parum ampla materia est et a foro, cui praeparamur, aliena: in quo cum semper nobis aut reprehendenda aut laudanda persona sit, id agere debemus, ut eius dictionis usum exercitatione capiamus. Mea tamen opinione, ut hoc materiae genus non nimis usurpandum est, ita nec omnino vitandum; recipit enim in scholis imitatio veritatis stilum generis licentioris. Si igitur aliquando in horum aliquid tale dicemus, auctorem pro genere ponemus. Nullus tamen aut certe parvus adfectus in demonstrativa deprehendetur. Nam si in eum, quem praedicabimus, aliquid pro ipsius miseratione dicemus, id agemus, quod minime necessarium est. At vero cum aliquem reprehendemus, miserum illum fuisse firmabimus multoque facilius commotione aliqua mentis utemur. Nam parentes miserabimur, qui tam turpem genuerint, et illos, apud quos aliquis tam malus vixerit. Adiciunt quidam in personae partibus sexum aut aetatem, quae non multum per se in omnibus valent, nisi factum aliquod accedat, quod illi sit adiunctum. Itaque sicut in Hercule, in Catone potest pueritia laudari, in qua virtutum suarum rudimenta conlocarunt, sicut in Nestore, in Priamo senectus, quos a bello nec anni ultimi semoverunt, sicut in Penthesilea, in Didone, in Camilla, in Cloelia, in Lucretia valet locus sexus, quod illius infirmitatem factis fortioribus supergressae sint: ita in ceteris personis, quae sunt dissimiles, non valebunt. |

## PRAECEPTUM DELIBERATIVAE.

Deliberatio est, sicut M. Tullio placet, genus causae tertium substantiae oratoris adpositum: si quidem universam rhetoricam in tria causarum genera partitus est: laudativum, deliberativum, iudiciale, quae Graeci *ἐγκωμιαστικόν, συμβουλευτικόν, δικανικόν* nominant.

Deliberationes aut simplices sunt aut ex incurrenti aut comparativae. Simplices, ut si deliberent Scythae urbes condere: ex incurrenti, ut si deliberent Scythae urbes condere, cum pestilentia laborarent: comparativae,

---

1 probauimus *P*, probamus *Bς* uero germina *Bς* 3 a *PB*: *om.* ς 5 opinione ut hoc *P*: opinio quod *Bς* 6 non nimis *P*: nonnisi *B*, nonnisi raro *Pith.* 7 Si *P*: Hic *Bς* 8 in horum aliquid tale *P*: in horum tale aliquid *B*, in huiusmodi tale aliquid ς auctorem] *‹res enim saepe laudantur hoc nomine, quod talem auctorem habuerint:* pro genere, *adeo ut rei laudandae auctor teneat locum generis›*. Capp. 9 deprehenditur *Bς* 10 praedicabimus *nos*: praedicauimus *PBς* 12 fuisse firmauimus *P*, firmabimus fuisse *Bς* 13 parentes miserabimur *scripsi*: parentum miserebimur *PBς* 14 illos *PB*: illorum ς 16 accidat *Bς* 17 aercule *P* 18 rudimenta *nos*: docimenta *P*, documenta *Bς* conlocarunt *nos*: ualuerunt *PB*, uoluerunt *ed. Pith.*, posuerunt *Capp.* sicut *nos*: sicet *P*, sic *Bς* in Hectore *B* 19 remouere *Bς* 21 facti fortioribus supergraesse *P* sunt *Bς* 22 *ne malis* valebit, *suppleas* sexus aut aetas, *ut est supra v. 15*

23 INCIP. PRAECEPTV DELIBERATIVE EMPORII. ORATORIS *P*, Emporii rhetoris de deliberatiua specie *Bς* 24 tertio ⁘ (*i. e.* est) substantiae *P* 25 appositum *B*, oppositum *Capp. errore, ut videtur, operarum* trium *P* 27 Graeci *PB*: Graece ς 29 conderent *P* ex incurrenti ut si deliberent scythae urbes condere cum pestilentia

p. 313. 314 C.

ut si deliberent Scythae, cum pestilentia laborarent, utrum urbes instituant an sedes novas quaerant: quod genus deliberationum saepe non solum duplici, sed et triplici et multiformi ratione subsistit, ut cum deliberat Pompeius acie Pharsalica victus, Africam an Parthiam an Aegyptum petat.

Locos autem, per quos deliberativa tractetur, frustra quidam maiore quam ratio desiderat numero augere voluerunt, si quidem in suadendo vel in dissuadendo duodecim veluti elementa, id est, ut Graeci appellant, *στοιχεῖα* consideranda esse dixerunt: legitimum, iustum, aequum, conveniens, honestum, utile, religiosum, pium, civile, facile, possibile, necessarium. Quae universa nominum multitudo verum spectantibus duobus tantummodo locis, honesto et utili, aut, ut plurimum ab his, quibus omnia continentur subiecta, species tamquam genera distinguas, quattuor locis, id est honesto et utili, aequo et facili continetur. Honestati enim subiacet religiosum et pium, utilitati conveniens et civile, aequitati legitimum et iustum, facultati possibile et necessarium: quamquam Stoici ne duo quidem illa, id est honestum et utile, existimant separanda, qui nihil esse utile nisi quod honestum, nihil inutile nisi quod turpe definiunt. Sed quoniam nobis omisso illo rigore philosophiae in consiliis dandis civiliter disputandum est, proposita deliberatione, quid potissimum in ea tractandum sit, incipere definire debemus. |

Deliberandi enim quinque rationes sunt, sicut in primo de officiis libro ad filium scribit orator. Una est, cum quaeritur utile an inutile sit, altera, cum ambigitur honestum an turpe sit, tertia, cum inter duo utilia, quarta, cum inter duo honesta dubitatio est, quinta, cum ex una parte consilii honestas, ex diversa pugnat utilitas. Ex quibus illae primae quattuor partes difficile in ulla oratione suasoria separata sui ratione tractantur. Quippe etiam, cum plurimum quaeri videtur utilitas, ut si deliberet Scipio exercitum in Africam classe transvehere, tamen ex parte aliqua observatur et honestas, cum relinquere vastandam hostibus Italiam et Hannibalis declinare praesentiam inreligiosum esse ac turpe dicatur. Et cum fere causam deliberandi honestatis respectus induxit, ut si deliberet Cato victis partibus mori, non potest a consilio eius utilitatis tractatio prorsus excludi, cum et servare se patriae talem virum et non destruere domum ac liberos utile

---

(pestilentiae *P*) laborarent comparatiuae ut si deliberent scythae *P*: *om. Bς* 1 laborarent *P*: laborent *B*, laborant *ς* 2 saepe *P*: sane *Bς* 3 multiformae *P* 4 an parthim *P* 6 quidem maiores *B* 7 ratio *PB*: Ro. *Pith.*, *unde Capp.* Romanus orator augere *PB*: augeri *ς* 12 aut *P*: *om. Bς* 13 distinguamus *Bς* 14 honesto et utilia aequo et facili *P*, honesto, utili et aequo et facili *Bς* continetur *Capp.*: continentur *PB* 15 religiosum et pium *Capp. et P*: religiosus et pius *B* utilitati *nos*: et utilitati *PBς* ciuilae *P* 19 est disputandum *Bς* 20 quod *B* 21 incipere *P*: inspicere ac *Bς* 26 honestitas *P* pugnet *Bς* 27 in illa ratione *B* suasoria *P*: *om. Bς* separata sui ratione] *'i. e. ut una per se sola et seorsim ab alia consideretur'*. Capp. 28 quaeri *P*: posse *Bς* 29 deuehere *Bς* *fort.* obversatur et *om. Bς* 31 deliberandae *B* 33 prorsus tractatio *Bς* et cum *B* 34 se *om. Bς*

p. 314. 315 C.

disputetur. Sed tamen id quod plurimum in praesenti deliberatione valeat, sedulo adnotandum est, ut ad vitationem eius aut appetitionem deliberantis animum trahamus; necesse est enim, quae causa praecipue dubitantem movet, eius aut cohortatione aut dehortatione ducatur.

Si igitur quod sit utile suadeamus, id quidem praecipue firmabimus, sed nihilo minus probato utili etiam honestum id esse cum subiacentibus honesto partibus adseverabimus: et contra, si pro honestate dicemus, prius honestatis ipsius adsertione tractata etiam utile id quod suadeamus demonstrare temptabimus; nam facultas semper utilitatem sequitur, aequitas honestatem. Sed haec quidem quasi ad fundamenta iacienda, quibus inuitatur oratio, antequam arripiamus stilum vel meditationem ingrediamur, prospicere ac definire debemus. Principiis deinde vel brevibus, sicut ipsi Tullio placet, vel nullis plerumque factis (sunt enim, ut ait, qui deliberant, sua causa parati), narratione etiam aut omnino praetermissa (quoniam narratio aut praeteritarum rerum est aut praesentium, suasio autem futurarum aut admonendi causa, maxime si quid populo suadeatur) *aut* breviter strictimque decursa, sicut de imperio Gnaei Pompei eiusdem demonstrat oratio, | gradus, per quos eundum sit, scire conveniet. Sunt autem hi gradus quinque: generalis, proprius, personalis, causalis, coniecturalis. Generalis est, in quo veluti summatim delibatis partibus, quas causa conplectitur, sine manifesta ipsarum commemoratione disserimus: proprius est, qui tractatur ex facto: personalis, qui ex ipsius deliberantis vel de quo deliberatur fortuna vel moribus ducitur: causalis, in quo id ipsum, ad quod sententia nostra dirigitur, quale sit explicatur; coniecturalis, quo eventus hanc aut illam sententiam secuturus ostenditur.

Sed ut proposito deliberationis exemplo magis eluceat, quemadmodum generalis quaestio deprehendatur, posita sit deliberatio Lucretiae, an propter inlatum sibi stuprum semet occidat. Sepone quod est in causa proprium, id est factum, vim scilicet inlatam pudicitiae; item segrega personam, hoc est Lucretiam et regis filium, sepone causam, id est ipsam rem, quam deliberet adgredi, id est voluntariam mortem, et ex his singulis decerpe generalem. Est autem generale stupri, contumelia et iniuria; multae sunt enim species infamiae et iniuriae subiacentes, ut inlata manus, abrepti liberi, inrogata debilitas atque his similia. Lucretiae autem et Sexti Tar-

---

1 ualet *Bς* 2 est *om. Bς* ut aut addubitationem eius aut appetitionem *B*, ut aut addubitatione eius aut assertione *Capp.* 3 animus *P* necesse est enim *P*: et necesse est ut *Bς* praecipuae *B* 5 praecipuae firmauimus *P* 7 adseuerauimus *P* 8 suademus *Bς* 9 temptauimus *P* 10 Sed haec quidem *P*: Siquidem *Bς* iacenda *P*, iacentia *B* 12 prospicere *PB*: perspicere ς ipse *P* 13 nullis p. factis *P*: illis p. fictis *Bς* ut ait *P*: ut aut *B*, *om. Capp.* 14 aut *P*: ut *B* 15 autem *P*: aut *B* 16 si quod *P* aut *om. PB* 17 imperi *P* oratio. Gradus *Capp.* 20 delibatis *P et Capp.*: deliberatis *B* 22 uel quo *P*, *fort.* vel quo de 23 ducitur *Pith.*: dicitur *PB* 24 explicantur *P* 26 exempla *P* 28 sepono *Bς* 29 segrega *nos*: segregatā *P*, segrego *Bς* 30 sepono ς deliueret *P* 31 decerpo ς 32 generale, stupri contumelia *B*, *recte distinxit Capp.*

p. 315. 316 C.

quini generale est, femina nobilis et adulescens potens; quippe multae nobiles sunt, multi potentes. Sed et mortis voluntariae generale est atrox et difficile consilium et sine ulla exceptione praeceps impetus indignationis; sub hoc enim animi motu et Medea de parricidio cogitat et Aiax de caede Agamemnonis atque Ulixis. Et porro multi accepta ignominia diversa ineunt, sed generaliter tamen extrema consilia. Haec igitur ex facto et persona delibata generalia coniunge in unam sententiam quaestionis, et fiet huiusmodi generalis quaestio: ‘an ob inlatam sibi contumeliam atque iniuriam femina nobilis et pudica, cum se in auctorem doloris sui ob ipsius potentiam aliter non possit ulcisci, nihil non debeat pro satisfactione sui doloris audere’: vel e diverso: ‘an ulla tanta sit iniuria vel contumelia, ut sapienti feminae sine respectu sui deliberandum sit’. Observare sane in generali quaestione debebimus, ut eam quam brevissime conprehendamus, quoniam ista communia, quae in multas deliberationes cadunt, minus valida sunt quam propria causarum, in quibus multo magis nos conveniet immorari: ad quae descendere post generalem gradum | hoc modo oportebit, ut reddamus proprium quod seposueramus, id est, ut fiat huiusmodi quaestio: ‘An, cum tam gravis contumelia et iniuria inrogata sit, ut pudicitia, qua nihil est prope carius, alienae sit inpotentiae violata ludibriis, et ob hoc ipsum violata, quod eius gloriae invideretur, non sit ferendus dolor’: vel contra: ‘an tolerabilis sit iniuria pudicitiae, cum sufficiat castitati bona conscientia, nec libidini possit adscribi, quod acciderit invitae’. Deinde similiter redde personam, quam summatim in generali parte tractaveras, ut dicatur hoc modo: ‘An Romana mulier et Lucretia, Tricipitini filia, quae virilem animum etiam in muliebri figura gerat quaeque omnes feminas et castitate et omni morum sanctitate superaverit, vim sibi a filio regis inlatam ferre non debeat’: vel e diverso: ‘an id ipsum congruat constantiae eius atque animi magnitudini, aequiore animo pati iniuriam sceleris alieni, praesertim cum nihil voluntate, sed omnia accidisse necessitate declaret illius impotentia, qui temeraverit castitatem’. Post quae redde causam, id est consilii speciem suis viribus et proprietate manifestam, ut expositis per superiores gradus, quae incitaverint animum vel mitigaverint, tum demum adgrediaris ipsum illud, de quo deliberatur: ‘an tantae contumeliae tali feminae ab huiusmodi auctore factae nullum sit aliud vel perfugium vel solacium quam mors voluntaria’. Quo loco est rursum generaliter dicendum,

---

1 aduliscens *P* 4 motum *B* 5 Ulyssis *Bς* multi — ineunt *P*: multis — insunt *Bς* 6 sed *P*: sed et *Bς* 7 delibata *P et Capp.*: deliberata *B* 10 posset *Bς* 11 audere *P*: suadere *Bς* an ulla *Pith.*: a nulla *P*, uel ulla *B*, an nulla *Capp.* 12 sane *P*: tamen *Bς* 14 deliberatiuas *Bς* 15 multa *B* 16 ad quae descendere *Rangius (in ed. Capp.)*: atque descendere *PB*, Atque descendet ς 18 iniuria et contumelia *Bς* 19 probe *P* 20 non *B*: ne *P* 23 summatim *om. Bς* 24 quae uirilem animum — gerat *nos*: cuius uirilem animum — gerat *P*, cuius uirilis animus — erat *B* 26 morum scitate *P* 27 e *om. B* 28 anime magnitudini aequiori *P* 29 sed et *P* omnia accidisse n. declaret *P*: omni accepisse necessitate declarat *Bς* 31 proprietatem *PB*, *em. Capp.* 33 de quo liberatur *PB*, *em. Pith.* 34 aliud uel *P*: aliud *Bς* 35 rursus *Bς*

p. 316. 317 C.

mortem aut omnino bonum esse aut certe malum non esse, et vitam non nisi salva honestate esse ducendam, et specialiter multas hoc fortes et nobiles feminas dedisse gloriae suae, ut iniuriam aut infamiam moriendo vitarent, et verendum non esse, ne tanti mulier animi temptata morte deficiat; adicienda etiam descriptio mortis ipsius, in qua vulnus non quasi feminea manu factum cruentumque telum populus ipse Romanus cum admiratione visurus sit: at ex altera parte, etiam si intolerabilis illic iniuria sit, etiam si Lucretiae praeter ceteras non ferenda, posse tamen eam aliter vindicari; mortem vero, ultimum malum et natura a petitione humanae mentis alienum et ab ipsis quodammodo etiam diis inmortalibus adcelerari vetitum et certe hoc minus de femina quamvis fortissima exigendum, quo magis sexus iste remotus a ferro est, eo minus esse sumendam, praesertim cum verendum sit, ne coepto vulnere non perseveret, ne infirmiorem ad perniciem suam reddat animum bona conscientia, et facilius sit ut pertinacius in necessitate meriti inpudica moriatur. Iam coniecturalis gradus utrumque ex his, quae secutura viden|tur, hac ratione conplectitur: ‘an, si se interfecerit mulier tantae familiae, tantae pudicitiae, vindictam ex indignatione publica consecutura sit, nec populus Romanus superbos reges sit passurus ulterius, atque hoc inmortalis Lucretiae futura sit gloria, quae non solum pudicitiam fortiter vindicasse, sed etiam patriae libertatis causam tribuisse videatur’: aut ex repugnante sententia: ‘an, si se interfecerit, occasionem malis interpretationibus relictura sit, ut paenitentia stupri sponte tolerati ad mortem confugisse videatur, cum facilius in defunctam possint falsa confingi; et an multo magis incitatura sit et patris animum et mariti ad fortius aliquid in vindictam doloris audendum, cum praesentia sua et perseverantibus lacrimis ac luctibus plus ad inflammandam indignationem adfectus et adsiduitatis habitura sit’. Haec igitur in simplicibus et ex incurrenti deliberativis dividendi ratio sufficiet. In comparationis autem vicissim per singulos gradus utrarumque partium intentiones ac depulsiones alternare debebimus.

In omni autem deliberativa id potissimum custodire debebimus, ut his, quibus consilium demus, etiam si detestabilia cogitent, sine convicio ac sine execratione dicamus, si quidem nemo consiliarium de populo advocat nec sibi vere aut benigne suaderi putat, nisi in ipsa oratione suadentis veluti consulentem sibi benevolentiam recognoscat.

---

2 salua *P*: sola *Bς* 4 animi *B*: anni *P* 7 at *P*: aut *Bς* illic iniuria sit *P*: sit illa iniuria *Bς* 8 ceteras *Capp. et P*: cetera *B* 9 natura a petitione *scripsi*: naturae appetitione *PB*, a naturae appet. *Pith.*, a naturali appetitione *Capp.* 10 quodadmodo *P* etiam *om. Bς* adcelerari *P*: adeo adcersi *Bς* 11 de *P*: e *Bς* 12 *fort.* a ferro sit sumendum *Bς* 13 non *Capp. et P*: *om. B* 14 bona *Capp. et P*: uana *B* 15 meriti *sc. mali* Iam *nos*: nam *PB* 18 nonsecutura *P* 23 sponti *P* 24 et patris animum et mariti *Capp.*: cum et (et cum *B*) patris animum tum (tum *om. B*) et mariti *PB* 27 et *om. B* 28 In *om. Bς* 29 intentiones ac depulsiones] ‘*i. e. asseverationes seu assertiones et refutationes, ducta metaphora a genere iudiciali, in quo accusatoris affirmatio dicitur* intentio, *defensoris autem negatio* depulsio’. Capp. 33 execratione *P*: ratione *B*, exacerbatione *Pith.* 34 ac benigne suadere *Bς* suadentis *P*: consulentis *Bς*.

## XVIIII.

# VERSUS RUFINI

## V. C. LITTERATORIS DE COMPOSITIONE

## ET DE METRIS ORATORUM.

---

Musigenae numeros vates et metra secuntur,
Orator numeros: haec illi maxima virtus,
Ne vagus errando laudandam nesciat artem.
Rhetoras Ausonios et Graios dactylus armat.
Dactylus armavit Ciceronem, armavit iambus
Spondeusque gravis numeroque aptissime paean,
Temporibusque pares, quamvis et syllaba crescat.
Continuos fugito multos — fit versus — eosdem.
Optimus orator sequitur ratione poetas:
Cognatus virtute sua metrumque recusans
Hic quoque vult numeris voces frenare vagantes.
Item sic:
Doctus Aristoteles paeanem laudat utrumque:
A longa incipiens primordia pulchra locabit,
'Aspicere' ut verbum est, contrarius ille supremus.
Tullius hunc laudat, cui sit paenultima longa:
Esse trochaeus adest, videatur tertius ille
Quem paeana vocat Musis devota vetustas:
Hic membris numerus melior, cui tertia longa.
Versus Rufini v. c. literatoris de numeris et pedibus oratorum.
Rhetoricas pulchre structuras dochmius ornat:
Principium bacchius erit, concludet iambus.
Aut vice mutata nomen mutabitur uni:
Primus iambus erit, tum finem creticus explet.
Prima brevis longaeque duae, brevis, ultima longa;
Exemplumque artis dabitur res publica vobis, |

p. 347. 348 C.

Quam Cicero casu genetivo ponere gaudet.
Hoc pede composito laudatur fama pedestris,
Ut docet Ausonius orator Tullius ingens.
Omnibus iste locis numerum pes efficit aptum:
Longa brevem sequitur, longam brevis, adiice longam,
Syllaba prima brevis, tum syllaba longa secunda,
Tertia longa, brevis quarta productaque quinta:
Tullius orator, ceu multi, dochmion ornat.

Idem sic:

Creticus adque trochaeus erit, qui claudere possunt,
Aut spondeus inest nullo discrimine finis.
Aut vice mutata nomen mutabitur illis,
Principioque trochaeon habes, in fine molossum.
At finis bacchius erit, brevis ultima claudet:
Longa sit anne brevis, nullum discrimen habetur,
Ut solet in metris doctus conponere vates.
Aut Asiae numerus pulcher, bis fine trochaeus:
Sed magis erigitur spondeo clausula fortis.
Hanc docet eloquium summi Demosthenis artem.

Item versus Rufini.

Spondeo narrare solent tibi rhetores acta,
Quod gravis et tardus res gestas mentibus adfert:
Dactylicis certant pedibus, quia currere possunt.
Dicimus egregios Theopompi more labores,
Et vitam insignem laudamus Isocratis arte:
Hic stilus historiis, hic laudibus aptior haeret.

De ambitu sive circuitu, quem Graeci *περίοδον* dicunt, sic:

Dicere Musa iubet, me dicere iussit Apollo,
Circuitum orator quot membris reddere debet:
Vos, Phoebi comites, animis haec condite vestris
Et memorem doctis componite mentibus artem.
Non unum natura dedit nos ferre laborem,
Legibus alternis quae pulchras iunxerat artes:
Quattuor e membris plenum formare videmus
Rhetora circuitum; sic ambitus ille vocatur.
Quattuor ex metris hunc versibus aspicis aequum. |

De genere iudiciali. *Περὶ τοῦ δικανικοῦ.*

Iudiciis paeana refert tibi Tullius aptum.

De genere deliberativo. *Περὶ τοῦ συμβουλευτικοῦ.*

Si quis rem dubiam deliberet, armat iambus:
Dactylus his causis tibi dicitur aptus utrisque.

De Theophrasto idem Rufinus metro sapphico sic:

Rhetoras pulchros Theophrastos ornat
Membra dispergens bona dithyrambi

Fusa per partes: anapaestus ista
Floret in arte.
Longior fluxit numerus per artem,
Quem dedit nobis anapaestus ille:
Hinc pedes claros loca dithyrambi
Rhetores aptant.

Cicero de numeris oratoriis sic dicit: 'Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est e singulis longis et brevibus; explanandum est enim, quod iam ab aliis idem pedes aliis vocabulis nominantur. Sed in orationis numero nihil est tam vitiosum, quam si semper est idem. Cadit autem per se ipse ille praeclare, quo etiam satietas formidanda est magis'.

Quintilianus in arte de numeris et structura Demosthenis sic dicit: 'Nam † quo fit, ut Demosthenis severa videatur compositio, *τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις*, et illa, quod ab uno, quod sciam, Bruto minus probatur, ceteris placet: *κἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ*'. Idem in alio loco sic: 'Talia sunt Demosthenis *πᾶσι καὶ πάσαις — καὶ πᾶσιν ὑμῖν*, et totum paene principium'. In alio sic: 'Est et dochmius, qui fit ex bacchio et iambo vel ex iambo et cretico, stabilis in clausulis et severus: spondeus quoque, quo plurimum est Demosthenes usus'.

Diomedes sic dicit in II. libro artis suae: 'Igitur spondeus e duabus syllabis longis aptus est clausulis, qualibus maxime Demosthenes utitur: *πᾶσι καὶ πάσαις — καὶ πᾶσιν ὑμῖν*. Habet enim graves sonos finemque sensus et clausulae firmas sedes constituit, ut rei publicae causa, et arma sumpsi, et esse pro nobis. Gravior est autem longa syllaba praecedente quam brevi; aliter enim sonat 'arma sumpsi', aliter 'esse pro nobis'. |

Cicero ad Herennium in arte sic: '*Ὑπέρβατον*. Huiusmodi transiectio, quae rem non reddit obscuram, multum poterit ad continuationes, de quibus ante dictum est; in quibus oportet verba sicuti ad poeticum exstruere numerum, ut perfecte et perpolitissime possint esse absolutae'.

De structuris, id est de numeris, sive de continuatione sive de compositione Cicero sic dicit: 'Longissima est igitur complexio verborum, quae volvi uno spiritu potest, sed hic naturae modus est, artis alius. Nam cum sint numeri plures, iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, Catule, vester, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum; sed sunt insignes percussiones eorum numerorum et minuti pedes. Quare primum ad heroum nos [dactylici et anapaesti et spondei] pedem invitat, in quo inpune progredi licet duo dum-

---

7 Orat. §. 212. 14 Quint. IX, 4, 63. 15 de cor. §. 1. 17 Phil. III, §. 17. 17 Quint. IX, 4, 73. 19 ibid. IX, 4, 97. 22 Diom. II, p. 469 Keil. 24 Dem. de cor. §. 1. 29 rhet. ad Her. IV, §. 44. 34 de orat. III, §. 182.

p. 349. 350 C.

taxat pedes aut paulo plus, nec plane in versum aut in similitudinem versus incidimus: altae sunt geminae quibus. Hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt. Probatur autem ab eodem illo maxime paean, qui est duplex: nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur, ut haec verba 'desinite, incipite, comprimite', aut a brevibus deinceps tribus extrema producta atque longa, sicut illa sunt 'domuerant, sonipedes'. Atque illi philosopho ordiri placet a superiore paeane, posteriore finire. Est autem paean hic posterior non syllabarum numero, sed aurium mensura, quod est acrius iudicium et certius, par fere cretico, qui est ex longa et brevi et longa:

quid petam praesidi aut exequar? quove nunc —.

A quo numero exorsus est Fannius: Si, Quirites, minas illius. Hunc ille clausulis aptiorem putat, quas vult longa plerumque syllaba terminari'.

Postea in eodem tertio libro de Oratore sic dicit: 'Sed saepe carpenda membris minutioribus oratio est, quae tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. Neque vos paean aut herous ille conturbet: ipsi occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati. Consuetudo modo illa sit scribendi atque dicendi, ut sententiae verbis finiantur eorumque verborum iunctio nascatur a proceris *numeris* ac liberis, maxime heroo aut paeane priore aut cretico, sed varie distincteque considat; notatur enim maxime similitudo in conquiescendo. Et si primi et postremi pedes sunt hac ratione servati, medii possunt latere, modo ne circuitus ipse verborum sit aut brevior quam aures expectant, aut longior quam vires atque anima patiatur. Clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror quam superiora, quod in iis maxime perfectio atque absolutio iudicatur. Nam versus aeque prima et media et extrema pars adtenditur, qui debilitatur, in quacumque est parte titubatum: in oratione autem pauci prima cernunt, postrema plerique, *quae* quoniam apparent et intelleguntur, varianda sunt, ne aut animorum iudiciis repudientur aut aurium satietate. Duo enim aut tres fere sunt extremi servandi et notandi pedes, si modo non breviora et praecisa erunt superiora, quos aut choreos aut heroos aut alternos esse oportebit, aut in paeane illo posteriore, quem Aristoteles probat, aut ei pari cretico. Horum vicissitudines efficient, ut neque ii satientur qui audient fastidio similitudinis, nec nos id quod faciemus opera dedita facere videamur.'

Postea sic: 'Verum ut in versu vulgus, si est peccatum, videt, sic, si quid in nostra oratione claudicat, sentit; sed poetae non ignoscit, nobis concedit: taciti tamen omnes non esse illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt.'

Idem M. Cicero in Oratore de pedibus et numeris incisorum, id est *κομμάτων*, et membrorum, id est *κώλων*, et ambituum sive circuituum,

---

11 Ennii Andromacha p. 103 Vahl. 14 §. 190. 36 §. 198. 40 §. 171.

p. 350. 351 C.

id est *περιόδων*, sic dicit: 'Apud Graecos quidem iam anni prope CCCC sunt, cum hoc probatur, nos nuper agnovimus.'

Postea sic: 'Quod si aures tam inhumanas tamque agrestis habent, ne doctissimorum quidem virorum eos movebit auctoritas. Omitto Isocraten discipulosque eius, Ephorum et Naucraten, quamquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimique ipsi oratores esse debebant: sed quis hominum doctior, acutior, quis in rebus vel inveniundis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati adversatus infensius? Is igitur versum in oratione vetat esse, numerum iubet. Eius auditor Theodectes, in primis, ut Aristoteles saepe significat, politus | scriptor atque artifex, hoc idem sentit et praecipit; Theophrastus vero isdem de rebus etiam accuratius. Quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino haec esse ab iis praecepta nesciunt.'

In alio loco sic dicit: 'Fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius: cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem.'

In alio loco sic dicit: 'Cur de perfugis nostris copias conparant contra nos? Prima sunt illa duo, quae *κόμματα* Graeci vocant, nos incisa dicimus; deinde tertium *κῶλον* illi, nos membrum: sequitur non longa, ex duobus enim versibus, id est membris perfecta comprehensio est et in spondeos cadit. Et Crassus quidem sic plerumque dicebat, idque ipse genus dicendi maxime probo. Sed quae incisim aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent, ut est apud me: domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas. Haec incise dicta sunt quattuor, at membratim quae secuntur duo: incurristi amens in columnas, in alienis insanisti. Deinde omnia tamquam crepidine quadam conprehensione longiore sustinentur: depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et fortunas tuas aestimasti. Dichoreo finitum, at spondeis proximum illud; nam in iis, quibus ut pugiunculis uti oportet, brevitas faciet ipsa liberiores pedes. Saepe enim singulis utendum est, plerumque binis, et utrisque addi pedis pars potest, non fere ternis amplius. Incisim autem et membratim tracta oratio in veris causis plurimum valet, maximeque iis locis, cum aut arguas aut refellas, ut nos in Corneliana secunda: o callidos homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda: membratim adhuc, dein caesim diximus; rursus membratim: testes dare volumus. Extrema sequitur conprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior: quem, quaeso, nostrum fefellit ita vos esse facturos? Nec ullum genus dicendi est aut melius aut fortius, binis aut ternis ferire verbis, nonnumquam singu-

---

3 §. 172. 14 Orat. §. 212. 17 ibid. §. 223. fragm. L. Crassi. 23 ex or. p. Scauro. 34 fragm. 2.

p. 351. 352 C.

lis, paulo alias pluribus, inter quae variis clausulis se interponit raro numerosa conprehensio.'

Idem de Theophrasto sic dicit; 'Namque ego illud adsentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam modo, non adstricte, sed remissius numerosam esse oportere. Etenim, sicut ille suspicatur, | post anapaestus, procerior quidam numerus, effloruit, inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus, cuius membra et pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa.'

Item Cicero in Bruto sic dicit: 'Extitit igitur iam senibus illis, quos paulo ante diximus, Isocrates, cuius domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam patuit atque officina dicendi, magnus orator et perfectus magister, quamquam forensi luce caruit intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo meo iudicio est postea consecutus. Is et ipse scripsit multa praeclare et docuit alios, et cum cetera melius quam superiores, tum primus intellexit etiam in soluta oratione, dum versum effugeret, modum tamen et numerum quendam oportere servari. Ante hunc enim verborum quasi structura et quaedam ad numerum conclusio nulla erat, aut, si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quaesitam: quae forsitan laus sit, verum tamen natura magis tum casuque nonnumquam, *quam* aut ratione aliqua aut ulla observatione fiebat.

Flavius Sosipater Charisius de numeris sic dicit: 'Bacchiacum metrum est tale:

bacchare, laetare praesente Frontone;

hoc mihi videtur ad prosam convenire. Et sane multis pedibus in oratione utimur, licet stulti putent liberum a vinculis pedum sermonem prosae esse debere.'

Cicero de numeris sic dicit: 'Versus enim illi veteres in hac soluta oratione propemodum, hoc est numeros quosdam nobis esse adhibendos putaverunt.' Postea sic: 'Idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa, quemadmodum scribit discipulus eius Naucrates, numeris adstringeret. Namque haec duo musici, qui erant quondam idem poetae, machinati ad voluptatem sunt, versum atque cantum, ut et verborum numero et vocum modo et delectatione vincerent aurium satietatem. Haec igitur duo, vocis dico moderationem et verborum conclusionem, quoad orationis severitas pati posset, a poetica ad eloquentiam traducenda duxerunt. In quo illud est vel maximum, quod versus in oratione si efficitur coniunctione verborum, vitium est, et tamen eam coniunctionem sicuti versuum numerose cadere et quadrare et perfici volumus. Neque est ex multis rebus, quae magis oratorem ab imperito dicendi ignaroque distinguat.' |

Idem Cicero in alio loco sic dicit: 'Nam etiam poetae quaestionem

3 de Orat. III, §. 184. 6 suspicatur, ex illis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapaestus *plenius libri Tulliani* 9 §. 32. 21 apud Diomedem III, p. 513 Keil. 27 de Orat. III, §. 173. 41 Orat. §. 66.

p. 353. 354 C.

attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus: numero maxime videbantur antea et versu; nunc apud oratores etiam ipse numerus concrebruit. Quicquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu — nam id quidem vitium orationis est — numerus vocatur, qui Graece ῥυθμός dicitur. Itaque video visum esse nonnullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum poetarum, apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud cotidiani dissimile sermonis.'

Victorinus de compositione sic dicit: 'Creticum, qui est ex longa et brevi et longa, si sequatur spondeus vel trochaeus, bonam compositionem facere dicunt: Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? duo extremi pedes sunt creticus et spondeus.' Idem multa dicit de compositione et numeris et pedibus oratoriis.

Ut Cicero dicit, isti scripserunt apud Graecos: Thrasymachus, Naucrates, Gorgias, Ephorus, Isocrates, Theodectes, Aristoteles, Theodorus Byzantius, Theophrastus, Hieronymus. Latine de numeris hi: Cicero, Victorinus, Eusebius, Terentianus, Varro, Probus, Charisius, Diomedes, Quintilianus, Donatus, Victor, Servius.

Item Cicero de numeris et de compositione sic dicit: 'Nam qui Isocraten maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. Cum enim videret oratores cum severitate audiri, poetas autem cum voluptate, tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur, cum iucunditatis causa, tum ut varietas occurreret satietati: quod ab his vere quadam ex parte, non totum dicitur. Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est, sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis exstant scripta numerose. Nam, ut paulo ante dixi, paria paribus adiuncta et similiter definita, itemque contrariis relata contraria, quae sua sponte, si id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primus invenit, sed iis est usus intemperantius. | Id autem est genus, ut ante dictum est, ex tribus partibus collocationis alterum. Eorum uterque Isocraten aetate praecurrit, ut eos ille moderatione, non inventione vicerit. Est enim ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior: Gorgias autem avidior est generis eius et iis festivitatibus — sic enim ipse censet — insolentius abutitur, quas Isocrates, cum tamen audisset adulescens etiam in Thessalia senem iam Gorgiam, moderatius temperavit.'

In alio loco sic: 'Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo; adiungo, quod minimum sit, proximum superiorem, saepe etiam tertium. Ne iambus quidem, qui est e brevi et longa, aut par choreo, qui habet tres breves trochaeus, sed spatio par, non sylla-

---

12 Cic. in Cat. I, 1. 15 in loco non iam superstite. 20 Orat. §. 174. 38 ibid. §. 216.

p. 354. 355 C.

bis, aut etiam dactylus, qui est e longa et duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus aut spondeus; numquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo. Sed idem hi tres pedes male concluduntur, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus; nihil enim interest, dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba brevis an longa sit, ne in versu quidem refert. Quare etiam paeana qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum, quoniam nihil ad rem est, postrema quam longa sit. Iam paean quod plures habet syllabas, numerus a quibusdam, non pes existimatur.' Idem Cicero in dialogis de re publica multa dicit, referens Asianos oratores ditrochaeo clausulas terminare.

Terentianus de cretico, hoc est de amphimacro pede sic dicit:

Optimus pes et melodis et pedestri gloriae.
Plurimum orantis decebit, quando paene in ultimo
Obtinet sedem beatam, terminet si clausulam
Dactylus spondeus imam, nec trochaeum respuo.
Bacchicos utrosque fugito, nec refellas tribrachyn;
Nam solet longam trochaeus solvere in duas breves.
Unde et appellant trochaeum, quem vocamus tribrachyn.
Plenius tractatur istud arte prosa rhetorum. |

Pompeius Messalinus de numeris et pedibus oratorum sic dicit: Cicero spondeum incisis idoneum putat, quia, ut ait, paucitatem pedum gravitate sua et tarditate compensat. Dochmium aptum quovis loco esse, dum semel ponatur, quoniam continuitas numerum asperum efficiat; dichoreum quoque praeclare cadere: sed palmam de omnibus cretico tribuit.' Idem de Sallustiana compositione sive de numero et structura sic dicit: 'Nunc, si videtur, Sallustianae periodi numeros inspiciamus: 'res popu' dactylus, 'li Romani Marco' tres spondei, 'Lepido' anapaestus, 'Quinto Catulo' spondeus et anapaestus, 'consulibus' paeon primus, 'ac deinde' dichoreus sive ditrochaeus, 'militi' dactylus, 'ae domi' creticus, 'gestas' spondeus, 'composui' choriambus ex longa et brevi ac brevi et longa.

Cicero de compositione Demosthenis sic dicit: 'quasi vero Trallianus fuerit Demosthenes, cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.'

Versus Rufini V. C. de numeris et pedibus oratorum.

Creticus aut spondeus erit paeanve supremus,
Dactylus atque trochaeus adest vel cursor iambus,
Partibus in cunctis qui ponitur ante supremum,
Temporibusve pares hos omnes reddere possunt,
Solvere seu longas malis, ut syllaba crescat.

---

13 v. 1439 sqq. 28 Hist. I, fr. 1. 33 Orat. §. 234.

Rhetoricis Asiae placuit bis fine trochaeus.

Principia et medium et finem tibi dochmius ornat.

Cicero de incisis et membris et de circuitu sic: 'O Marce Druse, patrem appello, haec quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim: tu dicere solebas sacram [esse] rem publicam, haec item membra ternis; post ambitus: quicumque violasset, ab omnibus esse ei poenas persolutas; dichoreus; nihil enim ad rem, extrema illa longa sit an brevis: deinde patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit: hoc dichoreo tantus clamor contionis excitatus est, ut admirabile esset. Quaero, nonne id numerus effecerit? verborum ordinem inmuta, fac sic: 'comprobavit filii temeritas': iam nihil erit, etsi 'temeritas' ex tribus brevibus et longa est, quem Aristoteles ut optimum probat.' Idem Cicero postea sic dicit: 'Sed sunt clausulae plures, quae numerose et iucunde cadant. Nam et creticus, qui est e longa et brevi et longa, et eius aequalis paean, qui spatio par est, | syllaba longior, qui commodissime putatur in solutam orationem inligari, cum sit duplex. Nam aut e longa est et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo: aut e totidem brevibus et longa, quem optume cadere censent veteres; ego non plane reicio, sed alios antepono. Ne spondeus quidem est funditus repudiandus, etsi, quod est e longis *duabus*, hebetior videtur et tardior. Habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus vero multo magis et in membris; paucitatem enim pedum gravitate sua et tarditate compensat.'

Donatus de structuris et pedibus oratoriis numerorum sic dicit: 'Cicero in exornatione sententiae clausulaque ponenda modo ditrochaeum probat pedem, modo paeana primum aptum incipientibus, modo paeana quartum finientibus congruum, modo dochmium ex brevi et duabus longis et brevi et longa; cuius exemplum posuit 'amicos tenes', modo amphimacrum pedem, et rursus modo dactylicum numerum, modo anapaesticum, modo dithyrambicum laudat.'

Probus de numeris oratoriis sic dicit: Trochaeus et paeon tertius faciet illam structuram Tullio peculiarem, 'esse videatur.'

Cicero de numeris et pedibus oratoriis sic: 'Iam paean, quod plures habet syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur: est quidem, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodecten, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae: putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus. Dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut hoc est 'amicos tenes,' quovis loco aptus est.'

Idem Cicero de pedibus et structuris sic dicit: Iambus enim frequentissimus est in iis, quae demisso atque humili sermone | dicuntur, paean autem

---

3 Orat. §. 213. 3—9 ex orat. C. Carbonis. 13 Orat. §. 215. 15 longior, quam comm. *libri Tulliani* 33 ibid. §. 218. 40 ibid. §. 196.

p. 357 C.

in amplioribus, in utroque dactylus: itaque in varia et perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi.

Cicero ad Herennium in arte rhetorica de membro, id est *περὶ κώλου*, sic dicit: 'Membrum orationis appellatur res breviter absoluta sine totius sententiae demonstratione, quae denuo alio membro orationis excipitur, hoc pacto: et inimico proderas; id est unum quod appellamus membrum: deinde hoc excipiatur oportet altero: et amicum laedebas. Ex duobus membris haec exornatio potest constare: sed commodissima et absolutissima est, quae ex tribus constat hoc pacto: et inimico proderas et amicum laedebas et tibi non consulebas. Item: nec rei publicae consuluisti nec amicis profuisti nec inimicis restitisti.'

---

3 IV, §. 26.

## XX.

# EXCERPTA RHETORICA

## E CODICE PARISINO 7530 EDITA.

---

Civilis quaestio est, quae ad communem animi pertinet intellectum: cuius exemplum, si quaeratur an navigandum sit. Coniuncta ex pluribus quaestio fit, an rustico seni navigandum sit: conparativa, ut: an navigandum an studendum sit. Est etiam incivilis quaestio, quae ad communem animi non pertinet intellectum, ut si de pondere aut spatio mensurave quaeratur: cuius rei qualitatem ignorare non est erubescendum.

Finis oratorii officii est bene dicere; finis bene dicendi persuadere, id est optinere, quatenus rerum et personarum condicio patiatur.

Omnis controversia habet in se aetion, synechon, crinomenon. Aetion est causa, synechon continens, crinomenon examinatio causae, veluti: accusatur Milo quod occiderit Clodium. Causa est quod occiderit: continens quod eum occiderit, qui sibi fecit insidias: an insidias fecerit et an propter hanc causam occisus sit et non propter aliam et an debuerit eum reum facere et non occidere, hoc est crinomenon.

Fasis est res, ex qua quaestio nascitur: catafasis accusatio, apofasis defensio.

Thesis est quaestio generalis, hypothesis specialis. In thesi, id est in generali quaestione, tantummodo de rebus ipsis sine persona quaeritur: adhibitis personis res quoque communiter; nam quos genus causae premit, species saepe defendit. Si enim secundum thesin, id est generalem quaestionem, quaeratur an animadvertendum sit in matricidam, dubium non erit quin debeat animadverti; sed si ex hypothesi persona accesserit, invenit defensionem: ut si quaeratur, animadvertendum sit in Oresten matrici-

---

1 *Haec pars usque ad p. 587, 9 legitur in Parisino ad calcem Emporii.* 8 quatinus *P* 10 eximinatio *P* 19 adhibitio personis *P*; *non plane certa videtur nostra emendatio* 20 Sic enim *P* 22 quam debet *P* si extiothesi personã 23 *an* animaduertendumne?

dam, dubium non erit, † quam debet animadverti; hac enim se Orestes ratione defendit, quod patrem vindicaverit.

Partes circumstantiae sunt VII: quis, quid, quando, ubi, cur, quemadmodum, quibus adminiculis. Quis significat personam: persona constat duobus modis, nomine et qualitate: nomine, ut Scipio, Metellus, Pompeius; qualitate, ut pauper dives, *privatus* magistratus. Quid autem significat quattuor: factum, dictum, cogitatum, pathos. Factum sic: quidam emit imaginem tyrannorum et colit: reus est affectatae tyrannidis. Dictum sic: quidam transiens per carcerem dixit: 'securi estote vincti; cras solvemini': reus est affectatae tyrannidis. Cogitatum sic: damnato altero tyrannidis extitit alius qui diceret unius diei mora effectum quo minus ille arcem occuparet: reus est conscientiae. Pathos sic: mulier, quae assidue flebat, rea est adulterii. Quando significat tempus: temporis distantiae sunt duae, semper et accidens: semper, ut interdiu nocte, accidens, ut bellum pax. Loci distantiae sunt duae, spatium et sedes: spatium sic, longe prope; sedes, ut intra civitatem vel extra. Cur significat causam: causae sunt duae, praecedens et sequens: praecedens odium aut timor, sequens lucrum aut hereditas. Quemadmodum *est* facti demonstratio: quibus adminiculis ministeria facinoris.

Asystatae fiunt modis quattuor: uno, cum aliquid deest ex circumstantia, et vocatur pragma alogon: altero, cum eadem ex utraque parte dicuntur, isazusa: tertio, ubi color non invenitur et vocatur achromos: quarto, ubi iudex non invenit viam ferendae sententiae et vocatur aporos. Primus modus est asystatarum, ubi circumstantia deest, veluti: Quidam abdicat filium: contra dicit hoc loco, quia circumstantia deest, id est qua re abdicet. Controversia erit, si addas: abdicat filium, quia iuraverat se uxorem non esse ducturum. Alter est asystatarum modus, cum eadem ex utraque parte dicuntur, veluti: Duo adulescentes vicini speciosas uxores habebant: noctu obviam sibi facti accusant se invicem adulterii. Quidquid enim una pars dixerit, hoc et alia respondebit. Tertius asystatarum modus est, ubi color non invenitur, ut sunt communes loci, in quibus non potest esse defensio. Quartus asystatarum modus est, ubi iudex non invenit viam ferendae sententiae, veluti: Alter ab altero petebat pecuniam quasi creditam, ille dicebat depositam. Pendente iudicio lata lex est de tabulis novis: ille, qui creditam dixerat, repetit quasi depositam, tenet ille quasi creditam.

Figurae controversiarum sunt IIII: endoxon, amphidoxon, paradoxon, adoxon. Endoxon est, *si* honesta persona et honesta causa, velut: Scipio

---

1 *fort.* quin non debeat *ante* hac *P habet*: Sed si exthiothesi personã accesserit matricidã 6 qualitate. IIII. pauper *P* privatus *addidi* autem *nos*: enim *P* 11 affectum *P* 16 causa. Causae *P* 18 est *om. P* 20 Kasistae *P (videtur* K *signum esse novi capitis)* 21 pragma] *an* plasma? *v. pag. 84, 3* logos *P* 22 isazus *P*; *malim* et vocatur isazusa 24 asystarum *P, item v. 27* 26 controuersia, ut si *P* 28 speciosa *P* 30 hoc et altera? 34 deposita *P* 37 *et* 38 eudoxon *P* 38 est onesta *P*

victis Poenis petit ut ludos spectet laurea coronatus: et honesta persona Scipionis et honestum est quod petit. Amphidoxon est, si aut honesta persona et turpis causa est, veluti: 'Scipio victis Poenis petit mortem civis: honesta persona Scipionis, sed turpe est quod petit', *aut* honesta causa est et turpis persona. Abdicatus fortiter fecit: *petit* praemii nomine reditum in domum patris: turpis persona abdicati, sed honesta petitio est. Adoxon est, *si* nullius opinionis persona et causa, veluti: Pauper vestimenta vendebat: extitit alius qui diceret sua esse; ille dixit se adultero detraxisse: accusant se invicem, ille furti, hic adulterii.

---

## De laudibus quarumque rerum.

Laudes animalium vel inanimalium advertimus his locis contineri: quis sit inventor, deinde id ipsum quanta specie sit et pulchritudine et ubi nascatur: de utilitate, id est quod commodum ex ea capiatur. Solet transfiguratio pro genere poni, si Daphne in laurum conversa est, in florem Narcissus. Postremo facta comparatione concludimus de genere ac ratione comparationis, quid sit laudabilius. Debet autem aut cum aeque laudabilibus fieri aut cum melioribus. Fit tamen aliquando diversarum rerum comparatio, si comparemus eum qui in bello, et eum qui in pace magnus est.

## De laudibus urbium.

Urbium laudem primum conditoris dignitas ornat idque aut ad homines inlustres pertinet aut etiam ad deos, ut Athenas a Minerva dicitur constitutas: et ne fabulosa potius quam vera videantur. Secundus est de specie moenium locus et situs, qui aut terrenus est aut maritimus et in monte vel in plano: tertius de fecunditate agrorum, largitate fontium, moribus incolarum: tum de his ornamentis, quae postea accesserint, aut felicitate, si res sponte ortae sint et prolatae aut virtute et armis et bello propagatae. Laudamus etiam illud, si ea civitas habuerit plurimos nobiles viros, quorum gloria lucem praebeat universis. Solemus et a finitimis civitatibus laudem mutuari, si aut maiores sumus, ut alios protegamus, aut si minores, ut luce finitimae luminemur. In his quoque faciemus breviter comparationem.

Comparatio est, quando duae res inter se collatae comparantur; et fit comparatio in personis et rebus. Si Ulixes cum Aiace comparetur, est in personis; si prudentia contenditur et fortitudo, est in rebus: sed

---

1 ut ludos spectet ut laurea *P* 2 est a. aut *P* 4 aut *om. P* 5 *immo:* persona, ut: petit *supplevimus* 6 abdicatis *P* 7 aduxon est nullis opinionis *P. Ante haec vv. intercidit descriptio paradoxi generis.*

10 — p. 588, 16 *edidit Ecksteinus in Anecdotis Paris. p. 22 sqq. Lectiones, quibus sola nota P adscripta est, iam ab Ecksteino emendatae sunt.* 15 de genere ac ratione *nos*: degeneratione *P* 16 quid sit laudabilius *nos*: quod sit inlaudabilis *P* autem aut *nos*: aut *P*, autem *Eckstein* cum aeque laudabilibus *Christ*: aeque laudabilius *P*, aeque laudabile *Eckstein* 21 constituta *P* 23 speciem *P* maritimis *P* 26 sponde ortae sint aut prolate *P* 29 laudemutuari si autem *P* sumus ut *nos*: sumuut *P*, sunt ut *Eckst.* 31 collocate *P* 32 in sermonis *P* 33 contendit *P*

in utroque unus est dicendi modus; nam quid sit melius quaeritur. Igitur de his, quibus potest ambigi, fiet comparatio; ceterum ridiculum videtur, si Achilles in specie vel viribus Thersitae comparatur. Ergo aut utrumque esse dicemus primum aut alium alii praeferemus. Possunt tamen sic fieri comparationes, ut altera pars extollatur, altera deprimatur. Servemus per omnia laudis praecepta, quae in simplici laude praecepimus, aut certe per ea, quae in contemplationem possunt venire; committitur enim vitium, si non vel levi aliqua re discernuntur. Crimina nostrornm dissimulare debemus, iniquorum vero persequi diligenter. Malae res inter se comparantur, quando quae sit peior ostendimus, ut si avaritia et luxuria conferatur. Quando plures cum pluribus conferimus, de utrisque eligemus singulos, quos inter se comparemus. Si de oratoribus et poetis quaeritur, ut Homerus et Demosthenes, *qui in Graecia* floruerunt, cum Tullio nostro vel Marone. Deinde qui peiores, qui meliores extiterint, singuli cum singulis aut plures cum pluribus conferentur. — Vituperationes ex contrario ducimus pari ratione.

## De historia.

Historia est rerum gestarum et dignarum memoria relatio: ea versatur aut in rebus bellicis aut in negotiis civilibus, id est pacis. Historici officii sunt tria: ut veras res, ut dilucide, ut breviter exponat. Verae res sunt, si rerum actarum vetustas et obscuritas diligenter exploretur, si explorata libere, id est sine metu aut gratia aut invidia referatur. Lucida fit historia, si ut oportet res pro temporibus, pro locis, pro actibus structura simplici et perfecta explanetur: brevis autem, si nihil vel supervacaneum vel leve interponatur, si singulis verbis sententiae exprimantur, si non longo circuitu elocutio terminetur. Est et illa virtus ut grata sit, quod fieri solet, si varietate, si translationibus, si figuris, si novis verbis, si cultu sententiarum, si concinnatiore structura concinnetur. Opus historiae est, ut nos notitia rerum instruat, finis autem, id est τὸ τέλος, ut ex ea sequendas aut fugiendas res cognoscamus aut ad usum eloquentiae adiuvemur. Principiorum ad historiam pertinentium species sunt tres: de historia, de persona, de materia. Aut enim historiae bonum generaliter commendamus, ut Cato, aut pro persona scribentis rationem eius quod hoc officium adsumpserit reddimus, ut Sallustius eo loco, ubi dicit: sed ego adulescentulus initio, sicuti plerique, studio ad rem publicam latus

34 Cat. 3.

1 sed utroque *P* 2 *malim* de his, de quibus potest] post *P* 3 *malim* comparetur ad utrumque *P* 4 alium alio *P* 7 committi omitti si non *P*; enim *nos addidimus* 9 malae *nos*: male *P* 11 referimus de utriusque *P* eligemus *nos*: elegimus *P*, eligimus *Eckstein* 13 demonsthenis *P* qui in Graecia *addidimus* floruerunt aut cum *P et Eckst.* 14 maro *P* peiores *nos*: plures *P* singula cum *P*. 17 *Quae sequuntur, exstant in P ad calcem Fortunatiani.* 20 rex *P* 23 pro actiuis *P* 24 et a perfecta *P* 27 si nobis uerbis *P* 28 concinnatiores structurae *P* 31 specie sunt *P* 35 ad rem prolatus *P*

sum, aut eam rem, quam relaturi sumus, dignam quae et scribatur et legatur ostendimus, ut Livius ab urbe condita.

## De epistolis.

In epistolis considerandum est, quis ad quem et qua de re scribat. In eo autem, quis ad quem scribat, personarum accidentia spectanda sunt, quae sunt decem: genus sexus aetas instructio ars officium mores affectus nomen dignitas. Plurimum enim differt, nobili an seni an magistratui an patri an amico an prospere agenti an tristi scribamus, et his similia. In re de qua scribemus videndum est, privata an publica, sacra an extra religionem, nostra an aliena, magna an modica: sic enim non solum sensus temperandi et adfectiones adfectandae sunt, sed etiam dignitas elocutionis ipsius moderanda. Observandum est illud in epistolis, primum ut sint dilucidae et breves et significantes, tunc deinde ne aut nimium affectatae videantur aut levi cura compositae, sive erga eum ad quem scribuntur, sive erga rem de qua mittuntur. De ordine illud custodiendum, ut eas res primas ponamus quae erunt maximae, aut eas quae tempori ac naturali ordini potissimae sunt in scribendo. Primum his epistolis respondendum, quas accepimus, deinde tum ea quae extra sunt suggerenda. Respondendum autem aut eodem ordine quo scriptum est, aut ad ea primum quae nos maxime moverint. Quod ad elocutionem attinet, sermo esse debebit purus et simplex, interdum φιλολογίαν redolens aut figura aut apte interpositis sensibus vel poetarum vel historicorum: verba simplicia, verum minime antiqua nec tamen vulgaria ac sordida. Quod ad compositionem et structuram attinet, nihil prohibebit esse violentam et conclusam, si irati et castigantes scribamus. Quod ad totam epistolae formam attinet, ad hostes et inimicos libera et cauta esse debebit, ad parentes sollicita, ad amicos affectu plenissima, ad superiores officiosa, ad humiliores moderata, ad ceteros grata: de re publica gravis, de domesticis rebus diligens, de divinis honesta, in beneficiis petendis verecunda, in inputandis temperata, in negandis plena rationis et, si fieri possit, aut aequitate aut necessitate excusata.

---

2 libius ad urbe *P* 3 De Epystolis] *sic addidit m. 2 in P* 5 personarum accedentium *P* 8 tristis *P* 11 adfectiones affectande *P* 12 aepustolis *P* 16 maxime *P* *fort.* tempore ac naturali ordine (*aut* tempori ac n. ordini appositissimae), *sed lectio codicis videtur ferri posse.* 17 potissime *P* 21 figura *Christ*: figuram *P* 22 interpositi sensibus *P*.

## XXI.

# ARS RHETORICA CLODIANI

## DE STATIBUS. *)

Status est quaestio summa, de qua pronuntiaturi sunt iudices; status autem dicitur eo quod in eo pars utraque consistit. Nascitur autem status ex intentione et depulsione hoc modo: occidisti hominem — non occidi. Cicero statum constitutionem vocat, *στάσιν* aut *γενικὸν κεφάλαιον* Graeci dicunt.

Rationales status sunt quatuor: an sit, quae coniectura dicitur; quid sit, qui finis appellatur; quale sit, quod est qualitas; inducine in iudicium debeat, quae ab aliis translatio, ab aliis praescriptio appellatur: hanc Quintilianus negat inter status recipiendam.

Graeci hos status sic appellant: coniecturam *στοχασμόν*, finem *ὅρον*, qualitatem *ποιότητα*, translationem *μετάληψιν* appellant.

Coniectura est, cum crimen intenditur et negatur: coniectura simplex, plena et semiplena. Fur quadruplum solvat: sacrilegus manus perdat: adulter, qui multoties per multa adulteria moechatus est, reus est mortis.

Colon, pars integris pedibus impleta, ut defecisse videt sua: comma pars versus imperfecta, ut arma virumque cano.

Aequivoca dicuntur, quorum nomen solum commune est, secundum nomen vero substantia diversa. Igitur res omnes duobus significantur modis, nomine scilicet et definitione substantiae. Ex his ergo diversitates quatuor procreantur: namque res omnes cum rebus aliis aut nomine iunguntur et definitionibus discrepant, aut definitione congruunt et nominibus separantur, aut in nomine et definitione consentiunt, [aut nomine congru-

15 Verg. Aen. 12, 2. 16 ibid. 1, 1.

*) *Ex codice Bernensi 363. Lectiones, quibus solam litteram B adiecimus, iam Usener in apographo suo, quod nobis concessit, emendaverat.*
4 CTACINAYГENIKON *B* 8 praescriptio *nos*: perscriptio *B* 10 MORON *B* 11 ΠΟΙΗΤΗΤΑΝ *B* 22 aut — dissentiunt *del. Christ, ut adiecta ex v. 591, 7*

unt, definitione dissentiunt] aut in nomine et definitione dissentiunt. Et illa quidem quae nominibus iunguntur, definitionibus discrepant, vocantur aequivoca. Hoc autem huiusmodi est: homo pictus et verus; utraeque enim res uno hominis nomine nuncupantur, sed definitionibus differunt. Nam si quis pictum hominem definiat, ita dicit: homo qui pictus ex coloribus, vivi hominis simulatio: hominem autem verum ita definiet: homo est animal rationale, mortale, risibile. Atque ita haec congruunt nomine, definitione dissentiunt.

Illa vero, quae definitione congruunt, nominibus separantur, multivoca nominantur, ut sunt 'gladius ensis'; his enim una substantiae definitio est vocabulis discrepantibus.

Illa autem, quae et nomine et definitione consentiunt, univoca dicuntur, ut est 'animal' et 'homo': namque homo dicitur animal et cum animali uno nomine iungitur animalis. At vero si utrumque definias, possis dicere: utraque est substantia animata atque sensibilis.

Illa vero, quae neque nomine iunguntur neque definitione consentiunt, huius modi sunt, quae omnino a se discrepent: haec vocantur diversivoca, ut est 'ignis aer aqua terra'; his enim neque eadem nomina sunt neque idem termini.

Aequivoca sunt dicta, quod quamvis definitionibus distent, aequo tamen vocabulo nuncupentur: univoca, quod una sit illis nominis et definitionis significatio: multivoca, quod cum eadem definitio subiecta sit, multis nominibus appellentur: diversivoca, quod omni a se diversitate dissentiant et definitionis et nominis.

Praeter haec autem quinta invenitur habitudo rerum: quae cum sint a se ipsa diversa, coniunguntur tamen quodam modo definitione et nomine, sed non ad plenum, sed ad quandam quasi transfigurationem et per formarum vocabuli differentiam, ut est 'iustitia iustus' et a grammatica grammaticus. Haec autem vocantur denominativa, quod de nomine et substantia res diversae trahentes transfigurationis † quadam similitudine ad se ipsa coniuncta sunt.

Maxime autem necessaria fuit prima de aequivocis propositio; discendum enim nobis est, quod non semper res cum nominibus coaequentur, sed aliquoties supercrescant, aliquoties minuantur. Namque in aequivocis rebus nomina superantur; nam cum nomen unum sit, plures sunt res quae uno nomine declarantur. In multivocis res nominibus transeunt; nam cum una sit eademque substantia, multis vocabulis demonstratur. Hinc est quod propositam vocem praeter aequivocorum scientiam ad aliquod praedicamentorum principium referre non possumus. Aequivocis namque praecognitis cum quisque diiudicandus sermo proponitur et sub praedicamen-

---

7 congruet *B* 15 est] esse *B* . 23 omnia a se *B* 26 *fort.* a se ipsae diuersae 27 formarum *nos*: formam *B* 30 transfig. quandam similitudinem ad se ipsae coniunctae sunt *Christ* 33 coaequentur *nos*: coeqntur *B* 36 transeuntur *Christ* 37 hic *B*, *sed* n *sup. lin.*

torum genus aliquod referendus, considero, si non illud quod proponitur unam rem significat, et hanc ad propriam praedicationem referre non dubito, ut hoc vocabulum quod est m e n s; video, quoniam nihil aliud significat nisi illud quo sapimus et quo ratione vegetamur, ergo quoniam unum significat et hoc ipsum quod significatur substantia est, id est mens, nomen ipsum substantiam declarare pronuntio. Si vero nomen propositum mihi plura significet (declaratio est ipsius significatio), quae distribuo, tunc considero, et si ad unum praedicamentum cuncta pertinent, hoc ad quod pertinet nomen illud significare contendo: ut hoc vocabulum quod est 'canis', idem dicitur et marinus et terrenus et caelestis: quas singulas significationes cum considero, video esse substantias. At vero si vocabulum diversissimas significet res et quae sub unum genus venire non possint, ut hoc vocabulum quod est 'aliquid' (etenim dicitur 'aliquid' et de substantia et de qualitate et de quantitate et de cunctis ceteris generibus), singulas huius vocabuli designationes partiens secundum unum quodque genus, quod nomen illud significat, ad conveniens praedicamentum pronuntiem pertinere. Quod si praeter aequivocorum notitiam nomen propositum ad proprium praedicamentum referre non possumus, recte de praedicamentis inchoans, quid aequivoca forent, propria definitione constituit. Videtur quoque mihi, cum de aequivocis inchoavit, de ipsa proprie praedicamenti significatione coepisse; nam cum substantia quantitas et cetera.

*Γνῶθι σεαυτόν*, id est nosce te ipsum: frustra enim laborat curiosa mortalitas in ceteris cognoscendis, cum *animi* sui naturam scire non possit, quid sit, ubi sit, quam formam, quam vim habeat: quid sit, *περὶ τῆς οὐσίας*, id est de substantia; ubi sit, *περὶ τοῦ τόπου*, id est de loco; quam figuram, utrum humani corporis, ut habere umbrae dicuntur, an sphaerae, an cuiusvis alterius; quam vim, mortalisne an aeterna sit. Pars autem animae *αἰσθητική*, id est sensualis dicitur; est autem forma capax omnium figurarum et pulchrior universis, quae intelligibiliter in aeternis rebus exsistit.

Finit clodiani de statibus.

---

1 aliquod *nos*: aliquo *B* considero. et si ad unum praedicamentum cuncta pertinent. si non illud *B*; '*a verbo enim* considero *oculi librarii aberraverunt ad locum inferiorem, quem inchoaverat verbis* et .. pertinent *(v. 8), mox cognito errore inchoatum reliquit*'. Usener 4 quod sapimus *B* 15 singulis *B*, *sed* as *ead. m. corr.* designationes *nos*: designationis *B* 19 constituit] *sc. Aristoteles, ut videtur* 22 ΓΝΟΤΙC ЄΑΥΤΟΝ *B* 23 animi sui naturam *Usener*: sui naturae *B* 25 *τοῦ addidi* ΤΟΠΥ *B* 27 sperae *B*.

## XXII.

# DE ATTRIBUTIS PERSONIS ET NEGOTIIS

### EX CICERONIS DE INVENTIONE LIBRO PRIMO.

---

*B* = editio princeps Basileensis 1521.
ς = editio Capperonnierii.

---

Omnes res iuxta rhetoricae indagationem disciplinae argumentando confirmantur aut ex eo, quod personis, aut ex eo, quod negotiis est attributum. Ac personis has res attributas putamus: nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, studia, consilia, facta, orationes, casus. |

Nomen est, quod unicuique personae datur, quo suo quaeque proprio et certo vocabulo appellatur. Nam de nomine nonnumquam aliquid suspicionis sive argumentationis nascitur, ut si dicamus idcirco aliquem Calidium vocari, quod temerario et repentino consilio sit; nam eiusmodi nomina quasi indices morum hominibus saepissime imponuntur. Ac de natura licet aliquando ducere suspiciones, cuius partes sunt plurimae. Aut enim sexus consideratur, ut sive vir sive mulier sit: aut natio, ut Graius an barbarus: aut patria, ut Atheniensis sive Lacedaemonius: aut cognatio, quibus maioribus, quibus consanguineis: aut aetas, ut puer an adolescens, natu grandior an senex: praeterea commoda aut incommoda considerantur, a natura data animo aut corpori, hoc modo: valens an imbecillus, longus an brevis, formosus an deformis, velox an tardus, memor an obliviosus, pudens, patiens an contra; et omnia haec, quae naturae sunt attributa, ad aliquam coniecturam faciendam. Et ex victu multae trahuntur suspiciones, cum quemadmodum et apud quos et a quibus educatus et eruditus sit quaeritur, et cum quibus vivat, qua ratione vitae, quo more domestico vivat. Et ex

---

1 — p. 595 extr. = Cic. de Inv. I, §. 34—43.

---

AVTOR INNOMINATVS DE RHETORICIS *B* 7 callidum *B* 9 Ac de naturali aliquantum ducere *B* 11 ut vir an mulier sit ς 13 consanguineis sit editus ς 14 an natura *B* 18 faciendam] *videtur verbum deesse, velut* valent

p. 299—301 C.

fortuna saepe argumentatio nascitur, cum servus an liber, pecuniosus an pauper, nobilis an ignobilis, felix an infelix, privatus an in potestate sit aut fuerit aut futurus sit, consideratur, aut denique aliquid eorum quaeritur, quae fortunae esse adtributa intellegantur. Habitus autem quod in aliqua perfecta et constanti animi aut corporis absolutione consistit aut virtutis aut artis alicuius perceptione et item corporis aliqua commoditate non natura data, sed studio et industria comparata, ipsa causa posita docebit, quid hic quoque locus suspicionis ostendat. Adfectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio, ut laetitia, metus, cupiditas, molestia, morbus, debilitas, et alia quae in eodem 'genere reperiuntur. Et ideo adfectionis quidem ratio perspicuam solet prae se gerere coniecturam, ut amor iracundia, propterea quod et illorum vis intellegitur, et quae res harum aliquam rem consequantur, faciles cognitu sunt. Studium autem quod est animi assidua et vehemens ad aliquam rem adplicata magna cum voluntate occupatio, ut philosophiae, poeticae, geometriae, literarum, facile ex eo ducetur argumentatio eius, quod res in causa desiderabit. | Item ex consilio sumetur aliquid suspicionis; nam consilium est aliquid faciendi non faciendive excogitata ratio. Facta autem et casus et orationem tribus ex temporibus considerabimus: quid fecerit aut quid ipsi acciderit aut quid dixerit; et quid faciat, quid ipsi accidat, quid dicat; et quid facturus sit, quid ipsi casurum, qua sit usurus oratione.

Negotiis quae sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in gestione negotii considerantur, partim adiuncta negotiis sunt, partim gestum negotium consequuntur. Continentia cum ipso negotio sunt ea, quae semper adfixa esse videntur ad rem neque ab ea possunt separari. Ex his prima est brevis complexio totius negotii, quae summam continet facti, hoc modo 'patris occisio, patriae proditio': deinde causa eius summae, per quam et quamobrem et cuius rei causa factum sit quaeritur: deinde in ipso gerendo negotio quid actum sit, deinde quid postea factum sit. In gestione negotii, qui locus secundus erat, quaeritur locus, tempus, modus, occasio, facultas. Locus consideratur, in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam videtur habuisse ad negotium administrandum. Ea autem opportunitas quaeritur ex magnitudine, intervallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, natura ipsius loci et vicinitatis et totius regionis. Ex his etiam attributionibus: sacer profanus, publicus privatus, alienus an ipsius, de quo agitur, locus sit aut fuerit. Tempus autem est — id quo nunc utimur; nam ipsum quidem generaliter definire difficile est — pars quaedam aeternitatis cum alicuius annui, menstrui, diurni nocturnive spatii certa significatione. In hoc et quae praeterierint considerantur, et eorum ipsorum quae propter vetustatem obsoleverint aut incredibilia videantur, ut in fabularum numerum reponantur; et quae iam diu gesta et a memoria nostra remota tamen faciant fidem vere tradita esse, quod eorum monumenta certa in literis extent; et quae nuper gesta sint, quae scire plerique possunt; et item quae | instent in praesentia et cum maxime fiant, et quae consequantur, in

---

7 comparatio *B* 8 ostendatur *B* 11 per se gerere *Bς*; *cf. p. 537, 30* 13 consequatur, facie cognita sunt *B*, consequatur, facile cognitu ς; *cf. p. 537, 32* 14 vehementer *Bς*, *em. e Cic.*; *cf. etiam pag. 537, 33* 15 geometricae *Cic.* et quid facturus sit *Christ*: aut quid f. sit *B* 27 proditio est *Bς* causae eius *B* 29 gerendo negotio *Cicero*: genere negotii *Bς* 32 ad *om. Bς* 34 vicinitate totius loci *vitiose libri Tulliani* 35 ipsius loci sit de quo agitur, locus sit *B* 40 ut iam in *Cic.* 42 faciunt *Bς* momenta *B* 43 gesta sunt *Bς* possint *Cic.*

quibus potest considerari, quid ocius, quid serius futurum sit. Nam saepe oportet commetiri cum tempore negotium et videre, potueritne aut magnitudo negotii aut multitudo *rerum* in eo transigi tempore. Occasio autem est pars temporis, habens in se alicuius rei faciendi aut non faciendi opportunitatem. Verum in tempore spatium quodammodo declaratur, in occasione ad spatium temporis faciendi quaedam opportunitas intellegitur. Haec in tria distribuitur genera: publicum, commune, singulare. Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies festus, bellum: commune, quod accidit omnibus eodem fere tempore, ut messis, vindemia, calor, frigus: singulare est, quod aliqua de causa privatim alicui solet accidere, ut nuptiae, sacrificium, funus, convivium. Modus est, in quo quemadmodum et quo animo factum sit quaeritur, cuius partes sunt prudentia et imprudentia. Prudentiae autem ratio quaeritur ex his quae clam an palam, vi an persuasione fecerit: imprudentia autem in purgationem confertur, cuius partes sunt inscientia, casus, necessitas. Facultates sunt, aut quibus facilius aliquid fit aut sine quibus non fit. Adiunctum negotio autem illud intellegitur, quod maius et quod minus et quod simile ei negotio quod agitur, et quod aeque magnum et quod contrarium [et quod plurimum dicitur] et quod disparatum, et genus et pars et eventus. *Maius* et minus et aeque magnum ex vi et ex numero et ex figura negotii, sicut ex statura corporis, consideratur. Simile autem ex specie comparabili aut conferenda atque adsimulanda natura iudicatur. | Contrarium est, quod positum in genere diverso ab eo, cui contrarium dicitur, plurimum distat, ut frigus calori, vitae mors. Disparatum est autem, id quod ab aliqua re praepositione negationis separatur hoc modo: ‘sapere’ et ‘non sapere’. Genus est, quod partes aliquas complectitur, ut cupiditas: pars est, quae est sub genere, ut amor, avaritia. Eventus est exitus alicuius *negotii*, in quo quaeri solet, quid *ex* quaque re evenerit eveniat eventurum sit, ut ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia. Quarta autem pars est ex his, quae negotio dicebamus attributa, consecutio. Eae res in hac quaeruntur, quae gestum negotium consequuntur: primum, *quod* factum est, quo id nomine appellari conveniat: deinde eius facti qui sint principes et inventores, qui denique auctoritatis eius et inventionis comprobatores atque aemuli: deinde ecquae de ea re aut quae eius rei sit lex, consuetudo, pactio, iudicium, scientia, artificium: deinde natura eius, vulgo evenire soleat an insolenter et raro: postea homines sua auctoritate id comprobare an offendere in his consuerint, et cetera, quae factum aliquod similiter confestim aut ex intervallo solent consequi. Ac negotiis fere res hae, quas commemoravimus, sunt attributae.

---

2 uideri *B* poteritne *Bς* 3 rerum *ex Cic. addidi* 6 intellegitur adiuncta *Cic.* 13 quae palam in persuasiones fecerit *B*, quae clam an palam, vi an persuasione f. ς 17 simile in negotio *Bς* 18 quo de agitur *Cic.* et quod plurimum dicitur *B*, et q. pl. distat ς; *fort.* quod plur. distare dicitur, *ut sit glossema ex verbis v. 23* 19 Maius *om. B* 20 magnum et ex vi *B* statura *Cic.*: actu *B* 21 aut ex conferenda *Cic.* 22 positum est *B* 23 ab eodem *prave libri Tulliani* calor, ut mors *B* 24 praepositione *B*: per oppositionem ς 27 negotii *om. B* 28 ex *om. B* 30 consecratio *B* 31 quod *om. B* 33 deinde quae *Bς*, *em. e Cic.* 34 actio ς *prave* 35 deinde quid ex natura ς 36 an defendere in his consuerunt *B*, aut offendi in his consueverint ς 37 aliquid *Bς*.

## XXIII.

# EXCERPTA
# EX GRILLII COMMENTO
## IN PRIMUM CICERONIS LIBRUM DE INVENTIONE.

---

*B* = codex Bambergensis saec. XI.
*F* = codex Frisingensis 206, nunc Monacensis latinus n. 6406, saec. XI.

---

### ARGUMENTUM ARTIS RHETORICAE.

Incipientes quamcumque rem scribere, antequam scribamus eam commendare debemus, ut Vergilius:

admiranda tibi levium spectacula rerum;

sed errant qui hoc dicunt; non enim laus in isto principio, sed definitio continetur. Orator quippe quae sibi gravia sunt in principio solvere aut curare debet, ut in domo sua caput illud videtur primum esse commune, sed vide quo modo illud facit Tullius speciale. Cum multa divinitus, pontifices, a maioribus nostris inventa sunt. Poterat hoc et Clodius dicere; Clodius enim solo religionis iure certabat, Cicero iure publico. Quia nec poterant pontifices contra religionem ferre sententiam — res enim consecrata fuerat — et Clodius religionis iure pugnabat, videamus, quo modo illud solvit. Bene, inquit, maiores nostri, qui vos non solum de iure religionis, sed et de iure publico iudices instituerunt, ut tam vobis ius publicum quam ius religionis tuendum sit. Et cum eos dicit de iure

3 Georg. IV, 3. 8 de domo sua §. 1.

3 uirgilius *BF hic, sed alias B plerumque* uergilius 7 *exspectares* ut in oratione de domo sua, *sed sic infra quoque pag. 605, 20* 8 quemadmodum *B*

publico iudicare, illud aestimandum relinquit, sine causa Clodium consecrationis iure pugnare, quod ad pontifices pertinet, cum illi etiam hoc iudicaturi sint, utrum deberet consecrari, quod pertinet ad ius publicum. Modo ergo scripturus Tullius de arte rhetorica quae sunt gravia necesse habet in principiis purgare. Quae sunt igitur gravia? Sententia Platonis et Aristotelis. Plato enim eloquentissimus fere omnium philosophorum dicebat artem rhetoricam non esse artem, sed civilis scientiae partis umbram; hoc enim asserebat in illo dialogo, quem Gorgian vocavit. Quicquid, inquid, omnes faciunt, non est industria, sed natura; ars autem non de natura, sed de industria venit. Porro autem servo ‘rapuisti mihi codicem’: respondit ‘non rapui’. Ecce quod vos dicitis coniecturam, quam coniecturam dividitis in personam, in factum, in causam. Dicit tibi ergo servus tuus, quem furti arguis: ‘Quot anni sunt a quo tibi servio? scis me aliquando hoc fecisse?’ Ecce argumentum a persona. Deinde: ‘quare furtum facturus eram? num esuriebam? num sitiebam?’ Ecce argumentum, quod dicitis a causa. Postremo: ‘non feci: quis probat? ubi feci?’ Ecce argumentum a facto. Argumentabatur igitur Plato et dicebat: hic nempe servus haec non dicit industria, sed natura; rhetorica autem ars non est, sed civilis scientiae partis umbra. Aristoteles autem dicebat esse artem, sed malam, quia contra veritatem nititur et studio defensionis fidem veritatis impugnat. Et dabat Aristoteles argumenta et exempla verissima. Nam in ariopago, ubi erant severissimi iudices, stabant praecones, non permittebant prooemia dicere oratoribus aut epilogos aut locos communes, ne per hoc obscuritatem veritas pateretur. Ceterum mala ars rhetorica in his tribus est. Scripturus ergo Tullius de arte rhetorica, ne diceretur ei ‘quid vis scribere?’, quia secundum Platonem ars non est, secundum Aristotelem ars est quidem, sed mala, ideo necessarium putat in principio et artem probare contra Platonem et bonam contra Aristotelem.

Postquam vero commoditas] Superius dictum est, quae commoda in rem publicam per oratores venerint, nunc de incommodis dicit; nec dicit ea per oratores illata, sed per imperitos; imperiti enim oratores appellari non possunt. Et utitur statu remotivo, ut incommoda rhetoricae in homines imperitos convertat. Commoditas a quibusdam lucrum exponitur, sed non ita. Nam commoditatem modo bonum dixit ingenii, quod cum illi haberent, artem requirere noluerunt, sed freti sola stultitia professi sunt ea quae non didicerant. Quae res pernitiosa extitit, quae virtutem, id est doctrinam imitaretur; virtus autem doctrina dicitur, quae virtus in §. 3.

8 Gorg. p. 463.

2 hoc etiam *F* 5 sunt *om. F* 7 sed esse ciuilis *B* 8 appellavit *F* 9 ars autem non de industria sed de (de *om. F*) natura venit *BF* 10 servo dixisti ‘rapuisti *Christ* 11 coniecturam inquit dividitis *B* 20 fidem ueritatis *F*: ueritati *B* 22 stantes? 23 praemia *BF* epilogos alogos communes *BF* 27 ideoque *B* 28 *Sequuntur tria alia argumenta aeque ieiuna et prolixa.*

homine non nascitur, sed discendo adquiritur. Nam materiam natura quandam informem creat, quam postea ad virtutem doctrina perducit. Hoc ita esse ex Polemone et Xenocrate docebimus. Nam cum Polemo luxuriosus cum choro suo unguentis oblitus sertisque coronatus scolas Xenocratis, ut illi illuderet, fuisset ingressus, constantissimus philosophus patienter ferens disputationem instituit de bono continentiae maloque luxuriae; tantoque virtutis eius vis fuit, ut paulatim Polemon luxuriosus cum choro suo coronas de capite traherent abscondentesque detererent, atque alio die mutato habitu scolas auditor, non illusor intraret. Ergo videtur non nasci, sed disci. Habemus etiam divini poetae exemplum: qui cum Solianum diceret de caelo demissum, virtutes tamen ei esse discendas, ut:

iam nova progenies caelo demittitur alto:

et postea:

at simul heroum laudes et facta parentis
iam legere et quae sit poteris cognoscere virtus.

Commoditas quidem prava secundum Platonem, qui duo genera dicit esse oratorum, bonum et malum: modo tractat de malo. Commoditas est ingenium sine arte. Quintilianus hoc sic intellexit, ut diceret commoditatem dixisse Ciceronem, id est lucrum, ut videatur mala facta rhetorica, postquam eloquentia coepit esse venalis. Eusebius commoditatem ex ipso Tullio probat non significare quaestum, sed ingenium; nam lucrum non est idoneum quod virtutem possit imitari. Commoditatem ergo benignioris ingenii venam intellegamus.

§. 5. Catonem, Caelium, Africanum et Gracchos] Sed quaeritur, cur hic optimos rhetores Gracchos enumeret, cum eos constet conturbasse remp. Hoc igitur respondemus in hoc loco Ciceronem verum loqui; nam si consideremus, iustum erat quod moliebatur senatus consultus, ut populo agrum suum redderent, quem nobilitas occupaverat. Ob hoc ergo perturbasse rem publicam iudicati, quia commutatus status vel in melius nocet. Cicero ergo, quod in quibusdam orationibus illos reprehendit, non verum iudicat, sed blanditur nobilitati. Et Scipio, tantus vir, qui productus a tribuno pl. eos dixit iure caesos videri, favore nobilitatis hoc fecit, quia et ipse ex optimatibus erat, non sicut in Cornelianis Tullius: Hic mos iam apud illos antiquos et barbatos fuit, ut persequerentur populares.

§. 8. Verine sint sensus] Academiae tres sunt diverse sentientes. Prima academia dicit errare sensus, sed per intellegentiam deprehendi veritatem. Navigantibus nobis videntur urbes et terrae recedere, remus in

12 Verg. Ecl. 4, 7 16 ibid. v. 26 sq. 33 p. Corn. est novum fragmentum.

1 natura materiam *B corr.* 8 deterrerent *BF* 10 *fort.* cum Pollionem 11 dimissum *BF* 19 posteaquam *B* 21 quaestum *B*: lucrum *F* 23 intellamus *F* 25 conturbare *BF* *fort.* moliebantur senatus consultis 34 persequantur *BF* 36 diuersae *BF* 37 deprendi *F*

aqua fractus videtur, sed intellegimus nos potius recedere et remum potius solidum esse; ergo vides veritatem non perire. Secunda dicit etiam nostra posse falli. Putamus aliquem virum bonum, castum, maturum, gravem, et invenitur inpurus, superbus, levis: vides ergo falsam intellegentiam et penitus veritatem submersam. Unde illud in Pisonem: putavi gravem: videó adulterum, video ganeonem.

Dispositio est rerum inventarum in ordinem] ea enim quae inventa fuerint non debent confuse dici, sed suo quoque componi ordine, unde ipse: meque meum dicendi ordinem servare patiamini. §. 9.

Pronuntiatio est vocis et corporis moderatio] id est ut ad qualitatem personarum te moveas, modo gestu femineo, modo virili, modo vincentis, modo timentis, modo supplicis more. In hac enim polluisse moderatione fertur Hortensius, ut ait Cicero: ne motu corporis perstringat aciem ingenii tui.

Omnis res, quae habet in se positam in dictione ac disceptatione aliquam controversiam] Omnis dictio ac disceptatio, quae habet controversiam, stare in iudicio potest; alias non potest. Controversia autem fit, si habuerit quod accusator obiciat, quod defensor purget, quod iudex iudicet: unum istorum si defuerit, non stat controversia et erit thema asystaton. Hoc propositis videamus thematibus et primum eam partem, quae in se omnia continet. Sepulchri violati sit actio. Vir fortis in bello armis amissis de sepultura viri fortis arma abstulit et vicit eaque rursus reposuit: arguitur sepulchri violati. Et hic accusator habet quod dicat; nam obicit ‘violasti sepulchrum’: et reus dicit ‘non violavi’: et iudex habet quod iudicet ‘si violavit necne sepulchrum’; habet enim in voluntate quam velit proferre sententiam. Hic ergo tria illa continentur. Asystatae controversiae, et primum eae, quae a parte accusatoris deficiunt. Arguitur Cato adulterii: signum nullum, nullus testis, nulla suspicio, ante actae vitae nulla crimina. Non habet hic accusator quod dicat, et ob id stare controversia non potest. A parte rei. Belli tempore decem iuvenes viri fortes pollices sibi inciderunt: rei fiunt laesae rei publicae. Hic invenire defensor nullum colorem potest; non stat ergo controversia. A parte iudicis. Tres sodales simul profecti sunt peregre; duo tantum reversi sunt: accusant se invicem homicidii. Dicunt sibi ‘tu occidisti’: ‘‘non, sed tu’’: ‘tecum fuit’, ‘‘sed tecum fuit’’: testis nullus est, suspicio propria nulla: §. 10.

---

5 et 9 locus non videtur exstare in libris Tullianis 13 div. in Caecil. §. 46.

---

1 abscedere *B* 2 esse solidum *B* 3 uirum om. *F* 7 rerum inuentarum *om. BF* 8 *an* quodque? 18 fit *B*: sit *F*, *ut videtur* 20 uideamus *F*: iudicamus *B* 21 sit *om. F*, *sed est in loco parva lacuna* 23 rursus *om. B* 27 Asystatae controuersiae *nos*: Instatu controuersia *BF* 29 *et* 600, 1 ob id *F*: obit *B* 32 colorem nullum *B* 34 homicidii *F*: parricidii *B* 35 sed tecum *F*: sit tecum *B* nullus est *F*: nullus adest *B*

iudex quod iudicet invenire non potest, et ob id non stat controversia. Summa autem brevitate complexus est stantes et asystatas controversias.

Sunt praeterea alia quae cacosyntheta vocantur, quae stant quidem, sed male, ut si pater luxuriosus abdicet frugi filium. Potest autem dicere huiusmodi aliquid: 'Licet me ad hanc infelicitatem fortuna deduxerit, tamen nolo isdem vitiis filium inficere in meis penatibus commorantem, ut vel ille rei publicae prosit, quatenus ego prodesse non possum'. His igitur coloribus potest quidem stare thema, sed male, ideoque cacosyntheton dicitur.

§. 20. Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem] Exordium non propter causam ponitur, sed propter animum cognitoris, ut eum aut docilem faciat, si causa obscura sit, aut attentum, si causa sit humilis. Et vide oratorem eximium. 'Exordium est' inquit 'oratio'. Sed dici potest: et reliquae quinque orationes sunt: et quomodo tu id exordio adscribis quod omnium erat? Adiecit 'animum auditoris idonee comparans'. Sed et narratio idonee comparat: ergo ut effugeret generalitatem, adiecit 'ad reliquam dictionem'. Ergo etiam narrationi per exordium ostendit animos iudicum comparari et videamus quomodo. Non poterat enim narrare occisum Clodium, nisi dixerit ante: Quare Titi Anni tribunatu, rebus omnibus pro salute rei publicae gestis ad huius criminis defensionem non abutimur: nisi dixerit equidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus contionum. Vide ergo quia principium ipsi etiam narrationi animum iudicum conciliat, et idcirco ait 'ad reliquam dictionem'.

Genera causarum quinque sunt] Honestum genus causae est, quod bonitate sua animum iudicis sine adiumento orationis illicit ad favorem, ut puta, si pro re publ. loquaris, si socios defendas. Ecce honestum genus causae. At in Verrinis, quam rem ipse etiam testatus erat in divinatione, dum dicit: 'quod si hanc causam tam honestam, tam illustrem, tam gravem non haberem', uti ostenderet quid esset honestae causae, secutus: si aut a me hoc Siculi non petissent et hoc quod et cetera.

Admirabile, a quo est animus alienatus eorum qui audituri sunt] In admirabili genere causae animi iudicum abalienati sunt, id est irascuntur, sicut in Rosciana. Quis enim non moveatur, ubi audie-

---

19 Cic. p. Mil. §. 6. 21 ibid. §. 5. 29 §. 6.

---

3 alia *scil.* themata 9 *Sequentia solus B habet* 13 reliquae quinque] *scil. partes orationis* 16 ad] et *B* 17 animus *B* 19 titiani tribunatū *B* 20 gestis] gentes *B* abutemur *Cic.* 21 ea quidem *B* cetera tempestate se procellas *B* 22 fuctibus *B* *an* Vides? *cf. p. 603, 26* 25 *videtur post* sunt *intercidisse:* honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum 29 si*in hanc *B* 30 ostenderē *B*; *videtur aliquid in obscuriore compositione deesse* 31 aut] autem *B*

rit occisum a filio patrem, aut cum viderit ad defensionem causae tironem accedere defensorem? Ergo tum in hac causa aut principio aut insinuatione uti debes, sicut postea dicemus. Anceps genus causae est, ubi iudex dubitat, quid primum iudicet, sicut in Cluentiana; quaerit enim iudex de veneno iudicet an de corrupto iudicio. Item anceps genus causae est, ubi et honestas benivolos facit iudices et crimen infensos, sicut in Scauriana honestus et nobilis iuvenis Scaurus erat, sed moventur iudices, quia obiciuntur multa crimina. Anceps genus est, ut in illo loco Vergiliano: Crudelis mater magis an puer improbus ille? Crudelis tu quoque mater.

Obscurum genus causae est, in quo aut tardi auditores ad cognoscendum] quoniam multiplex circumplexione inretitur. Obscuritas autem tribus modis fit, a iudice, ab oratore aut ab ipsa causa: a iudice, si tarde colligat dictam rem: ab oratore, si aut minus dicat aut multa dicendo se involvat, ut ipse 'nihil me fugere voluisse reticendo nec obscura dicendo': ab ipsa causa, si obscurissima sint argumenta, quae vix intellegat iudex, sicut nunc Tullius dicit, a iudice et causa fieri genus, ab oratore autem non, quia praecepta dat ut orator debeat esse plenissimus.

Igitur exordium in duas partes dividitur, in principium et insinuationem] Non enim omne exordium principium est nec omne principium exordium; exordium enim genus est principii et insinuationis. Inter principium et insinuationem hoc est, quod principia palam fiunt, insinuatio clam: quod in quibus causarum generibus sumatur ostendit, ideoque prius necesse habuit demonstare causae genus. Et sic iam, *ut* in qua causa quemadmodum ordireris ostenderet, prius causarum divisit genera, ut facilius principiorum ostenderet rationem.

Insinuatio est oratio cum quadam dissimulatione aut circuitione] Insinuatio est enim, ubi, quia offensa est persona, aperte benivolentia non potest peti, quia, si aperte petieris, inflammas magis odium quam repellis. Insinuatio autem fit duobus modis, aut dissimulatione aut circuitione: dissimulatione, quando te benivolentiam fingis non petere et in ipso mereris, quia non petis. Ea autem fit duobus modis, aut cum te dicis *non* meritum esse quod petieris, et dum dissimulas in hoc ipso petis, ut 'equidem merui, nec deprecor, inquit', aut certe cum dicis tuam mortem profuturam illis esse, quos oderit ille qui iudicat, ut est illud:

---

8 Ecl. 8, 48. 15 Cic. p. Cluent. §. 1. 35 Verg. Aen. 12, 931.

---

1 occiso — patre *B* 2 tum] *an* tu? 12 circumplectione *B* 13 autem] aut *B* 15 me nec subterfugere voluisse reticendo nec obscurare dicendo *Cic.* 21 omne *in B punctatum* 22 genus est principium $B^1$ 24 quod *B*: quae? 25 ut *om. B* 26 ordiueris ostenderem *B*, *sed* m *punctata* 28 Insinuatio — circuitione *B in marg. m. 2* 33 non petis *Christ*: non potest *B* 34 non *om. B*

iam dudum sumite poenas:
hoc Ithacus velit et magno mercentur Atridae.

Circuitione autem fit insinuatio, cum benivolentiam per ambages, ut magis proprie dicamus, non petis, sed colligis, ut est illud Vergilianum: cuncta equidem tibi, rex, fatebor † quaecumque: et quia confessio criminis, ut ipse ait, prima medicina est † qui secutus est 'neque me Argolica de gente negabo'. Non ergo 'hoc primum', tota denique ista allocutio circuitionis est; nam ad interrogationem totam iuniorum sequens allocutio respondit, licet hic et illud explicet 'quo sanguine cretus'. Sed quia apud hostes dicebat, credere ei nemo poterat, ideo prius per circuitionem benivolenter ut sequentia crederentur effecit. Ut insinuationis exempla etiam de Cicerone ponamus, ecce insinuatione usus est per circuitionem in Corneliana: Si umquam ulla fuit causa, iudices, in qua initio dicendi: finxit se a diis petere quod a iudicibus postulabat. Et quomodo illud Vergilianum 'neque me Argolica de gente negabo', sic et hic: nam primo omnium tempore infestissimo causam dicimus. Et per dissimulationem, ut est in Miloniana: cumque ipse Titus Annius et cetera. — Subiens] velut gradum sibi auditionis dicendi subtilitate perficiens.

§. 21. In admirabili genere causae si non omnino infesti auditores erunt] In admirabili genere causae, inquit, dupliciter inchoare convenit: si erunt nimium irati iudices, insinuatione, in qua aut iratorum tibi iudicum animos dissimulatione aut circuitione concilies: sin erunt non ita multum irati, principio utere. Et ut demus exempla ipsius Tullii, ecce, quia nimium iratos iudices sensit, in Miloniana dissimulatione usus est, quom ait: cum Titus Annius ipse magis de re publica quam de sua salute perturbetur. Rursum in Corneliana circuitione usus est, quia erat Cornelii persona vehementissime offensa. Ubi autem in admirabili genere usus est principio? Ecce in Caeliana; nam aperte veniam deprecatur, hoc est conciliat. Et in tantum, cum admirabile genus causae sit; securus tamen de iudicibus, ut praetermissa quodammodo benivolentia partibus attentionis utatur, dum dicit: etenim si existimare de omni hac causa volueritis et reliqua. Admirabile autem quomodo sit in Caeliana in sequentibus exponetur.

---

1 Aen. 2, 104. 4 ibid. II, 77. 6 ex epist., ut videtur, quae fertur ad Octavium, ubi legitur §. 7: sit erranti medicina confessio. Aen. 2, 78. 7 ibid. v. 79. 9 ibid. v. 74. 13 et 16 p. Corn. init. (est fragm. novum). 17 p. Mil. §. 1. 26 p. Mil. §. 1. 32 p. Cael. §. 2.

---

2 magno mercentur Atridae *Vergilius*: magno numerabitur *B* 5 rex, fuerit quodcumque fatebor *Verg.* 6 est odii, secutus *Christ*; *fort.* est erranti, secutus 7 Non *videtur delendum* 8 tota *B* 9 licet et hic et illud explicit *B* 11 beniuolentiae *B*; *possis etiam* beniuolentius 16 *immo* primum 17 cumq. ipse petitus *B*, cum Titus Annius ipse *Cic.* 26 quo (*corr. in* qua) ait *B* 29 *et* 34 ceciliana *B*

In humili autem genere causae] Humile autem genus causae est, ubi, sicut diximus, de parva re agitur, quomodo *cum* controversia fingitur leporis vel lusciniae, aut persona abiecta est quae ait. Hic quemadmodum oportet ordiri? Ut attentum facias auditorem, dicas rem illam humilem quidem videri, sed nihil inveniri maius et pretiosius ex eius persona, qui perdidit, si forsitan amore illam habuit, quam amisit, aut pariebatur res illa, quam perdidit. Ergo quam maxime exaggerare debes, ne iudex, cum viderit de parva re agi, aut diligentiam attentionis amittat aut certe accendatur ira, quasi iniuriam factam sibi iudicans, qui tanta ambitione venerit ad iudicium de re minima sententiam prolaturus. Ecce Vergilius noverat esse humile quod dicebat de apibus, quomodo animos auditoris erexit promissione magnorum: hanc etiam, Maecenas, aspice partem. Et in Bucolicis in contentione pastorum:

tantum, vicine Palaemon,
sensibus haec imis — res est non parva — reponas.

Contemptionis tollendae causa] id est despectionis, dictum ab eo quod est contemptus. Sensus ergo est: attentum fac auditorem in humili genere causae, ut contemptum, quem causa merebatur, excludas.

Anceps genus causae, si dubiam] In ancipiti genere causae, quod ex duabus causis nasci dicitur, aut cum dubia iudicatio est aut cum causa turpitudinis et honestatis particeps, quemadmodum oportet ordiri? Si iudicatio est, inquit, dubia, id est si nesciunt iudices unde iudicaturi sunt, oportet ab ipsis iudicationis rebus ordiri, quod facit in Cluentiana: Animadverti, inquit, iudices, omnem *accusatoris orationem* divisam esse in partes *duas*, id est in invidiam corrupti iudicii et in crimen veneni. Vides, quoniam multitudine iudicationum confusi iudices sedebant, ipsas iudicationis causas in principiis posuit, quo fieri auditor possit instructior. Si vero partem honestatis, partem turpitudinis habebit, partibus benivolentiae defensor utitur et ab eo, quod honestum in causa putat, incipit, quod facit in Scauriana, quoniam partem honestatis habebat persona Scauri vel generis amplitudo, partem turpitudinis raptae pecuniae crimen. Quid facit Tullius? a laude virtutis ipsius incipit vel commemoratione maiorum, ut, dum honestatem, quam causa praestabat personae, commemorat, turpitudinem, quam crimen afferebat, avertat.

Cum autem honestum genus causae est] In honesto genere causae quid debes facere? Si tibi commodum fuerit, praetermitte princi-

---

12 Georg. 4, 2. 14 Ecl. 3, 53. 24 §. 1.

---

1 generis *B* 2 cum *addidi* 4 ordinare *B* 5 quib; det (*an ex* quibusdam quidem?) uideri *B* 6 *fort.* pretio (*aut* aegre) pariebatur 8 accendat *B* 11 animos toris *B* 19 dubia *B* 21 ordiri sic. Iudicatio *B* 22 *an* iudicaturi sint? 23 indicationes *B* 24 accusatoris orationem *et deinde* duas *om. B* 26 multitudinē iudicationē *B* 33 honestate *B* 36 praetermittere *B*

pia. Quaerit aliquis: potest fieri ut praetermittantur exordia? Potest et ratio est; nam cum principia aut dociles facere debeant iudices aut benivolos aut attentos, dociles tibi facere non est necesse, quia hoc in ancipiti genere causae convenit et obscuro, ut dociles facias auditores. Attentos etiam illos necesse est facere, qui causam ipsius causae humilitate contemnunt. In honesto vero necesse non est, sed is, qui a sua sponte favet, et attentus est; neque enim potest favere, ut attentus non sit. Restat ergo ut benivolos facias, sed hoc superfluum est: et cum tibi illi benivolentiam sponte tribuant, tu id ab his velis deprecari quod sponte tribuunt? Restat igitur ut praetermittas exordium, quod etiam Tullius in primo libro Philippicarum fecit; nam omisso principio cum praeparatione narrationis incipit: Antequam de re publica dicam, p. c., ea quae dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis consilium profectionis et reversionis meae. Dicendo 'exponam' narrationem in verbi significatione iam tetigit, sed ne dicat aliquis 'hoc principium non est', quia 'antequam de re publica p. c.', non est principium, sed praeparatio narrationis. Aut certe nec narratio esse debet, sed aut a lege aut ab aliquo firmissimo argumento inchoare debet orator, sicut in Corneliana: Unde igitur ordiar? an ab ipsa lege?

Sin uti principio placebit] Ne dicatur Ciceroni 'Quid? si mihi placeat in honesto genere exordiri?', etiam in hac re praecepta dat. Si placuerit, inquit, ut exordiaris, partes benivolentiae augere licet: ut faveat tibi sua sponte iudex, tu tamen in principio maiorem collige benivolentiam. Etenim licet possit videri superfluum postulare quod praestat, non est tamen inutile augere qnod praestitit.

In obscuro genere quid facere debes? ut docilem facias auditorem, quod fecit in Tulliana: de hac re, inquit, iudicabitis. Dicendum est sane, quid intersit inter obscurum genus causae et anceps, quia difficilis haec differentia est. Anceps fit ex confusione negotii, ut puta in Ligariana: Accusas Ligarium, quia in Africa restitit an quia Pompeianus fuit? Denique statim in principio Tullius partem accusationis leviorem elegit, de qua diceret esse iudicandum. Novum inquit crimen ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse, quod ad crimen trahi poterat et ad necessitatem. Ergo anceps fit de confusione negotii, obscurum de occultatione negotii, quod ex ipsis praeceptis intellegere possumus, ubi iudicatio explananda est.

---

10 §. 1. 18 et 27 est novum fragmentum. 32 §. 1.

---

1 *malis* quaeret 2 debeat *B* 4 faciat *B* 6 est, sed *Christ*: est ut *B* *fort.* qui iam sua 11 principio comparationis. Narrationis *B* 20 nec dicatur *B* quod si *B* 21 *immo* in hanc rem 22 agere ut licet faueat *B* 25 agere *B* 27 ficit *B* 29 hic *B* legariana *B et sic deinceps* legarium *etc.* 31 elegerit *B* 33 *fort.* quod et ad

Hic ratio causae ab nostra *persona*, si de nostris factis et officiis. Ab nostra, inquit, persona colligitur benivolentia, si de nostris factis et officiis sine arrogantia dicimus: de factis, ut in Flacciana: cum socio et adiutore consiliorum periculorumque meorum Flacco caedem a vobis, coniugibus liberisque vestris et cetera: officiis, ut in Miloniana: quia semper contra improbos pro bonis senserat. Factum enim id posuit quod virtute effectum est, officium quod benivolentia aut amore praestitum, ut facta in re sint, officia in voluntate.

Sine arrogantia] Arrogantia est, quae sibi aliquid quod non habet usurpat; nam probata merita dicere non est arrogantiae. Nam si Aeneas inducitur 'sum pius Aeneas' et, ut ostenderet, ait 'raptos qui ex hoste penates classe veho mecum', ecce laus sine arrogantia, ex quo benivolentia colligitur. Hoc modo et Cicero in Verrinis meritum suum sine arrogantia praedicavit dicens: cum quaestor in Sicilia fuissem, iudices, itaque ex ea provincia et reliqua.

Si crimina illata] ut est in Miloniana: negant intueri lucem fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. Ecce ubi nos docet etiam in principiis quaestiones ponere debere, ut his solutis facilius benivolentia comparetur. Et aliquas minus honestas suspiciones] hoc facit ipse in domo sua: tune es ille, inquit, quo senatus carere non potuit? Obiectum enim ei fuerat, quod in capitolium concitandae seditionis causa venisset, et in principiis purgat. Quid enim minus honestum est quam Ciceronem reum seditionis? Colligitur ergo benivolentia, si statim in principiis suspiciosas res illatas defendimus, et recte; nam si illa nobis ideo obiecta sunt, ut in odium iudicum adduceremur, certe his purgatis benivolentia nobis iudicum comparatur.

Si qua acciderint incommoda] ut est in Sullana: sed quoniam ita tulit casus infestus, ut et amplissimo honore cum communi ambitionis invidia tum singulari Autroni odio everteretur et cetera. Ergo commemoratione incommodorum etiam in principiis debemus animos iudicum ad misericordiam commovere.

Aut quae instent difficultates proferamus] ut est in Miloniana: quid enim duobus nobis, iudices, laboriosius, quid magis exercitum? Item in Vergilio: cernis ut insultent Rutuli. Item:

---

3 §. 1. 6 §. 5. 11 Verg. Aen. 1, 378. 14 div. in Caecil. §. 2. 16 §. 7. 20 §. 4. 27 §. 1. 32 §. 5. 34 Verg. Aen. 10, 20.

---

1 Hic ratio causae ab nostra sic̄ (*i. e.* sicut) de nostris *B. Incertum est quid scripserit auctor, sed videntur quaedam deesse; apud Ciceronem est:* reliquum est ut ostendatur quibus quaeque rationibus res confici possit. Benevolentia quattuor ex locis comparatur: ab nostra, ab adversariorum, ab iudicum persona, a causa. Ab nostra persona, si de nostris factis *etc.* 5 caedet *B* 9 sine] in *B* 12 metum *B* 15 Itaque exemplis si crimina illata *B* 16 negauit *B* 19 aliqua *B* 20 in domo sua] *v. ad. pag. 596, 7* Tunc est ille inquid *B* 24 si] sed *B* 27 sillana *B* 28 ut *om. B* commune *B* 29 uerteretur *B* 33 duobus modis nobis iudices *B*

nunc etiam manes — haec intemptata manebat
sors rerum.

Si prece et observatione humili ac supplici utimur] ut est illud Vergilianum:

oro miserere laborum
tantorum, miserere animi non digna ferentis.

1 Verg. Aen. 10, 39. 5 ibid. 2, 143.

3 hac *B* · 6 *sequitur adhuc in B lemma:* in odium ducentur, si quod eorum spurce superbe crudeliter, *post quae verba filus orationis in media pagina abrumpitur.*

## XXIIII.

# BEDAE VENERABILIS

## LIBER

## DE SCHEMATIBUS ET TROPIS.

---

*B* = codex Bambergensis, signatus M, IV, 12, saec. VIIII.
*E* = codex Ratisbonensis Emmeramus, nunc Monacensis lat. n. 14420, saec. VIIII.
*F* = codex Frisingensis, nunc Monacensis lat. 6399, saec. VIIII.

---

### DE SCHEMATIBUS.

Solet aliquotiens in scripturis ordo verborum causa decoris aliter quam vulgaris via dicendi habet figuratus inveniri, quod grammatici graece schema vocant, nos habitum vel formam vel figuram recte nominamus, quia per hoc quodam modo vestitur et ornatur oratio. Solet iterum tropica locutio reperiri, quae fit translata dictione a propria significatione ad non propriam similitudinem necessitatis aut ornatus gratia. Et quidem gloriantur Graeci talium se figurarum sive troporum fuisse repertores. Sed ut cognoscas, dilectissime fili, cognoscant omnes, qui haec legere voluerint, quia sancta scriptura ceteris scripturis omnibus non solum auctoritate, quia divina est, vel utilitate, quia ad vitam ducit aeternam, sed et antiquitate et ipsa praeeminet positione dicendi, placuit mihi collectis de ipsa exemplis ostendere, quia nihil huiusmodi schematum sive troporum valent praetendere saecularis elo-

---

1 INCIPIT LIBER SECUNDUS DE SCHEMATIBUS ET TROPIS *EF*, INCIPIT DE SCHEMATIBUS *B* 3 ordo uerborum in scripturis *E* 5 quia — oratio *om. B* 9 siue] uel *B* 10 cognoscant — noluerint *om. B*, cognoscant item omnes ς quia *BEF*$^{2}$: qui *F*$^{1}$, quod ς 11 omnibus scripturis *B* 12 quae *E* sed antiquitate *B* praeminet *EF* 13 quia *BE*: qui *F*, quod ς 14 siue] sum *E* saecularis *mei*: ullis seculis ς

p. 375. 376 C.

quentiae magistri, quod non in illa praecesserit. Sunt autem multae schematum species, sed eminentiores hae: prolepsis, zeugma, hypozeuxis, syllepsis, anadiplosis, anafora, epanalepsis, epizeuxis, paronomasia, schesis onomaton, paromoeon, homoeoteleuton, homoeoptoton, polyptoton, hirmos, polysyndeton, dialyton.

Prolepsis, id est praeoccupatio sive praesumtio, dicitur figura, quando ea quae sequi debent ante ponuntur, ut in psalmis: Fundamenta eius in montibus sanctis; diligit dominus portas Sion. Ante posuit eius et postea cuius, id est domini. Et alibi: Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem: pro dividunt et mittent. Et Ezechiel nihil ante ponens ita incipit: Et factum est in tricesimo anno. Sermonem coniunctionis posuit, nihil aliud ante, cui hic subiungeretur, praeponens.

Zeugma, id est coniunctio, dicitur figura, quando multa pendentia aut uno verbo aut una sententia concluduntur: verbo, ut Apostolus ait: Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis: sententia autem, ut psalmista proponens: Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam, qui loquitur veritatem in corde suo, et cetera. Ad ultimum ita concludit: qui facit haec, non commovebitur in aeternum. |

Hypozeuxis est figura superiori contraria, ubi singula verba vel sententiae singulis quibusque clausulis subiunguntur: verba, ut in psalmo: Virtutem terribilium tuorum dicent et magnitudinem tuam narrabunt: memoriam abundantiae suavitatis tuae eructabunt et iustitia tua exultabunt. Et Apostolus, sive prophetiae, inquit, evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur. Sententiae, ut: Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum: si exsurgat adversum me proelium, in hoc ego sperabo.

Syllepsis est, cum casus discrepantes in unam significantiam congregamus, ut: Adtendite populus meus legem meam. Et item: Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Quod enim ait 'ad faciendam', singularis est numeri, quod addidit 'increpationes' pluralis. Sit etiam syllepsis in sensu, id est, ubi pro multis unus vel pro uno multi ponuntur: pro multis unus, ut: Inmisit in eos muscam caninam, et comedit eos, ranam, et exterminavit eos, cum non unam ad exterminandos Aegyptios muscam vel ranam, sed innu-

---

7 Psalm. 87 (86), 1. 9 Psalm. 22 (21), 19. 11 Ezech. 1, 1. 15 ad Ephes. 4, 31. 17 Psalm. 15 (14), 2. 22 Psalm. 145 (144), 6. 25 Corinth. I, 13, 8. 27 Psalm. 27 (26), 3. 31 Psalm. 78 (77), 1. Psalm. 149, 7. 35 Psalm. 78 (77), 45.

---

1 quam non *B* in illa non *E* 2 Prolempsis *B*, Prolemsis *EF* sillipsis *B*, Sillemsis *EF* 3 epanalipsis *B*, Epanalempsis *F*, Epanalemsis *E* paranomasia *F* 4 hyrmos *E* 6 praesumptio *BE* 11 ezechihel *B*, hiezechiel *F*, in inezechiel *E* et factus *F*, Factum ς 12 Nil *F* 13 cui *om. B* hic *E*: huic *B*, h.. *F*, hoc ς 17 autem *BF*: concluditur *E* preponens *B* 20 moebitur *E* 23 terribiliorum $EF^1$ dicent usque et iustitia tua *mediis omissis E* 25 iustiam tuam *F* 27 sententia *E* 28 si exurgat — sperabo *om. B* in me *F* 30 casibus *B* 31 populo meus *Vulg.* et iterum *B* 33 singularis pluralis numeri est *F*, numeri singularis est *B* 34 pluralis *om. F*, pluralis est *B* unum *B*, *item v. 35* 35 ut *BE*: et *F* eius *BEF*, *sed* eos *E corr. pr. m.* 36 rana *F*

meras inmitteret. Pro uno multi, ut: Adstiterunt reges terrae et principes convenerunt in unum. Reges enim pro Herode, principes pro Pilato positos Apostoli intellexerunt. Lege actus apostolorum.

Anadiplosis est congeminatio dictionis in ultima parte praecedentis versus et prima sequentis, ut: Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Hierusalem: Hierusalem quae aedificatur ut civitas. Et Hieremias: Me dereliquerunt, fontem aquae vivae, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas.

Anafora, id est relatio, cum eadem dictio bis saepiusve per principia versuum repetitur, ut: Dominus inluminatio mea et salus mea: quem timebo? Dominus protector vitae meae: a quo trepidabo? Et infra: Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum: si exsurgat adversum me proelium, in hoc ego sperabo. Fit autem anafora et in eodem per principia sensuum versu, ut: Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia, vox domini confringentis cedros: quae figura in psalmis usitatissima est. Hanc quidam epanoforam vocant.

Epanalepsis est sermonis in principio versus positi in eiusdem fine repetitio, ut: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Et in psalmo: Deus quis similis erit tibi? ne taceas neque conpescaris Deus.

Epizeuxis est eiusdem verbi in eodem versu sine aliqua dilatione geminatio, ut: Consolamini, consolamini, populo meus, dicit deus vester. Et iterum: Elevare, elevare, consurge Hierusalem. Et iterum: Vivens, vivens ipse confitebitur tibi. Et in psalmo: Dies diei eructat verbum et non nocti indicat scientiam. Alibi repetitio eiusdem sermonis palinlogiae optinet nomen.

Paronomasia, id est denominatio, dicitur, quotiens dictio paene similis ponitur in significatione diversa, mutata videlicet littera vel syllaba, ut in psalmo XXI iuxta hebraicam veritatem: In te confisi sunt, et non sunt confusi. Et Apostolus: Videte malos operarios, videte concisionem; nos autem sumus circumcisio, qui spiritu deo servimus. Quam Esaias propheta figuram elegantissime in sua lingua confecit, ubi ait: Expectavi ut faceret iudicium, et ecce iniquitas, et iustitiam, et ecce clamor. Hebraice enim iudicium mesphath, iniquitas mesphaa, iustitia sadaca, clamor appellatur saaca. Pulchre

1 Psalm. 2, 2. 3 Act. apost. 4, 26. 5 Psalm. 122 (121), 2. 7 Ierem. 2, 13. 11 Psalm. 27 (26), 1 et v. 3. 16 Psalm. 29 (28), 4. 5. 20 ad Phil. 4, 4. 21 Psalm. 83 (82), 2. 24 Iesaias 40, 1. 25 idem 51, 17. 27 Psalm. 19 (18), 3. 31 Psalm. 22 (21), 6. 32 Phil. 3, 3. 35 Ies. 5, 7.

1 adsteterunt *EF* 2 princeps *F* 3 posito *B* apostolorum $F^1B$: eorum *E* *et F corr. m. 2* 5 versus *om. E* ut est *B* 6 tuis *om. E* quae aedificatur *om. B* 8 sibi *om. E* histernas *(bis) E*, cisternas *alterum add. in F m. 2* 11 repetatur *E* 13 timebo *F corr. ex* tibi protector *BE*: defensor *F* a quo trepidabo *B*: *om. EF* 14 *post* meum *in E additum* et, *sed in rasura m. 2* in me *F* prelia *B* 15 autem *F sup. lin.* 17 in *om.* $F^1$ 18 epanafora *E* 20 et iterum *E* 23 est *om. B* 24 congeminatio *E* populo *B*: pop us *EF* 27 eructuat *BF* et nox — scientiam *B*: et cetera *BF* 30 in *om. E* motatu *E* ut *BF*: et *E* 31 xxi *BE*: uicesimo *F* 32 fusi *E* 33 autem *B*: enim *EF*, *sed F in rasura* circumcisi *E* 34 isaias *F* 35 Expectauit ut *B* 36 enim *BF*: autem *E* merphaath *B* 37 mesaphaa *EF* sadaca *F partim ex eorrectione*, redeca *B* saaca *E*: suaca *BF*

p. 377. 378 C.

itaque una vel addita vel mutata littera sic verborum similitudinem temperavit, ut pro mesphat diceret mesaphaa et pro sadaca poneret saaca.

Schesis onomaton est multitudo nominum coniunctorum, diverso sono unam rem significantium, ut: Vae genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Et in psalmo: Peccavimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus.

Parhomoeon est, cum ab isdem litteris diversa verba ponuntur. Quae nimirum figura, quia ad positionem litterarum pertinet, melius in ea lingua, qua scriptura est edita, requiritur; habemus tamen nos et in translatione unde demus exemplum. Dictum est in psalmo: Benedeximus vobis de domo domini: deus dominus, et inluxit nobis: et: Ira illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdae.

Homoeoteleuton, id est similis terminatio, dicitur, quotiens media et postrema versus sive sententiae simili syllaba finiuntur, ut Ecclesiastes: Melius est videre quod cupias quam desiderare quod nescias. Et iterum: Melius est a sapiente corripi quam stultorum adulatione decipi. Hac figura et poetae et oratores saepe utuntur, poetae hoc modo:

Pervia divisi patuerunt caerula ponti:

oratores vero ita: Beatus Iob deo soli sibique cognitus in tranquillitate ad nostram notitiam perducendus tactus est verbere, ut odorem suarum virium tanto latius spargeret, quanto more aromatum melius ex incensione flagraret. Quo schemate ipse, qui hoc dixit, beatus papa Gregorius saepissime usus fuisse reperitur Et huiusmodi orationes esse reor, quas Hieronymus concinnas rhetorum declamationes appellat.

Homoeoptoton est, cum in similes sonos exeunt dicta plurima, ut: Cantate et exultate et psallite. Et Ezechiel: Quod si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem, et paulo post: in montibus comedentem et uxorem proximi sui polluentem, egenum et pauperem, contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem et ad idola levantem oculos suos, abominationem facientem, ad usuram dantem et amplius accipientem, numquid vivet? Non vivet.

Polyptoton est, cum diversis casibus variatur oratio, ut Apostolus: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsi gloria in saecula saeculorum. Et in psalmo: Nive dealbabuntur in

---

4 Ies. 1, 4. 6 Ps. 106 (105), 6. 11 Ps. 118 (117), 26. 12 Ps. 58 (57), 5. 16 Eccles. 6, 9. 17 ibid. 7, 5. 20 an ex Ennio? 28 Ps. 98 (97), 4. 29 Ezech. 18, 10. 30 ibid. v. 11 sqq. 37 ad Rom. 11, 36. 38 Ps. 68 (67), 15 sqq.

---

2 mesphaath *B* sadaca *E*: sadica *F*, sedeca *B* suaca *BF* 5 iniquitati *BE* et psalmus *B* 8 hisdem *E*, *isdem *F* sumuntur ς 10 qua scripta est editaque requiretur ς requiratur *B* tamen et in n̄ra (n̄ra *in ras.*) *B* 11 uos *F* 13 secundum *B*, *item F m. 2 in ras.*: sicut *E* serpentes $E^1$ sicut et reliqua (*om.* aspidis surdae) *B* aspides $EF^1$ 14 dicitur figura, quotiens *B* 16 uiuere quam cupias *B* 17 adolatione *EF*, adolatio *B* 19 figurate *B* 21 soli deo sibique agnitus *B* 22 ad maiorem notitiam ς 24 melius ** ex *E* incensionem $E^1$ fragraret ς 25 hec *B* baba *E* 26 concinnas *F* (*sed partim in ras.*): concinans *B*, concinnans *E* 28 est *om. B* 29 hiezechihel *F* 33 idula *E* abominiationem *F* 34 nunquid *E* 35 non vivet *om.* ς 37 per]um *B* honor et gloria *B*

p. 378. 379 C.

Selmoo. Montem dei montem uberem: mons coagulatus mons pinguis. Ut quid suspicitis montes uberes? Mons in quo bene placitum est deo habitare in eo.

Hirmos, id est convenientia, dicitur, quando series orationis tenorem suum usque ad ultimum servat, nulla videlicet alia vel causa vel persona mutata, ut in psalmo: Deus in nomine tuo salvum me fac, et cetera, usque dum ait: non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Orat enim propheta ut auxilio domini salvatoris ab hostium insecutione liberetur.

Polysyndeton est oratio multis nexa coniunctionibus, ut in psalmo: Dominus conservet eum et vivificet eum et beatum faciat eum et emundet in terra animam eius et non tradat eum in manus inimici eius.

Dialyton vel asyndeton est figura superiori contraria, carens coniunctionibus, ut in psalmo: Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius, dicite Deo: quam terribilia sunt opera tua. |

## DE TROPIS.

Tropus est dictio translata a propria significatione ad non propriam similitudinem ornatus necessitatisve causa. Sunt autem tropi, qui latine modi vel mores interpretari possunt, tredecim: metafora, catachresis, metalepsis, metonymia, antonomasia, epitheton, synecdoche, onomatopoeia, perifrasis, hyperbaton, hyperbole, allegoria, homoeosis.

Metafora est rerum verborumque translatio. Haec fit modis quattuor: ab animali ad animale, ab inanimali ad inanimale, ab animali ad inanimale, ab inanimali ad animale. Ergo ab animali ad animale, ut: Quare fremuerunt gentes? et: Dominus qui eripuit me de manu leonis et de manu ursi. et: si sumsero pennas meas ante lucem: nam et homines et bestiae et volucres animam habent. Ab inanimali ad inanimale, ut: aperi Libano portas tuas. Et: qui perambulant semitas maris; translatio est enim a civitate ad montem et a terra ad mare, quorum nulla animam habent. Ab animali ad inanimale, ut: Exsiccatus est vertex Carmeli; homines enim, non montes verticem habent. Ab inanimali ad animale, ut: Auferam a vobis cor lapideum; non enim lapis, sed populus animam habet. Hic tropus et ad

6 Psalm. 54 (53), 3. 11 Psalm. 41 (40), 3. 15 Psalm. 66 (65), 2 sq. 16 Psalm. 2, 1. 27 Sam. I, 17, 37. 28 Psalm. 139 (138), 9. 30 Zach. 11, 1. 30 Psalm. 8, 9. 33 Amos 1, 2. 34 Ezech. 11, 19.

1 dei *BF*: domini *E*; Mons dei mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis. Ut quid suspicamini montes coagulatos? *Vulg.* 2 suspicitis *nos*: suscipitis *mei* 4 hyrmos *BE* 5 *prius* vel *E sup. lin.* 9 liberaretur *B* 10 in psalmo *B*: *om. EF* 11 ui*uicet *E* faciet *E* 12 in terra *om. F*, *sed m. 2 sup. lin.* de terra eum *om. E* 13 inimicorum ς 15 in psalmo *B*: *om. EF* iubilate *BF*: *quid sit scriptum in E, iam non potest cognosci.* 17 tua, domine ς 21 Catachrisis *E* Metalempsis *EF*, metalemsis *B* 22 Metonimia *F*, Metanomia *E* Antomasia *E* 23 Omoeosis *E* 24 rerum *om. B* 26 ab inanimale *E pr. m. et sic semper pr. m. in ablativis sequentibus* 27 eripuit *BE*: eruit *F* de ore leonis *B* 28 sumpsero *E* 29 ab inanimale $E^1$ 30 perambulat ς 32 nulla *EF*: nullus *B*, nullum ς habent *BE*: habet *Fς* animale $E^1$ 33 exsiccatum *B* uerticem *BF*: animam *E* 34 inanimale $E^1$ 35 et *om. E* ad dominum *B*

p. 379—381 C.

Deum fit multifarie: a volucribus, ut: sub umbra alarum tuarum protege me: a feris, ut: Dominus de Sion rugiet: a membris humanis, ut: Quis mensus est pugillo aquas, et caelos palmo ponderavit? ab homine interiore, ut: Inveni David filium Iesse, virum secundum cor meum: a motibus mentis humanae, ut: tunc loquetur ad eos in ira sua: et: paenitet me fecisse hominem: et: zelatus sum Sion zelo magno, et innumera huiusmodi. A rebus insensibilibus, ut: Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum foeno. | Qui videlicet tropus et in communi locutione usitatissimus est, ut cum dicimus fluctuare segetes, gemmare vites, floridam iuventutem et lacteam canitiem.

Catachresis est abusio nominis aut verbi ad significandam rem, quae propria appellatione deficitur, ut: Pones vectes in quattuor angulis mensae per singulos pedes: et: sextum sagum in fronte tecti duplices: et: ibi confringet cornua arcuum: et: labium calicis et repandi lilii. Haec eo a metafora differt, quod illa vocabulum habenti largitur aliud, haec, quia non habet proprium, alieno utitur. Pedes quippe et frons et cornua et labium hominum tantum sunt et animantium, non etiam rerum insensibilium. Quae nomina si scriptura praefatis rebus non inposuisset, quid proprium his diceret non haberet. Ad hunc tropum pertinet quod scriptum est: Est autem Hierosolymis probatica piscina. A piscibus enim vocabulum accepit aqua, quae nequaquam propter pisces, sed ad lavandas, ut ferunt, hostias collecta est, unde et probaticae cognomen sortita est.

Metalepsis est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit, et ab eo quod praecedit id quod sequitur insinuans, ut: Labores fructuum tuorum manducabis; labores enim posuit pro his quae laborando adquiruntur bonis.

Metonymia est quaedam veluti transnominatio. Huius multae sunt species. | Aut enim per id quod continet id quod continetur ostenditur, ut: effundens hydriam in canalibus, aut contra, ut: accipe litteras tuas. Neque enim hydria effundebatur, sed quod in ea continebatur, nec litterae in manus, sed charta quae litteras continet adsumitur. Et iterum:

---

1 Psalm. 17 (16), 8. 2 Ioel 3, 16. 3 Iesai. 40, 12. 4 Acta Apost. 13, 22. 5 Psalm. 2, 5. 6 Genes. 6, 7. Zachar. 8, 2. 8 Amos 2, 13. 13 Exod. 25, 26. 14 ibid. 26, 9. 15 Psalm. 76 (75), 4. 15 Reg. I (III), 7, 26. 20 Ioh. 5, 2. 26 Psalm. 128 (127), 2. 31 Gen. 24, 20.

---

2 de * sion *F* 3 et *om. E* palma *E* 4 interiori *EF* secundum] sum *E cum ductu per* s 6 poenitet *E* hominem fecisse *B* 8 super *F sup. lin. m. 2* 10 geminare *E* 11 lactea *B* 12 catachrisis *E* nominis] *add. in marg. E m. recentiore* alieni 13 deficitur *nos*: deficit** *F*, deficit *BE*ς angulos *BF* 15 duplicis $EF^2$ constringet $E^1$ arcum *BE*, arcu** *F*, arcus *F corr.* 16 Haec — — alieno utitur *vulgo leguntur post* appellatione deficit *v. 13, quibusdam alienis etiam adiectis* eo *in F erasum* differtur *B* 17 quia proprium habet *B* 18 cornu *F* 19 etiam *F sup. lin.* 20 non haberet *F sup. lin.* Adhuc tropus *B* 22 propatica $F^1$, prouatica *B* 23 ut asserant *B* 24 *et om. B* prouatice *B*, propaticae $F^1$ 25 Metalempsis *EF*, metalemsis *B* 26 procedit *mei* 28 bonis] *additur in* ς *interpolatio:* Nec non et illud: Draco iste quem formasti ad inludendum ei. Per draconem diabolus, per diabolum bonus angelus intelligendus est, qualis a Deo formatus est. 30 pro id *B* id (*post* continet) *om. F*, id quod continetur *om. B* ostendit *F* 31 ut (*ante* accipe) *om. E* 32 hydriae *B* sed aqua nec *B* in eo *E*

p. 381. 382 C.

Et dimittite eam et vadat et aspicietis. Non enim arca, sed plaustrum quo continebatur arca, vel boves, qui ducebant plaustrum, ire poterant. Haec et per efficientem id quod fit, et econtra per hoc quod fit efficientem saepe designat.

Antonomasia est significatio vice nominis posita; ex accidentibus videlicet propriam significat personam. Quae fit tribus modis: ab animo, a corpore, extrinsecus. Ab animo, ut: numquid non tu percussisti superbum? a corpore, ut: vir spurius altitudinis sex cubitorum et palmi; ab elatione enim animi diabolus, a quantitate corporis gigans significatur. Extrinsecus quae sumuntur in plures species dividuntur; descendunt enim a genere, ut: Numquid omnibus vobis dabit filius Isai agrum? a loco, ut: auctorem seditionis sectae Nazarenorum: ab actu, ut: qui autem tradidit illum, dedit eis signum: ab eventu, ut: discipulus ille, quem diligebat Iesus. Per hunc tropum aliquotiens et dominus ipse demonstratur. A genere, ut: Osanna filio David: a loco, ut: Qui sedes super Cherubin appare: ab actu, ut: Peccavi: quid faciam tibi, o custos hominum?

Epitheton est praeposita dictio proprio nomini. Nam antonomasia vicem nominis sustinet, epitheton numquam sine nomine fit, ut: dilectus deo et hominibus Moyses, et misericors et miserator dominus, et iustum Loth oppressum. Fit etiam epitheton modis tribus: ab animo, a corpore, extrinsecus. His duobus tropis vel vituperamus aliquem vel ostendimus vel ornamus.

Synecdoche est significatio pleni intellectus capax, cum plus minusve pronuntiat. | Aut enim totum a parte ostendit, ut: Verbum caro factum est: et: eramus vero in navi universae animae ducentae LXXVI: aut contra, ut: ibi ergo propter parasceuen Iudaeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

Onomatopoeia est nomen de sono factum, ut cymbalum tinniens, et clangor tubarum, et stridebant cardines templi. Ad hunc tropum pertinere quidam asserunt fremitus leonum, balatus pecorum, rugitus asinorum, sibilos serpentium, porcorum stridores et soricum ceterorumque vocem confusam animantium, quae et ipsa scripturis sanctis saepius indita reperitur, ut: rugitus leonis et vox leaenae, et: fervens et fremens sorbet terram.

---

1 Sam. I, 6, 8. 7 Iesaias 51, 9. 8 Sam. I, 17, 4. 11 Sam. I, 22, 7. 13 Matth. 26, 48. 14 Ioann. 19, 26. 15 Matth. 21, 9. 16 Psalm. 80 (79), 2. 17 Iob 7, 20. 19 Ecclesiasticus 45, 1. 25 Ioan. I, 14. 26 Acta Apost. 27, 37. 27 Ioan. 19, 42. 30 Corinth. I, 13, 1. 34 Iob 4, 10. Iob 39, 24.

---

1 dimittite *F*: dimitte *BE* ut uadat *Vulg.* 2 quo] qui *B* qui *B*, *item F ex corr.*: quae *E* 3 efflcientiam *E* et contra ς, et econtraria $F^1$ hoc quę *B* 5 accedentibus *E* 6 tribus fit *B* 7 non *om. B* 9 palmo *mei* electione *B* gigas *E* 10 species *om. B* 11 nobis *EF* 12 agix *B addita* s *sup.* ix secta *F corr. ex* secte 13 signum dicens ς 14 ille *E sup. lin.* 15 osianna *E corr.* 16 sedis *E* heruphin *E* 17 faciem $F^1$ 18 automasia *E* 19 nominis *F sup. lin.* numquid *B* 21 obpressum *F* 22 aut uituperamus *B* 26 vero *om. F in rasura* naue *B* 27 LXXV *E* aut *F corr.*: at $EF^1$, ac *B corr. ex* at ubi *E* 28 monumentum ubi posuerunt *B* 29 tinniens] *quae sequuntur in* ς, *plane diversa et mirum in modum interpolata sunt* 31 asserant *F corr. in* asseuerant, adseuerant *B* fremitum *B* pecodum *B* 32 soricum *nos*: suricum *mei* et ceterorum *B* 34 indita *om. B* fremens et frendens sorbit *B*

p. 382. 383 C.

Perifrasis est circumlocutio, quae fit, ut aut brevitatem splendide describat et producat, aut foeditatem circuitu evitet. Splendide describitur brevitas, ut: Scimus, si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex deo habemus domum non manu factam, aeternam in caelis. Foeditatem circuitu evitans, ut: Nam feminae eorum inmutaverunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam. Similiter autem et masculi in masculos et cetera.

Hyperbaton est transcensio quaedam verborum ordinem turbans. Cuius species sunt quinque: hysterologia, anastrophe, parenthesis, tmesis, synchysis.

Hysterologia est vel hysteron proteron sententia, cum verbis ordo mutatur, ut: Hic accipiet benedictionem a domino et misericordiam a deo salutari suo. Prius enim dominus miserando iustificat impium et sic benedicendo coronat iustum.

Anastrophe est verborum tantum ordo praeposterus, ut: quam ob rem ego deprecabor dominum pro ob quam rem.

Parenthesis est interposita ratiocinatio divisae sententiae, ut: Cum vidissent gratiam, quae data est mihi (qui enim operatus est Petro in apostulatu circumcisionis, operatus est et mihi inter gentes), Iacobus, Cephas et Iohannes dextras dederunt mihi et Barnabae societatis.

Tmesis est unius conpositi aut simplicis verbi sectio, una dictione vel pluribus interiectis. | Quae species non facile in scripturis sanctis, quae ex hebraeo vel graeco sermone translatae sunt, potest inveniri; est autem huiusmodi:

Hiero quem genuit Solymis, Davidica proles,

hoc est, Hierosolymis.

Synchysis est hyperbaton ex omni parte confusum, ut: Si dormiatis inter medios cleros pennae columbae deargentatae et cetera usque nive dealbabuntur in Selmon. Prius enim hic, ut Augustinus ait, quaerendus est ordo verborum, quo modo finiatur sententia, quae utique pendet, cum dicitur ‘si dormiatis’. Deinde incertum est utrum ‘hae pennae’ an ‘o vos pennae’, ut ad ipsas pennas loqui videatur; utrum ergo verbis quae praecesserunt finitur ista sententia, ut ordo sit: ‘Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa, si dormiatis inter medios cleros, o vos pennae columbae deargentatae’, an his quae secuntur, ut ordo sit: ‘si dormiatis inter medios cleros, pennae columbae deargentatae nive dealbabuntur in Selmon’, id est ‘ipsae pennae dealbabuntur, si dormiatis

---

3 Corinth. II, 5, 1. 6 Rom. 1, 26. 13 Psalm. 24 (23), 5 16 Iob. 5, 8. 18 ad Gal. 2, 8. 29 Psalm. 68 (67), 14. 35 ibid. v. 12.

---

1 ut *om. F* 2 describi ueritas *F*, producta breuitas *B* 3 si *E*: quomodo si *F*, q̃m *B* 4 quod] q̃m *B* aedificata *B* habeamus *F* 5 circuitu *om. B* 6 nam *om. B* 7 similiter — masculos *om. B* 8 in masculos *E*: *om. F*, relicto usu naturali *ed. Giles* 10 temesis *mei hic et infra* 11 synchisis *F*, sinchrisis *E*, *om. B* 12 Hysterologia uel hysteron proteron est *E* 13 ut *om. E* 16 est *om. E* praeposteros $F^1$ 18 cum *E sup. lin.* 19 uidisset *E* mihi et qui operatus *B* 20 apostolatum *F et Vulg.* 21 Iacob *F* dextra *B* 27 Hieroque *BF* dauitica prolis *B* 29 Synchesis *B* dormitatis *F* 30 pinnae $F^1$ *et sic semper in locis sequentibus* et — Selmon] et posteriora dorsi eius in specie auri *B* 31 nive *om. E* 32 fiatur *B* 33 cum] et *B* 34 hee *B* o *F in ras.*, an o vos pennae *om. B* pennas *E sup. lin.* 36 uirtutes multas *B*

p. 383. 384 C.

inter medios cleros', ut illis hoc dicere intellegatur, 'qui speciei domus tamquam spolia dividuntur': id est: 'si dormiatis inter medios cleros, o vos qui dividimini, speciei domus per manifestationem spiritus ad utilitatem, ut alii quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum, alii fides, alii genera curationum in eodem spiritu et cetera. Si ergo vos dormiatis inter medios cleros, tunc pennae columbae deargentatae nive dealbabuntur in Selmon'. Potest et sic intellegi: 'si vos pennae columbae deargentatae dormiatis inter medios cleros, nive dealbabuntur in Selmon': ut subintellegantur homines, qui per gratiam remissionem accipiunt peccatorum, unde etiam de ipsa ecclesia dicitur in canticis canticorum: Quae est ista quae ascendit dealbata? Promissio quippe dei tenetur per prophetam dicentis: Si fuerint peccata vestra tamquam foenicium, sicut nivem dealbabo. Potest et sic intellegi, ut in eo quod dictum est 'pennae columbae deargentatae' subaudiatur eritis, ut iste sit sensus: 'Vos qui tamquam spolia speciei domus dividimini, si dormiatis inter medios cleros, pennae columbae deargentatae eritis', id est 'in altiora elevabimini, conpagini tamen ecclesiae cohaerentes'. Nullam quippe aliam melius hic intellegi puto columbam deargentatam quam illam, de qua dictum est; 'una est columba mea'; deargentata est autem, quia divinis eloquiis erudita. Eloquia namque domini alio loco dicuntur argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplum. Magnum itaque aliquod bonum est dormire inter medios cleros, quae nonnulli duo testamenta esse voluerunt, ut dormire sit inter medios cleros in eorum testamentorum auctoritate requiescere, id est utriusque testamenti testimoniis adquiescere, ut quando aliquid ex his profertur et probatur, omnis intentio pacifica quiete finiatur.

Hyperbole est dictio fidem excedens augendi minuendive causa: augendi, ut: aquilis velociores, leonibus fortiores: minuendi, ut: terrebit te sonitus folii volantis: et: denigrata est super carbones facies eorum.

Allegoria est tropus, quo aliud significatur quam dicitur, ut: | Levate oculos vestros et videte regiones, quia albae sunt iam ad messem, hoc est 'intellegite quia populi iam parati sunt ad credendum'. Huius species multae sunt, ex quibus eminent septem: ironia, antifrasis, aenigma, charientismos, paroemia, sarcasmos, asteismos.

Ironia est tropus per contrarium quod conatur ostendens, ut: Clamate voce maiore; deus est enim Beel et forsitan loquitur, aut in diversorio est aut dormit, ut excitetur. Hanc enim nisi gravitas pronuntiationis adiuverit, confiteri videbitur quod negare contendit.

Antifrasis est unius verbi ironia, ut: Amice, ad quid venisti?

---

11 Cant. 8, 5. 19 ibid. 6, 8. 21 Psalm. 12 (11), 7. 28 Sam. II, 1, 23. 29 Levit. 26, 36. Threni 4, 8. 31 Ioan. 4, 35. 36 Reg. I, 18, 27. 40 Matth. 26, 50.

---

4 sermo — alii *om. B* 6 uos *om. B* 7 nive *om. E* poteest *B* et *BF*: etiam *E* 11 canticis *B*: cantica *EF* 12 dicentem *B* 14 subaudis *B* 17 eleuamini *BE* 0 pagã *B* 18 hic *om. F* 21 dicuntur *B*: dominus *F*, domini *E* probatum *E*: *om. BF* terrae *mei*: terra ϛ 22 aliquid *BF* 23 uoluerunt *E* *sup. lin. ante* testamenta 24 auctoritate *om. B* 26 omnis *om. E* 29 est *om. B* carbonem *B* 31 qui aliud significat *B* 32 iam *om. E* 33 sunt iam parati *B* 35 astismos *F*, antismos *BE*, *et sic infra quoque* 36 conatus *F* clama *B* 37 beel *BE*: baal *F m. 2 in ras.* 38 aut *E*: et *BF* diuerso *B* aut *BE*: et *E* 39 uidetur quam negare *B* 40 quod *mei*

p. 384. 385 C.

Inter ironiam autem et antifrasin hoc distat, quod ironia pronuntiatione sola indicat quod intellegi vult, antifrasis vero non voce pronuntiantis significat contrarium, sed suis tantum verbis, quorum est origo contraria.

Aenigma est obscura sententia per occultam similitudinem rerum, ut: pennae columbae deargentatae et posteriora dorsi eius in specie auri, cum significet eloquia scripturae spiritalis divino lumine plena, sensum vero eius interiorem maiori caelestis sapientiae gratia refulgentem, vel certe vitam sanctae ecclesiae praesentem, virtutum pennis gaudentem, futuram autem, quae in caelis est, aeterna cum domino claritate fruituram.

Charientismos est tropus quo dura dictu gratius proferuntur, ut: Nonne pro Rahel servivi tibi? quare inposuisti mihi? Uno enim levissimo inpositionis verbo iniuriam quam patiebatur gravissimam temperantius loquens signavit.

Paroemia est adcommodatum rebus temporibusque proverbium, ut: canis reversus ad vomitum suum, et: Num et Saul inter prophetas? Quorum uno, cum quemlibet post actam paenitentiam ad vitia relabi, altero tunc utimur, cum indoctum quemque officium docendi adsumere vel aliud quid artis, quam non didicit, sibimet usurpare viderimus. Hic tropus adeo late patet, ut liber Salomonis, quem nos secundum Hebraeos parabolas dicimus, apud Graecos ex eo nomen paroemiarum, hoc est proverbiorum, acceperit.

Sarcasmos est plena odio atque hostilis inrisio, ut: Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce et credimus ei. |

Asteismos est tropus multiplex numerosaeque virtutis. Namque asteismos putatur dictum omne, quod simplicitate rustica caret et faceta satis urbanitate expolitum est, ut: utinam abscindantur qui vos conturbant. Notandum sane, quod allegoria aliquando factis, aliquando verbis tantum modo fit: factis quidem, ut scriptum est: Quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera, quae sunt duo testamenta, ut Apostolus exponit. Verbis autem solummodo, ut: Egredietur virga de radice Iesse et flos de radice eius ascendet: quo significatur de stirpe David per Mariam virginem dominum salvatorem fuisse nasciturum. Aliquando factis simul et verbis una eademque res allegorice significatur: factis quidem, ut: vendiderunt Ioseph Ismahelitis XX argenteis: verbis vero ut: appenderunt meredem meam XXX argenteis. Item factis, ut: erat autem David rufus et pulcher aspectu, et unxit eum Samuel in medio fratrum:

---

5 Psalm. 68 (67), 14. 12 Gen. 29, 25. 16 ep. Petri II, 2, 22. Sam. I, 10, 12. 23 Matth. 27, 42. 28 Gal. 5, 12. 30 Gal. 4, 22. 33 Ies. 11, 1. 36 Gen. 37, 28. 37 Zach. 11, 12. 38 Sam. I, 16, 12.

---

1 autem *om. B* sola pronuntiatione sola *E* 2 qui *B* uocis *B* 5 pinnae $F^1$ 7 maiorum — gratiam *B* 8 pinnis $F^1$ 9 futuram autem *om. E* 12 rachel *B* 13 *immo* lenissimo; leuissimo inpositionis *om. B* positionis *E* 17 quodlibet preter actam *B* 18 relaui *E* 19 aliud quid *BEF*$^1$: aliquid *F corr.* dedicit *E* 21 parabulum *E* 27 omnique simplicitate *B* facete $F^2$, facetea *B* 28 expolitum est *om. B EF sup. lin. habent* absci**dantur *F*: abscondantur *BE* 29 notandum tamen sane que *B* alligoria *E et sic plerumque* 34 ascendit quae significat *B* uirginem mariam *B* 35 eadem *B* 36 allegorice *om. B* signatur *EF* 37 xx *BF*: xxx *E* 38 ruffus *F* 39 uncxit *B* samuhel *BF*

verbis, ut: Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex milibus: quod utrumque mystice significat mediatorem dei et hominum decorum quidem sapientia et virtute, sed sui fuisse sanguinis effusione roseum, eundemque unctum a deo patre oleo laetitiae prae consortibus suis. Item allegoria verbi sive operis aliquando historicam rem, aliquando typicam, aliquando tropologicam, id est moralem rationem, aliquando anagogen, hoc est sensum ad superiora ducentem figurate denuntiat. Per historiam namque historia figuratur, cum factura primorum sex sive septem dierum totidem saeculi huius conparatur aetatibus. Per verbum historia, dum hoc quod dicit Iacob patriarcha: catulus leonis Iuda ad praedam, fili mi, ascendisti et cetera, de regno ac victoriis David intellegitur. Per verbum spiritalis de Christo sive ecclesia sensus, cum idem sermo patriarchae de dominica passione ac resurrectione fideliter accipitur. Item allegoria facti tropologicam, hoc est moralem perfectionem designat, ut tunica talaris et polymita, quam Iacob patriarcha filio suo Ioseph fecit, variarum virtutum gratiam, qua nos deus pater usque ad terminum vitae nostrae semper indui et praecipit et donat, insinuat. Allegoria verbi eandem morum perfectionem, ut: Sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes. Allegoria facti anagogicum, hoc est ad superiora ducentem sensum exprimit, ut 'septimus ab Adam Enoch translatus de mundo' sabbatum futurae beatitudinis, quae post opera bona saeculi huius, quod sex aetatibus peragitur, electis in fine servatur, figurate praesignat. Allegoria verbi eadem vitae caelestis gaudia demonstrat, ut: ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilae: quia ubi mediator dei et hominum est corpore, ibi nimirum et nunc sublevatae ad caelos animae et celebrata gloria resurrectionis colligentur etiam corpora iustorum. Nonnumquam in uno eodemque verbo vel re historia simul et mysticus de Christo sive ecclesia sensus et tropologia et anagoge figuraliter intimatur, ut templum domini iuxta historiam domus, quam fecit Salomon, iuxta allegoriam corpus dominicum, de quo ait: Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud: sive ecclesia eius, cui dicitur: templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Per tropologiam quisque fidelium, quibus dicitur: An nescitis quia corpora vestra templum est spiritus sancti, qui in vobis est? Per anagogen supernae gaudia mansionis, | cui suspirabat qui ait: Beati qui habitant in domo tua, domine, in saeculum saeculi laudabunt te. Simili modo quod dicitur: Lauda Hierusalem dominum, lauda deum tuum

---

1 Cant. 5, 10. 10 Gen. 49, 9. 15 Gen. 37, 3. 18 Luc. 12, 35. 23 Matth. 24, 28. 30 Ioan. 2, 19. 31 Corinth. I, 3, 16. 35 Psalm. 84 (83), 5. 37 Psalm. 147, 12 sq.

---

1 et *F in ras.* 3 decorem *B* sui *om. F* 4 uinctum *F ante rasuram*, unctus *B* tuis *F* 5 uerbis *BF* historiam $E^1$ 6 tropoloica *B* 7 superiorem *B* historicam $E^2$ 8 historica $E^2$, histo*** $F^1$, historiam *B* futura *B* dierum *om. B* 9 saeculi huius *om. B* historia dum *om. B* 11 descendisti *B* ac *BF*: et *E* 14 factis tropoloicam *B* tonica *F*, tunicam *B* 17 induit *B* donauit $E^1$ 21 quae *B* 22 persignat *E* 23 eundem — gaudium *B* 24 et *B*: *om. EF* quoniam *E* 25 et (*ante* nunc) *F in ras.* 26 celebrate gloriam *B* 27 in uno eodemque uerbo uel re *B*: in uno eodemque reuerbo $F^1$, in una eademque re uel uerbo $EF^2$ 28 siue *EF*: uel *B* anagogen *B* 29 aedificauit *B* salamon $EF^1$ 32 enim *om. B* 34 sanctus $E^1$ qui *om.* $F^1$ 35 mansiones *B* superabat *B* 36 domu *E* 37 qui dicitur *B*

p. 386 C.

Sion, quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. De civibus terrenae Hierusalem, de ecclesia Christi, de anima quaque electa, de patria caelesti iuxta historiam, iuxta allegoriam, iuxta tropologiam, iuxta anagogen recte potest accipi. Iuxta allegoriam de ecclesia diximus sequentes exemplum doctissimi tractatoris Gregorii, qui in libris moralibus ea, quae de Christo sive ecclesia per figuram dicta sive facta interpretabatur, allegoriam proprie non nuncupare solebat.

Homoeosis est minus notae rei per similitudinem eius, quae magis nota est, demonstratio. Huius species sunt tres: icon, parabole, paradigma.

Icon est personarum inter se vel eorum quae personis accidunt conparatio, ut: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Et: Neque nubent neque ducent uxores, neque enim ultra mori poterunt; aequales enim angelis sunt.

Parabola est rerum genere dissimilium conparatio, ut: Simile est regnum caelorum grano sinapis: et: Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.

Paradigma est praepositio exempli exhortantis aut deterrentis: exhortantis, ut: Helias homo erat similis nobis, passibilis, et oratione oravit ut non plueret super terram, et non pluit annis tribus et mensibus sex et cetera. Et: Respicite volatilia caeli, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea, et pater vester caelestis pascit illa. Deterrentis, ut: In illa hora qui fuerit in tecto et vasa eius in domo, ne descendat tollere illa, et qui in agro, similiter non redeat retro: memores estote uxoris Loth.

---

11 Ioan. 1, 14. 12 Luc. 20, 35. 14 Matth. 13, 31. 15 Ioan. 3, 14. 18 ep. Iac. 5, 17. 20 Matth. 6, 26. 22 Luc. 17, 31.

---

1 quoniam — filios tuis *om. B* confortabit *BE* seras *E*: sere*s *F* 2 filiis tuis *Vulg.* 3 quaque *E*: quaeque *F*, queq; *B* 6 in *om. B* 7 interpretabantur *E* allegorię *B* proprie *om. B* 8 minus *om. B* 9 tres *om. F* ycon *E* 10 uel inter se uel eorum *B* Ycon *EF* 11 gloriam *altero loco om. B* a patre *om. F* 12 nubunt $F^2$ ducunt *BE*, decunt *F corr. in* ducant enim *E sup. lin.* 13 potuerunt *F ante rasuram*, poterant *B* 14 ut] aut *B* similis *E* 15 sinapi *B* et *BE*: ut *F* 17 praesumptio *E* aut] et *B* 18 orationem *BE* 19 annis tribus et mensis *(sic)* sex *B*: *om. EF* 22 pascet *BF* 23 fuerint *B* nec discendit *B* 24 mementote *B* 25 loth. FINIT *E*, loth. EXPLICIT DE TROPIS *B*.

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

*Praef. p. XII v. 14 ab inf. l.* Quintilianeorum

p. 7, 10 *codicum scriptura* reperire meliorem, quam a maioribus accepistis, non potestis *defenditur loco p. 145, 26:* alia causa quam praetexit *etc.*

p. 29, 23 *scr.* ad ornandam *cum ABV; cf. p. 480, 10.*

p. 29 *adn. ad v. 29 lege:* compositum *nos ex Capella*

p. 32, 6 replicatio *libri haud scio an recte, cf. p. 65 v. 43*

p. 37, 6 *fort.* Ἔλλειψις, id est detractio: contraria hac superiori figura ornatur oratio *etc.*

p. 63, 1 sqq. *De versibus a Ludovico Delisle primum editis v. nunc Mus. rhen. philol. XVIII, p. 138 et 320.*

p. 74, 16 *rhetori locus in Cic. Verr. III,* §. *16 ob oculos videtur versatus esse.*

p. 82, 21 *ad vv. κατ' ἀπερίστατον cf. Hermog. de stat. III, p. 7 Walz. (II, p. 136 Speng.): ὄγδοον κατὰ τὸ ἀπερίστατον, οἷον ἀποκηρύσσει τις τὸν υἱὸν ἐπ' οὐδεμιᾷ αἰτίᾳ· ταῦτα γὰρ οὐκ ἂν εἴη ζητήματα.*

p. 90, *adn. ad v. 22 leg.* fit ut *BEFv*: fit *P*, ut *Dς*

p. 94, *adn. ad v. 7 leg.* laudem *BDPv*: laudes ς

p. 103, 13 *scr.* habitu, ut nitido sordido [obscuro]

p. 116, 9 *corr.* ἀπὸ τῆς συζυγίας, id est a coniugatione sive coniugatis; *cf. p. 489, 17.*

p. 117, 11 *corr. ex Martiano Capella p. 490, 17:* aut per simplicem propositionem aut per partitionem *etc. Eiusdem libri docent (p. 490, 21) in Fortunatiano p. 117, 15 post* aut per concessionem *colon* 'aut per reprehensionem' *intercidisse.*

p. 117, 24 *corr.* aliquid augendi causa

p. 141, 26 *fort.* Ex qualitate: quis? dives et pauper, magistratus et imperator; *cf. p. 103, 5:* dignitate, ut vir fortis magistratus, fortuna, ut dives pauper.

p. 145, 25 *fort.* Κρινόμενον est, numquid tandem, etsi hae res praecesserunt, alia tamen causa quam praetexit occiderit.

p. 227, 12 *haud scio an recte D:* et in qua vi sit animi, aestimamus

p. 263, 19 iamque reprehensionis praeceptis datis redit ad confirmationis modos *Christ coni.*

p. 270, 14 *lectio a nobis recepta* inducendus est *satis aperte in rasura codicis D dispicitur.*

p. 290, *adn. ad v. 36. Adnotatio Capperonnerii delenda est.*

p. 294, 36 *voc.* Scriptum *in lemmate videtur ex dittographia ortum esse; cf. v. 35.*

p. 298, 23 *fort.* quam in illa, quae imperat

p. 298, 36 *fort.* adversariorum vel iniustam vel obscuram vel ambiguam ratiocinatione colligi *etc.*

p. 315, 12 existimat *L. Spengelius in Mus. rhen. XVIII, p. 503 n. 24; de loco p. 320, 10, quem in verborum contextu emendavimus, et de illo p. 320, 18, quem in adnot. tentavimus, idem vir doctus nobiscum consentit ibid p. 505.*

p. 316 *in adn. ad v. 24 l.* figuras materiarum

p. 379, *in adn. adde ad v. 31:* utra *nos*: utrum *Cv*

p. 382, 28 *post* quaestiones *nonnulla videntur deesse.*

p. 385, 6 *eius loco quod est in C* liceat *scribendum est* licet

p. 402, 30 detraxeritis [inpie] *Vahlen*

p. 402, *in adn. ad v. 30 l.* generis — — *Ianus*: generi *Cv*

p. 405, 21 sq. *Lectionem codicis Victoris et Bambergensis Quintiliani ita defendit Christ, ut anacoluthon statuat; cum enim oratio ita procedere deberet:* Qui non recipiet condicionem, et a multis contemni iuris iurandi metum dicet —, et eum, qui nullo deferente iurare sit paratus, ipsum velle *etc., in altero membro partitionis ita continuata est:* eum vero qui etc.

p. 412, 4. *Exemplum, quo utitur rhetor* ‘nisi vero *usque ad* iura permiscuit’ *(v. 15) litteris diductis describendum erat; nam manifestum videtur ex vetere oratore sumtum esse.*

p. 457, 14 non sit pugna de lege, sed de facto: cui accedit lex, si confessus de facto tunc contra legem f. v. *Christ coni.*

p. 460, 29 apparet *Christio hic delendum et infra v. 31 sic scribendum videtur:* hic illud iudicabile apparet versari, idque esse quod — — perpendat: at posse *etc.*

p. 466, 2. *De definitione* differentiae, *quae h. l. paulo obscurius expressa est, cf. Mart. Cap. lib. IV, §. 348 ed. Kopp.*

p. 471, 14 *fort.* metus vero excitari, *sc.* potest *cf. v. 12.*

p. 473, 21 *fort.* Et item possumus ab omnibus sensibus mutuari, ut ab oculis ‘luce libertatis et odore legum’, et ab ore ‘silent leges inter arma’, et a gustu *etc.*

p. 519, 6. *Quae intercidit* exoches *descriptio, suppleri potest ex Claudii Sacerdotis lib. I, §. 187 p. 46 in Anall. gramm. Endlicheri p. 46.*

p. 537, 10 *rectius videtur* Calidium

p. 568, 22 *vide ne sit scribendum:* Laudabitur idem ab institutione quam plurimam curam in facundia et dicendi studio posuisse: probet a prima pubertate et gloria et forensis praestantia consecuta.

# INDEX SCRIPTORUM.


Aeschines orator 452, 33
adv. Ctesiph. 66, 77. 389, 23. 443, 14
Aeschines Socraticus 240, 23
Aesopus 115, 28. 489, 11. 551, 9
Alexander Numenius 38, 2
Apollodorus rhetor 140, 7
Aquila Romanus 38, 1
Aquilius 371, 3. 448, 38
Archilochus 551, 5
Aristobulus? *(cf. adnot.)* 11, 6
Aristoteles 6, 3. 11, 6(?). 174, 21. 38. 175, 9. 177, 28. 35. 183, 32. 219, 17. 228, 29. 42. 232, 6. 240, 12. 244, 23. 245, 12. 258, 40. 259, 1. 300, 39. 410, 3. 507, 9. 575, 13. 577, 37. 578, 33. 579, 8. 10. 583, 12. 35. 597, 6 sqq.
rhet. III, 12 31, 35
Atratinus orator 124, 26
Auctor ad Herrenium IV, 26 584, 3. IV, 44 577, 29
Augustinus 614, 31
Brutus 577, 16
Caecilius comicus 43, 29
Caesar pro Bithynis 40, 24
eius Anticatones 463, 22
Calvus in Vatinium 35, 5. 366, 6. 520, 27
Cassiodorius de dialect. (p. 547 sq. ed. Garet.) 465, 1 sqq.
Cato 203, 27. 324, 2. 374, 17. 389, 21
apud Athen. 40, 8
Orig. 588, 33
de re Floriana 111, 21
de re rust. V, 8 122, 13
de rhetor. 308, 25
in Thermum 43, 25
fragm. inc. 41, 23. 24. 374, 17. 448, 3
Celsus rhetor 121, 10
Charisius orator 7, 26. 15, 20. 19, 20
Charisius Sosipater 580, 21. 581, 18
Charmadas philos. et rhetor 129, 8
Cicero 31, 26. 32, 24. 37, 28. 306, 28. 315, 10. 323, 13. 324, 2. 26. 358, 22. 365, 19. 441, 1. 452, 17. 453, 29. 498, 7. 507, 10. 562, 33. 581, 17 in epistolis notis usus est 448, 9
libri rhetorici
de Invent. p. 155 — 304. 595 — 606
I, 2, 2 sqq. = 525, 27 sqq.
7, 9 526, 24
8, 10 455, 13
9, 12 500, 17. 512, 33
11, 14 379, 1
11, 16 497, 16. 510, 6
12, 17 497, 18. 528, 12
15, 20 534, 27. 535, 18
16, 22 sq. 534, 32 sqq.
20, 28 sq. 535, 38 sqq.
22, 31 419, 6 sqq. 536, 19 sqq.
22, 32 419, 29 sqq.
24, 34 231, 35 sqq. 537, 3
34—43 593—595
35 sq. 537, 13 sqq.
26, 37 308, 6
26, 39 308, 27. 309, 6
29, 44 sq. 539, 13 sqq.
29, 46 408, 14. 539, 29
31, 51 sq. 408, 17 sqq. 540, 4 sqq.
32, 53 sq. 408, 29 sqq. 540, 31 sqq.
34, 57 409, 17
34, 58 sq. 409, 23 sqq. 541, 3 sqq.
35, 61 410, 2
40, 73 sq. 410, 22 sqq.
41, 76 413, 24 sqq.
42, 78 413, 33 sqq. 541, 23
45, 83 414, 9 sqq. 542, 1
48, 89 sqq. 415, 26 sqq.
Cic. libri rhetorici
de Invent.
I, 48, 90 sqq. 541, 27 sqq.
52, 98 542, 15
52 sqq. 429, 16 sqq.
52 sq. §. 100 542, 21 sqq.
55, 106 sq. 543, 9 sqq.
II, 5, 17 sq. 533, 20 sqq.
19 533, 32
8, 25 sq. 534, 6 sqq.
15, 50 429, 12
17, 53 363, 4
21, 62 529, 36 sqq.
23, 69 530, 11 sqq.
24, 72 530, 26
26, 78 530, 35
29, 87 531, 12
30, 91 191, 35. 531, 21
31, 94 sqq. 532, 3 sqq.
34, 104 533, 7
49, 144 528, 37
51, 153 sq. 528, 20 sqq.
53 sq. §. 159 sqq. 548, 24 sqq.
Orator
§. 20 473, 14
57 443, 13
66 580, 41
69 sqq. 439, 4 sqq.
76 sqq. 438, 9 sqq.
77 432, 35
87 428, 16. 438, 27
88 sq. 428, 28 sqq.
93 sq. 474, 11
96 438, 22
137 433, 31
171 578, 40
172 579, 3
174 581, 20
212 577, 7. 579, 14
215 476, 7
216 581, 38
223 579, 17
Brutus §. 32 580, 9
de Oratore 156, 27
I, §. 12 420, 25
15 443, 27

Cic. rhet. De orat.
I, §. 18 137, 16. 440, 12. 545, 37
20 374, 11
51 443, 32
63 374, 14
94 444, 36
132 442,18. 546,37
150 sqq. 443, 34 sqq. 444, 14
157 445, 28
II, §. 17 440,6. 441,18. 447, 27
88 444, 34
288 444, 29
301 444, 11
304 sqq. 444, 21
III, §. 41 441, 20
53 445, 3
150 431, 27
155 sqq. 431, 30 sqq.
163 432, 5 sqq.
164 473, 26
171 432, 32
173 580, 27
182 577, 34
184 580, 3
190 578, 14
198 578, 36
213 440, 32
Orationes
Topica §. 46 467, 14
de rege Alexandr. 115, 3. 118, 3. fragm. 26, 16. 478, 23
p. Archia 151, 4
p. Balbo §. 45 443, 26
p. Caecina 107,30. 113,24. 193, 25
§. 1 27, 27. 479, 14
23 427, 19
24 31, 14. 396, 33
31 396, 35
38 40, 3
45 401, 6. 29
46 401, 27
55(?) 402, 23
84 400, 22
88 400, 1
p. Caelio 426, 21. 439, 36. 463, 30. 521, 1. 558, 4
§. 2 602, 32
4 42, 10
18 124, 26
20 369, 27
22 250, 14
32 40, 16. 435, 8
33 23, 25. 72, 19. 360, 27
34 403, 27
36 435, 8
67 124, 9
72 73, 6
80 471, 20
in Catil. 227, 24. 558, 2
Ciceronis orationes in Catil.
I, §. 1 44, 9. 72, 21. 439, 23. 581, 12
2 475, 12. 499, 21. 517, 23
3 227, 26. 469, 6. 9. 481, 12
8 518, 22
9 74, 3. 75, 13. 28. 112, 1. 471, 23. 520, 2
10 45, 18. 518, 23
12 367, 23
14 74, 28
17 368, 10
18 72, 18
19 474, 10
27 522, 3
28 74, 23
31 467, 13
33 45, 22
II, §. 1 439, 22
3 73, 10
9 72, 25
10 452, 30
25 518, 8
III, §. 1 521, 23
2 469, 13
IV 435, 17
IV, §. 1 149, 20
11 73, 25. 471, 17
in Clod. et Cur. 38, 8. 39, 8
p. Cluent. 220, 37. 226, 8. 318, 12. 358, 27. 396, 7. 404, 11. 407, 5(?). 426, 32. 428, 20. 439, 3. 472, 14. 601, 4
§. 1 42, 20. 198, 14. 601, 15. 603, 24
4 25, 13. 75, 4. 478, 8
5 76, 5
7 42, 22
14 427, 17
21 362, 16
27 123, 21
58 39, 17
64 42, 25
70 44, 5. 361, 21
81 42, 24
96 76, 31
111 39, 14
138 44, 27. 251, 35
p. Cornel. 118, 2. 366, 5. 428, 13. 439, 2. 455, 20. 472, 8. 602, 27
fragm. 26, 30. 123, 18. 598, 33
ex or. I 417, 19. 468, 16. 602, 13. 16. 604, 18.
or. II 25, 15. 478, 9. 579, 34
Ciceronis orationes
p. Deiot. 110, 26
§. 2 470, 12
8 43, 7
15 468, 14
de domo sua 198, 4
§. 1 596, 8
4 605, 20
13 28, 7. 479, 24
22 41, 3
24 473, 29
34 24, 29
47 40, 15
p. Flacco 423, 10
§. 1 520, 23. 605, 1
72 44, 20
p. Fonteio 400, 12. 423. 10
fragm. 33, 14. 397, 18. 482, 2
p. Fundanio 39, 9
p. Gallio 23, 12. 436, 22
de Harusp. resp. 403, 1, 3
de imp. Cn. Pomp. 114, 15. 438, 27. 572, 17
de lege agr. 389, 21
I fragm. 36, 8
II, §. 22 33, 20. 482, 5
53 26, 5
86 36, 5. 482, 24
p. Ligario 381, 35. 438, 22
§. 1 24, 23. 38, 7. 478, 2. 604, 32
2 75, 26. 425, 13. 438, 2
4 425, 15
7 46, 18
8 72, 4
9 369, 7
10 46, 19
11 476, 22
19 518, 24
27 46, 27
p. Marc. §. 6 sq. 397, 35
c. cont. Metelli 149, 15. 398, 12. 518, 26
p. Milone 101, 16. 111, 24. 193, 42. 208, 13. 221, 14. 32. 246, 7. 318, 4. 320, 24. 346, 25. 358, 24. 359, 27. 361, 3. 365, 20. 377, 12. 387, 21. 404, 11. 418, 20. 426, 10. 454, 28. 455, 16. 19. 456, 11. 457, 31 sqq. 459, 5. 460, 35. 472, 5. 521, 9
§. 1 28, 1. 439, 27. 479, 20. 516, 10. 602, 17. 26
2 475, 6
5 600, 21. 605, 6. 33
6 600, 19
7 46, 12. 605, 16
8 44, 18

Ciceronis orationes
p. Milone
§. 9 420, 35. 437, 36
10 473, 22. 476, 16
11 420, 36
24 323, 11
25 323, 25
26 361, 26
29 427, 15
30 416, 35
32 246, 8
33 76, 11
41 499, 29. 512, 10
43 361, 28
44 362, 4. 401, 15. 468, 2
54 26, 7. 478, 19
59 519, 7
61 34, 28. 482, 15
65 369, 26
69 43, 14
72 24, 27. 27, 13. 75, 23. 365, 26. 479, 10. 520, 29
79 499, 19. 512, 1
85 443, 2
92 368, 3
p. Murena 26, 21.
§. 22 47, 22. 64, 20
23 75, 10
46 31, 5
80 42, 31
83 403, 23
p. Oppio 110, 24. 366, 3
Phil. I 464, 24
§. 1 604, 12
15 37, 3
17 468, 26
18 467, 7. 10
II, §. 1 499, 26. 512, 8
18 360, 26. 368, 9
42 75, 5
53 31, 18
55 228, 26. 467, 12
58 124, 18
63 403, 26
76 40, 5
101 473, 13
III, §. 14 467, 23
IV, §. 8 519, 5
in Pis. §. 10 469, 15
20 474, 3
59 72, 13
fragm. 123, 2
p. Quinctio 113, 24. 488, 10
§. 11 201, 25
31 43, 22
36 sqq. 488, 1 sqq.
52 365, 9 sqq.
53 41, 11
54 41, 15. 21
55 24, 2. 39, 28
79 223, 4
80 360, 18 sqq.
85 363, 20 sqq.
p. Rab. perd. §. 18 46, 21
18 sq. 46, 6
Ciceronis orationes
p. red. ad Quir. 404, 35. 403, 2
p. Rosc. Am. 110, 21. 204, 6. 226, 13. 229, 18. 377, 12. 454, 18. 463, 31. 600, 35
§. 2 73, 18
7 74, 20
10 470, 9
15 323, 15
17 112, 25
18 269, 37
24 47, 10
34 44, 22
35 114, 11. 210, 6
37 221, 26
46 71, 14
63 269, 38
72 477, 17
86 467, 25
93 226, 15
98 26, 10. 75, 17
131 45, 10
144 25, 9. 43, 8
p. Scauro 454, 26. 463, 33. 601, 6. 603, 30
§. 25 47, 30. 123, 26
fragm. 30, 1 (?). 150, 15. 357, 11. 360, 12. 14. 362, 8. 480, 13 (?). 579, 24
p. Sestio §. 102 26, 18
p. Sulla 358, 15
§. 1 605, 27
46 42, 4
p. Tullio 107, 30. 397, 8
§. 21 472, 36
52 40, 21
fragm. 209, 24 sqq. 397, 9 (?). 402, 21. 419, 24. 27. 604, 27
p. Vareno 358, 27. 369, 22 sq. 426, 15
Verrinae 157, 4. 193, 5. 209, 34. 357, 1. 399, 7. 439, 2. 463, 33. 472, 10
in Caec. 117, 36. 193, 13. 230, 30
§. 1 157, 22. 422, 29. 520, 17
2 366, 14. 470, 14. 605, 14
5 230, 23
6 600, 29
8 76, 24
10 209, 40
21 45, 32
27 306, 35
30 76, 18
32 412, 33
37 41, 9
41 170, 11
43 200, 41
46 599, 13
Ciceronis orationes
Verrinae
§. 51 477, 27
55 201, 32
57 39, 25. 26
Act. I, §. 2 471, 6
32 74, 9
36 197, 20
42 471, 6
47 471, 15
Accus. I, §. 9 365, 31. 366, 9. 369, 1
10 71, 10. 366, 11
21 289, 30
22 47, 3
27 201, 38
34 209, 18
36 233, 25
40 42, 32
67 47, 12
69 47, 13
70 47, 24. 201, 40
109 468, 7
121 39, 21. 22
122 123, 20
127 469, 1
142 44, 6
II 397, 25
II, §. 2 467, 1
26 32, 28. 468, 19. 481, 27
27 28, 10. 479, 27
78 74, 12
108 72, 32
150 233, 18
154 473, 9
III, §. 7 471, 8
9 471, 11
28 35, 13. 482, 21
40 74, 1. 459, 27
43 475, 19
214 467, 16
IV 428, 12
IV, §. 5 41, 2
11 264, 17
12 261, 18
14 412, 32
29 475, 2
39 202, 39. 368, 16
48 72, 39
110 475, 15
123 362, 10
V, §. 4 73, 28
27 73, 22
82 367, 29
86 436, 20
91 123, 14. 364, 18

Ciceronis orationes
Verrinae
Acc. V, §. 92 364, 21. 23
98 364, 24. 368, 13
99 364, 29. 367, 21
100 365, 1 sqq.
118 366, 27. 29. 369, 12. 427, 2. 470, 32
119 45, 25. 366, 30
121 367, 2
126 367, 3
146 45, 3. 399, 35
160 473, 22
162 475, 22
163 473, 23
166 368, 19
170 367, 27
171 368, 24
incert. fragm. 4, 31. 23, 10. 30, 1. 31, 8. 39, 12. 42, 30. 73, 12. 215, 21 (?). 216, 17 (?). 361, 24 (?). 362, 13 (?). 362, 19. 365, 15. 397, 8 (p. Tullio?). 475, 13. 475, 17 (?). 476, 17. 481, 9. 521, 13 (?). 599, 5
epistolae 447, 34. 448, 33
ad Attic. et Axium 448, 5
(ad Octav. §. 7) 602, 6
scripta philos.
Acad. I, §. 25 473, 6
II, §. 122 475, 14
M. Cato 463, 21
Hortensius 454, 20
de offic. 571, 22
de re publ. 156, 5. 582, 10 (?)
Tuscul. V, §. 29 473, 14
38 122, 12
fragm. inc. libr. 43, 30. 123, 2. 581, 15
Cleochares 4, 13. 7, 18
Corax 258, 37. 453, 4
Cornificius IV, c. 36 46, 17
Cornutus 60, 11
Corvinus orator 453, 10
L. Crassus 579, 17. 21
Daphnis orator 9, 24
Demetrius Phal. 4, 7. 20, 5
Demochares 4, 17. 12, 1
Democrates rhetor 146, 26
Democritus 581, 6
Demosthenes 17, 22. 29, 27. 31, 26. 32, 24. 34, 19. 37, 28. 440, 32. 443, 15. 553, 19. 576, 19. 577, 15. 21. 582, 34 eius libri idiotici 151, 2
adv. Androt. 389, 22
Demosthenes
de cor. 423, 13
§. 1 577, 15. 24
3 24, 10
18 26, 28
42 13, 7. 66, 89.
130 10, 6. 69, 152
179 34, 23. 66, 65
265 64, 23
311 70, 170
in Lept. §. 93 560, 4
in Mid. 396, 20. 26
in Phil. II, §. 19 25, 6
III, §. 17 577, 17
fragm. 4, 1. 6, 22. 10, 11. 20. 26. 12, 14. 14, 16. 17, 23. 25. 20, 24
Dinarchus 9, 17. 15, 2 (?). 19, 24. 21, 22
Diomedes 577, 22. 580, 21. 581, 18
Domitius Afer 437, 22
Donatus 517. 20. 581, 19
Ennius 610, 20 (?)
Alcum. 8, 18
Androm. 578, 11
Ann. 202, 28. 474, 28
Iphig. 41, 30. 47, 18
Medea 415, 33
Sat. 402, 30
Ephorus 579, 5. 581, 16. 583, 36
Epicharmus 553, 24
M. Erucius 149, 25
Eusebius rhet. 581, 18. 598, 20
C. Fannius histor. 203, 28
C. Fannius orator 402, 11. 413, 6 et 8 (?). 578, 12
Fortunatianus 495, 11. 496, 11. 498, 17. 29. 500, 24
Fronto 453, 1
Gorgias Athen. rhetor 18, 15
Gorgias Leontinus 29, 24. 174, 27. 259, 33. 507. 9. 581, 16. 30. 35
Gracchi 453, 1
C. Gracchus 149, 24. 389, 21. 443, 3. 517, 31
Gregorius Magnus 610, 25. 618, 5
Hegesias orator 6, 16. 8, 6. 13, 12. 18, 7
Hermagoras 26, 26. 89, 29. 97, 26. 101, 7. 138, 15. 20. 29. 140, 7. 9. 141, 12. 15. 142, 15. 21. 26. 143, 2. 11. 144, 24. 145, 3. 148, 30. 175, 15 sqq. 176, 3, 33 sqq. 182, 30—189. 192, 24 sqq. 254, 22. 255, 39. 259, 34. 371, 3. 448, 37. 455, 22. 458, 29. 507, 10
Herodotus I, 66 63, 6
Hesiodus 551, 5
Opp. et d. 287 553, 23
Hieronymus rhetor 581, 17
Hieronymus 610, 26. epist. ad Paul. Urbicam 511, 13. ad Rusticum 520, 8
Homerus 423, 5. 562, 17
Il. I, 28 70, 185
II, 24 553, 29
III, 2 69, 159
XI, 654 452, 27
XV, 11 69, 165
Horatius 551, 5
carm. I, 4, 4 473, 12
epist. I, 1, 94 52, 13
serm. I, 5, 23 70, 179
10, 20 40, 1
Hortensius 484, 32. 599, 13
Hyperides 5, 6. 11, 15. 19. 13, 9. 15, 13. 17, 14. 18, 19. 20, 14. 518, 30
Isidorus orator 20, 2
Isocrates 28, 25. 29, 26. 258, 40. 452, 33. 553, 11. 576, 25. 579, 4. 580, 10. 29. 581, 16. 26. 32
de pace §. 10 21, 9
fragm. 21, 15
Livius 486, 17. 589, 2
Lucilius 45, 11. 28. 46, 2. 62, 18. 124, 8
Lucretius 176, 15. 222, 35
V, 864 70, 181
Lycon 16, 3
Lycurgus 14, 17 sq.
fragm. 4, 21. 6, 9. 9, 1. 11, 1. 18, 15. 21, 4
Lysias 151, 3. 452, 33
fragm. 8, 23. 9, 31. 12, 5. 14, 2. 21. 17, 5. 8. 18. 18, 4
Marcomannus 98, 27. 173, 25. 299, 15. 341, 27. 371, 4. 448, 38
Metrodorus Scepsius 129, 8
Monachus rhetor 500, 25
Myron 11, 29. 12, 25
Naucrates 579, 5. 580, 31. 581, 15
Oratores incerti 4, 28. 5, 12. 8, 9. 15. 13, 26. 18, 26. 31. 19, 6. 10. 14. 30, 15. 30, 24. 30. 32, 3. 4. 10. 19. 21. 33, 3. 26. 29. 34. 36, 17. 482, 29. 38, 8. 16 (?). 72, 8 (?). 361, 24 (Cicero?). 362, 13 (Cicero?). 399, 21 (cf. ad p. 413, 6 et 8). 399, 25. 399, 30 (?). 401, 36 (?). 402, 2 (?). 402, 8. 16. 402, 25 (?). 412, 4—19. 413, 6 et 8 (G. Fannii?). 437, 27. 469, 26. 469, 30 (?). 480, 35 (?). 521, 5. 521, 13 (Cicero?). 521, 31
Ovidii Heroid. 5, 149 520, 9
Metam. 2, 53 520, 14
Pacuvius 202, 21

Persius I, 60 56, 19
I, 122 58, 10
Petronii sat. 108 520, 1
Plato 5, 27. 156, 2. 215, 30. 454, 7. 552, 40. 581, 6. 597, 5 sqq. 598, 16
Gorg. 138, 19. 597, 8
Plautus Asin. I, 1, 3 43, 12
Trucul. I, 1, 76 58, 19
Plinius 453, 1
poetae incerti fragm. 15, 8. 50, 32. 474, 24. 519, 20
poeta tragicus inc. 253, 11. 414, 13
Pompeius Messalinus 582, 32
Probus 581, 18. 583, 31
Pytheas orator 8, 3. 9, 10
Quintilianus 498, 10. 15. 501, 39. 507, 10. 581, 18. 590, 9. 598, 18
I, 2, §. 18 445, 8
18 sq. 445, 25
22 445, 7
6, §. 18 122, 10
11, §. 3 441, 34
4 441, 5
8 441, 35
9 sqq. 442, 14 sqq.
II, 4, §. 6 444, 33
7 444, 31
8 444, 32
5, §. 7 sq. 430, 32
7, §. 1—3 440, 18
10, §. 4 445, 29
12, §. 3 501, 10
13, §. 8 501, 16
18, §. 1 sq. 501, 17
20, §. 3 sq. 445, 40
7 501, 24
III, 2, §. 3 501, 28
5, §. 1 501, 31
2 501, 33
6, §. 30 376, 27
8, §. 15 501, 36
22 501, 38
IV, 1, §. 1—3 501, 41 sqq.
5 sq. 421, 33. 502, 7
13 sq. 421, 36 sqq.
16 422, 6 sqq.
20 422, 14
26 sqq. 422, 15 sqq.
28 502, 12
33 sq. 422, 32 sqq.
44 422, 25
49 422, 28
52 421, 20
54 422, 30
55 sqq. 423, 17 sqq.
71 423, 31 sqq.
Quintilianus
IV, 2, §. 6—8 425, 27 sqq.
20 sqq. 425, 34 sqq.
24 sqq. 426, 9 sqq.
33 502, 17
41 502, 21
44 502, 23
55 502, 25
71 426, 22
76 435, 19
83 426, 24. 502, 28
87 426, 28
104 426, 30
109 sq. 425, 13
116 sqq. 427, 2 sqq.
128 sq. 502, 28
132 427, 21
3, §. 4—13 427, 24 sqq.
12—15 502, 33
14 sq. 429, 2 sqq.
17 429, 9
4 416, 30 sqq.
5, §. 1 417, 29
4—8 417, 31 sqq.
14—22 418, 13 sqq.
V, 1, §. 2 sq. 403, 28
2 404, 7 sqq.
3 404, 30 sqq.
4 404, 35 sqq.
5 405, 8 sqq.
6 406, 16 sqq.
7, §. 1—8 406, 4 sqq.
33—37 406, 26 sqq.
9, §. 13 503, 1
10, §. 16 503, 4
54 398, 3 sqq.
55—60 389, 15 sqq.
64 399, 2 sqq.
94 503, 8
95—99 403, 13 sqq.
122 sq. 407, 10 sqq.
125 407, 18
13, §. 53 503, 9
14, §. 13 410, 15
20—23 415, 7 sqq.
25 410, 10
30 411, 25. 503, 11
33 420, 22
34 sqq. 420, 34 sqq.
VI, 1, §. 1 503, 13
Quintilianus
VI, 2, §. 8 sqq. 503, 20
16 503, 27
3, §. 23 503, 29
4, §. 10 503, 31
VII, 1, §. 5 sqq. 376, 1—15
40 503, 34
2, §. 1 503, 36
6, §. 5 384, 17
6 384, 12
7 sq. 384, 18 sqq.
8, §. 2 378, 11
3—8 378, 25 sqq.
9, §. 1 504, 3
VIII, 3, §. 56 sqq. 436, 6 sqq.
64 sqq. 436, 18 sqq.
5, §. 2—4 437, 18 sqq.
7 sq. 437, 30
21 436, 14
IX, 2, §. 65 sqq. 434, 7 sqq.
75 434, 31
76 sq. 435, 1
93 sq. 435, 25 sqq.
3, §. 1 435, 35
4 436, 2
4, §. 63 577, 14
73 577, 17
97 577, 19
XI, 2, §. 36 sq. 440, 24
3, §. 28 sq. 441, 37 sqq.
41 sq. 442, 10
57 sqq. 443, 5 sqq.
58 443, 15
81 442, 19
85 442, 21 sqq.
104 442, 31
114 sqq. 442, 32
XII, 5, §. 1—4 445, 10 sqq.
Regulus (?) 453, 1
Sallustius Cat. 1 160, 33
2 554, 23
3 588, 34
4 203, 25
10 38, 3
Hist. I, 62, 14. 158, 17. 21. 27. 203, 27. 205, 30. 250, 18. 582, 28
III, 476, 19. 513, 27 et 519, 11 (?)
fragm. inc. 57, 10
Scipio Africanus minor 517, 25. 518, 3
Serenus poeta 476, 4
Servius 581, 19

Simonides 129, 4. 483, 16
† Sosantius 453, 1
Sosicrates orator 7, 1. 19, 1
Stratocles 7, 9. 21, 20
Tacianus rhetor 371, 4. 448, 38
Terentianus 581, 18
v. 1439 sqq. 582, 13
Terentius 235, 16
Adelph. I, 1, 30 469, 4
I, 1, 35 203, 3
II, 2, 8 261, 20
III, 3, 30 43, 15
Andria 208, 33
I, 1, 24 202, 30. 424, 10
I, 1, 41 200, 12. 437, 29. 499, 24. 512, 5. 513, 25. 519, 9. 554, 3
I, 1, 83 469, 11
I, 1, 115 467, 21
I, 3, 13 51, 25. 75, 14
II, 2, 28 251, 1
III, 5, 15 76, 2
V, 4, 31 475, 25
unuchus 249, 36
I, 1, 1 44, 1
III, 2, 35 74, 6
Heaut. II, 3, 115 51, 27
III, 3, 2 44, 10
Hec. I, 1, 2 475, 29
I, 2, 4 58, 18
Phorm. II, 3, 5 32, 13. 481, 21
Testamentum vetus
Amos 1, 2 611, 33
2, 13 612, 8
Cant. c. 5, 10 617, 1
6, 8 615, 19
8, 5 615, 11
Ecclesiastes
6, 9 610, 16
7, 5 610, 17
Ecclesiasticus
33, 15 518, 18
45, 1 613, 19
Exod. 25, 26 612, 13
26, 9 612, 14
Ezech. 1, 1 608, 11
11, 19 611, 34
18, 10 610, 29
11 610, 30
Genes. 4, 4 526, 28
6, 7 612, 6
19, 25 616, 12
24, 20 612, 31
27, 36 537, 12
37, 3 617, 15
28 616, 36
49, 9 617, 10
Ierem. 2, 1 609, 7
Iesai. 1, 4 610, 4
5, 7 609, 35
11, 1 616, 33
40, 1 609, 24
40, 12 612, 3
51, 9 613, 7
Testamentum vetus
Iesai. 51, 17 609, 25
Iob 4, 10 613, 34
5, 8 614, 16
7, 20 613, 17
39, 24 613, 34
Ioel 3, 16 612, 2
Levit. 26, 36 615, 29
Psalm. 2, 1 611, 16
2 609, 1
5 612, 5
8, 9 611, 30
12, 7 615, 21
15, 2 608, 17
17, 8 612, 1
19, 3 609, 27
22, 6 609, 31
19 608, 9
24, 5 614, 13
27, 1 609, 11
3 608, 27
29, 4 609, 16
41, 3 611, 11
54, 3 611, 6
58, 5 610, 12
66, 2 611, 15
68, 12 614, 35
14 614, 29. 616, 5
15 610, 38
76, 4 612, 15
78, 1 608, 31
45 608, 35
80, 2 613, 16
83, 2 609, 21
84, 5 617, 35
87, 1 608, 7
98, 4 610, 28
106, 6 610, 6
118, 26 610, 11
122, 2 609, 5
128, 2 612, 1
139, 9 611, 28
145, 6 608, 22
147, 12 617, 37
149, 7 608, 31
Reg. I (III), 7, 26 612, 15
18, 27 615, 36
Sam. I, 6, 18 613, 1
10, 12 616, 16
16, 12 616, 38
17, 37 611, 27
22, 7 613, 11
II, 1, 23 615, 28
15, 31 527, 2
Threni 4, 8 615, 29
Zach. 8, 2 612, 6
11, 1 611, 30
12 616, 37
Testamentum novum
Matth. 6, 26 618, 20
11, 30 550, 20
13, 31 618, 14
21, 9 613, 15
4, 28 617, 23
26, 48 613, 13
Testam. novum
Matth. 26, 50 615, 40
27, 42 616, 23
Luc. 12, 35 617, 18
17, 31 618, 22
20, 35 618, 12
Ioh. 1, 14 613, 25. 618, 11
2, 19 617, 30
3, 14 618, 15
4, 35 615, 31
5, 2 612, 20
19, 26 613, 14
42 613, 27
Acta ap. 4, 26 609, 3
13, 22 612, 4
24 527, 5
27, 37 613, 26
ep. Pauli ad Rom.
1, 26 614, 6
11, 36 610, 37
ad Cor. I, 3, 16 617, 31
13, 8 608, 25
II, 5, 1 614, 3
ad Gal. 2, 8 614, 18
4, 22 616, 30
5, 12 616, 28
ad Ephes. 4, 31 608, 15
ad Phil. 3, 3 609, 32
4, 4 609, 20
ep. Petri II, 2, 22 616, 10
ep. Iac. 5, 17 618, 18
Theodectes 579, 9. 583, 35
Theodorus Byzantius rhetor 101, 7. 141, 15. 142, 22. 27. 144, 18. 486, 31. 581, 16
Theophrastus 6, 1. 244, 23. 410, 3. 576, 42. 579, 11. 580, 3. 581, 17. 583, 35
Theopompus 576, 24
Thrasymachus 581, 15. 27
(Timarchus *falsa lectio pro* Dinarchus 21, 22)
Tisias 258, 37. 453, 5
Varro 170, 25. 581, 18
Vergilius 165, 39. 342, 30. 423, 5
Aen. I, 1 590, 16.
11 519, 19
13 76, 13. 563, 5
37 437, 36
41 75, 1
47 57, 29
65 563, 7
67 56, 14
71 56, 2
115 474, 10
118 71, 7
135 24, 13. 74, 31. 521, 12
148 239, 8
149 56, 26
150 43, 24
159 73, 4
172 563, 30

Verg. Aen.
I, 178 55, 8
203 55, 28
212 56, 22
234 224, 7
242 239, 12
250 73, 15
251 58, 16
257 519, 26
267 55, 18
307 56, 32
315 558, 28
320 55, 22
349 52, 21
378 605, 11
399 51, 31
427 53, 34
430 473, 11
440 76, 12
494 55, 16
516 53, 9
522 563, 17
524 563, 17
527 57, 23. 563, 18
566 158, 27
589 228, 12. 239, 5
597 508, 16
605 508, 15
607 508, 18
664 66, 78
726 473, 2
II, 22 55, 6
29 53, 23. 71, 5
55 54, 23
57 55, 27
74 602, 9
77 60, 17. 602, 4
104 602, 1
143 606, 5
223 228, 15. 239, 5
258 48, 2
262 517, 12
354 54, 3. 553, 41
355 437, 9
379 45, 8
402 553, 37
413 475, 26
434 53, 14
435 76, 20
486 47, 8
535 43, 3
602 50, 35
638 51, 18
719 57, 25
729 55, 14
III, 29 437, 2
56 519, 22. 554, 1
181 51, 11
183 474, 20
248 217, 1
251 52, 25
255 43, 19
435 50, 26
480 218, 25
490 44, 31
539 49, 34

Verg. Aen.
III, 545 57, 20
600 43, 10
602 60, 19
IV, 9 60, 24
13 468, 27
38 56, 11
93 62, 1
174 554, 7
203 54, 36
223 519, 18. 562, 27
314 43, 11. 468, 22
369 49, 31
373 519, 17
377 61, 16
379 38, 5
381 45, 17. 519, 28
529 55, 1
534 44, 3
558 521, 20
603 61, 1
669 45, 1
V, 189 47, 1. 224, 15
262 58, 4
309 57, 21
313 56, 5
446 52, 1
588 520, 11
781 563, 9
866 474, 19
VI, 180 49, 3
202 58, 15
218 56, 24
247 52, 5. 57, 32
351 56, 13
353 56, 7
365 519, 25
495 50, 9
673 563, 12
687 563, 11
697 58, 7
834 59, 12
VII, 20 57, 12
45 197, 39
293 563, 27
294 563, 28
302 563, 29
335 469, 2
359 563, 9
518 437, 4
563 73, 1
633 71, 3
VIII, 112 519, 23
127 48, 15
135 57, 2
185 563, 10
217 56, 12
236 57, 16
314 160, 26
364 520, 4
374 563, 11
396 52, 18
560 519, 31
IX, 8 48, 23
26 55, 7
140 61, 3

Verg. Aen.
IX, 144 239, 14
163 55, 34
246 55, 5
255 55, 2
325 56, 5
414 51, 13
427 50, 17
474 56, 34
478 55, 23
525 56, 17
593 55, 18
596 55, 24
599 61, 26
X, 20 605, 34
36 74, 26
39 606, 1
44 61, 24
68 74, 15
72 61, 21
74 61, 8
94 55, 15
331 52, 32
421 45, 21
592 62, 8
624 224, 17
691 50, 11
740 58, 15
XI, 14 563, 11
45 54, 9
49 54, 12
53 54, 15
73 55, 8
124 562, 8
230 57, 22
243 562, 27
328 52, 35
358 50, 28
383 39, 6
416 55, 9
502 302, 22
690 53, 18
872 51, 29
XII, 2 590, 14
4 228, 16
5 70, 180. 76, 15
36 473, 11
84 47, 29
97 58, 7
152 224, 19
161 48, 7
197 53, 3
359 62, 5
458 53, 35
606 55, 23
640 52, 4
680 58, 1
700 58, 15
916 58, 6
931 563, 6. 601, 35
933 41, 26

Verg. Ecl.
II, 26 61, 32
63 52, 27
69 50, 16
III, 8 40, 14

Verg. Ecl.
III, 17 44, 12
21 40, 28
25 42, 2. 61, 29
53 603, 14
79 50, 14
80 53, 25
82 53, 28. 58, 22
IV, 7 598, 12
26 598, 16
58 51, 20
V, 2 57, 9
45 58, 24
47 58, 8
VI, 15 55, 25
20 50, 6
30 48, 5
VII, 70 54, 5
VIII, 1 49, 21
41 249, 37
48 601, 8
IX, 27 51, 3
Verg. Ecl.
IX, 45 55, 29
X, 42 49, 28
72 50, 3
Verg. Georg.
I, 74 56, 4
188 57, 14
289 49, 38
299 520, 6
308 76, 9
461 53, 5
II, 4 49, 16
161 62, 21
170 54, 22
193 57, 8
299 520, 7
323 49, 37
495 60, 2
519 49, 7
III, 28 58, 12
47 50, 21
Verg. Georg.
III, 89 44, 26
147 55, 17
238 58, 13
383 57, 21
512 51, 6
IV, 2 603, 12
3 596, 3
108 52, 6
219 48, 18
271 55, 19
306 50, 24
358 50, 36
447 50, 36
Victor 581, 19
Victorinus 498, 9. 500, 1. 512, 15. 581, 17
Xenocrates 258, 29
Zeno 313, 3. 321, 30. 338, 28. 34. 339, 1. 341, 26. 29. 501, 25.

# INDEX RERUM ET VERBORUM.


Ab initio ad finem } v. s. loci communes
a summo ad imum } argumentorum
abalienatio 378, 20
abdicationum causae 350, 21
Abel 526, 38
abicere = elevare, deprimere (*opp.* augere) 127, 5
abiunctum *fig.* = *διαλελυμένον* 65, 55
ablativus figurate positus 55, 31
abnuentia criminis = *ἀπόφασις*, *quae vulgo* depulsio *dicitur* 144, 2
Absyrtus 552, 27
absoluta qualitas sive constitutio *v. s.* qualitas
absolutio partitionis 211, 4. 419, 34. 536, 28
per abundantiam ambiguitas 99, 29
abusio = *κατάχρησις* 474, 12
abusio nominis 612, 12
Academia 452, 19 Academiae tres 598, 36
accidens (accidentes res, accidentia) quid 183, 38. 211, 38. 466, 7
accidentia 501, 6 acc. personarum 389, 3. 589, 3. acc. rei 388, 40
accipit orationem persona vel res = loquens inducitur 256, 20. 24
accusare *et* petere 175, 3
accusatio mutua = *ἀντικατηγορία* 91, 1. 388, 26
accusativus figurate positus 55, 21
accusatoris officium 533, 16 accusatorum praemia 289, 29
Achilles 513, 27. 519, 1. 556, 24. 37. 39. 558, 7. 19. 562, 17. 588, 3.
Achitophel 527, 3
achromos, species causae asystatae 83, 20. 586, 22
acquiescere = terminari (*opp.* incipere) 7, 9
actio *duplici sensu* 340, 31
actio duplex s. comparativa 91, 16. a. finitiva *v. s. hac v. et s.* finis
actio = pronuntiatio 130, 5. 484, 7. eius partes 484, 10
actiones circumscriptionum 335, 29 ingrati 349, 23 iniustae dementiae 351, 9 iniusti repudii 351, 6
activae positiones (*Θέσεις*) i. e. quae agi possunt 559, 22
actores scaenici 441, 31
actus (causae) 171, 1
acyrologia 516, 29. 519, 9
addubitatio *fig.* = *διαπόρησις* 25, 11. 40, 32. 75, 3. 478, 6
adfabulatio = *ἐπιμύθιον* 552, 7
adfecta 309, 18
adfectatio mala = *κακόζηλον* 436, 5
adfectatum exordium 486, 12
adfectio 218, 11. 219, 27 sqq. 220, 3. 225, 31. 305, 12 sqq. 537, 29. 594, 8 unde dicta 306, 4; adfectionis, studii, habitus, victus differentia 218, 10 sqq. 306, 3 sqq.
adfectus quomodo tractandi sint 364, 8 sqq. eorum species 365, 21. 503, 20 unde trahantur 367, 7 sqq. unde crescant 368, 29 adf. sibi aliquotiens vicini 366, 23 certam sedem non habeat 365, 4 sqq. 366, 26 quando maiorem gratiam habeant 367, 4 quales perorationibus reservandi sint 365, 12 narrationibus interpositi 364, 8 sqq. quomodo iis sit contradicendum 366, 19 adfectus in specie demonstrativa 570, 9
adfectus = loci communes 364, 14
adfictio *fig.* = *παρονομασία*, 51, 32 / *σχέσις* 61, 13
adfirmativae sententiae 520, 5
adhortatio *fig.* = *προτροπή* 46, 30
adiunctum negotio v. s. negotium
adiuvans causa 103, 25
adlegationes iuris 418, 34
adlocutio = *ἠθοποιία* 125, 22. 422, 22. 557, 40 sqq. 561, 2 sqq. adlocutio in narratione 426, 34 adlocutionum species 558, 8. 15 personae 558, 5 proprietas temporum et personarum in iis servanda 558, 12
adminicula = *ἀφορμαί* 141, 21. 142, 10
admirabile (*παράδοξον*) genus causae 196, 14. 109, 5. 316, 25. 30. 497, 29. 510, 32. 535, 20. 600, 34 in eo quem ad modum exordiri oporteat 322, 15. 602, 21
admirativae sententiae 519, 18. 520, 8
adnexio *fig.* = *ζεῦγμα* 48, 24
adnominatio *fig.* = *παρονομασία* 51, 32
adnullare 538, 25
*ἄδοξος* materia s. causa 109, 5. 148, 1. 17. 315, 28. 316, 26. 317, 15. 587, 7; principia in adoxo genere materiae 150, 25

adprobatio pars syllogismi 243, 26 sqq.
adprobatum quid 238, 32
ἀδρόν s. sublime et amplum genus elocutionis 126, 1 sqq.
adsignificatio *fig.* = προσδιασάφησις 70, 184
adsimile = παρόμοιον 568, 127
adstructio 461, 3. 462, 22. 463, 20
adstruere = argumentis fulcire 360, 2. 413, 16
adsumere = extrinsecus ad se defendendum adferre 191, 9
adsumptio = status qualitatis adsumptivae 105, 27. 191, 1
adsumptio s. inlatio inductionis, pars syllogismi 118, 31. 243, 26 sqq. 409, 30. 499, 6. 511, 22 adsumptionis adprobatio 409, 32
adsumptiva qualitas s. constitutio, i. e. ea cum ipsum ex se factum probari non potest, sed aliqua foris adiuncto argumento defenditur 92, 11. 93, 3. 190, 32 sqq. 281, 32 sqq. eius partes 93, 5. 190, 37. 281, 34 *cf. s. v.* qualitas
adversarius quemadmodum in odium, in invidiam, in contemptionem inducendus sit 197, 23 adversarii propositioni quomodo respondendum sit 360, 9 sqq.
adversum s. adversarium argumentum 416, 10. 541, 36
ἀδύνατος, species causarum ἀσυστάτων 83, 24
Aeeta 552, 20 sqq.
Aegyptii 608, 37
Aegyptus 223, 34. 571, 4
Aeneas 342, 31. 556, 39. 562, 19. 568, 1
aenigma 432, 10. 616, 4
aequatum membris = ἰσόκωλον 480, 16
aequeclinatum = ὁμοιόπτωτον 67, 103
aequivoca 590, 17. 591, 3. 20.
aequum 571, 14. 16
Aeschines Socraticus 240, 33
Aeschinus 261, 17
aestimator quis 456, 19. 26. 457, 3. 460, 32
aeternitas 223, 17
aetiologia *et* aetion *v.* αἰτιολογία *etc.*
affectus *et similia v. s.* adf.
Africa 514, 15. 571. 4. 29
Agamemnon 210, 22. 419, 16. 513, 27. 519, 11. 573, 5
aganactesis *fig.* 41, 28
agnomen 215, 2
Ahala Servilius 381, 28
Aiax 464, 19. 573, 4. 587, 32
aientia 143. 29
αἰτία ὁρεκτική et τεχνική 103, 22
αἰτιολογία *fig.* 21, 8. 40, 19. 64, 25. 73, 17. 521, 18
αἴτιον s. causativum litis 82, 6. 144, 24 sqq. 375, 29. 39. 381, 5. 585, 9 αἴτιον ποιητικόν, συνεργητικόν, κωλυτικόν 103, 25 συνεκτικόν 104, 7 αἴτιον αἰτίου 145, 4
Alcibiades 342, 25
Alexander Macedo 11, 6 Alexander tyrannus in Thessalia 529, 2
aliena verba 123, 4
allegoria eiusque species 615, 31. 616, 29
allocutio *v.* adloc.
ἀλλοίωσις 13, 11. 64, 19. 70, 172
ἄλογος controversia 84, 20. 586, 21 ἄλογα πλάσματα s. πλέγματα 84, 3. 146, 2
altercator bonus iracundia careat 503, 31
ambiguitas (ἀμφιβολία), species status legalis, cum quid senserit scriptor obscurum est, ideo quia duas aut plures res significat 97, 27. 99, 19. 143, 21. 290, 20 sqq. 383, 6 sqq. 497, 8. 509, 34. 528, 33 quot modis fiat 99, 19 eius loci 108, 7. 394, 23 eius species 504, 1
ambitio sententiarum 448, 3
ambitus = περίοδος 27, 25. 516, 7. 576, 35. 578, 41
ἀμεταφορητικὸν (?) prooemium 110, 8
amicitia civitis 303, 9
ἀμφιβολία, species status legalis = ambiguitas (*ubi v.*) 143, 21. 383, 2. 461, 7. 504, 3
ἀμφιδιόρθωσις fig. 72, 6
amphidoxae sententiae 520, 13
ἀμφίδοξος materia s. causa 109, 4. 147, 22. 148, 7. 316, 26. 317, 7. 587, 2 in eo causarum genere quae sit principiorum ratio 149, 26
amplificatio causae quot modis fiat 533, 19
amplum genus elocutionis 126, 1. 128, 8
'an sit' quaestio 142, 21. 25. 455, 19. 590, 6.
anacephalaeosis num sit pars orationis 108, 27. 119, 30 pars epilogorum 119, 31. 324, 23. 503, 15 de ea praecepta 120, 1 sqq. 491, 11
anacephalaeosis *fig.* 73, 5
anaclasis *fig.* 5, 17. 64, 13
anacoenosis *fig.* 41, 8
anacrisis 105, 17
anadiplosis *fig.* 32, 6. 50, 13. 65, 43. 481, 18. 517, 23. 609, 4
ἀναίσχυντος causa 84, 7
κατ' ἀνάλυσιν quaestio inducenda = per solutionem 117, 14. 490, 20
anamnesis *fig.* 521, 15
ananeosis 108, 26. 113, 22 sqq. quo differat a prooemio et a proparasceua 113, 25 sqq.
ἀναγκαῖα 108, 29 ἀναγκαία διαίρεσις 115, 2 ἀναγκαία quaestio 117, 7
ἀναγκαῖον fig. 11, 27
anaphonesis = clara vocis emissio (*lautes declamieren*) 130, 15
anaphora 609, 10
anasceuastica s. simplex definitio 91, 7. 11.
ἀνασκευή = refutatio 61, 14. 314, 36. 513, 33. 554, 28 eius divisio 514, 7 ἀνασκευὴ legis = reprehensio 315, 2
anastrophe *fig.* 69, 157. 614, 16
Anchises 556, 39
anceps s. ἀμφίδοξον genus causae, quae et honestatis et turpitudinis particeps est 109, 5. 196, 22. 316, 26. 317, 7. 497, 31. 510, 33. 535, 22. 601, 3 quemadmodum in eo exordiri oporteat 603, 19 sqq.
Andromache 557, 41. 558, 16
animae natura 155, 29. 160, 16 animae ordo 550, 25

animus = πάθος (*Leidenschaft*) 369, 28
annales et historiae 158, 9
annus magnus 223, 25
antanaclisis *fig.* 518, 31, *cf.* anaclasis
antapodosis *fig.* 518, 25
antenantiosis *fig.* 69, 163
ἀντέγκλημα 381, 9 sq.
† ἀντεξευγμένον 482, 27 *cf. ad p.* 36, 14
ἀνθηρὸν genus elocutionis 126, 4
anthorismos, s. destructio definitionis adversae partis 273, 7
anthoristica actio 91, 8. 16
anthypophora 60, 31. 64, 28. 73, 31. 117, 23. 118, 7
anticipatio = προκατάληψις 60, 21 / πρόληψις 48, 9. 68, 124
anticipatio in futurum *fig.* 521, 8
antidiegesis, species narrationis 112, 6. 486, 32
ἀντικατηγορία 91, 1. 333, 30. 377, 8. 426, 16. 463, 29
ἀντίληψις, i. e. qualitas iuridicialis absoluta 380, 17
antimetabole, *fig.* 5, 27. 64, 16. 519, 3
ἀντινομία s. contentio legum contrariarum 143, 20. 383, 4
Antiochus 40, 8
antiparagraphe, *i. e.* formula qua quis ei occurrit, qui praescriptione s. exceptione utitur 98, 33. 105, 9
antiphrasis, *fig.* 62, 16. 615, 40
antisagoge, *fig.* 26, 14. 73, 28. 478, 22
antistasis s. compensatio, (*ubi v.*) 381, 9. 15
antistasis *fig.* 54, 1
ἀντιστρέφουσα, species causarum ἀσυστάτων 83, 14
antistrophe, *fig.* 33, 11. 127, 1. 481, 29
antithesis s. qualitas iuridicialis relativa 380, 18
antithesis *fig.* 47, 16. 51, 9
antithetica definitio 91, 34 quaestio (= ἀντιθετικὴ ζήτησις) 107, 20. 108, 21
antitheton *fig.* 19, 17. 29, 29. 64, 22. 480, 11. 518, 5
Antonius 464, 25
antonomasia et eius species 613, 5
apaetesis *fig.* 521, 16
ἀπαίτησις ἐλέγχων = probationum expetitio 105, 10
ἀπειλή? (*codd.* diabole) 43, 13
κατ' ἀπερίστατον, *i. e.* deficientibus circumstantiis 82, 21
aperta narratio *v. s.* narratio
aphorismos = seiunctio 117, 15. 490, 22
aphorismos *fig.* 42, 27
aphormae = adminicula rei faciendae 141, 21. 142, 10
apithanos, species causarum asystaton 83, 27. 315, 29
apocrisis *fig.* 64, 31
apodicticum genus controversiae 89, 5
apodioxis *fig.* 42, 5
Apollo 453, 9. 554, 39. 556, 37. 557, 5. 10.
ἀπολογητικὸν prooemium = per apologum factum 110, 7
apologus 115, 28. 199, 40. 399, 31. 489, 11
apomnemoneumata 553, 1
ἀποφαντικὸν genus elocutionis 126, 12
apophasis = depulsio s. abnuentia criminis 82, 5. 143, 28 sqq. 375, 29. 37. 585, 15
apophasis *fig.* 40, 19
apophonema *fig.* 43, 29
apoplanesis *fig.* 42, 13
aporia *fig.* 18, 3. 40, 32. 520, 18
aporos, species causae asystatae 83, 5. 147, 9. 315, 26. 375, 7. 586, 23
aposiopesis *fig.* 24, 8. 74, 30. 521, 11
apostrophe *fig.* 25, 3. 54, 20. 127, 2. 478, 4 num in narratione locum habeat 112, 22. 426, 34 num in principiis 423, 28 eius a metastasi differentia 54, 24
Appius Caecus 439, 36. 521, 2. 558, 4
approbatio, *v.* adprobatio
aprepes, species causae 84, 4
ἀπρόθετος i. e. nulla facta rei invidiosae in partitione propositione 114, 32
aptum in elocutione quomodo servetur 125, 23
ara *fig.* = exsecratio oratoria 42, 32
Arcades 25, 8
areopagitae 503, 1
areopagus 597, 22
Argivi 25, 8
argumentandi genera 240, 16 in tabula synoptica exhibita 498, 25
argumentatio 115, 9 sqq. 488, 29. 510, 21. 539, 14 quid sit 118, 8. 498, 36 = syllogismus 511, 5 quid differat ab argumentis 115, 11. 232, 1 sqq. 247, 23 eius divisio s. partes 115, 13. 322, 8. 324, 15. 488, 30 eius genera 118, 10. 240, 7 sqq. 498, 24 quo modo omnis arg. tractanda sit 240, 7 quot modis omnis arg. reprehendi possit 254, 19 sqq. 415, 23 sqq. quibus modis longa sit concludenda 247, 7 sqq., argumentationum variatio 247, 33
argumentatio bipertita 246, 22 tripertita 243, 25. 246, 31 quadripertita 246, 19 quinquepertita 243, 27
argumentatio a iudicato 116, 4 longa 247, 11 moralis 365, 14 necessaria 253, 5. 407, 30 sqq. 539, 15 obscurata, i. e. ea cuius ars obtegitur 359, 24 probabilis 234 sqq. 232, 31. 408, 14 sqq. 539, 29
argumentum 115, 10. 465, 1 = *Sujet* 202, 29. 486, 19 argumentorum genera 115, 15. 232, 26. 271, 2. 465, 10. 489, 1 eorum vitia 116, 26. 415, 26 sqq. eorum sermo qualis esse debeat 420, 22 unde ducantur 503, 8 argumentorum genus artificiale et inartificiale (loci artificiales et inartificiales) 115, 16 sqq. 395, 20 sqq. 465, 5. 489, 1 sqq. adversariorum argumenta quo modo reprehendantur 116, 29 argumenta quo modo disponenda sint 359, 5 sqq. quid in iis cavendum sit 490, 2
argumentorum loci *v. s.* loci
argumentum adversarium s. adversum 416, 10. 541, 36 commune 415, 27 comparabile 238, 40. 239, 41. 251, 9 sqq. controversum 416, 2 credibile quot modis reprehendi possit 248, 30 falsum 248, 35. 249

1 sqq. 541, 27 frivolum *i. e.* infirmum (*opp.* validum) 359, 22 non honestum 416, 4 inconstans 416, 7 incredibile 249, 1 sqq. necessarium 232, 30 sqq. 234, 21. 253, 1 sqq. offensum 416, 6. 541, 35 potens *s.* validum 359, 14 probabile et eius partes 234, 21 sqq. 235, 7 sqq. 236, 34 quaestioni vicinum et contra 245, 10 remotum 415, 32. 541, 32 valens s. validum 359, 8. 19 sqq. 360, 5 vulgare 415, 29
aridum genus elocutionis 126, 6
Arion 554, 36
Aristippus 304, 27
ars quid 155, 24 quo differat a scientia 219, 7 a virtute 156, 13 ars duplex 219, 6 ars extrinsecus et intrinsecus 170, 25 sqq. artium genera 501, 17 artis initium 501, 28
ars memoriae 129, 4
artis oratoriae inventores 258, 37 eius partes 259, 34 ars rhetorica *v. s.* rhetorica
artium auctores s. scriptores = rhetores 116, 9. 191, 32. 192, 30. 207, 7
articulus = coniunctio *(Band der Satzglieder)* 9, 10. 24
artificialis *v. s.* argumentum *et* probatio
artificiosa memoria 128, 21 artificiosus ordo in dispositione 320, 17. 21
artificium, negotium, quaestus 218, 6
artigraphus = artis rhetoricae scriptor 495, 11. 499, 11. 511, 30
ascensus *fig.* = *κλῖμαξ* 34, 17. 482, 15
Ti. Asellius 148, 9
Asia (minor) 37, 16. 577, 18
Asiani oratores 582, 11 Asianorum dictio 356, 14
Asianum dicendi genus 561, 8
Aspasiae colloquium cum Xenophonte et eius uxore apud Aeschinem 240, 37
aspera structura 127, 12. 18 asperae voces 475, 1
assiduitas stili 37, 26
assumptio *v.* adsumptio
asteïsmos *fig.* 39, 16. 616, 26
astrologia 501, 18
asyndeton 35, 9. 52, 30. 126, 13. 482, 19. 611, 14
asystata s. asystatae controversiae (materiae), i. e. quae statum non habent 82, 14. 181, 22. 315, 22. 374, 29 sqq. 384, 4. 599, 20. 27 quot modis fiant 82, 15. 146, 2 sqq. 315, 23 sqq. 586, 20
ataxia, divisionis vitium 105, 8
Atellanae fabulae 447, 33
Athenae 452, 8. 18. 23. 587, 21
Athenienses 37, 16. 342, 24
athrismus s. *ἀθροισμός fig.* 521, 21
attentio auditorum quo modo captetur 197, 36. 422, 32. 485, 18. 535, 10
Atticorum dictio 356, 11
Atticum dicendi genus 561, 8
Atticus 448, 5
attributa negotio 220, 21 sqq. 266, 27. 307, 33 sqq. 594, 22 attributa personae 214, 5. 267, 21. 305, 1 sqq. 308, 4. 537, 5. 593, 3 ex personae et negotiorum attributis argumenta communiter nasci possunt 268, 19
auctivus 132, 21
auctores qui de numero oratorio scripserunt 581, 15 auctores artium 116, 9
auctoritas quid 213, 29
audacia duplex 167, 18
audacis et temerarii differentia 167, 17
auditiones 361, 19. 362, 5
auditorum genera 456, 13
Augustus 448, 9
Ausonius = Romanus 575, 4. 576, 3
*αὐστηρὸν* genus elocutionis 126, 4
*αὐτός] περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ θατέρου* quaestio 142, 28 *κατὰ τοῦ αὐτοῦ fig.* 433, 33
auxesis 169, 24
aversio *fig.* = *ἀποστροφή* 25, 3
avocatio iudicis a re nobis contraria = *ἀποπλάνησις* 42, 13
Axius 448, 5

*βαρὺ* elocutionis genus 438, 8
benevolentia iudicis quot locis comparetur 197, 7 sqq. 421, 36. 485, 20. 534, 32. 605, 2 quibus modis comparetur auditoribus ob causae turpitudinem offensis aut defatigatis 198, 36 sqq.
Bithyni 40, 24
bona verba 122, 24
bonitas in elocutione 122, 20
bonitas vocis 130, 14
brachylogia *fig.* 17, 4. 65, 46
brevitas in narratione 204, 21 sqq. 419, 31 brevitatis imitatio in ea multos decipit 205, 22 brevitas in partitione 210, 36. 419, 31. 536, 27 brevitas nimium coartata 424, 25
brevitas *fig.* = *βραχυλογία* 65, 46
Byzantii 9, 25

cacemphaton 433, 7. 475, 24. 517, 8
cacosyntheton thema 600, 3
cacosystatae causarum materiae et earum genera 83, 34
cacozelon 436, 5
cadere causa 276, 14
Caecilius 201, 31
Caepasii fratres 428, 20
caesa oratio 28, 5. 28. 479, 22
Caesar 24, 19. 379, 19. 448, 9. 456, 31. 567, 11 eius laus et vituperatio 567, 30 sqq. eius nomen unde dictum sit 568, 9
caesares 568, 12
caesim 579, 35
caesum = *κόμμα* 27, 31 sqq. 127, 8. 479, 18. 21.
Cain 526, 38
callidus quis sit 166, 44
Camilla 570, 20
cantare in pronuntiatione 443, 5
Caria 443, 15
Carthago 181, 37. 346, 36. 497, 22. 510, 14
Casilienses 304, 14
casus 460, 6. 532, 17 ex pluribus casibus = *πολύπτωτον* 33, 23
catachresis 474, 11. 612, 12
catadiegesis, species narrationis 112, 11. 486, 32

καταπεπλασμένον 441, 9
cataphasis 82, 4. 143, 28 sqq. 375, 30. 37. 585, 15
catasceua = confirmatio rei propositae 314, 36. 513, 33 c. legis = confirmatio sive suasio legis 315, 2
categoriae Aristotelis 183, 22
catena *i. e.* κλῖμαξ 517, 28
Catilina 219, 16. 404, 24. 521, 28
M. Cato 37, 1. 570, 17. 599, 28 Cato censorius 514, 11 Cato Uticensis 456, 30. 571, 32 Catonis oratio de poena coniuratorum 379, 19
causa vario significatu 221, 44
causa = αἴτιον 144, 25 causa causae 145, 4
causa adiuvans, efficiens, prohibens 103, 24 inpulsiva et ratiocinativa 103, 21. 222, 4 sqq. 260, 37 praecedens et insequens 326, 10
causa = δίκη 179, 26. 213, 42 causa et quaestio (propositum) sive ὑπόθεσις et θέσις 175, 35. 314, 7. 515, 11 causa et constitutio 186, 7 causarum genera tria, demonstrativum, deliberativum, iudiciale 316, 2. 456, 20. 495, 22. 507, 25. 526, 34 causarum genera s. modi s. figurae quinque, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum 109, 4. 195, 16. 196, 1qq. 316, 24. 497, 27. 510, 30. 535, 18 causae figura 109, 11. 317, 32 una causa plures recipere potest constitutiones 189, 5 causa cadere 276, 14
causa admirabilis, anceps, honesta, humilis, obscura *v. s. his adiectivis*
causa concertativa 317, 33. 318, 23 consistens et non consistens 315, 21 ethica 319, 9 iudicialis 316, 18 bonae opinionis *i. e.* honesta 147, 21. 148, 4 sqq. pathetica 316, 13 simplex, iuncta, ex aliqua conparatione 192, 47 sqq. 317, 33 sqq. sordida, *i. e.* humilis 148, 2. 18
causae abdicationum 350, 21 c. centumvirales 404, 13 *cf. etiam s. v.* actiones
causae mortis voluntariae redditae 96, 32. 343, 24 sqq. 435, 14 earum loci 106, 30
causatio = causativum (αἴτιον) 375, 29. 462, 9
causativum litis (αἴτιον) sive res, quae controversiam facit 82, 6. 375, 29. 381, 2 464, 18. 22 eius destructio 375, 31
cavillatio 428, 19
centumvirales causae 404, 13
κεφάλαιον 144, 19 γενικὸν κεφάλαιον 590, 4
Cereris templum 352, 19. 393, 22
certamina sacra 147, 26 rhetorica 552, 32
cessans numerus 128, 2. 433, 25
Cethegus 568, 17
Chaerea 249, 36
Chaeremenes 8, 25
characteres elocutionis s. dicendi quot 125, 29. 561, 7
characterismos *fig.* 16, 1. 69, 148. 72, 31. 521, 19
charientismos *sive* scomma *fig.* 39, 11. 616, 11
Chimaera 514, 1
Chiron 556, 24
chleuasmos sive epicertomesis *fig.* 39, 3. 62, 3
Chremes 208, 33
Chremonides 11, 30
chria 43, 25. 314, 37. 552, 12. 36 sqq. chriae et sententiae differentia 513, 18. 519, 12. 553, 2
christianorum de partu virginis et de homine non mortuo opinio 232, 42
Christus 549, 31. 617, 12. 28
Chrysis 424, 11
Chusai 527, 3
in cibo et potu capiendo quid sit oratori observandum 131, 11 sqq.
circuitio 552, 6. 602, 3. 27
circuitus = περίοδος 63, 10. 127, 9. 516, 8. 576, 29. 578, 41 circuitus verborum 578, 23
circumcisum et breve dictum 428, 29
circumlocutio *fig.* = περίφρασις 70, 181. 614, 1
circumscriptionis actiones 335, 29
circumscriptum genus eloquendi (*opp.* fusum) 27, 20. 479, 9
circumstantia s. περίστασις 83, 9. 314, 10 sq. 315, 30. 374, 23. 424, 27. 527, 10 circumstantiae septem 103, 1. 141, 15. 20. 586, 3 sqq. circumstantia personae 326, 4. 19. 327, 10. 13 rerum 141, 11
civilia negotia 373, 4
civilis narratio 552, 13 quaestio 81, 9. 138, 34. 313, 15. 585, 1
civili scientia num eloquentia carere possit 172, 12
civitas quid 158, 12
clausula 438, 2 quibus pedibus clausulae decenter aptentur 476, 6 sqq. *cf. s.* pedes
clementia 549, 24
climax *fig.* 34, 17. 52, 24. 482, 15. 517, 24
Clodia 439, 36. 521, 2. 558, 4
Clodius 318, 5. 404, 24. 415, 18. 514, 16. 596, 9
Cloelia 570, 20
Clytaemnestra 199, 40. 210, 22. 419, 17. 528, 8
coacervatio *fig.* 24, 16
cognomen 215, 1
κοινὴ ἔννοια 139, 1. 21
κοινωνία *fig.* 74, 8
κοίνωσις *fig.* 520, 19 cf. ἀνακοίνωσις
κοινότης *fig.* 7, 7. 65, 40
collatio = παραβολή, species similitudinis 228, 10. 239, 7
collatio *fig.* = ἐπαγωγή 45, 6 / σύγκρισις 74, 18
collationes = exempla 389, 5
collectio sive ratiocinatio = συλλογισμός, id status genus, cum ex eo, quod scriptum est, aliud, quod non est scriptum, colligitur 100, 9 sqq. 143, 22. 299, 10 sqq. 384, 25 sqq. 497, 9. 510, 1 eius loci 108, 11. 299, 10 sqq. 394, 34 collectionis locus in fine 388, 34 sqq. 105, 20
collectivum enthymema (= συλλογιστικόν 118, 34) 499, 27. 512, 9
collectivus status *v.* status *et* collectio

colligere ad aliquid 100, 9
κῶλον = membrum 27, 31. 63, 7. 127, 8. 439, 20. 22. 479, 18. 516, 7. 11. 578, 41. 584, 3. 590, 15
color 375, 4 coloris sedes 387, 11. 26
color facti 83, 20. 146, 25
colorata persona, i. e. quae proprium colorem habet *(Characterfigur)* 128, 18.
κωλυτικὸν αἴτιον 104, 2
κόμμα = caesum s. incisum 27, 31. 28, 2. 63, 4. 127, 8. 439, 20 sq. 479, 18. 516, 7. 9. 578, 41. 579, 19. 590, 16
commemorationes = ἀπομνημονεύματα 553, 1
comminatio *fig.* 43, 13
commiseratio 324, 24
commoditas 597, 33 sqq.
commotiones animorum unde fiant 470, 29 sqq.
commune quid 238, 26
commune exordium 110, 1. 200, 32. 322, 31. 486, 11
commune s. publicum genus controversiarum 88, 21. 25
communicatio consilii *fig.* = ἀνακοίνωσις s. κοινωνία 41, 8. 74, 8. 520, 20
communio *fig.* = κοινότης 65, 40
communio nominis *fig.* = συνωνυμία 34, 3. 482, 11
commutabile exordium 110, 1. 200, 38. 322, 32
comoediae togatae, tabernariae 447, 32
comoediographi 202, 14
comparabile (argumentum) quid 238, 40. 239, 41; eius reprehensio 251, 9 sqq.
comparatio s. comparativa constitutio, *idem quod* compensatio, id status genus, cum aliud aliquod alterius factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret illud quod arguitur dicitur esse commissum 191, 3. 192, 5. 281, 35. 459, 21. 496, 37. 509, 24. 530, 26 eius a concessione differentia 192, 7
comparatio 557, 20 sqq. comparatio qualitatum 97, 6 qualitatum duarum 97, 20 quantitatum 97, 9 comparationis locus in compensatione 346, 6
comparatio rerum contrariarum *fig.* = σύγκρισις 47, 16. 363, 18
comparativa sive duplex actio 91, 16
comparativa species extra scriptum 96, 34
comparativae materiae quo modo dividendae 102, 1
comparativae sententiae 519, 19
comparativum genus narrationum 112, 3
compendium = breve praeceptum 179, 7. 189, 38. 197, 5. 355, 11. 395, 14
compensare = statu compensationis uti 297, 31
compensatio (ἀντίστασις), unus ex statibus qualitatis adsumptivae, ab aliis technicis comparatio dicta *(ubi v.)* 93, 5. 20. 281, 34. 318, 5. 336, 16. 345, 15 sqq. 346, 35. 347, 4. 6. 381, 15. 459, 21 eius status loci s. divisio 391, 31 sqq. 345, 18 praecepta 281, 39 loci communes 282, 19
compensatio *fig.* = ἀντεισαγωγή 26, 14
compensativa constitutio (272, 35) s. qualitas (191, 3) s. genus causae (282, 28) *v. s.* compensatio
competenter 165, 38. 498, 20. 567, 6
complexio = dilemma 233, 10. 253, 6. 407, 34. 539, 17 quibus modis reprehendatur 253, 9. 414, 9. 542, 1
complexio verborum 577, 34
complexiva controversia 101, 26
compositio in elocutione et eius species 127, 7. 321, 6 eius ordo 127, 25 praecepta 474, 16 compositio in narrationibus 358, 7 *cf. etiam* structura
compositum ex contrario *fig.* = ἀντίθετον 29, 29. 480, 12
concatenatio criminum 121, 22
concedere = statu concessionis s. veniali uti 297, 31
conceptio *fig.* = σύλληψις 48, 20
conceptio mentis = ἐνθύμημα 499, 10. 511, 29
concertativae causae earumque species 317, 33. 318, 23 sqq. 319, 33 sq.
concertationes 319, 5. 25
concessio (συγγνώμη) s. qualitas venialis et eius partes, cum reus ut ignoscatur postulat 191, 15. 286, 30 sqq. 381, 31. 496, 32. 509, 19. 532, 3 loci communes in ea accusatoris et defensoris 287, 15
concessio *fig.* = ἐπιτροπή 66, 70 / συγχώρησις 74, 15
concessivae sententiae 519, 27
concidere adversariam narrationem 111, 18 112, 18 concidere verba 447, 29
conciliatio *fig.* = συνοικείωσις 68, 142
conciliatio animorum 470, 5 sqq.
concilium Graeciae commune 530, 17
concinnae declamationes rhetorum 610, 26
concinnitudo 335, 32
concisum genus narrationis 111, 8 concisa oratio 563, 5 concise 424, 16
conclusio, pars syllogismi 243, 30. 409, 37. 511, 9 conclusionum genera in syllogismis 246, 29. 410, 21 conclusio simplex in argumentatione 233, 43. 408, 7. 539, 24 eius reprehensio 254, 3 sqq. 414, 35 eius vitium aut apertum aut obscurum 254, 26
conclusio = ἐπίλογος, pars orationis 256, 1. 498, 5. 503, 13. 510, 21. 542, 15 eius partes 256, 3. 542, 16
conductio *fig.* = συναθροισμός 68, 139
conductio = ἀνακεφαλαίωσις 247, 17
conexio = *fig.* = ἐπιπλοκή 65, 64
conexum *fig.* = συμπλοκή 33, 17. 482, 4
confictio moralis *fig.* = ἠθοποιία 23, 20
confictio personae *fig.* = προσωποποιία 23, 22
confidentia 302, 21
confine *fig.* = ὁμοιοτέλευτον 67, 100
confirmatio, pars orationis 213, 17. 322, 7. 9. 324, 16. 498, 2. 537, 3. 554, 29
confirmationes legis = κατασκευαί 315, 2
conformatio *fig.* = προσωποποιία 557, 42
confragosa structura 127, 12 confragosus et asper sonus 321, 7

congeminatio verborum s. dictionis *fig.* = *ἀναδίπλωσις* 517, 23. 609, 4
conglutinatio verborum 122, 12
congregatio *fig.* = *συναθροισμός* 68, 139
coniectura, i. e. quaestionis genus in quo 'an sit' sive de facto quaeritur 90, 1. 142, 22. 180, 19. 181, 37. 325, 19. 334, 26. 361, 11. 376, 27 sqq. 455, 19, 457, 30. 496, 20. 509, 8. 590, 6 unde dicta 325, 20. 376, 27 quot modis fiat 90, 3 quot locis dividatur 105, 9 sqq. 260, 20. 386, 22 sqq. eius loci communes 271, 36 sqq. perfecta s. plena et non perfecta 327, 8. 376, 31 sqq. 386, 12. 387, 35 sqq. 388, 7. 590, 12 perfectae loci 325, 26 sqq. non perfectae loci 327, 9 coniectura duplex, cum coniectura in coniecturam incidit (328, 24. 30.) 328, 16. 24. 329, 30. 332, 27. 330, 30. 334, 14. 377, 6 coniecturae argumenta 260, 34. 361, 17. 597, 12 tempora 181, 27. 503, 36 in coniectura eadem est iudicatio quae quaestio 194, 14. 260, 15 coniectura omnis aut de re aut de animo est 503, 36
coniecturalis causa s. constitutio s. status *v.* status *et* coniectura
coniecturalis voluntas, i. e. coniectura de voluntate accusati 348, 36
coniecturaliter 282, 16 (*v. adnot.*) 555, 11 facere s. agere 111, 14. 286, 40
coniuncta causa 317, 35 c. sive duplex quaestio 91, 32
coniunctio *fig.* = *ζεῦγμα* 668, 14
connumerare 497, 14
conquestio s. miseratio, pars epilogi 120, 10. 257, 22. 430, 13. 491, 19. 543, 8
conscientia = *Mitwissenschaft* 88, 13. 331, 3. 8
consecutio 229, 43. 308, 11. 310, 21, 595, 30 quid ab eventu differat 310, 25
consequenter 20, 5 (*cf. adn. crit.*)
consequentia gestum negotium 221, 12 sqq. *cf.* consecutio
consilium, i. e. agentis s. dicentis voluntas (*cf.* 85, 1) 84, 9 sq. 85, 5 sqq. 86, 24. 220, 6. 464, 21. 537, 35. 594, 17 c. dicentis unde inveniatur 85, 10 c. verum et non verum 85, 5; *cf. Quintil. 6, 5, 3 sqq.*
consistere *de* causa *dictum* 82, 1. 83, 35 sqq. 147, 8. 315, 16. 21. 34. 374, 26 quales causae consistant 315, 34 sq. non consistentes materiae 82, 12
consolatio non pertinet ad rhetoricam materiam 174, 30 sqq.
consolativae sententiae 520, 12
consonantes in se incidentes 516, 23
constat aliquid = *συνίσταται* s. consistere potest s. controversiam facit 181, 20
constituere quid sit 209, 4
constitutio quid 179, 23. 180, 13. 590, 4 constitutio, pars causae 186, 4 constitutiones et status 179, 14 sqq. constitutiones = status causae 455, 14 constitutiones singulae commixtionem alterius const. non admittunt 188, 33 num controversiae legales sint constitutiones 179, 16. 290, 24
constitutio absoluta 281, 17. 530, 11 (*v. s.* qualitas); adsumptiva et eius partes 281, 32. 496, 31. 530, 23 (*v.* qualitas); compensativa 282, 27 (*v.* compensatio); definitiva 180, 30. 527, 33 (*v.* definitio); const. generalis *idem quod* qualitas 180, 35 sqq. 278, 16. 496, 24. 509, 12. 529, 32 eius partes s. species 189, 37. 278, 17. 529, 30 sqq. iuridicialis 189, 37. 41. 289, 40. 496, 29 (*v.* qualitas); negotialis 189, 37. 190, 17. 278, 19. 496, 30. 529, 34 (*v.* qualitas); principales (*opp.* incidentes) 179, 15. 288, 5. 290, 13 rationales 290, 22. 527, 13 et legales 528, 17; realis *eadem quae* coniecturalis 180, 20; relativa 284, 8 (*cf.* relatio); remotiva 286, 28 (*v.* remotio); translativa 181, 8. 496, 27. 509, 15. 528, 6 (*cf.* translatio)
constitutio quid differat a lege 513, 3
consuetudo 513, 8
de quo contenditur = iudicatio s. *τὸ κρινόμενον* 144, 25. 145, 8
contentio *fig.* = *ἀντίστασις* 54, 6
contentio legum contrariarum s. *ἀντινομία* 143, 20; *cf. s.* leges contrariae
contexte narrare 208, 19
contextio verborum 517, 31
continens s. *συνέχον* 144, 24. 30
continens sententia 10, 17
continentia = *τὸ συνέχον* 375, 40
continentia, i. e. qua quaeritur an in alterius postulatione alterius quoque postulatio contineatur 106, 21. 29. 34. 107, 4. 9. 11. 15
continentia, species temperantiae 549, 23
continentia cum ipso negotio 220, 44. 221, 20. 308, 5. 13.
continuatim = *in unmittelbarer Folge* 50, 13
continuatio perpetuae elocutionis 28, 22 verborum 432, 32 sqq. 424, 25
contorta structura 127, 13
contra posita = *ἀντίθετα* 518, 3
contra praecepta exordium 110, 2. 201, 13. 322, 32
contradictor 460, 17
contrariae leges *v. s.* leges
contrarietas 389, 31. 462, 25
contrarium quid 228, 28. 595, 22 contraria quot modis inveniri possint 228, 34
contrarium *fig.* = *ἀντίθεσις* 51, 15
contrarium exordium 110, 3. 486, 11
controversia = hypothesis 139, 26. 140, 2. 314, 7. 35 = materia iudicialis 178, 34 controversiae (*opp.* verae causae) = c. scholasticae 323, 24 controversiam quid efficiat 141, 11. 599, 17 controversiarum genera 86, 34 sqq. 88, 20 figurae 147, 18 controversiarum loci = status causarum 527, 21
controversiae asystatae 146, 1 sqq. 181, 22 complexivae 101, 26 earum divisio 101, 28 figuratae 59, 5. 434, 9. 435, 20 triplex earum usus 59, 6. 434, 10 legales s. scripti quinque 290, 17. 291, 30 ex ratiocinatione 299, 10 simplices et iunctae (coniunctae, compositae) 385, 22 sqq. 497, 18. 510, 9

convenientia *fig.* = εἰρμός 611, 4
convenustare 433, 31. 446, 42
conversio, species refellendi complexionem 253, 9. 414, 11
conversio *fig.* = ἀποστροφή 54, 24. 481, 29
conversum *fig.* = ἀντιστροφή 33, 11
conversum genus eloquendi (*opp.* tractum) = κατεστραμμένη λέξις 27, 19. 479, 9 conversum genus narrationum (*opp.* directum) 111, 30. 112, 2
convicium 503, 27
convictiva figura 552, 24
convincens genus narrationum 111, 33
convincibile enthymema = ἐλεγκτικόν (118, 33) 499, 18. 511, 37
copia elocutionis quo modo gignatur 122, 1
copulatio *fig.* = πλοκή 31, 7. 481, 8
Corfinium 24, 19
Corinthii 497, 21. 510, 12
Cornelia 541, 33
corporis moderatio in actione *v. s.* gestus
correctio *fig.* = διόρθωσις 71, 8; ἐπανόρθωσις 52, 10; ἐπιτίμησις 69, 151
correctio praecedens = προδιόρθωσις 23, 8
correctio superioris rei = ἐπιδιόρθωσις 72, 3
correptio(?) *fig.* = σύλληψις 49, 20 *v. adn. crit.*
M. Cotta 110, 25
Crassus 568, 17
credibile quid 238, 8. 239, 39 eius genera 503, 4 quot modis reprehendatur 248, 30
† criminatio 43, 13 *cf. adn. crit.*
criminum dispositio 356, 24 sqq.
crinomenon = iudicatio s. id de quo contenditur 82, 10. 144, 25. 145, 8. 374, 18. 375, 22. 35. 376, 1. 6. 386, 15. 460, 25. 585, 9
Crotoniatae 257, 31
in cultu quid oratori observandum sit 134, 8
cuncta ad cuncta = πάντα πρὸς πάντα 68, 136
'cur' circumstantia quaenam involvat 142, 6
curia Pompeia 569, 18
Curiatii 531, 1
Cyllenius 453, 11. 491, 29
cynica secta 390, 31

Daphne 587, 14
dativus figurate positus 55, 12
David 527, 3
Davus 208, 33
de tempore = ex tempore 122, 19. 129, 26
declamationes quales esse debeant 445, 30 sqq.
declamationes scholasticae 113, 9 concinnae rhetorum decl. 610, 26
declinare iudicium 143, 6
declinatio *fig.* = μετάκλισις 67, 94
decens vel decorum in elocutione = πρέπον 320, 33. 321, 10
deductio generis ad speciem 107, 20. 108, 19. 340, 36 definitionis in speciem 273, 6. 274, 21
δέησις *fig.* 43, 6
defectio *fig.* = ἔλλειψις 70, 175
defectus *fig.* = ἔκλειψις 75, 1
defensio verisimilis = πιθανὴ ἀπολογία 105, 11. 210, 13. 211, 4. 387, 12. 20. 28
defensionalis 132, 21
defensoris officium 533, 16
deficere *de* causa *dictum* = non consistere 83, 22. 84, 9. 11
deficientia 99, 20. 100, 6
definitio *fig.* = ὁρισμός 67, 97
definitio 398, 3 quae sit optima 194, 36 eius duplex ratio 398, 4 def. ἐννοηματική, i. e. ex ipsa rei alicuius idea desumta 284, 6. 285, 24 definitionis et descriptionis differentia 182, 18
definitio sive controversia definitiva, cum de facto constat et de re vel nomine controversia est 300, 12 quot modis fiat 91, 7 quot locis dividatur 105, 20 loci in definitione a parte accusatoris 273, 5 sqq. defensoris 273, 33. 274, 26 sqq. deductio definitionis ad speciem 273, 6. 274, 14. 21. 29 separatio definitionis a specie 274, 31. 36 destructio definitionis adversae partis quot locis fiat 273, 7 definitionum collatio quid agat 273, 15; *cf. etiam s. v.* finis
definitio anasceuastica 91, 7. 11 antithetica 91, 34 coniuncta s. duplex 91, 22 contraria = antithetica 337, 13 duplex s. comparativa (ἀνθοριστική) 91, 8. 16 duplex s. coniuncta 91, 22 legalis 100, 29. 497, 11. 510, 2 quot locis dividatur 108, 18 ex partibus 91, 28 simplex 91, 7. 11
definitivus status s. constitutio, controversia, quaestio *v. s.* status
deformatio *fig.* = διατύπωσις 26, 3. 478, 18; προσωποποιία 62, 27
deformatio personae (= *Herabwürdigung*) 197, 18
degressio, *v.* digressio
dehortativae sententiae 520, 4
Deidamia 558, 7
δεικτικὸν ἐνθύμημα 118, 33. 412, 27
δείνωσις s. indignatio, pars epilogorum 119, 32. 491, 19 unde sumatur 120, 8
deliberandi gradus 572, 19 rationes 571, 22
deliberatio quid 175, 1. 289, 32. 570, 24 sqq. num sit genus causae 183, 6 sqq. 462, 14 sqq. deliberationum species 570, 28
deliberativa *scil.* materia s. causa 178, 34. 278, 18. 289, 32 quem finem habeat 259, 25. 300, 28 eius tractatus 301, 12 eius loci 571, 6 deliberativae causae in quem statum cadant 342, 6 num ad qualitatem negotialem pertineant 462, 15
deliberativum genus dicendi = συμβουλευτικόν 81, 17. 462, 13 sqq. 495, 28. 507, 26. 508, 6. 527, 2. 570, 26 eius species 508, 7 quomodo in eo status emergat 462, 15 sqq.
deliberator quis 456, 18. 26
delusio (elusio?) *fig.* = διασυρμός 75, 8
dementiae iniustae actiones 351, 9
demonstratio quid 174, 46 num sit genus causae 183, 6 sqq.
demonstrationes urbium 569, 25

demonstrativa *scil.* causa s. materia 178, 34. 278, 18. 567, 4 sqq. quem finem habeat 259, 25. 300, 40 vulgo laudativa dicta 301, 18. 567, 4 eius tractatus 301, 12. 567, 25 sqq. praecepta 304, 1
demonstrativum genus dicendi = *ἐπιδεικτικόν* s. *ἐγκωμιαστικόν* 81, 15. 495, 28. 508, 1. 12. 526, 36 eius species 508, 13 num ad materiam rhetoricam pertineat 174, 39 quemadmodum in eo status emergat 463, 7
demonstrativae sententiae 519, 30
Demosthenes 8, 4. 553, 19
denominatio *fig.* = *παρονομασία* 75, 12. 609, 29
denominativa 591, 29
denuntiatio rerum futurarum *fig.* 43, 13
depictio *fig.* = *χαρακτηρισμός* 69, 148
deprecatio, causae genus, cum reus ut ignoscatur postulat 191, 17. 23. 288, 7. 348, 32 sqq. 381, 35. 460, 10. 497, 4. 509, 28. 533, 5 eius loci 348, 34 eius praecepta 288, 12 quot modis ei occurri possit 288, 27. 348, 35
deprecativa venia = deprecatio 93, 32. 94, 14 depr. qualitas 459, 25
deprecativae sententiae 519, 25
depulsio = *ἀπόφασις* s. defensoris (rei) negatio 82, 4. 375, 25. 38. 455, 26. 496, 4
derivatio *fig.* = *παρηγμένον* 52, 7
derivatio causae s. *μετάθεσις* (translatio) *τῆς αἰτίας* 105, 11. 325, 27 in causa coniecturali 326, 33. 330, 37
derogativae sententiae 519, 32
descriptio *fig.* = { *διατύπωσις* 23, 19. 26, 3. 436, 18. 478, 17 ; *χαρακτηρισμός* 72, 31 }
descriptio et eius modi 558, 24 sqq. eius virtus praecipua 558, 40 quo differat a definitione 182, 18
descriptio loci = *τοπογραφία* 73, 1
descriptio rerum per reprehensionem = *ἀφορισμός* 42, 27
descriptivus 132, 21
Desiderius 355, 1
designatio (?) *fig.* = *διαίρεσις* 53, 36
desitio *fig.* = *ἐπιφορά* 65, 37
destructio = *ἀνασκευή* 61, 18 destructio definitionis adversae partis s. *ἀνθορισμός* 273, 7
destruere, i. e. ab adversariis proposita refellere 61, 15 *et sic saepius*
detractatio *fig.* = *διασυρμός* 75, 8
detractio *fig.* = *ἔλλειψις* 37, 6. 483, 5
† *διαβολή* 43, 13 *cf. adn. crit.*
diacope *fig.* = 50, 33
diaeresis s. partitio *προηγουμένη* (*i. e.* principalis s. primaria), *ἀναγκαία*, *μικτή* 115, 1 sqq. *μερική* 114, 16
diaeresis *fig.* 53, 31
dialecticorum et oratorum ratio in probationibus 411, 8 sqq.
*διαλελυμένον fig.* 65, 55
dialogismos *fig.* 43, 32
dialysis *fig.* 9, 23
dialyton *fig.* 52, 30. 611, 14
Diana 532, 8. 557, 4
dianoea *fig.* 43, 21
*διανοίας σχήματα* s. figurae 127, 1
diaphora *fig.* 8, 14. 65, 49
diaphoresis *fig.* 75, 5
diaporesis *fig.* 25, 11. 40, 32. 75, 3
diaporeticum genus controversiae 89, 9
diasceua, species narrationis 112, 15 sqq.
diastole *fig.* 50, 33
diasyrmos *fig.* 26, 20. 39, 24. 75, 8. 478, 25. 521, 29
diatyposis *fig.* 23, 18. 26, 3. 75, 16. 478, 17
dicacitas 428, 18. 28
dicaeologia *fig.* 13, 25
dicaeologica species qualitatis = iuridicialis 379, 2. 380, 12
*δικανικόν* genus dicendi s. iudiciale 81, 19. 570, 27
dicendi genera 515, 27
dictio et disceptatio quo distent 179, 37
dictio et sermo 242, 37
dictio festiva 39, 11 rhetorica 175, 43 urbana = *ἀστεϊσμός* 39, 16
dictiones = sententiae 433, 30 dictionum figurae 433, 31
dictiones panegyricae 441, 21
Dido 466, 35. 570, 20
*διηγηματικόν* dicendi genus 126, 9
*διήγησις*, species narrationis 112, 5 *δ. μερική* 112, 7
*διέξοδος* s. excessus, pars orationis 108, 25. 482, 23 = fusior narratio 113, 15
*διέξοδος fig.* = percursio 65, 61
*διηρημένον fig.* 65, 58
*διεξευγμένον fig.* 36, 3. 37, 20. 482, 23 argumentatio *κατὰ διεξευγμένον* 246, 2
differens (*opp.* proprium) 398, 28 sqq.
differentia 466, 2. 467, 14
differentia personarum *fig.* = *διαφόρησις* 75, 5
differitas *fig.* = *ἀλλοίωσις* 64, 19
diffidentia et fidentia 302, 31 sqq.
diffors oratio quid sit 377, 27. 35. 379, 8
digressio s. *παρέκβασις* 255, 39. 487, 6 d. species narrationis 202, 8
digressio (?) *fig.* = *ἐπανάληψις* 521, 13
*δίκη* 340, 33
Diogenes 552, 41
Diomedes 342, 30. 562, 30
Dionysius 399, 21. 24. 413, 6
diorismos *fig.* 42, 27
diorthosis *fig.* 71, 8
directum genus narrationum 111, 30
disciplina 177, 2 d. dicendi = rhetorica 373, 16
discretum et indiscretum 99, 21
discriminatio *fig.* = *παραδιαστολή* 53, 20
disceptatio et dictio 179, 37
disertitudo 159, 39
disertus et eloquens 444, 35
disiunctum *fig.* = *διεξευγμένον* 36, 3. 482, 23
disparatio animae et corporis 411, 10
disparatum 228, 30. 42. 595, 24
disparsum *fig.* = *διηρημένον* 65, 58

dispositio, pars oratoris officii 120, 22 sqq. 178, 2. 315, 9. 320, 9. 373, 18. 431, 5. 455, 6. 471, 30. 495, 17. 526, 25. 544, 2. 563, 19 sqq. 599, 7 quot sint eius modi 120, 22. 472, 1
dispositio criminum 356, 24 sqq.
disputatio moralis *v. s.* moralis
dissimile aliquid esse quot modis comprobetur 251, 11
dissimilitudo 467, 10
dissimulatio *fig.* = *εἰρωνεία* 62, 2
dissolutio *fig.* = *ἀσύνδετον* 53, 1
dissolutum dicendi genus 126, 8. 522, 26 = numero carens 128, 3. 433, 27
dissuasio, species generis deliberativi 508, 7
distinctio *fig.* = *διαφορά* 65, 49 ambiguitas per distinctionem 99, 19. 26
distributio, species partitionis 209, 17. 32. 210, 12 in ea tria servanda 210, 34. 212, 22
distributio (distribuela) *fig.* = *διαίρεσις* 53, 36 / *μερισμός* 66, 85
diversivoca nomina 591, 17. 23
divinatio quid 97, 1 eius loci 106, 33
divisio controversiae 105, 1. 385, 32 sqq. eius vitia 105, 8 quid in ea *καθόλου* observandum 105, 2 quo differat a partitione 208, 39
divisiones = argumenta 395, 10
dociles quo pacto fiant auditores 198, 10. 423, 3. 485, 19. 535, 15 in qua causa iudex sit docilis reddendus 322, 24
*δόγματα* 235, 19
Dolabella a Caesare accusatus 568, 30
Dolon 554, 22
Domitius 24, 19
Dores 37, 18
Draco 168, 5
dramaticon dicendi genus 126, 9
*δόξα* = bona opinio 147, 28
ductus causae quid sit 84, 24. 463, 25 quotuplex sit 84, 26 sqq. 464, 1 unde inveniatur 85, 5. 464, 18 ductus et consilii differentia 86, 31
Duillius 140, 6
duplex s. comparativa actio 91, 16 duplex s. coniuncta quaestio 91, 22
duplicatio (reduplicatio?) *fig.* = *ἀναδίπλωσις* 50, 18
*δυνατόν* 303, 18
*δυσπαρακολούθητος* materia s. causa 109, 6. 316, 24
*δυσπρόφορον* 474, 28

ecbasis = rei eventus 106, 16. 108, 13. 264, 15 argumentum *ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως* 402, 8
eclipsis 75, 1
ecloga adverbiorum, nominum, verborum = usus peculiaris a proprio recedens 58, 3 sqq.
ecphonesis num in narratione locum habeat 112, 24
edictum 513, 3
ediscendi ratio 129, 15 sqq.
effectum *substantive* 468, 28
effiguratio *fig.* = *προσωποποιία* 62, 28
egressio s. egressus = *παρέκβασις* 427, 24 sqq. 429, 2. 6. 502, 33
*εἰδωλοποιία fig.* = simulacri factio 558, 2
*εἰκών v.* icon
*εἰρομένη λέξις* 27, 17. 479, 7
Elei 342, 24
elementa = *στοιχεῖα τοῦ πράγματος* 141, 16 elementa deliberativi generis 571, 12
*ἐλέγχων ἀπαίτησις* = probationum expetitio 105, 10
elencticon genus elocutionis 126, 13 elenct. enthymema, *i. e.* convincibile 118, 33. 412, 24
eleos = miseratio 119, 32. 491, 20 quibus modis sumatur 120, 10
elevatio *fig.* = *διασυρμός* 26, 20. 478, 25
*ἐλλείπουσα sc.* materia 82, 17 sqq. *κατ' ἐλλειπές* 82, 21
*ἔλλειψις fig.* 37, 6. 70, 175. 483, 5. 517, 9
*ἔλλειψις*, divisionis vitium 105, 8
elocutio quid 121, 25 sqq. 178, 3. 373, 17. 431, 13 sqq. 438, 8. 455, 7. 472, 18 sqq. 495, 18. 526, 26. 544, 13 quibus partibus constet 125, 5. 472, 27 qualis esse debeat 515, 17 elocutionis genera s. characteres 27, 10 sqq. 125, 9. 479, 5. 515, 26 species 126, 18 quae in ea observanda sint 320, 32 quemadmodum fiat aperta 125, 15. 431, 14. 544, 19 apta 125, 23 facunda 544, 21 ornata 125, 20 latina 431, 16. 515, 20 elocutionis ornamenta = figurae 271, 22 elocutionis figura quo differat a figura sententiae 28, 11 elocutionum figurae 480, 10 elocutio enthymematum = *ἐξεργασία* eorum 119, 7
elocutiuncula = *kurzer Ausspruch, k. Satz* 38, 3
eloquendi triplex forma 439, 20
eloquens et disertus 444, 34
eloquentia quid 157, 11. 159, 30. 465, 20 unde nascatur 159, 45 el. artificiosa 172, 32 qualis eloq. esse debeat 503, 11 eloquentiae ars quibus rebus constet 156, 19 in privatis rebus non est periclitanda, sed in publicis 157, 20 an in bello aliquid possit 158, 23 primo profuit hominibus 156, 49 quo modo obesse coeperit 166, 11 sqq. sola multum obest rei publicae 159, 14 quare ei studendum sit 168, 39 sqq.
eloquentia saecularis 607, 12
eloquium 440, 3. 516, 28. 615, 20
emendate loqui 320, 36
emphasis 517, 10
enallage *fig.* 76, 8
enargia *fig.* 62, 29. 71, 1. 517, 10. 521, 2
*ἐγκατάσκευον* genus elocutionis 126, 12
encomiasticum genus dicendi = laudativum 81, 17. 570, 27
*ἐγκρινόμενον* 338, 19
*ἔνδοξα* = probabilia 402, 32
*ἔνδοξος* causa s. figura (genus causarum) = honesta 109, 4. 147, 21. 148, 4 sqq.

316, 25. 586, 38 in endoxo genere materiae num praefandum sit 149, 30 sqq.
*ἐννοηματική* definitio *v. s.* definitio
*ἔννοια κοινή* 139, 1. 21
Enochi translatio allegorice explicata 617, 20
ens 288, 33
enthymema 45, 27. 118, 11. 25. 411, 1 sqq. 499, 10. 511, 28. 500, 1. 512, 15 quibus partibus s. membris constet 118, 29 enthymematum genera s. formae 118, 33. 412, 22 sqq. 499, 17 sqq. 511, 35 quid in iis observandum 119, 4 eorum *ἐξεργασία* sive elocutio qualis esse debeat 119, 7 enthymematis rhetorum et syllogismi philosophorum differentia 118, 26. 411, 8 sqq. quid differat enthymema a syllogismo 411, 2 sqq. ab epichiremate 411, 35 sqq. enth. gnomicon quo differat a sententia 412, 34 enthymema nudum, viduum, circumcisum 412, 4 sqq.
enthymematicon prooemium, i. e. quod sententiam quandam sua ratione munitam continet 110, 7
enumeratio, pars epilogorum = *ἀνακεφαλαίωσις* 119, 32. 256, 3. 8 sqq. 429, 17. 491, 18. 503, 15. 542, 17
enumeratio et eius modi duo in argumentando 233, 21. 408, 1. 539, 20 quo modo reprehendi possit 253, 26. 414, 21. 542, 7
epagoge *s.* inductio, argumentationis genus 118, 11 sq. 240, 7 sqq. quid in ea observandum 118, 14
epagoge *fig.* 45, 6
Epaminondas 242, 15. 245, 33
epanadiplosis *fig.* 50, 19
epanalepsis *fig.* 8, 1. 31, 32. 46, 1. 49, 13. 66, 67. 76, 30. 481, 13. 521, 13. 609, 19
epanaphora *fig.* 29, 9. 32, 23. 49, 26. 64, 34. 127, 1. 481, 26. 609, 18
epangelia *fig.* 521, 33
epanodos *fig.* = 53, 12. 76, 20. 518, 23
epanorthosis *fig.* 52, 8
epecphonesis *fig.* 66, 79
epembasis *fig.* 72, 25
eperotesis *fig.* 433, 33
epexegesis *fig.* 73, 15
*ἐπεξευγμένον cf. ὑπεξευγμένον*
Ephialta 451, 6
epibole *fig.* 6, 6 = iniectio 36, 21
*ἐπιβολὴ ποιοτήτων* 95, 1. 379, 32
epicertomesis *fig.* 39, 3
epichirema 118, 30. 247, 42. 411, 35 sqq. 500, 9. 512, 22 quid differat ab enthymemate 411, 35 sqq. epichirematum formae quinque 412, 23
epichirematicus syllogismus 500, 12. 512, 26
Epicurei 302, 7. 24. 406, 33
*ἐπιδεικτικὸν* s. demonstrativum genus dicendi 81, 16
epidiegesis, species narrationis 112, 13. 502, 28
epilogi *s.* epilogus (= peroratio 324, 21), extrema pars orationis 73, 6. 194, 29. 31. 256, 2. 270, 15. 271, 12. 324, 21. 370, 2 epilogorum partes 119, 31. 429, 16. 491, 18 quid in iis observandum sit 120, 15. 370, 2. 491, 25 quo differat principium ab epilogo 422, 21. 502, 11
epilogica quaestio, *i. e.* qualitas communis s. *κοινὴ ποιότης* 106, 1. 105, 11. 21. 108, 14. 16 sq. 21. 119, 15 sqq. epilogica quaestio *ἐκ τῆς ἐκβάσεως* 108, 13. 106, 32
epimerismos 120, 7. 491, 16
epimone *fig.* 72, 21. 521, 30
epimythion 552, 7
epiphonema *fig.* 45, 24. 437, 35
epiphonumenon *fig.* 66, 73
epiphora *fig.* 6, 27. 65, 37
epiplexis *fig.* 48, 8
epiploce *fig.* 8, 20. 65, 64
epistolae 447, 35 sqq. 589, 3 sqq. negotiales et familiares 447, 37 negotialium sermo s. elocutio 447, 38. 589, 20 familiarium sermo 448, 1 ordo in epistolis servandus 589, 17 praecepta universa 448, 10 sqq. 589, 5 sqq. notae in epistolis 448, 8 earum praefationes ac subscriptiones quales esse debeant 448, 23
epistrophe *fig.* 52, 11
epitheton 613, 28
epitimesis *fig.* 44, 8. 61, 19. 69, 151
epitrochasmos *fig.* 24, 16. 72, 28
epitrope *fig.* 20, 12. 45, 15. 66, 70. 520, 25
epizeuxis *fig.* 66, 76. 609, 23
*ἔργα τοῦ ῥήτορος* 81, 22
Eriphyla 202, 6
erotema s. erotesis *fig.* 25, 9. 74, 3. 75, 27. 478, 11
erratica s. thetica quaestio 117, 5
error, modus purgationis, 460, 4
*ἐσχηματισμένον* prooemium 110, 8
ethica causa *s.* genus controversiarum 88, 28. 316, 9 ethicae materiae 562, 12
ethologia *var. lect. pro* ethopoeia 12, 5
ethopoeia 12, 5. 23, 30. 62, 23. 71, 12. 127, 2. 514, 32. 520, 30. 561, 5 ethopoeiae in narratione 323, 7
*ἦθος*, i. e. adfectio naturalis 439, 32. 561, 5
*ἦθος* et *πάθος* quo modo differant 501, 5. 503, 20 sqq. 562, 11 sqq.
etymologia 465, 8. 466, 24
*εὐχαί fig.* 45, 20
*εὐκαιρία* = opportunitas 104, 16
*εὐμεταφορητικὸν* (?) prooemium 110, 8 *cf. adn. crit.*
Eurotas 532, 22
evacuatio = *ἀνασκευή* 61, 18
eventus quid 229, 25. 309, 33 sqq. 595, 27 naturalis s. necessarius et varius s. commutabilis 231, 1 sqq. quo modo eventus fallat 262, 15. 263, 26 naturalis, non fortuitus in argumentando attendendus 229, 26 sqq.
exacerbatio *fig.* = *σαρκασμός* 62, 15
exadversio *fig.* = *ἀντεναντίωσις* 69, 163
exaequatum membris *fig.* = *ἰσόκωλον* 30, 5
exaggeratio 555, 2. 559, 25 in peroratione 324, 29
exclamatio *fig.* = *ἐπεκφώνησις* 66, 79
exceptio *diverso sensu* 277, 10 sqq.
exceptio *fig.* = *ὑπεξαίρεσις* 73, 11

excessus, *i. e.* παρέκβασις s. digressio 108, 25. 113, 15. 128, 10. 421, 16. 430, 28 in narratione 426, 30
excitate 125, 7
excursus = egressio 427, 29. 428, 10. 502, 35
ἐξηλλαγμέναι figurae 126, 26
exemplabile enthymema = δεικτικόν 499, 25. 512, 6
exemplum 228, 10. 239, 10. 489, 9 exemplum verisimile 115, 27
exercitatio 443, 21 sqq. 547, 4 exerc. stili quot partibus constet 122, 17 exercitatio quid verbis praestet 122, 15
exergasia s. elocutio enthymematum 119, 7
exetasmos *fig.* 74, 22
exhortatio et consolatio ad materiam oratoris non pertinent 174, 30
exhortativae sententiae 520, 3. 521, 12
exitus inopinatus *fig.* = παραπροσδόκημα 76, 23
exoche 519, 6
exordiendi officia 322, 19 exordiri perspicue et per circuitionem 535, 26
exordium 194, 35 sqq. 485, 16. 497, 36. 510, 20. 534, 27. 600, 9 eius partes 197, 1 sqq. 322, 11. 485, 28 quo differat a principio et insinuatione 109, 15. 600, 21 exordii virtutes 200, 11. 485, 17. 535, 30 vitia 200, 23. 322, 25. 486, 10 quales in eo sententiae esse debeant 200, 11 sqq. *Cf. etiam* principium.
exordium affectatum 486, 12 alienum 423, 34 commune 110, 1. 200, 32. 322, 31. 486, 11 commutabile 110, 1. 200, 38. 322, 32 contra praecepta 110, 2. 201, 13. 322, 33 contrarium 110, 3. 486, 11 galeatum 322, 29 generale = vulgare 100, 1. 200, 30 longum 110, 1. 200, 42. 322, 27 pertinens = aptum s. causae conveniens 374, 7 separatum 110, 2. 201, 4 supervacuum 486, 13 translatum 110, 2. 201, 8 vulgare 110, 1. 200, 29. 322, 27. 423, 33. 486, 10
expetendae res et vitandae 301, 11. 20
expetitio probationum *v.* probatio
explanatio *fig.* = ἐπεξήγησις 73, 15
expositio quo differat a narratione 358, 28
expressio, *i. e.* evidens per orationem descriptio 147, 5
expressio *fig.* = ἠθοποιία 62, 24
expressum atque evidens facinus 147, 5
exquisitio *fig.* = ἐξετασμός 74, 22
exsecratio *fig.* = ἀρά 42, 32
exsecutio = ἐργασία vel ἐπεξεργασία 564, 3
exsecutio probationis 118, 29 sq.
exspatiari 427, 24
exsuperatio *fig.* = πλεονασμός 70, 178
extenuatio causae quot modis fiat 533, 19
extrinsecus res 304, 7
exuthenismos *fig.* 39, 31
fabula 199, 39. 202, 18. 486, 17. 551, 2 quinam ex vetustissimis auctoribus ea usi sint 551, 5 fabulae Aesopiae, Cypriae, Libycae, Sybariticae 551, 7 Atellanae, mimofabulae 447, 33
fabularis narratio 552, 13
facetiae 428, 18
faciei in pronuntiatione moderatio 442, 14
facile 571, 14. 16
facti controversia 181, 23. 527, 25 facti et rei differentia 182, 5 factum per tria tempora consideratur 220, 34 a facto probationes 260, 26
factorum genera tria 220, 32. 40. 260, 27. 308, 1
facultas quid 174, 18. 262, 21. 571, 16 facultas et posse quomodo differant 267, 34 facultas orandi quibus constet 501, 31 facultatis locus in causa coniecturali 326, 18
facultates 225, 33. 309, 13. 361, 18. 25. 595, 15
facundus = facetus 123, 9
falsi et incredibilis differentia 249, 2
fama et rumores 404, 30
fasis, *v.* phasis
Fauni 451, 6
favorabile principium 374, 7
Felix 527, 5
festiva dictio 39, 11
fictilis narratio 552, 14
fictio 403, 13
fidelis argumentatio, i. e. fidem faciens, credibilis 359, 24
fidentia 302, 20. 549, 15
fides quid 213, 38 quibus modis fiat 464, 28 fides sine arte = πίστις ἄτεχνος 270, 29 fides ethica, apodictica, pathetica 464, 29
fiducia oratoris 445, 24
figura *proprie dicta* 59, 4 figura causae 317, 33 negotii 227, 7. 18 f. graeca 58, 9
figurae s. schemata causarum (controversiarum s. materiarum) 109, 2. 147, 18. 586, 33
figurae dicendi *sive* χαρακτῆρες 561, 7
figurae = ornamenta elocutionis 271, 22 earum genera 126, 24. 271, 22 earum opera 22, 12 sqq. 127, 5. 607, 3 figuris parce utendum est 434, 30 quomodo contra figuras responderi oporteat 435, 25
figurae elocutionis et sententiae *sive* verborum et sententiarum *sive* dictionum et verborum 23, 5. 433, 30. 517, 16 earum differentia 28, 31. 480, 4 fig. elocutionis s. elocutionum s. verborum 27, 9 sqq. 435, 35 sqq. 479, 4 sqq. sententiarum s. dianoeas 23—26. 59 sqq. 434, 7
figurae S. Scripturae 607 sqq.
figurae per casus 54, 34 sqq. per numeros 56, 21 per personas 56, 15 per praepositiones 56, 29 sqq. per verborum qualitatem 57, 18 per modos temporum 57, 24 per adverbiorum qualitatem 57, 26 per pleonasmon 57, 30 per pronomina 58, 18 per eclogam verborum, adverbiorum, nominum 58
figurare sententias et elocutiones 22, 10 figurare argumenta 357, 7
figurata controversia 59, 5. 434, 9. 435, 20
figurate enuntiata 23, 3
figuratio *fig.* = ἠθοποιία 62, 24

figuratus ductus 85, 24. 464, 5 quo differat ab obliquo 86, 17
finalis = τελικός 555, 11 finalia capitula 555, 11. 556, 4. 559, 30
finis = definitio s. ὅρος vel ὁρισμός 105, 31 *et saepius;* finis incidens = ὅρος ἐμπίπτων 106, 21. 341, 2. 377, 22 sqq. f. multiplex 378, 14 f. per etymologiam 378, 21 f. continens et qui continetur 378, 26 sqq.
finis = finitivus s. definitivus status 142, 26. 179, 21. 181, 42. 336, 28. 361, 13. 363, 2 sqq. 458, 13 sqq. 590, 7. 91, 5 sqq. 272, 29 sqq. loci eius 221, 14. 336, 32. 363, 3 sqq. 388, 32 sqq. species eius status 378, 1; *cf. etiam s.* definitio *et s.* status definitivus
finis oratoriae artis s. oratoris officii 81, 7. 138, 6 sqq. 173, 13. 234, 35. 356, 8. 454, 11. 495, 7
finita quaestio 454, 17
finitiva actio s. quaestio s. finitivus status 91, 5. 274, 8. 335, 29. 336, 19. 337, 8. 17. 338, 3 *etc. cf.* finis, definitio, status definitivus
finitivum (s. finitivus locus) praecedens 344, 9. 22. 347, 15. 29
finitor 377, 34
firmamentum quid 194, 4. 213, 29. 529, 25
fluxa structura 127, 13
forma = σχῆμα elocutionis 607, 3
forma materiae 485, 34
forma triplex eloquendi 439, 20
formare litem 276, 15 *cf.* 276, 20
formulam intendere 382, 14
fortitudo quid 156, 9. 549, 11. 550, 4 eius partes 301, 40. 549, 12
fortuna 218, 16. 267, 24
fovere (*opp.* urgere) 360, 4
Fregellani 181, 35
freni = χαλινοί *(cf. Quintil. 1, 1, 37)* 475, 27
friguttire 447, 15
fusum genus eloquendi 27, 20
futuri temporis divisio 224, 21

galeatum exordium 322, 29
Galliae 569, 6
Gavius 357, 7
geminatio *fig.* = ἐπίζευξις 66, 76. 609, 23
genera causarum, *duplici sensu dictum, v. s.* causa
genera (genus) controversiarum *diversa significatione* 86, 34 sqq. 88, 20 sqq.
genera dicendi s. civilium quaestionum = genera causarum 81, 12. 14
generalis constitutio *v. s.* constitutio
generalitas = generalis quaestio 386, 9
gens Romulea 452, 2. 453, 10.
gentilia verba 123, 7
genus quid 171, 6. 180, 36. 229, 12. 251, 22. 465, 25. 595, 25
in gestione negotii quae considerentur 222, 14 sqq. *cf. s.* negotium
gestus in pronuntiatione qualis esse debeat 133, 21. 442, 14 sqq. 484, 29. 546, 31 sqq.
gnomicon enthymema 118, 34. 412, 31 prooemium 110, 7
Gracchi 598, 25
C. Gracchus 413, 10
Ti. Gracchus 238, 36. 459, 14. 541, 33
gradatio, gradatus, gradiculi = κλῖμαξ 34, 18. 52, 29. 517, 24
Gradivus 451, 14
gradus deliberativi causarum generis 572, 18
Graeci 420, 3
Grai 530, 13. 19
grammaticae definitio 170, 29
grandilocum dicendi genus, *i. e.* sublime 515, 28
grandiloquium 369, 16
granditer dicere 439, 1
gratia quid 548, 40
gravis structura 127, 11. 23
gymnasium forense 355, 11

habitio = ἕξις (*opp.* amissio) 115, 33. 489, 14 = σχῆμα s. figura orationis 607, 3
habitus quid 218, 30 sqq. 219, 13. 305, 11 sqq. 537, 26. 594, 4 quare Aristoteles omnem habitum in bonis posuerit 219, 17 sqq.
Hannibal 304, 14. 357, 28. 381, 29. 497, 26. 510, 18. 571, 30
Hector 554, 21. 557, 41. 558, 17
Helena 204, 26. 258, 8
Hercules 451, 12. 557, 36. 562, 16. 570, 17
Hermes Trismegistus 223, 34
Hermocreon 236, 21
Herodes 609, 2
heteromeres et καθ' ἑτερομερίαν, species causae asystatae 83, 4. 146, 24. 375, 3
hirmos (εἱρμός) *fig.* 611, 4
historia 202, 26. 486, 17. 588, 18 sqq. in quibus versetur 588, 20 qualis in expositione esse debeat 203, 24 quomodo lucida, brevis, grata fiat 588, 22 sqq. eius opus, finis, principiorum species 588, 28 sqq. παρ' ἱστορίαν, species causae 84, 14
historiae et annales 158, 9
historici officia 588, 19
historiographi 202, 11
histrionum motus 484, 25
hiulca structura 127, 17. 432, 34. 545, 22 hiulcae voces 475, 3
hominis definitio et descriptio 182, 18. 591, 6
homoeon *fig.* 44, 30
homoeoprophoron 474, 27
homoeptoton *fig.* 18, 30. 30, 22. 37, 20. 67, 103. 433, 4. 480, 23. 610, 28
homoeosis *fig.* 44, 13. 618, 8
homoeoteleuton *fig.* 19, 3. 30, 27. 67, 100. 433, 4. 481, 3. 610, 14
homonymia 99, 24. 340, 30. 383, 10. 504, 5
honestum = virtus 301, 23. 571, 14 eius partes 301, 32 genera 301, 13 honestum duplex 162, 16 honestum purum *i. e.* honestum sine utili *vel* nullo utili sociato 162, 16. 301, 20. 32 honestum cum utili 162, 17 sqq. 303, 6 honesti loci tractatio 319, 22

honestum causae genus = ἔνδοξον 109, 4. 196, 3. 316, 25. 29. 497, 28. 510, 31. 535, 19. 600, 25 num in eo exordiri oporteat 603, 35 sqq.
horarum origo 223, 33
Horatia 531, 8
Horatius 238, 35. 284, 8. 530, 37
horismos *fig.* 14, 30. 67, 97
ὅρος = finis s. status finitivus 590, 10
Q. Hortensius 84, 15
humile genus causae = ἄδοξον 109, 5. 196, 18. 316, 25. 317, 15 sqq. 497, 39. 510, 33. 535, 21. 603, 1 quomodo in eo exordiri oporteat 603, 3
humilis figura dicendi = τὸ ἰσχνόν 515, 27. 561, 7
hypallage *fig.* 70, 172
hyperbaton 69, 160. 517, 1. 577, 29. 614, 9 species eius 614, 10
hyperbole *fig.* 47, 27. 615, 27
hyperthesis *fig.* 74, 11
hypexaeresis, pars orationis 108, 26. 119, 19
hypexaeresis *fig.* 73, 11
hypezeugmenon *fig.* 36, 14. 482, 27
hypocrisis *fig.* 61, 27
hypodiegesis, narrationis species 112, 10. 486, 30
hypomone *fig.* 46, 24
hypophora quo differat ab anthypophora 118, 6. 491, 9. 585, 17 hypophorae quibus modis et an semper inducendae 117, 21 sqq. 491, 1 quae in iis sint cavenda 117, 37. 491, 5 quot modis imminuantur 118, 4. 491, 9
hypothesis quid 139, 24 sqq. 314, 7. 454, 22. 30. 515, 11 quo differat a thesi 140 sq. 314, 9 sqq. 515, 11 sqq. quid sit quod hypothesin s. controversiam efficiat 141, 10
hypozeuxis *fig.* 49, 1. 608, 21
hysterologia s. ὕστερον πρότερον 614, 12

Iason 552, 23
icon 44, 25. 228, 10. 239, 2. 618, 10
idea 73, 24
idem] de eodem et altero quaestio 142, 28
περὶ τῆς ἰδιότητος quaestio 142, 27
idiotismos 41, 11
ignorabile facinus, *i. e.* per ignorantiam admissum 287, 7
Ilioneus 563, 16
illatio inductionis *cf. s.* inductio
imaginatio *fig.* — ἐνάργεια 70, 1
imago = εἰκών 228, 10. 239, 4. 399, 34
imitatio 501, 32
immutatio levis *fig.* = παρονομασία 30, 32. 481, 6
imperativae sententiae 519, 17
implicatio *fig.* = πλοκή 51, 22
imprudentia 309, 12. 532, 7. 595, 14 imprudentiae s. facti sine consilio admissi modi 225, 22
impulsio 222, 6. 225, 19 sq. 260, 36. 308, 18. 533, 20 eius loci 261, 27 sqq. eius infirmandae loci 264, 24 quomodo impulsione utendum sit accusatori et defensori 533, 31
impulsiva causa 103, 22
inartificialia argumenta 116, 23. 403, 31
incestum *de* omni coitu *dictum* 247, 5
incidens status *v. s.* status, inc. finis *v. s.* finis; incidentes quaestiones 386, 17. 455, 13
incidentia = περίστασις 383, 28
incidere = incisim *sive* per caesa dicere 35, 18
incise s. incisim 579, 22. 24. 32. 583, 4
incisio 583, 22
incisum = κόμμα 578, 40. 579, 19
incivilis quaestio 585, 4
inclusio *fig.* = ἐπαναδίπλωσις 50, 29
inconexio *fig.* = ἀσύνδετον 53, 1
inconveniens et eius species 514, 7
inde = ex parte adversariorum 319, 14. 20. 24
indicativae sententiae 519, 16
indicative 553; 3
indiciva = pretium indicii 390, 8
indignatio, pars epilogorum = δεύνωσις 119, 32. 120, 8. 256, 35. 430, 12. 491, 19. 542, 21 sqq. eius loci 257, 7 indignatio et conquestio 256, 36 sqq.
indignatio *fig.* = ἀγανάκτησις 41, 28
indivisa res 105, 7
inductio, species argumentationis, 118, 12. 240, 14. 20. 408, 18. 499, 1. 511, 18. 540, 4 eius partes s. membra 498, 26. 511, 17 eius reprehensio 415, 1 sqq. quomodo sit facienda 240, 27 qualis esse debeat 540, 31 quae in ea sint spectanda 118, 14. 241, 10 inductionis philosophicae exemplum 240, 32 et rhetoricae 242, 12 inductionis propositio 499, 4. 511, 20 eius inlatio 499, 5. 511, 22 eius conclusio 499, 7. 511, 24
inductio contraria *fig.* = ἀντεισαγωγή 73, 28. 478, 23
infamis in aliquem 85, 24. 86, 4 in aliquo 464, 12
infinita quaestio 454, 17
inflatum genus elocutionis 126, 5
informatio *fig.* = χαρακτηρισμός 72, 31
ingenium quid 167, 41
ingrati actiones 349, 23
iniectio *fig.* = ἐπιβολή 36, 21
iniectio qualitatum 95, 1. 379, 32 eius loci 106, 20
iniunctum *fig.* 36, 14. 482, 27
inopinatum *fig.* = παράδοξον 46, 24
insectatio *fig.* = χλευασμός 62, 9
insequenter = ἀνακολούθως 125, 13
insinuare 361, 1. 376, 7
insinuatio (= ἔφοδος), species exordii, 109, 13. 197, 1 sqq. 322, 15. 485, 29. 601, 22 quando ea utendum sit 110, 15. 198, 20. 601, 29 eius a principio differentia 109, 17. 197, 2. 322, 12. 601, 23 quibus modis fiat 486, 5. 601, 31
inspectio 314, 25. 559, 24
inspectivus = θεωρητικός 559, 23
instituere aliquem reum, *i. e.* facere 340, 27
intellectio, pars officiorum oratoris, 315, 7 sqq. *cf.* 137, 2

intellectivus = θεωρητικός 559, 23
intellectus 559, 24
intellegentia 301, 35. 548, 29
intendere 377, 20. 26. 385, 26. 455, 30. 33. 457, 5. 11. 460, 17. 569, 1 intendere formulam 382, 14
intentio = κατάφασις s. actoris (accusatoris) affirmatio s. thesis 82, 3. 143, 29. 179, 24. 375, 19. 38. 386, 26. 455, 25. 457, 8. 28. 574, 29. intentio = attentio 422, 26. 423, 26. 427, 14
intentio scripti, *i. e.* eius propositio 394, 6. 10
intentio syllogismi = prima propositio 415, 8. 9. 13. 21
interiectio *fig.* = παρένθεσις 51, 8. 68, 118
interrogatio s. interrogatum *fig.* = ἐρώτημα 25, 19. 75, 27
interrogativae sententiae 519, 22
interruptio *fig.* = παρένθεσις 51, 8
intersertio *fig.* = ἐπιφωνούμενον 66, 73
intervulsa oratio 119, 12
invectivae 315, 4
inveniendi genera duo 192, 24
inventio, pars oratoris officii vel artis rhetoricae 81, 21. 177, 41 sqq. 315, 9. 320, 3. 373, 18. 23 sqq. 455, 5. 495, 16. 526, 24 quibus locis constet 179, 7
inventores artis rhetoricae 507, 9
Ionia 37, 17
iotacismus 474, 25
irae et iracundiae differentia 263, 5
ironia *fig.* 24, 21. 38, 3. 61, 36. 478, 1. 521, 25. 615, 36 eius sex species 39, 1
irrationabilia plasmata (= ἄλογα) 84, 3 plegmata 146, 2
irreticentia *fig.* = παρρησία 68, 130
irrisio *fig.* = { διασυρμός 26, 20 ; εἰρωνεία 62, 2
ἰσάζουσα causa, species asystatarum 82, 22. 25. 315, 22. 374, 37. 586, 22
isocolon *fig.* 19, 9. 30, 5. 37, 20. 66, 82. 480, 16
ἰσομερής, species causarum asystatarum, 82, 26
κατ' ἰσότητα controversia 82, 26. 146, 10
ἰσχνόν s. tenue elocutionis genus 126, 2. 438, 9 eius species 126, 5
Italia 37, 18
iteratio *fig.* = { ἐπαναφορά 49, 39 ; ἐπέμβασις 72, 25 ; μεταβολή 76, 16 ; παλιλλογία 31, 12. 481, 11
Iudaei 527, 5
iudex quis 456, 16. 23. iudex pedaneus 441, 22 iudicis officium 533, 16 iudicis animus infestus unde intellegatur 110, 16 iudicum animi quibus causis offendantur 198, 28
iudicabile 460, 31
iudicatio = τὸ κρινόμενον 194, 1. 274, 4. 455, 2. 460, 27. 529, 24. 603, 22 iudicatio in causa coniecturali 194, 14 iudicatio legalis = status legalis 461, 5
iudicatum 238, 17. 240, 3. 549, 8 quot modis confirmetur 252, 13 aut infirmetur 252, 32 a iudicato argumentatio 116, 4
iudicatum adprobatum 238, 22. 32 commune 238, 26 religiosum 116, 6. 238, 23
iudicatus = iudicatio s. τὸ κρινόμενον 374, 18 = iudicatum 402, 31 sqq.
iudiciale genus dicendi s. δικανικόν 81, 18. 175, 2. 316, 4. 496, 1. 508, 2. 527, 4. 570, 26 iudicialis causa 316, 18 iudicialis generis finis 175, 2. 259, 25 quid differat a laudativo 456, 30 sqq. in iud. genus nulla res cadere potest nisi de praeterito 181, 29
iudicialis *scil.* materia 174, 15. 175, 2. 259, 25
iudicium declinare *sive* recusare 143, 6. 10 personae in iudiciis 533, 13
iugitas 461, 14
Iulius 568, 8
Iulus 568, 1. 8
iunctura apta litterarum et verborum 516, 20 sqq.
Iuno 224, 17. 258, 38. 563, 26
Iuppiter 451, 27. 452, 29. 453, 15. 454, 2
iuridicialis qualitas s. constitutio, cum factum constat, sed iure an iniuria factum sit quaeritur 92, 4. 189, 37 sqq. 280, 30 *etc. v. s.* qualitas
iuris particula 95, 31 sqq. eius loci 106, 23
iuris periti 190, 24
iuris ratiocinatio quod modis fiat 92, 19
ius unde ducatur 278, 36 ius in posternm 96, 6 in iure (= apud praetorem) *et* in iudicio 276, 18
ius absolutum 326, 30 = ἀντίληψις 335, 21. 336, 15
ius civile quid sit 378, 16 eius studium oratori non omittendum 356, 2
ius iurandum 405, 16 sqq.
iustitia 156, 8. 550, 2 i. et eius partes 301, 37. 302, 16. 548, 31
iustum natura, more, pacto 390, 19 naturale iustum 343, 13
Iuturna 224, 17

Karli Magni elogium 525, 20
k *v. s.* c

labdacismus 474, 23
Lacedaemonia 532, 23
Lacedaemonii 7, 19. 390, 23. 530, 12. 532, 19
laetum dicendi genus *i. e.* floridum 126, 7
Laomedon 217, 7
Laomedontiadae 217, 1
lascivire = nimis frequenter usurpari 60, 11
Latini 342, 30
latinitas in elocutione 320, 34. 431, 16
latio legis (legum) 559, 38 sqq.
latus = altera pars litigantium 181, 20
laudativa causa = demonstrativa 301, 18 l. materia 567, 4 laudativum genus 456, 34. 570, 26 l. causa tribus temporibus dividenda 568, 14
laus 556, 11 sqq. sub quo genere causarum contineatur 556, 15 laudis et loci communis differentia 556, 17 laudis et vituperationis loci 304, 1. 556, 20 laudes et

vituperationes ad thesin pertinent 314, 18 laudes deorum 557, 9. 569, 29 personarum 556, 11 urbium 557, 15. 569, 25. 587, 20 sqq. quarumque rerum 556, 13. 569, 31 sqq. 387, 10
Leda 204, 26
legale genus controversiae simplex 87, 7 coniunctum 87, 17 comparativum 87, 31
legalis constitutio s. status *cf. s.* status
leges contrariae (= ἀντινομία) et earum modi 99, 11 legum contrariarum contentio s. controversia s. status 143, 21. 297, 32 sqq. 352, 8 sqq. 383, 21. 393, 34 sqq. 461, 20. 497, 6. 509, 33 eius loci 107, 31. 393, 34 sqq.
legis latio 559, 38 sqq.
legitimus locus 319, 9
ἐκ τοῦ λελοιπότος καὶ γεγονότος, *i. e.* ex eo quod defecit et quod factum est 336, 31
lemma = falsum argumentum 193, 39
leptologia *fig.* 23, 12. 73, 21
levitas verborum = λειότης 125, 12
lex quid 513, 2. 11. 549, 9 lex et mos 513, 5 qualis lex esse debeat 513, 19 cur factae sint leges 513, 16 quibus modis leges inter se comparentur 108, 3 legis ἀνασκευαὶ vel κατασκευαί = reprehensiones aut confirmationes 315, 2 legis suasionis loci 389, 26 legis voluntas quot modis consideretur 107, 22 maior auctoritas legis quae vetat quam illius quae imperat 298, 22
lex Plautia 35, 6
lexeos figurae 126, 25
λέξις εἰρομένη 27, 17. 479, 10
licentia *fig.* = παρρησία 46, 17
ligatio *fig.* = ζεῦγμα 48, 24
litem facere 82, 3 l. formare 276, 15
litigatores 359, 6
litterarum apta iunctura 516, 20
loci descriptio = τοπογραφία 73, 1
loci positio = τοποθεσία 73, 3
locus quemadmodum consideretur 104, 17. 222, 40 sqq. 594, 31 locus naturalis et positivus 104, 17 sq. locus naturalis et quantitativus quae argumenta in gestione negotii praestet 308, 33
locus communis (κοινὴ ποιότης) 555, 2 sqq. 508, 22 sqq. 327, 4. 363, 13. 18. 395, 11. 403, 34. 430, 16. 20. 470, 24. 564, 2 sqq. 567, 15. 586, 31 unde dictus 270, 6. 395, 29. 508, 26. 555, 5 loci communes etiam affectus vocantur 364, 14 locorum communium genera 132, 20. 270, 2. 272, 7. 564, 14 loci communis a positione (*i. e.* θέσει) differentia 559, 24 quando locus c. inducendus sit 270, 14 loci c. tractatio 555, 7 quomodo differat eius tractatus ab argumentationum explicatione 272, 12 tractatus loci legitimi 319, 9 honesti 319, 22 possibilitatis 319, 19 utilitatis 319, 16 loci communes coniecturae proprii 271, 36 sqq. l. c. generis deliberativi 313, 12 locorum communium loci 271, 41. 565, 15
loci communes argumentorum artificiales et inatarciales 395, 19—407, 21
loci ante rem 115, 18. 395, 24. 30 sqq. 489, 2. 539, 4 in re 115, 21. 395, 25. 397, 14 sqq. 489, 4. 539, 7 circa rem 115, 26 sqq. 395, 26. 399, 13 sqq. 489, 8 post rem 116, 3. 395, 28. 402, 8 sqq. 489, 16. 539, 10
loci (communes) argumentorum:
ab antecedentibus 465, 11. 468, 1
ab apologo 399, 31
ab auctoritate 469, 24
ab auditionibus 362, 5
a causa 115, 18. 103, 21. 345, 33. 348, 4. 349, 6. 361, 24. 386, 37. 396, 7 sqq. 465, 12. 468, 18. 597, 16
a comparatione 401, 1. 468, 28 sqq. 565, 21. 34. 566, 23
a coniugatis s. coniugatione 116, 9. 465, 10. 466, 28
a coniunctis 116, 1. 14. 465, 11. 467, 24
a consequentibus 116, 2. 468, 4
a consilio s. consiliis 386, 38. 390, 20. 27. 565, 18. 25. 566, 18. 594, 17
a contrario 115, 30. 236, 3. 400, 30 sqq. 465, 11. 467, 19. 539, 34
a definitione 115, 23. 398, 3
κατὰ διεζευγμένον 246, 3
a differentia s. differentibus 115, 22. 397, 24
a dissimili s. dissimilitudine 115, 30. 400, 10. 467, 4
ab effectis 465, 12. 468, 22
ab etymologia 466, 24
ab eventu 116, 3. 229, 31. 402, 8 sqq. 565, 16. 566, 7. 31
ab exemplo 399, 21
a facto 565, 19. 29. 566, 21. 597, 17
a facultatibus 361, 25
a fama vel opinione 362, 19. 404, 30
a fictione 403, 12
a forma *vel* specie 467, 6. 465, 10
a genere 115, 21. 229, 14. 397, 22. 398, 19. 465, 10. 466, 34
ab imagine 399, 33
ab initio ad finem (*sive* a summo ad imum, *ubi v.*) 105, 23. 27. 106, 20. 107, 18. 387, 2. 390, 8. 17
a iudicato 116, 4. 402, 31 sqq.
a loco 104, 10. 396, 23
a maiore ad minus 115, 34. 397, 30. 401, 1
a materia 104, 28. 115, 19. 396, 30
a minore ad maius 116, 1. 397, 28
a modo s. ratione 104, 17. 397, 2 sqq.
a necessitate 469, 28
a negotiis 538, 34
a nomine 115, 23. 399, 5. 537, 9. 593, 5
a nota 466, 24
a parabola 399, 24
a pari 115, 30. 236, 11. 400, 17 sqq. 539, 36
a parte 115, 21. 229, 14. 397, 20. 466, 9 sqq.
a partitione 116, 17
a persona 103, 3. 361, 20. 386, 34. 395, 30. 537, 4 sqq. 597, 14
a potestate 386, 39

loci argumentorum
a praecedenti 116, 1. 401, 12 sqq.
a proprio 115, 23. 397, 31. 398, 28. 466, 5
ἀπὸ τοῦ πρός τι 115, 31
a quaestionibus 362, 13
a qualitate 116, 13
a quantitate 116, 14
ex his quae sub eandem rationem cadunt 236, 14
a re 115, 18. 103, 16
a repugnantibus 468, 9. 465, 12
a rumoribus 404, 30
ab scripto 469, 21
a signis 362, 2
a simili vel similitudine 115, 26. 235, 34. 399, 17 sqq. 465, 11. 467, 11
a specie 115, 21. 397, 23. 398, 22. 465, 11. 467, 6
a spoliis 362, 11
a summo ad imum, i. e. si variae aut omnes alicuius facti circumstantiae congeruntur 115, 23. 27. 106, 20. 107, 18. 325, 27. 326, 24. 327, 19. 329, 14. 24. 332, 12 sqq. 333, 3. 20. 335, 11. 339, 37. 340, 8. 341, 3. 342, 20. 343, 18. 344, 13. 346, 3. 348, 9. 351, 33 unde locus sic dicatur 326, 25
a suspicionibus 362, 9
κατὰ συνημμένον 246, 2
ἀπὸ τῆς συζυγίας 116, 9. 489, 17
a tempore 396, 18
a testimoniis 406, 4
a tormentis 404, 35
a toto 115, 21. 397, 15. 465, 17. 467, 3
a verisimili 361, 28
locutio data certae personae = ἠθοποιία 72, 12 locutio sophistica 543, 13 tropica 607, 4
logicae quaestiones 142, 15
λόγος 142, 18 λόγου figurae 126, 24. 271, 23
loquendi modus bonus 547, 34
λοξὸν genus elocutionis 126, 13
Lucius praenomen 214, 38
Lucretia 570, 20. 572, 27 sqq.
lumina orationis 437, 19
Lunae cursus 223, 31
Lycurgus 168, 6

Macedones 11, 25
Macedonia 497, 25. 510, 16
macrologia 517, 9
Sp. Maelius 381, 28
magistri et praeceptores 217, 41 magistri saecularium litterarum 495, 4 mag. eloquentiae saecularis 607, 12
magna Graecia 37, 18
magnificentia 301, 40. 549, 13
magnitudo 251, 41
maiestatem imminuere 363, 5
maius et minus 227, 3 argumentum s. locus a maiore 337, 21. 339, 33. 351, 37
Mancinus 191, 35. 459, 14
manus in actione 442, 21 sqq.
Maria 616, 34
Mars 514, 13. 562, 23
mataeoponia 446, 4
mataeotechnia 446, 3
materia quid 174, 4 materia, una ex septem circumstantiis (*alias* adminicula rei s. instrumentum *vocatur*), quibus modis consideretur 104, 28 materia artis rhetoricae 177, 27 m. oratoris officii triplex 174, 43 materiae forma 485, 34 in omni materia (*sc.* oratoria = *Sujet*) quid quaerendum sit 360, 3
materiae comparativae 102, 1 demonstrativae 567, 4 sqq. ethicae et patheticae 413, 19. 563, 12 pragmaticae 562, 28 scholasticae, *i. e.* quae in scholis tractari solent 146, 6. 389, 24
materiarum figurae 109, 2
Medea 199, 40. 229, 23. 236, 27. 552, 20 sqq. 573, 4
mediocre s. medium elocutionis genus 126, 2. 438, 9. 22. 515, 27
membra singula corporis quomodo in pronuntiatione sint conformanda 133, 33
membrum = κῶλον 27, 32. 63, 7. 127, 9. 479, 17 sq. 516, 7. 578, 41. 584, 3
membratim 579, 22 sqq. 583, 4
memoria 128, 20 sqq. 137, 14. 178, 6. 373, 20. 440, 11. 455, 8. 483, 10. 495, 19. 526, 27. 545, 36. 548, 28 m. naturalis et artificiosa 128, 21 memoriae praecepta 129, 9. 440, 15 sqq. 483, 10 sqq. 546, 2 quid in ea plurimum valeat 129, 1 quid eam maxime adiuvet 129, 17 quis primus memoriae artem ostenderit 129, 4. 483, 15
mendacii species 514, 14
μερικὰ prooemia 421, 31
μερικαὶ narrationes 425, 2
merismos *fig.* 10, 31. 66, 85
μέσον genus elocutionis 126, 2. 438, 9
Messenii 25, 8
metabasis *fig.* 12, 22. 54, 7. 66, 88
metabole *fig.* 70, 169. 76, 16
metaclisis *fig.* 67, 94
metalepsis, controversiae genus = translatio 143, 11. 338, 30. 382, 3. 590, 11
metalepsis *fig.* 77, 17. 612, 25
metanoea *fig.* 10, 4
metaphora 611, 24
metaphrasis i. e. versuum in prosam orationem conversio 122, 19
metaphrasis *fig.* 67, 91
metastasis s. status causae remotivus 381, 9. 23
metastasis *fig.* 26, 23. 54, 7. 73, 9. 479, 1
metathesis *fig.* 50, 30. 521, 4
metonymia 474, 11. 545, 15. 612, 29
Metrophanes 513, 27. 519, 11
Mezentius 562, 18. 22
mimofabulae (*an* mimorum fabulae?) 447, 33
Minerva 145, 29. 557, 10. 587, 21
minutivus 132, 21
miseratio = ἔλεος, pars epilogorum 119, 32. 120, 10. 491, 19
Mithridates 513, 28. 519, 12
mixtum genus controversiarum 89, 13

mixtus ductus 86, 4. 464, 10
moderatio corporis in actione 133, 21
moderatum genus elocutionis = *μέσον* 126, 2
modestia 549, 25
modi causarum 316, 24 modi (orationis) = *τρόποι* 611, 21
modus, una ex septem circumstantiis 104, 23. 225, 9. 207, 24. 595, 11 modus in duobus inspiciendus 225, 11. 595, 12 modus promissus in controversia agraria 379, 13 *v. adn. crit.*
modus materiae s. controversiae = color 84, 25
modus poenae 96, 12
monomeres causa, species asystatarum 82, 27. 315, 22 quo differat ab achromo et ab anaeschynto 83, 22 et 84, 12
monosyllaba in clausulis 476, 15
monotonia 132, 5
moralis adlocutio 558, 17 causa 316, 9 disputatio 365, 13 sqq.
moralitas = sympathia 88, 28. 101, 35
mores (orationis) = *τρόποι* 22, 9. 611, 21 *κατὰ μόριον* 82, 21
mortis voluntariae causa reddita, *i. e.* si quis *ἑαυτὸν προσαγγέλλει* 94, 31. 96, 31. 343, 24 sqq. 350, 9. 379, 32 eius loci 106, 30
mos et eius a lege differentia 513, 5 sqq.
multiclinatum *fig.* = *πολύπτωτον* 67, 106
multiiugum *fig.* = *πολυσύνδετον* 65, 52
multivoca (nomina) 591, 9. 22
multoties 590, 14
mutatio *fig.* = *ὑπαλλαγή* 70, 172
mytacismus 474, 21

Naevius 363, 26
Narcissus 554, 35. 587, 15
Napeae 451, 6
narratio quid 201, 17. 497, 37. 510, 20. 535, 36. 552, 11 narrationis praecepta 110, 29 sqq. 203, 14 sqq. 208, 4. 357, 16. 423, 36 sqq. 502, 17—32 elementa 486, 32 genera 111, 30. 201, 24. 486, 16 modi 487, 4. 552, 17 species 112, 5. 486, 30. 552, 12 virtutes 203, 14 sqq. 357, 17. 486, 22. 535, 37 vitia 205, 14 sqq. 424, 13 sqq. n. qualis esse debeat 111, 28. 113, 3. 203, 14. 322, 36 quando, quo modo et quo loco ea utendum sit 111, 1 sqq. 208, 4 sqq. quando non loco ponatur 111, 32 quando locum non habeat 425, 22 sqq. quando non narretur ut causa postulat 111, 26. 208, 26 quando n. obsit aut nihil prosit 111, 1 sqq. 208, 16. 358, 14 quando mutanda sit 323, 5 quando consumat totam orationem 111, 11 ubi et quomodo finienda 113, 12 eius elocutio qualis esse debeat 358, 6. 427, 4 sqq. qualis esse debeat n. quae versatur in personis exprimendis 202, 35 n. oratoria quid agat et quo distet a reliquis orationis partibus 203, 29 narratio aut nulla aut brevis in causa deliberativa 572, 14 a narratione aliquando incipiendum 113, 6 num semper prooemio subserenda sit 426, 9; a narratione apostrophe et adlocutio alienae 426, 34 narrationis et expositionis differentia 358, 28 sq. narrationibus adfectus interpositi 323, 7. 364, 8 sqq.
narratio aperta 205, 41 sqq. 322, 36. 536, 8 brevis 111, 28. 204, 21 sqq. 323, 1. 357, 21. 424, 1. 486, 26. 535, 38 concisa 118, 8. 16. continua 487, 2 dilucida *vel* lucida 357, 18. 486, 23 *ἐγκατάσκευος* 425, 8 extra causam quot modis fiat 201, 36 fabularis, fictilis, historica, civilis 552, 13 incidens 486, 29 iudicialis 486, 20 longior 358, 5. 9 manifesta 111, 28 *μερική* 425, 2 partilis 487, 3 perspicua 424, 22 praestructiva s. *προκατάσκευος* 113, 3 probabilis 206, 39 sqq. 323, 16. 424, 26. 536, 13. prolixa 424, 13 remota a civili causa 202, 10. 203, 23 supervacua 358, 18. 425, 34 verisimilis 111, 29. 357, 24. 486, 25
narrativa oratio 112, 13 narrativum exemplum 567, 1
natura quid 215, 23 eius partes 216, 1 sqq. quibus modis natura in homine exploranda sit 216, 26
naturalis locus 104, 17
necessarium argumentum 232, 30. 44. 233, 4 quot modis fiat 233, 6 quando et quibus modis reprehendi possit 253, 2 sqq.
necessitas 460, 1, 8. 497, 4
necessitudo 303, 28. 532, 33
negantia 229, 5
negatio 179, 24. 318, 13. 336, 19. 342, 12. 344, 28
negativae sententiae 520, 8
negotia civilia 373, 4
negotialis constitutio s. qualitas s. status 92, 5. 189, 38. 190, 17. 278, 19. 318, 25 *etc.* (*cf. s.* qualitas) quot modis fiat 94, 17 eius loci communes 280, 28 negotialis et absolutae constitutionis differentia 281, 17 sqq. 29. 288, 1 negotialis qualitatis status legalis 342, 4 sqq. neg. status rationalis 343, 8 negotialis scripto quot modis fiat 94, 18 quot locis dividatur 106, 5
negotiales epistolae 447, 38
negotium quid 220, 30. 307, 24. 538, 35 negotium, quaestus, artificium 218, 6 adiunctum negotio 221, 7. 226, 17 sqq. 309, 15 sqq. 595, 16 negotio adtributa 220, 21 sqq. 307, 33 sqq. 594, 22 quaenam argumenta negotio adtributa coniecturae suggerant 221, 18. 266, 25 continentia cum ipso negotio 220, 44. 221, 20. 308, 5. 13. 594, 24 in gestione negotii quae sint 221, 5. 222, 14 sqq. 308, 21 sqq. 539, 7. 594, 30 negotii summa 221, 23. 308, 25 consequentia gestum negotium *v. s.* consequentia *et s.* consecutio
Neptunus 557, 1
Nestor 570, 18
nexum *fig.* = *ζεῦγμα* 69, 166
Nicomedes, Bithyniae rex, Caesaris stuprator 568, 28

nimietas 37, 29
nitor elocutionis 321, 4
nomen quid 214, 17 eius genera 214, 18 sqq.
nomina = nomina propria 124, 25
nominis controversia sive contr. definitiva 181, 14. 182, 4. 272, 29. 527, 28
*νομικαὶ* quaestiones 143, 18
a nota argumentum = *ἐτυμολογία* 465, 8. 466, 24
notae in epistolis 448, 8
novare verba 122, 7
Numa 568, 17
Numantini 191, 35
numeri figurate positi 56, 21
numerorum comparatio 97, 15
numerosus 128, 2. 433, 12 numerosa oratio 580, 5
numerus s. *ῥυθμός* oratorius 579, 9. 14. 580, 16. 27. 581, 1. 5 sqq. *cf. s.* pedes; scriptores de numeris 581, 15 sqq. quare Isocrates orationem pedestrem numeris adstrinxerit 580, 29. 581, 20 quid sit in numero oratorio vitiosum 581, 30
Q. Numitorius 288, 11

obiectio *fig.* = *ἀνθυποφορά* 61, 5
obiurgatio *fig.* = *ἐπιτίμησις* 61, 26
obliquitas 435, 14 sqq.
obliquus ductus 85, 4. 31. 86, 10. 12. 464, 7
obscenitas in structura 127, 21 = *κακέμφατον* 433, 7
obscura causa (genus causae) = *δυσπαρακολούθητος* 109, 6. 196, 36. 316, 27. 317, 24. 497, 33. 511, 1. 535, 24. 601, 11 quot modis fiat 196, 37. 601, 12 eius ab ancipiti genere differentia 604, 28 quo modo in eo exordiri oporteat 604, 26
obscurata argumentatio, i. e. ea cuius ars obtegitur 359, 24
obscuritatis locus in negotiali qualitate 389, 20. 29
obsecratio *fig.* = *δέησις* 43, 6
observantia 549, 3
obtestatio *fig.* = *δέησις* 43, 6
obtinere, *i. e.* in causa vincere 338, 26
occasio et eius genera 224, 32 sqq. 595, 3
occupationis modus in deprecatione 349, 14
offensum argumentum 416, 6. 541, 35
officium 197, 14 officium facultatis oratoriae 173, 1 officium oratoris *v. s.* orator
*οἰκονομία* = ordo artificialis in dispositione 320, 12. 16. 27
*οἶκτος*, epilogorum pars, = miseratio 119, 32. 491, 19
olympionicae non bene dicti paradoxi 147, 26
omina 406, 32
omissio *fig.* = *ἀντίφρασις* 62, 22
*ὄν* 211, 25 sqq.
onomatopoeia 613, 29
operatio, i. e. ratio tractandi alicuius loci 553, 8. 558, 20
opinio 207, 9. 252, 3 quibus modis fallat 262, 5. 263, 34 controversia bonae opinionis = *ἔνδοξος* 147, 21. 149, 1 malae opinionis = *παράδοξος* 147, 23. 148, 2 confusae opinionis ex bono et malo = *ἀμφίδοξος* 147, 22 nullius opinionis = *ἄδοξος* 148, 2. 587, 7
Oppianicus 404, 11
opportunitas loci per quae consideretur 223, 2. 595, 6
oppositio *fig.* = *ἀνθυποφορά* 61, 5 / *ἀντίθεσις* 51, 15
oppositiones = *ἀντίθετα* 504, 8
oppositum et eius a negatione differentia 342, 13. 344, 12. 29
oppositum *fig.* = *ἀντίθετον* 64, 22
optativae sententiae 519, 31
oratio triplex, aut soluta aut perpetua aut periodica 27, 12 qualis oratio sit optime composita 28, 20. 31, 27 o. incisim et membratim tractata 583, 4 or. caesa 28, 5. 28. 479, 22 o. libera = *παρρησία* 46, 17 oratio, dictio, sermo quo distent 242, 37 orationem accipit persona vel res, *i. e.* loquens inducitur 256, 20. 24 orationis genera duo, rhetorice et dialectice 501, 24 orationis i. e. characterum elocutionis genera principalia 125, 29 sqq. 332, 15. 356, 11
orationis rhetoricae partes 108, 22. 177, 30. 39. 178, 41. 194, 28. 322, 4. 373, 28. 485, 7. 497, 35. 510, 20. 534, 25
orationales usus 552, 39
orator quid sit 81, 5. 495, 5. 507, 15 orator, rhetor, sophista quo differant 156, 22 oratoris et rhetoris officium 177, 16 orator quo maxime ab oratore differat 21, 4 o. quae praestare debeat 501, 33 orator futurus quae habere debeat 177, 16. 355, 17 sqq. oratori iuris civilis studium neque omittendum nec penitus adpetendum 356, 2 oratoris proprium munus 22, 12
oratoris materia 397, 1 oratoris officium 81, 6. 137, 4 sqq. 173, 1. 194, 32. 315, 6. 373, 1. 495, 6 oratoris officii partes 81, 21 finis oratoris officii 81, 7. 138, 6. 173, 31. 356, 8. 495, 7. 585, 7 materia oratoris officii 174, 43
oratores Attici, Asiani, Romani 356, 11 sqq.
ordo in dispositione 320, 13 ordo naturalis et artificiosus 120, 22 sqq. 320, 12 sqq. 472, 1
ordo animae 550, 25
*ὀρεκτικὴ αἰτία* s. inpulsiva 103, 22
Orestes 140, 12. 194, 2. 8. 196, 25. 210, 19. 381, 6. 419, 17. 529, 22. 556, 40
*ὁρμή* 306, 16
ornamenta elocutionis = figurae 270, 16. 271, 22
*ὀρθὸν* genus elocutionis 126, 12
*ὀρθόπτωσις* in narratione 323, 10
ostentabile enthymema = *παραδειγματικόν* 499, 20. 512, 2
*περὶ τῆς οὐσίας* (*i. e.* de substantia) quaestio 90, 27. 142, 22

pactum 549, 7
palaestrae rhetoricae 446, 18
Pales 451, 6

palilogia 31, 12. 50, 1. 481, 10. 609, 28
Palinurus 556, 40
Pallas 453, 11. 454, 3
Pamphilus 208, 34
panegyricae dictiones 441, 21 panegyricus sermo 446, 6 *cf. schol. in adnot. crit.*
*πάντα πρὸς πάντα* 68, 136
par 280, 14. 549, 8 par et simile 228, 5. 400, 19 paris locus 339, 31. 349, 12. 351, 36
parabole et eius partes 44, 14. 23. 228, 10. 239, 3. 339, 24. 618, 14
paradigma s. exemplum 44, 14. 16. 228, 10. 229, 3. 618, 17
paradigmaticon enthymema 118, 34. 413, 2 prooemium 110, 7
paradiastole *fig.* 5, 4. 53, 23. 67, 115. 518, 29
paradiegesis, species narrationis 112, 8. 486, 32
paradoxi victores 147, 26
paradoxon quid 147, 27 eius significatio vulgaris 147, 28
paradoxon s. hypomone *fig.* 46, 24. 520, 22
paradoxos causa s. malae opinionis 109, 5. 147, 23. 148, 2. 316, 25. 30. 586, 37 quo modo in tali praefandum sit 150, 17
paraetesis *fig.* 522, 5
paragoga verba 473, 10
paragraphe, i. e. praescriptio s. exceptio 105, 9
paralipsis *fig.* 24, 25. 74, 27. 433, 35. 478, 3 *ἐκ παραλείψεως* genus elocutionis 126, 13
*παραπροσδόκημα fig.* 76, 23
parasiopesis *fig.* 18, 12
parecbasis = excessus s. digressio 113, 15. 429, 2. 428, 9. 487, 6. 502, 33
paregmenon *fig.* 51, 33
parenthesis *fig.* 10, 17. 51, 1. 68, 118. 614, 18
parimembre *fig.* = *ἰσόκωλον* 66, 82
parison *fig.* 30, 12. 76, 4. 480, 20
*παρ' ἱστορίαν v. s.* historia
Parmeno 39, 10
paroemia 616, 15
paromoeon *fig.* 18, 15. 68, 127. 610, 8
paromologia *fig.* 11, 13. 68, 121
paronomasia *fig.* 30, 32. 51, 23. 67, 109. 75, 12. 127, 1. 481, 6. 609, 29
parresia *fig.* 20, 20. 46, 17. 68, 130. 520, 28
pars quid 229, 12. 595, 26 a parte argumentum 229, 14
pars prima = actor, pars secunda = reus 82, 3 sq. 82, 27 sq. 84, 7. 12 sq. 91, 13
partes orationis *v. s.* oratio, partes oratoris officii *v. s.* orator
Parthia 571, 4
particula = *κόμμα* 62, 4
particula iuris *s. μόριον δικαίου* 95, 31 sqq. quot locis dividatur 106, 23
partilis narratio 487, 1
partitio, pars orationis 113, 31 sqq. 208, 37 sqq. 323, 34 sqq. 417, 29. 487, 31. 498, 1. 536, 19 eius genera 113, 34 eius partes s. species 209, 20. 210, 12. 323, 34. 419, 6. 536, 21 eius effectus 419, 1 p. per seiunctionem 114, 1 p. *προηγουμένη, ἀναγκαία, μικτή* 115, 1 p. quae distributio dicitur 209, 13 quo differat p. a divisione 208, 39 qualis esse p. debeat 488, 6 quae p. habere debeat 210, 34 an possit induci ante narrationem 112, 30 ne quattuor partes excedat 211, 12 quae in ea observanda sint 114, 5 sqq. 324, 3 quando ea sit utendum 113, 33 quando non 417, 31 sqq. num semper ordo distributionis in exsecutione partitionis servandus sit 114, 17 brevitas in partitione 210, 36. 419, 31. 536, 27 absolutio in ea 211, 4. 419, 33. 536, 28 paucitas in eadem 211, 18. 419, 37. 536, 29
passionalis adlocutio 558, 15
pathetica causa s. genus controversiae 88, 32. 316, 13 p. materiae 562, 12
pathopoeia 562, 10. 47, 6
pathos, i. e. adfectio accidens (*opp.* naturalis) 439, 36 *πάθος καὶ ἦθος* 501, 5. 503, 20. 562, 11 sqq.
patientia 301, 40. 549, 17 patientia iudicum 316, 36. 320, 26
Patroclus 556, 38. 558, 19
paucitas in partitione 211, 18. 419, 37. 536, 29
Paulus apostolus 527, 6
pax unde dicta 158, 14
pedes s. metra oratorum 476, 6 sqq. 575 sqq. pedes oratoribus observandi 433, 8. 575, 13 sqq. quales pedes principio, medio finique maxime conveniant 433, 10 sqq. 575, 21 pedes clausularum 476, 15 sqq. 576, 10. 577, 22. 578, 24 sqq. 581, 38. 583, 13
*πηλικότητος* genera in elocutione 126, 15,
Penthesilea 570, 19
percepta 306, 6
percontatio *fig.* = *πύσμα* 74, 5. 76, 1
percursio *fig.* = *ἐπιτροχασμός* 24, 16; *διέξοδος* 65, 61
periodus 27, 25. 63, 10. 127, 9. 439, 21. 26. 479, 12 sqq. 516, 7. 13. 579, 1
*περίοδος μονόκωλος* 28, 16. 480, 1
Peripatetici 244, 244, 27
periphrasis *fig.* 70, 181. 614, 1
perissologia 424, 22. 517, 5. 9
peristasis 141, 12. 275, 13. 383, 24. 28. 424, 28 p. causae 374, 18 *περιστάσεως μόρια* 141, 15
peristrophe 117, 27. 491, 2
peritia dicendi quibus rebus constet 507, 20
permissio *fig.* = *ἐπιτροπή* 520, 25
permutatio *fig.* = *ἀντιμεταβολή* 64, 16
perorare causam 359, 15
peroratio et eius partes 120, 12. 324, 21. 503, 13 peroratione non tantum in fine orationis utendum est 491, 22
perpetua oratio = *εἰρομένη λέξις* 27, 17
perpetuales sententiae = *καθολικαὶ γνῶμαι* 125, 21
perseverantia 549, 18
persona quid 214, 7 quot modis consideretur

103, 3. 395, 30 p. colorata 128, 18 personae attributa 214, 5 sqq. 537, 5. 593, 3 personarum accidentia 389, 3. 589, 3 personae quot sint in iudiciis 533, 13 earum loca et insignia in iudiciis 534, 16 personae quemadmodum comparentur 87, 24
perspicuitas elocutionis 320, 36
persuasorius 379, 7
pertinens principium *v. s.* exordium
petere *et* accusare 175, 3
petitio probationum *v. s.* probatio
petitio veniae = deprecatio 348, 32
peusis *fig.* 522, 7
Phaedra 199, 40
Phalaris 413, 8
Pharsalica acies 571, 4
*φάσις* et eius partes 143, 27. 585, 15
Philippus Macedo 4, 1. 7, 4. 497, 25. 510, 16
philosophiae partes 160, 38
philosophorum et christianorum de rebus propter se expetendis consensus et dissensus 549, 28
Phlegra 451, 5
Phoebus 453, 14
Phrygia 443, 15
pictura, ars *ποιητική* 501, 23
pictura schematis rhetorici 234, 17. 236, 33
pictas 548, 39. 550, 1
Pilatus 609, 3
Pisistratus 399, 22. 413, 7
Piso 480, 30. 568, 17. 599, 5
*πίστεις ἄτεχνοι* 269, 26. 270, 22. 30. 387, 9
plana s. procurrens structura 127, 11
planities = planitas s. *σαφήνεια* 558, 41
*πλάσματα ἄλογα* 84, 3
Plautia lex 35, 6
*πλέγματα ἄλογα* 146, 2
pleonasmus *fig.* 36, 25. 70, 178. 483, 2. 517, 9
pleonasmus, divisionis vitium 105, 8
ploce *fig.* 31, 7. 51, 16. 481, 8
plus duplex 174, 24
plus necessarium = *πλεονασμός* 36, 25. 483, 2
poenae modus 96, 12. 379, 17 sqq. praemii et poenae ratio 189, 41 sqq.
*ποιότης* = qualitas 473, 6. 590, 11
*ποιότητος* genera in elocutione 126, 9
*ποιοτήτων ἐπιβολή* 95, 1. 379, 32
Polemo 598, 3
Polyaenus 17, 6
polyptoton *fig.* 7, 17. 33, 23. 67, 106. 126, 27. 482, 7. 610, 36
polysigma 474, 25
polysyndeton *fig.* 9, 9. 65, 52. 611, 10
pompatice 411, 24
Pompeius 471, 20. 569, 18. 571, 4 eius curia 569, 18
porrigere litteram vel syllabam = producere 4, 28
Portunus 451, 13
positio s. *θέσις* eiusque genera 559, 10 sqq. positionis et loci communis differentia 559, 24
positivus locus s. *θετικός*, i. e. pendens ab hominum instituto atque opere (*opp.* naturalis) 104, 18
*ποσότητος* genera in elocutione 126, 1
posse et facultas quo differant 267, 34
possibilitas 168, 16
postremitas verbi, i. e. postrema pars 31, 5
potestas et eius a facultate et a voluntate differentia 262, 21
praecepta artis ab ingeniosis hominibus casu observata 27, 5
praeceptio *fig.* = *προκατάληψις* 60, 21
praeceptivae sententiae 520, 6
praedicamentum 591, 38. 40. 592, 8. 16. 18. 20
praeexercitamenta *vel* praeexercitationes = *προγυμνάσματα* 550, 1 sqq. 557, 24. 549, 4. 38
praefari = principia edere, exordio uti 148, 27
praefatio 257, 32
praeiudicia 404, 7 sqq.
praemii et poenae ratio 189, 41 sqq. praemii petitio et de ea praecepta 289, 15
praemunitio *fig.* = *προϋπεργασία* 46, 9
praenomina 214, 35
praeoccupatio *fig.* = *πρόληψις* 608, 6
praeoccursio *fig.* = *προϋπάντησις* 69, 154
praeparatio i. e. *προκατασκευή* s. *προπαρασκευή* 60, 30. 110, 22. 113, 28 praeparatio, species quaestionis coniecturalis 329, 31
praescribere = praescriptione uti 98, 1 sqq. 339, 3. 340, 27
praescriptio, forma status translativi 340, 14. 98, 28. 277, 10. 318, 12. 338, 31. 382, 4. 386, 22. 458, 30. 590, 8 quot modis ei occurratur 99, 1 eius loci 340, 21 quo differat praescriptio a translatione 98, 29. 340, 16 ab exceptione 277, 10 quid sit praescriptio in iure 277, 11
praescriptivae causae 339, 1 praescriptiva quaestio 105, 3. 343, 26. 350, 27. 382, 28. 386, 27
praescriptivum praecedens 339, 26. 345, 18. 27
praesens tempus an sit 224, 4 eius divisio 224, 13
praesentia, descriptionis virtus 558, 41. 559, 1
praestructio = *προπαρασκευή* 110, 22
praestructiva narratio 113, 4
praesumtio *fig.* = *πρόληψις* s. *προκατάληψις* 48, 9. 75, 25. 478, 3. 608, 6
praeteriti temporis divisio 224, 9
praeteritio *fig.* = *παράλειψις* 24, 25. 74, 27
praetorum officia temporibus Tullianis 276, 10
praevaricationis modi duo 208, 29
*πράγματα σχολαστικά*, i. e. quae in scholis tractari solent (*opp.* forensia negotia) 378, 36. 382, 13 pragmata statuum 385, 9
pragmatica s. negotialis, species status qualitatis 379, 1 pragmatica materies 562, 28
precationes *fig.* = *εὐχαί* 45, 20

*πρέπον* in elocutione 320, 34. 321, 9. 439, 10
Priamus 570, 18
primordia 470, 25
principales quaestiones 117, 4. 423, 8
principalis status *v. s.* status
principare = *προοιμιάζεσθαι* 150, 8
principia s. principium = exordium 108, 23. 30 sqq. 113, 7. 357, 14. 369, 19. 373, 27. 374, 4. 421, 18 sqq. 502, 7 principium = species exordii 197, 1, 322, 11. 485, 28 principii et insinuationis differentia 109, 17. 197, 2. 322, 12 quando sit principio aut insinuatione utendum 197, 5. 486, 1 principia in causa deliberativa 572, 12 principia unde ducantur 109, 19. 563, 2 a iudice ducta 422, 6 eorum virtutes et vitia 109, 24 sqq. 421, 32 sqq. principiorum ratio in diversis controversiarum figuris 109, 7. 148, 30 sqq. 485, 34 in principiis non ostendenda eloquentia 423, 20 num in iis apostrophe admittatur 423, 28 principium commune, commutabile, contrarium *etc. v. s.* exordium
principia edere s. praefari 148, 27
privantia 229, 1
probabile argumentum *v. s.* argum.
probatio verisimilis (*πιθανὴ ἀπολογία*) in statu coniecturali 325, 28. 327, 3. 27. 332, 23. 333, 28 *cf. etiam* defensio
probationis partes 118, 29
probationes artificiales 403, 34
probationum expetitio in coniectura 325, 20. 328, 9. 31. 330, 26. 331, 26. 335, 6
procatalepsis *fig.* 60, 15. 75, 25. 520, 16
procataseeue 60, 22. 110, 22. 113, 20 in coniectura 329, 20
*προκατάσκευος* narratio 113, 3
Proculeius 4, 19. 24
procurrens s. plana structura 127, 11
prodiegesis, species narrationis 486, 31
prodiorthosis *fig.* 23, 8
proecthesis, pars orationis ante narrationem 110, 20. 108, 25
*προηγούμενα* 108, 28. 324, 17
*προηγουμένη διαίρεσις* 115, 1 quaestio 117, 6
professiones 556, 29. 557, 26 philosophorum 235, 32
prohibens causa s. *κωλυτικὸν αἴτιον* 103, 26
prolepsis *fig.* 14, 14. 48, 1. 68, 124. 608, 6
prolixitas narrationis 424, 13
prologi s. fabulae 15, 11
promissio *fig.* = *ἐπαγγελία* 522, 1
promissivae sententiae 519, 26
pronuntiatio, pars oratoris officii 130, 4 sqq. 137, 19. 178, 9. 321, 16. 373, 21. 440, 31 sqq. 455, 9. 484, 7 sqq. 495, 20. 526, 28. 546, 11. 599, 10 eius praecepta 132 sq. 484, 7 sqq. 546, 17 quot modis constet 130, 8. 484, 10
pronuntiatio *fig.* = *ὑπόκρισις* 61, 34
pronuntiativae sententiae 519, 17
prooemiari 423, 14
prooemium 373, 32. 421, 27. 423, 17 prooemium *μερικόν* 421, 31 *προοίμιον* unde Graeci dixerint 501, 41 quo differat ab epilogo 502, 11; *cf.* exordium *et* principium
proparasceue 46, 9. 110, 22. 108, 25. 113, 28
prope aequatum *fig.* = *πάρισον* 30, 12. 480, 20
propositio s. *πρόθεσις*, pars orationis 416, 30 sqq. 487, 10 sqq. quando sit utilis aut necessaria 417, 1 sqq. qualis sit omnis propositio 115, 4 eius varii modi 487, 24 sqq. propositio defensionis 417, 14 propositio scripti 340, 28 propositioni adversarii ut respondendum sit 360, 9 sqq.
propositio, pars syllogismi 243, 25 sqq. 498, 27. 511, 9 = propositio maior 118, 29 propositio pars prima syllogismi 409, 22 propositio inductionis 499, 3 propositionis confirmatio 409, 24 propositio confessa aut probanda 410, 14
propositiones universales = loci communes 389, 25. 30. 393, 21. 36
propositum = *θέσις* 314, 7. 515, 12
propositum *fig.* = *πρότασις* 68, 133
de proprietate s. *περὶ τῆς ἰδιότητος* 142, 27
proprium 398, 29. 466, 5
*τὸ πρός τι* 115, 31
prosapodosis *fig.* 3, 1. 32, 16. 67, 112. 481, 23
prosdiasaphesis *fig.* 70, 184
prosequi (oratione) 359, 9. 23. 370, 3
prosodia = sonus vocis 19, 5
prosopopoeia 15, 5. 23, 22. 62, 26. 71, 15. 514, 25. 522, 2. 557, 42. 572, 34 in narratione 112, 22
protasis *fig.* 68, 133
protherapeusis *fig.* 127, 2
prothesis s. propositio 115, 4
protrope *fig.* 46, 30
providentia 301, 35. 548, 30
*προϋπάντησις fig.* 69, 154
*προϋπεργασία fig.* 46, 9
prudenter admissum (factum), *i. e.* de consilio 225, 21
prudentia 156, 7. 548, 26, 595, 7 eius partes s. species 301, 34. 548, 27 prudentia facti 225, 16
publicus = communis 103, 17. 104, 10. 126, 11 publicum s. commune genus controversiarum 88, 21. 25
purgatio, species causae deprecativae 191, 17. 459, 33. 497, 2. 509, 26. 532, 5 eius modi 225, 23. 286, 34. 460, 1. 532, 6 purgationis tractandae et ab accusatore infirmandae praecepta 286, 40 sqq. eius loci communes 287, 25
purgativa venia 93, 32
Pyrrus 556, 41
pysma *fig.* 25, 26. 76, 1. 478, 12

quadratura caeli 223, 37
quaesitum *fig.* = *πύσμα* 25, 26
quaestio s. *τὸ κρινόμενον* 144, 5. 11. 179,

24. 193, 40. 375, 20. 529, 20 quaestionum species 117, 3 in quaestionibus inducendis quid observandum sit 117, 10 quaestionum inducendarum modi 490, 16 quaestio = θέσις 175, 42 q. omnis qualis sit 117, 6 q. novissima qualis esse debeat 119, 14 quaestiones civiles quae sint 81, 9. 138, 34. 139, 19. 313, 15. 495, 10. 585, 1 q. civilium genera 81, 12. 515, 10 earum partes s. modi 139, 24. 314, 6
quaestio ἀναγκαία 117, 7. 490, 14 antithetica 107, 20. 108, 20 condicionalis s. hypothetica 183, 14 duplex s. coniuncta 91, 22 de eodem et altero 142, 28 epilogica v. s. epilogica; finita et infinita 454, 17 *sive* generalis et specialis 585, 17 incivilis 585, 4 περὶ τῆς οὐσίας 90, 27 praescriptiva *v. s. v.* προηγουμένη 117, 6. 490, 12 scriptionalis 461, 16 simplex, duplex, multiplex 463, 24 simplex et iuncta 528, 13 non verisimilis 105, 10 voluntaria 117, 4
quaestiones generales et speciales *s.* definitae = theses et hypotheses 141, 8. 385, 37 sqq. 454, 31. 503, 37 incidentes et principales 455, 12 incidentes et incidentium incidentes 386, 17 legales s. νομικαί 143, 18 principales 117, 4. 423, 8 rationales s. λογικαί et earum modi 142, 15
quaestus 218, 7
'quale sit' quaestio 142, 20. 455, 20. 590, 7
qualitas, una ex decem circumstantiis = ποιόν 183, 34
qualitas, unus ex statibus rationalibus, cum quaeritur quale sit, i. e. utrum iure factum an iniuria 89, 30. 142, 29. 179, 22. 180, 41. 182, 30. 278. 16. 325, 7. 361, 14. 378, 26. 456, 8. 457, 31. 458, 22 sqq. 496, 23. 509, 11 *eadem* constitutio generalis *dicta* 180, 41. 278, 16. 496, 24. 509, 12 qualitatis species 458, 22 eius species principales duae, iuridicialis et negotialis 92, 4. 189, 37. 278, 16. 379, 1. 496, 6. 29. 509, 16 sqq. 529, 33 earum differentia 189, 38 sqq. qualitas iuridicialis (s. δικαιολογική 379, 2) 189, 41 sqq. 190, 15. 280, 30. 380, 13. 458, 32 sqq. 496, 29. 530, 9 num statum faciat 92, 9 iuridicialis dividitur in absolutam et adsumptivam 92, 10. 190, 30. 496, 12. 530, 11 qualitas absoluta (= ἀντίληψις 380, 17) 92. 10. 190, 30 sqq. 44. 350, 8. 380, 22. 381, 4. 459, 2. 530, 11 absolutae modi duo 92, 14 eius loci 105, 23. 280, 38. 390, 16 sqq. qualitas adsumptiva (*a Julio Victore* 380, 18 et 381, 4 relativa *dicta*) 190, 34 sqq. 281, 32. 459, 3. 496, 31. 509, 18. 530, 23 unde sit dicta 459, 6 num adsumptiva statum faciat 93, 3 adsumptivae species sive partes 93, 5. 190, 37. 281, 34. 325, 9. 345, 16. 381, 8. 496, 15. 530, 25 loci s. divisio 391, 2 sqq. qualitas negotialis (s. πραγματική 337, 30) 92, 5. 94, 17. 190, 17. 278, 19 sqq. 379, 4 sqq. 458, 33. 496, 30. 529, 34 eius loci s. divisio 337, 31. 389, 19 sqq. eius loci communes 280, 28. 281, 13 negotialis dividitur in negotialem in scripto et extra scriptum 94, 18 sqq. sive in legalem et rationalem 342, 3 q. negotialis et eius loci 342, 7 sqq. q. negotialis rationalis 343, 8 eius loci 343, 13 sqq.
qualitas facti 92, 15 qualitatum comparatio 97, 16 eius loci 107, 3 duarum qualitatum comparatio 97, 20 eius loci 107, 13 qualitatum iniectio 95, 1. 379, 33 quot modis fiat 95, 3 sqq. eius loci 106, 20 sqq. num demonstratio et deliberatio sub qualitate ponenda sit 182, 33 sqq.
qualitas communis (κοινὴ ποιότης) s. epilogica quaestio 341, 10. 106, 1 comparativa v. comparatio; compensativa v. compensatio; conclusiva 337, 29. 345, 6. 21. 346, 18. 347, 20. 349, 18 *eadem proprie* qualitas *dicta* 347, 12. 350, 23 deprecativa 459, 25 relativa v. relatio; *alio sensu v. supra s.* qualitas adsumptiva; remotiva v. remotio; translativa 341, 7 sqq. 107, 18. 392, 19 venialis 391, 3. 459, 26 eius loci 392, 1 sqq.
qualitates substantiales 195, 37. 44
qualitativus locus in gestione negotii 308, 34 sq.
quam = perquam 389, 24 *v. adn. crit.*
'quando' circumstantia quaenam involvat 141, 33
quantitas, una ex decem categoriis = ποσόν 183, 34
quantitas numeri, species negotialis status extra scriptum 94, 30. 96, 26 sqq. quot locis dividatur 106, 28 quantitatum comparatio 97, 9 eius modi 97, 11 loci 107, 10
'quemadmodum' circumstantia quae involvat 142, 8
'quid sit' quaestio 143, 20. 455, 19. 590, 6
'quid' circumstantia quae involvat 141, 29. 586, 6
Quintus praenomen 214, 37
'quis' circumstantia quae involvat 141, 24. 586, 4

ratio 529, 21 ratio causae 193, 26 causa in ratione (*opp.* in scripto) consistens, cuius status est rationalis (*opp.* legalis) 193, 18. 179, 9
ratiocinatio, species argumentationis 499, 9. 511, 25 = ἐνθύμημα 118, 11. 24. 541, 1 = συλλογισμός 242, 44 sqq. 409, 17 sqq. eius membra et partes 409, 19 ratiocinationis modi duo, enthymema et epichirema 499, 11 sqq. 511, 26
ratiocinatio, species causae facti s. τοῦ αἰτίου, *i. e.* considerata aliquid faciendi aut non faciendi excogitatio (*opp.* inpulsio) 224, 4. 225, 19. 260, 36 sqq. 261, 35. 533, 25 causae per ratiocinationem infirmandae loci 264, 23 qualiter ea utendum sit accusatori et defensori 534, 1
ratiocinatio, controversia legalis, cum ex eo

quod scriptum est id quod scriptum non est colligitur, *quae vulgo* collectio (*ubi v.*) *dicitur* 299, 10 eius tractatus et loci 299, 10 sqq.
ratiocinatio iuris 92, 15 quot modis fiat 92, 19
ratiocinativa causa (*αἰτία*) 103, 23
rationabilis (*opp.* rationis expers) 465, 28
rationale genus controversiae simplex, coniunctum, comparativum 87, 4 sqq.
rationales status quot? 89, 26. 29. 325, 6 rationales quaestiones s. logicae 142, 15
realis constitutio, *quae vulgo* coniecturalis *dicitur* 180, 20
recapitulatio = *ἀνακεφαλαίωσις* 73, 5 pars epilogorum 119, 30
reddere = exponere, explicare, suo loco ponere 322, 1. 333, 15. 364, 17. 365, 7. 424, 5. 426, 26. 573, 17. 23
rédditio — expositio 411, 10
redditio *fig.* = *προσαπόδοσις* 32, 16. 481, 23
redditio causae *fig.* = *αἰτιολογία* 64, 25
redditiones verborum 36, 4
reduplicatio (replicatio?) *fig.* = *ἀναδίπλωσις* 32, 6, 481, 18
referre = statu relationis uti 297, 31
reflexio *fig.* = *ἀνάκλασις* 64, 13
refutatio = *ἀνασκευή* 554, 28 sqq.
regressio *fig.* = *ἐπάνοδος* 53, 12. 518, 24; *παλιλλογία* 50, 12
reiectio *fig.* = *ἀποδίωξις* 42, 5
relatio *fig.* = *ἀναφορά* s. *ἐπαναφορά* 481, 26. 609, 10; *ἀνθυποφορά* 64, 28
relatio s. relatio criminis (*ἀντέγκλημα*), pars constitutionis iuridicialis adsumtivae, cum ideo iure factum dicitur, quod alius ante iniuria lacessierit 93, 5 sq. 101, 11. 192, 1. 260, 11. 284, 4. 346, 21 sqq. 347, 8. 381, 10. 459, 9. 496, 36. 509, 23. 530, 35 eius dividendae loci 105, 25 sqq. 346, 23. 347, 2. 391, 7 eius praecepta 284, 9
relativus status s. constitutio *v.* relatio *et* status
relatum *fig.* = *ἐπαναφορά* 32, 23
religio 548, 37
religiosum quid (*sensu rhetorico*) 238, 23
remeatio *fig.* = *μετάβασις* 66, 88
remotio s. remotio criminis (*μετάστασις*), constitutio iuridicialis adsumtiva, cum culpam criminis in personam aut in rem removemus 93, 5. 11. 191, 12. 26. 285, 23. 347, 14 sqq. 381, 23. 459, 12. 496, 34. 509, 21. 531, 10 eius loci 347, 15. 391, 18 sqq. de ea praecepta a parte accusatoris et defensoris 285, 29 remotio rei 264, 4 sqq. 531, 21 rem. causae 285, 27. 531, 13 quo differat remotio rei et causae 285, 27 remotio legalis 348, 25
remotivus status s. constitutio *v.* remotio *et* status
removere = statu remotionis uti 92, 12. 15. 18. 297, 31
renovatio s. *ἀνακεφαλαίωσις*, pars epilogorum 324, 22
repetitio *fig.* = *ἐπανάληψις* 31, 32. 46, 1. 49, 25. 481, 13; *ἐπαναφορά* 29, 9. 64, 34; *ἐπάνοδος* 76, 20
repetitio crebra sententiae *fig.* = *ἐπιμονή* 72, 21
replicatio (*an* reduplicatio?) *fig.* = *ἀναδίπλωσις* 32, 6. 65, 43
reprehendere = refellere 414, 8
reprehensio, pars orationis = refutatio 247, 43. 322, 9. 324, 16. 413, 33 sqq. 498, 4. 541, 23 eius modi 248, 12. 254, 19 sqq. 490, 6 loci 541, 25 reprehensio legis = *ἀνασκευή* 315, 2
reprehensio, genus quaestionis, quod alias translatio dicitur = *μετάληψις* 143, 12 sqq.
reprobatio *fig.* = *ἀποδίωξις* 42, 5
repudii iniusti actiones 351, 6
repulsio s. depulsio = *ἀπόφασις* 375, 18 sqq.
res quot modis fallat 262, 7 in re s. rei circumstantia quid considerandum sit 103, 16 res omnes unde argumentando confirmentur 593, 1 res pecuniaria 95, 33
resistens structura 127, 11
respectus = *σχέσις* 226, 34 eius modi 226, 39 sqq.
responsa 406, 32
responsio *fig.* = *ἀπόκρισις* 64, 31
responsivae sententiae 519, 25
responsorium 447, 13
resumptio *fig.* = *ἐπανάληψις* 49, 25. 66, 67
reticentia *fig.* = *ἀποσιώπησις* 24, 8
*ῥητὸν καὶ διάνοια* = scriptum et voluntas 143, 30. 383, 5
retractatio *fig.* = *πλοκή* 51, 22
retro = supra 380, 9. 385, 16. 386, 23. 403, 11. 407, 7. 414, 5. 421, 15. 424, 28
reum aliquem instituere, i. e. facere 340, 27
reversio *fig.* = *ἀναστροφή* 69, 157; *ἐπάνοδος* 53, 22; *ἐπιστροφή* 52, 23
rhetor, orator, sophista 156, 22 rhetores Asiani 443, 16
rhetorica quid 81, 4. 313, 8. 398, 6. 495, 3. 507, 1. 597, 7. 19 unde dicta 495, 2. 507, 2. 507, 3. 526, 10 ars rhetorica duplex 170, 26 sitne ars an virtus an disciplina 454, 3 rhet. grammaticae coniuncta 507, 5 eius nimia disciplina dicentibus obest 355, 14 rhetoricae finis 454, 11. 526, 11 initium 525, 26 materia 176, 8. 177, 27. 454, 14. 526, 12 officium 454, 11 partes 177, 39. 373, 17. 455, 1. 495, 14. 526, 23 eius inventores 507, 9
rhetorica dictio 175, 43
Rhodii 236, 20. 531. 13. 532, 34 Rhodium dicendi genus 561, 8
rhythmos 581, 5
ridiculorum duo genera 428, 17
risibilis = ridendi capax 591, 7
robur in elocutione 321, 2
Romulea gens 452, 3. 453, 10 Romuleus lictor 453, 13

rotata nimis structura 127, 13
rotunda s. volubilis structura 127, 10
rumores et fama 404, 30
Rutilius 408, 24

saecularis eloquentia (*opp.* sacra) 607, 12
sales 428, 14
Saliare carmen 124, 12
Salomo 541, 16
saltatio 501, 18
Samnites 531, 24
Sannio 261, 20
sapientia fundamentum eloquentiae 439, 8
sarcasmus *fig.* 40, 10. 62, 12. 616, 23
Saturnus 161, 42. 451, 15 Saturni cursus 223, 29 Saturnia falx 492, 13
scala *fig.* = *κλῖμαξ* 34, 18
schema = figura 607, 2 *σχήματα διανοίας* et *λέξεως* 23, 5 *σχήμ. διανοίας* 59 sqq. *σχήμ. λέξεως* 48 sqq. 63 sqq. schematum species eminentiores 608, 2
*σχήματα* = figurae controversiarum (materiarum) s. modi causarum 109, 3. 147, 20 = dictiones (*Redewendungen*) 417, 33
*σχέσις* = respectus 226, 33 eius modi 226, 38 sqq.
*σχέσις fig.* = adfictio 61, 6
*σχέσις ὀνομάτων* 610, 3
scholastica materia 146, 6. 389, 24 *σχολαστικὰ πράγματα* 378, 36. 382, 13 scholasticae declamationes 113, 9
scientia duplex 219, 7
scientiae 373, 5
Scipio 148, 5. 346, 36. 541, 32. 558, 10. 571, 28. 586, 38 Scipio Africanus 357, 28. 598, 31
scomma *fig.* 39, 11
scopos 86, 30
scriptionalis quaestio 461, 16
scriptionis, i. e. controversiarum in scripto genera 193, 22
scriptum quid 193, 20. 291, 32 scripti controversia quid 290, 18. 528, 19 scripti controversiae quinque 193, 22. 290, 17. 461, 5 sqq.
scriptum et voluntas, *s.* scripti et voluntatis (ex scripto et sententia) controversia s. status = *ῥητὸν καὶ διάνοια*, una ex quaestionibus legalibus 99, 1. 143, 19. 193, 23. 291, 30 sqq. 351, 17 sqq. 384, 5 sqq. 497, 6. 509, 32. 529, 7 eius modi 99, 1 eius loci 351, 19. 393, 13 eius tractandi praecepta 292, 12 sqq. 294, 36 sqq. 296, 4 loci communes in tali controversia 297, 13
scriptura sacra 537, 10 s. sancta 607, 8 scripturae divinae 550, 17 s. sanctae 613, 33. 614, 24
scurra 447, 1 sq.
Scylla 514, 22
Scytha 17, 23 Scythae 570, 29 Scytharum mos peculiaris 92, 23. 390, 22
secta cynica 390, 31
sectio verbi s. tmesis 614, 23
per seiunctionem = *ἀφορισμόν* 114, 2. 117, 15. 490, 21
senatus 289, 22 sqq.
sensus hominis 237, 27
sensus et sententia 437, 18
sententia quid 513, 25. 519, 9. 553, 27 sqq. eius a chria differentia 513, 28. 519, 12. 553, 2 sententiae genera 553, 26 sqq. eius operatio 554, 8 sententiarum species 519, 16 sqq. sententiae sive sensus 437, 18 sqq. sententiarum ambitio 448, 8 sententiam torquere 123, 27
sententia necessaria *fig.* = *χρεία* 43, 25
sententia responsiva *fig.* = *ἀποφώνημα* 43, 29
sententiale s. *γνωμικὸν* enthymema 499, 22. 512, 4
separatio *fig.* = *διακοπή* s. *διαστολή* 50, 37
separatio definitionis a specie 274, 31. 275, 21
Serapis 223, 35
sermo = sermo cotidianus s. assiduus (27, 14) 27, 17. 446, 13 sqq. sermo, dictio et oratio quo differant 242, 37 qualis sermo esse debeat 446, 14 argumenta (*i. e. Stoffe*) sermonis 446, 20 eorum occasiones 446, 30 sermonis praecepta et vitia 447, 1 sqq.
sermocinari 448, 11 sermocinandi ratio 446, 23. 547, 19
sermocinatio = loquendi usus in vita communi 441, 22. 446, 12. 547, 31
servi 218, 16
Servilius 568, 16 Servilius Ahala 381, 28
severum dicendi genus 126, 6 sq.
Sibylla 214, 23
Siculum litus 514, 15
significantia 558, 41
significatio in elocutione 124, 20
signum 237, 27. 239, 44. 250, 2. 361, 18. 362, 2. 387, 6 quot modis confirmetur 250, 18 et reprehendatur 250, 38
M. Silo 313, 1
Silvanus 451, 10. 492, 13
simile 228, 1. 310, 10 simile et par 228, 5 similis partes s. species 115, 27. 228, 10. 239, 2. 399, 20. 489, 9 simile quibus modis consideretur 228, 8 eius reprehensio 251, 14
simile casibus *fig.* = *ὁμοιόπτωτον* 30, 22. 480, 23
simile determinatione *fig.* = *ὁμοιοτέλευτον* 30, 27
similitudo 399, 17. 539, 33 quibus modis probabile faciat argumentum 236, 1
similitudines 437, 5
Simon 8, 24 Simon magus 249, 22
simplex causa 317, 33 s. ductus 84, 28. 464, 1
simulacri factio *fig.* = *εἰδωλοποιία* 558, 2
simulatio *fig.* = *εἰρωνεία* 24, 21. 478, 8
Socrates 162, 24. 374, 14 in disputationibus suis inductione frequenter usus est 241, 16. 244, 25. 410, 4
Socratici 244, 25. 410, 4
soliloquium *fig.* = *πεῦσις* 52, 7
Solis cursus 223, 30
Solon 168, 3

soluta oratio 27, 13
per solutionem s. *κατ' ἀνάλυσιν* 117, 14. 490, 20
solutum *fig.* = *ἀσύνδετον* 35, 9. 482, 19
solutum genus narrationum, i. e. sine comparatione 112, 4
sonus vocis = *προσῳδία* 19, 5 sonus confragosus et asper 321, 7
sophista, orator, rhetor 156, 22
sophistica locutio 543, 13
sordida causa s. controversia 148, 2. 18
soritici syllogismi forma 285, 9
species quid 465, 29 species causarum 316, 3
stabilis structura = *βεβηκυῖα* 127, 11
*σταδιασμός* 180, 21
stadium 180, 22
stare *de* causa *dictum* = consistere 374, 30. 35. 376, 17. 599, 17 stans controversia 600, 2
*στάσις* unde dicta 508, 32
status (causae) quid sit 89, 22. 144, 12. 325, 5. 455, 28. 496, 3. 508, 31. 590, 1 status genera 89, 25. 325, 6. 361, 11. 496, 4. 509, 3 status causarum octo 376, 22 XVIII vel XVIIII 497, 13. 510, 3 status causae unde nascatur 375, 22. 596, 2 ubi inveniatur 101, 6 quomodo facile inveniatur 455, 24. 456, 26 quo modo emergat in deliberativo genere 462, 15 et in demonstrativo 463, 7 st. causae oratori primum inveniendus est 374, 2
status collectivus et eius modi 100, 9 sqq. 384, 25 sqq. 394, 33 eius loci 108, 11. 394, 34; *cf. s.* collectio
status compensativus, cum aut debito meritum compensamus aut cum maiori incommodo consultum esse contendimus 93, 20 *cf. s.* compensatio *et* comparatio
status coniecturalis s. coniecturae 90, 1. 325, 19 sqq. 496, 20. 509, 8; *cf. s.* coniectura
status definitivus s. finitivus, cum de facto constat et de re vel nomine controversia est, *sive* cum id quod obicitur non hoc esse contendimus 91, 5. 180, 30. 182, 3. 272, 30. 363, 2. 458, 12. 496, 21. 509, 10. 527, 33 eius loci 363, 3 sqq. *cf. etiam s.* finis *et* definitio
status legales et rationales 89, 25. 325, 6. 342, 3. 376, 22. 496, 4. 509, 3. 527, 23 earum differentia 89, 26. 528, 18 st. legales quot 97, 26. 325, 15. 351, 17. 376, 24. 383, 2. 461, 5 sqq. 179, 16. 496, 18. 509, 30 status legalis divisio s. loci 342, 7 sqq.
status legum contrariarum 99, 16. 297, 33 sqq. 352, 8 sqq. 383, 22 sqq. 393, 34. 461, 20. 497, 7. 509, 33 eius loci 107, 31. 393, 34 sqq.
status *ἐκ τοῦ λελοιπότος καὶ γεγονότος* 336, 31
status negotialis, i. e. in quo agitur de re facienda vel fugienda 318, 25 negotialis in scripto 94, 18 sqq. et extra scriptum 94, 29 sqq. compensativus in scripto 94, 25 extra scriptum 96, 34 negotialis scripto quot locis dividatur 106, 5
status principalis et incidens 101, 15 sqq. 455, 13 sqq. 462, 11
status absolutae qualitatis = absoluti iuris, cum quis iure se fecisse dicit 344, 8 sqq. 349, 36. 496, 33 adsumptivae qualitatis 345, 16 st. qualitatis (*alio sensu*) *sive* ex accidenti 26, 26; *cf. s. v.* qualitas
status rationales quot 89, 29. 325, 6. 376, 23. 179, 14. 496, 5. 509, 3. 527, 23. 590, 6
status relativus, cum reus culpam refert in eum, propter quem arguitur 93, 6; *cf. s.* relatio
status remotivus, cum in personam aut in rem culpam nostram removemus 93, 11; *cf. s.* remotio
status scripti et voluntatis, quando alter verba scripti praestat, alter sententiam s. voluntatem interpretatur 99, 1. 351, 17. 384, 8 eius status modi 99, 1. 351, 17. loci 107, 19; *cf. s.* scriptum et voluntas
status translativus 106, 25. 341, 7. 496, 25 eius loci 107, 16; *cf. s.* translatio
status venialis 105, 31 eius loci 392, 1 sqq. *cf. s.* deprecatio
stilus 31, 25. 130, 26 stili assiduitas 37, 26
*στοχασμός* = coniectura 142, 21. 590, 10 *στοχασμὸς συγκατασκευαζόμενος* 331, 10
*στοιχεῖα* 571, 9 *τοῦ πράγματος* 141, 16
Stoici 406, 33 honestum et utile separanda negant 571, 16
structura = compositio 127, 7 eius species 127, 8 eius qualitas tripertita 127, 10 str. hiulca 432, 34 quae in structura sint observanda 127, 17 qua structura in singulis generibus dicendi, in partibus orationis et argumentationis utendum sit 128, 4 sqq.
studiosus, *i. e.* quaesitus s. artem oratoris nimium prodens 362, 21 cf. p. 433, 24
studium quid 177, 1. 219, 36. 305, 16. 306, 23. 537, 32. 594, 13 quo differat ab exercitatione 160, 8
suadendi partes 501, 38. 508, 8 in suadendo et dissuadendo quae spectanda sint 501, 36
suasio, species generis deliberativi 508, 7. 572, 15
suasiones legis s. *κατασκευαί* 315, 3
suasoria 508, 8
sub oppositis, *i.* e. species quae sub genus 'opposita' cadunt 228, 30
subdistinctio *fig.* = *παραδιαστολή* 67, 115
subinsertio / subiunctio } *fig.* = *ὑπόζευξις* 49, 11
sublime genus elocutionis 126, 1
subnexio *fig.* = *προσαπόδοσις* 67, 112 / *ὑπόζευξις* 49, 11
subsistere (*an* consistere?) *de* causa *dictum* 316, 34

substantia = *οὐσία* s. *ὄν* 183, 33. 211, 25 sqq. substantia et qualitates 232, 8 de subst. quaestio 142, 22
substantialis res *sive* substantiale 211, 39. 212, 17
subtile genus elocutionis 126, 2 subtilis ductus 85, 18. 464, 3
subtrahere aliquid in actione 119, 20 sqq.
suffessio *fig.* — *παρομολογία* 68, 121
Sulpicius 26, 22. 479, 1
summa negotii *v.* negotium
a summo ad imum *v. s.* loci argumentorum
sumpta quid 248, 16 quot sint sumpta 248, 19
superciliorum ratio in pronuntiatione 133, 11 sqq.
superlativae sententiae 519, 21
superstitio 302, 28
supervacaneum exordium 486, 13
supparile *fig.* = *παρονομασία* 67, 109
suppositio = *ὑπόθεσις* 559, 15
susceptus *i. e.* cliens 363, 17. 369, 21. 426, 22. 444, 30; *cf. Serv. ad Aen. 6, 609.*
sustentatio *fig.* = *ὑπομονή* 46, 24
syllaba qualis ordiendae orationi conveniat 124, 5
syllepsis *fig.* 48, 10. 608, 30
*συλλογισμός* = collectio s. is quaestionis status, cum ex eo, quod certum est, id, quod est incertum, ratiocinatione inquirituc 143, 22. 383, 3. 384, 25 sqq. 461, 26. 511, 5 eius modi 461, 30
syllogismus s. ratiocinatio, argumentationis species 240, 13. 243, 2 sqq. 409, 17 sqq. eius partes 243, 22 sqq. membra et partes 409, 19 s. tripertitus, quadripertitus, quinquepertitus 500, 12. 512, 26 tripertitus 243, 30. 244, 10. 410, 8. 500, 12. 512, 26. quadripertitus 246, 19. 410, 5. 500, 13. 512, 28 quinquepertitus 243, 25. 409, 21. 500, 15. 512, 30 bipertitus 246, 23 epichirematicus 500, 12. 512, 26 imperfectus = enthymema 411, 2. 498, 27 soriticus 285, 9 quid differat syll. ab enthymemate 118, 26. 411, 2 sqq. quomodo syll. reprehendatur 415, 7
syllogistice tractare 297, 24
*συλλογιστικὸν ἐνθύμημα* 118, 34. 413, 12
*συμβουλευτικὸν* genus dicendi 81, 18. 570, 27
sympathia = moralitas 101, 35
symploce *fig.* 33, 17. 482, 4
*συναθροισμός fig.* 4, 11. 68, 139. 75, 21
synchoresis *fig.* 74, 15. 522, 8
synchysis *fig.* 614, 29
*κατὰ συγγνώμην* status 381, 10. 31
syncrisis *fig.* 47, 16. 74, 18
*συγκριτικὸν* genus elocutionis 125, 13
synecdoche *fig.* 545, 15. 613, 34
*συνεκτικὸν αἴτιον* 104, 7
synechon s. continens 82, 8. 144, 24 sqq. 375, 31. 585, 9
*κατὰ συνημμένον* argumentatio 246, 1
*συνοικείωσις fig.* 17, 12. 68, 142
synonymia *fig.* 34, 3. 482, 10. 518, 20
Syphax 288, 11
*ἀπὸ τῆς συζυγίας* argumentatio 116, 9. 489, 17

tabulae 405, 8
tapinosis *fig.* 77, 2
Sex. Tarquinius 572, 34
tautologia *fig.* 34, 7. 76, 30. 424, 22. 482, 13. 517, 9
taxis *fig.* 21, 19
technici = artis oratoriae magistri s. scriptores 138, 20. 142, 17. 147, 13
temperantia 156, 10. 549, 21. 550, 6 eius partes 302, 2. 549, 22
temperata figura dicendi 561, 7
templum domini quid significet historice et mystice 617, 29
tempus quid 223, 14. 594, 36 tempus per spatium et per opportunitatem 207, 39 tempus quot modis consideretur 104, 10. 224, 8 sqq. 586, 13. 594, 39 eius divisio philosophica 224, 3 et oratoria 224, 8 de tempore = ex tempore 122, 19. 129, 26
tenue genus elocutionis 126, 2. 438, 8 sq.
tepidum dicendi genus 126, 8
teriugum = *τρίκωλον* 69, 145
terminatio similis *fig.* = *ὁμοιοτέλευτον* 610, 14
Tertullus 527, 5
testes 269, 32 testium officium 533, 15
testimonia 406, 4 sqq. t. divina 406, 32 testimonium publicum 404, 30
Thebani 530, 12
Thebe 529, 2
thema = materia 374, 22 themata = materiae scholasticae 201, 23 themata = exempla causarum 192, 45
Thersites 588, 3
thesis quid 139, 24 sqq. 270, 5. 314, 9. 454, 24. 515, 12. 585, 17 eius differentia ab hypothesi 140 sq. 314, 9 sqq. 585, 17 a catasceua et anasceua 514, 3 thesis duplex, theoretice et practice 176, 1 Ciceronis de thesi theoretica et practica sententia 176, 8
Thessali 6, 10
Thessalia 529, 2. 581, 37
theticum genus locorum communium 271, 40 *v. adnot.* thetica lex 291, 33
tmesis 614, 23
Tonans 451, 16
topographia *fig.* 73, 1 topographiae 569, 26
topothesia *fig.* 73, 3
tormenta 269, 23. 404, 35
torquere sententiam 123, 27
tractum genus eloquendi (*opp.* conversum) 27, 20
tragoediographi 202, 15
Trallianus 582, 33
transcensus s. transcensio *fig.* = *ὑπέρβατον* 69, 160. 614, 9
transfiguratio 587, 13. 591, 27. 30
transiectio = hyperbaton 577, 29
transitus *fig.* = *μετάβασις* 54, 19
translatio s. *μετάληψις*, genus quaestionis,

cum id agimus, ut causam non dicamus 97, 28. 98, 31. 143, 12. 192, 19 sqq. 276, 4 sqq. 338, 30 sqq. 341, 7. 382, 4. 456, 11. 458, 30. 496, 25. 509, 14. 528, 6. 590, 8 unde dicta 143, 15 quo differat a praescriptione 98, 29. 277, 9. 340, 16 num inter constitutiones sit referenda 192, 31 num sit actio 192, 34 apud Romanos nullum locum aut raro habuit 276, 9. 21. 277, 22 translatio a persona, a loco, a tempore, a modo 339, 11 sqq. translationis praecepta 276, 37 eius loci 339, 22 translatio legalis 382, 22 eius loci 392, 25 tr. tantum legalis status est 89, 30 translatio rationalis 382, 6 sqq. eius loci 392, 12 locus translationis ex re et ex persona 346, 8 sqq.
translatio *fig.* = *μεταφορά* 611, 24
translatio verborum 431, 28 sqq. quot ex causis ea utamur et quid in ea observandum sit 124, 23 sqq. 541, 1 sqq. de honestis rebus ducenda 545, 9 translationes nimis amputatae 125, 28
translativa constitutio s. qualitas s. status *v. sub his vv. et s.* translatio
transmotio 106, 31
transmotio *fig. s.* *μετάστασις* 26, 23. 479, 1
transnominatio *fig.* = *μετωνυμία* 612, 29
tribunorum appellatio 96, 20
Tricipitinus 573, 24
tricolon 69, 145
Troiani 420, 3
tropica locutio 607, 4
tropus et eius partes 611, 19. *τρόποι* 22, 9. 607, 7 tropi sacrae scripturae 611, 19 sqq. Graeci troporum inventores 607, 6
Tullius Cicero 84, 17. 567, 11. 568, 15
tumidum genus elocutionis 126, 4
Turnus 562, 18. 22
turpitudo quot modis accidat 198, 26

Ulixes 145, 22. 464, 19. 557, 36. 573, 5. 587, 32
univoca (nomina) 591, 12. 21
usus = *χρεία* 552, 12. 36 sqq. usus orationales 542, 39 activi 542, 40 mixti 542, 42 quo differat usus et commemoratio 552, 43 usus et sententia 553, 2 usuum tractatio 553, 8 sqq.
utile 571, 14 utile et honestum 162, 16 sqq.
utilitatis locus quomodo tractetur 319, 16

variatio *fig.* = { *μεταβολή* 70, 169 / *μετάστασις* 54, 19 / *μετάφρασις* 67, 91
vasta figura dicendi = *τὸ ἀδρόν* 561, 7
'ubi' circumstantia quae involvat 142, 4
vehemens elocutionis genus 438, 8. 27. 516, 3
vehementer dicere = granditer 438, 24
venia = *συγγνώμη* s. status deprecativus 225, 23 venia purgativa et deprecativa earumque modi 93, 5. 32
veniae petitio *sive* deprecatio 348, 32
venialis status s. modus (qualitas) 105, 31 eius loci 392, 1 sqq.
Venulus 562, 30
Venus 514, 13. 556, 44. 562, 23
verba bona et mala quaenam sint 122, 21 sqq. v. antiqua quae maxime sint affectanda 124, 11 num obsoleta omnino vitanda 122, 26 v. parcius novanda sunt 122, 7 quot modis noventur 122, 11. 473, 4 quid in verbis observandum sit 121, 28 verborum copia quomodo gignatur 122, 1 de verborum coniunctione praecepta 123, 13 sqq. 545, 21 praecepta de v. singulis 124, 1 verborum proprietas et significatio 124, 30 quae partes orationis propria verba magis desiderent 124, 14 verbis longioribus aut brevibus quando utendum 123, 23
verba aliena 123, 4 derivata = *παραγωγά* 473, 10 gentilia 123, 7 inpropria 516, 28 latina 125, 10 obscura 123, 11 obsoleta 122, 22. 26 propria et translata 431, 26 sqq. 472, 29. 544, 32 splendida 123, 13 translata 124, 23 sqq. 431, 30 sqq. 473, 15 sqq. 516, 30 quare translatis utamur 124, 23. 473, 17. 516, 30 vetusta 472, 30 vocalia = *εὔφωνα* 124, 8 vulgaria 122, 25
verbalis quaestio 142, 16
verisimilis defensio et probatio *v. s.* defensio *et s.* probatio
veritas 302, 13. 549, 4 in veritate *i. e.* in vera et forensi causa 146, 8. 147, 2
vernilia dicta 447, 1
Verres 190, 2. 192, 12. 193, 9. 202, 7. 457, 6. 471, 6
versidici (*opp.* comoediographi et tragoediographi) 202, 15
versus in oratione pedestri 475, 11 sqq.
versus = *ῥῆσις (un passage)* 34, 23
verum duplex 249, 9
vetativae sententiae 520, 7
vicissitas verborum 36, 12
victus hominis quid sit 217, 25. 218, 12. 220, 4. 306, 25 sqq. 307, 8 sqq. 593, 18 quid in eo sit considerandum 217, 26
vindicatio quid 549, 1
vir bonus 507, 16
virtus quid 155, 28. 548, 24 eius partes 156, 6. 218, 35. 301, 33. 548, 25 virtutes animi et corporis 304, 5
vis 227, 10
viscera causae 374, 9
vita praeterita quae argumenta in utramque partem suppeditet 265, 26 sqq. 538, 4 sqq.
vituperationes (*opp.* laudes) 314, 38 vituperationis loci 556, 20 sqq.
voces, testimoniorum species 407, 1
volubilis s. rotunda structura 127, 10
voluntas 262, 22 voluntatis et causae differentia 262, 23 sqq. voluntatis coniectura sive locus 337, 23. 345, 3. 346, 15. 352, 4 voluntatis locus in coniectura 326, 1
voluntas coniecturalis, *i. e.* coniectura de voluntate rei s. accusati 347, 12. 349, 17
voluntas legis quot modis consideretur 107, 22

voluntas legislatoris ex tempore scriptionis intellegitur 291, 17
vox quibus rebus constet 130, 10. 484, 11 quomodo sit alenda 130, 19. 484, 14 sqq. quomodo custodienda et fracta restituenda 131, 4 sqq. quid vocem claram, firmam, suavem efficiat 130, 14 vocis bonitas quibus constet 130, 19. 484, 14 sqq. vocis inflexio modulatior, *i. e.* ea quae ad cantandi speciem accedat 443, 14 vocis in pronuntiando praecepta 441, 5 sqq. vocis sonus in pronuntiando 441, 12. 442, 9
vulgaria verba 122, 15 vulgare exordium *v. s.* exordium
vultus in pronuntiatione conformandi praecepta 133, 3. 484, 24

Xenocrates 598, 3
Xenophon 240, 37. 540, 7

zeugma *fig.* 48, 21. 69, 166. 608, 14
Zeuxis pictor 258, 8 eius cum Cicerone comparatio 258, 20.

---

# INDEX

## LIBRORUM QUOS HOC VOLUMEN CONTINET.

1—5. Scriptores de figuris sententiarum et elocutionis.

1. P. Rutilii Lupi schemata lexeos . . . . . p. 1—21
2. Aquilae Romani de figuris sententiarum et elocutionis liber . . 22—37
3. Iulii Rufiniani de figuris sententiarum et elocutionis liber . . 37—47

[Rufiniani] de schematis lexeos . . . . . 48—58

[Rufiniani] de schematis dianoeas . . . . . 59—62

4. Carmen de figuris vel schematibus . . . . . 63—70
5. Incerti auctoris schemata dianoeas . . . . . 71—77
6. C. Chirii Fortunatiani artis rhetoricae libri III . . . . . 81—134
7. Aurelii Augustini liber de rhetorica . . . . . 135—151
8. Victorini explanationum in Ciceronis rhetoricam libri II . . . 153—304
9. Incerti auctoris tractatus de adtributis personae et negotio . . 305—310
10. Sulpitii Victoris institutiones oratoriae . . . . . 311—352
11. Iulii Severiani praecepta artis rhetoricae . . . . . 353—370
12. C. Iulii Victoris ars rhetorica . . . . . 371—448
13. Martiani Capellae liber de arte rhetorica . . . . . 449—492
14. Cassiodorii compendium artis rhetoricae . . . . . 493—504
15. Isidori libellus de arte rhetorica . . . . . 505—522
16. Albini (vulgo Alcuini) dialogus de rhetorica . . . . . 523—550

17. Prisciani praeexercitamina ex Hermogene versa . . . . . p. 551 — 560
18. Emporii de ethopoeia. de loco communi. de demonstrativa et de deliberativa materia . . . . . 561 — 574
19. Rufini versus et excerpta de compositione et de metris oratorum 575 — 584
20. Excerpta rhetorica e cod. Parisino n. 7530 edita . . . . . 585 — 589
21. Clodiani libellus de statibus . . . . . 590 — 592
22. De attributis personis et negotiis . . . . . 593 — 595
23. Excerpta ex Grillii commento in Cic. de invent. . . . . 596 — 606
24. Bedae Venerabilis liber de schematibus et tropis . . . . . 607 — 618

H 5 88

Deacidified using the Bookkeeper process.
Neutralizing agent: Magnesium Oxide
Treatment Date: July 2006

PreservationTechnologies
A WORLD LEADER IN PAPER PRESERVATION
111 Thomson Park Drive
Cranberry Township, PA 16066
(724) 779-2111

THE LIBRARY OF CONGRESS

HECKMAN
BINDERY INC.
SEPT 88
N. MANCHESTER,
INDIANA 46962